M. TULLII CICERONIS

DE

LEGIBUS

LIBRI TRES

CUM ADRIANI TURNEBI COMMENTARIO EJUSDEMQUE APOLOGIA ET OMNIUM ERUDITORUM NOTIS

QUAS

IOANNIS DAVISII

EDITIO ULTIMA HABET.

Textum denuo recensuit suasque Animadversiones adjecit

GEORGIUS HENRICUS MOSER.

Accedunt Copiae criticae ex Codd. Manuscriptis nondum antea collatis, itemque Annotationes ineditae

P. VICTORII, I. G. GRAEVII, D. WYTTENBACHII,

ALIORUM.

Apparatum Codicum et Ineditorum congessit suasque Notas addidit

FRIDERICUS CREUZER.

FRANCOFURTI AD MOENUM

E TYPOGRAPHEO BROENNERIANO

MDCCCXXIV.

Viris Illustribus Doctissimis

SERGIO AB OUWAROFF

Rossorum Imperatori et Autocratori Augustissimo
Et Potentissimo A Consiliis Intimis

Academiae Caesareae Scientiarum Petropolitanae Praesidi
Ordinum Imperii Rossici Primario Equiti

Cet. Cet.

ET

IOANNI MELCHIORI KEMPER

Augustissimo Potentissimoque Belgiarum Regi
A Consiliis Publicis

Juris utriusque Doctori ejusque in Academia Leidensi
Professori P. O.

Belgici Imperii inter Primarios Equites

Cet. Cet.

Legum Scientia Diligentia Observantiaque Summe
Reverendis

Hanc Tulliani de Legibus Operis Editionem

D. D.

Fridericus Creuzer

et

Georgius Henricus Moser

FRIDERICI CREUZERI

PRAEFATIO.

Quandoquidem *Moserus*, cui potissimum haec editio debetur, hoc tamen praefandi munus ad me rejecit: facere non possum, quin Lectoribus exponam, quid secuti simus in his libris edendis, et quibus copiis instructi quomodo negotii partes inter nosmet distribuerimus.

Spectavimus autem, ut hinc ordiar, non minus Juris Civilis Studiosos, qui quidem a *Savignyi*, *Thibautii* aliorumque, qui hodieque in eo genere clarent, disciplinâ profecti horum librorum vim praestantiamque usu cognoverint, quam prodesse voluimus iis, qui, bonis literis operantes, et ipsi aliquo Legum Romanarum odore retinerentur, et ad integri sermonis sanaeque eloquentiae exempla orationem suam componere cuperent. Ac, quod utrosque attinet, saepenumero me audire memini orationem eorum, qui, quidquid ad hos gravissimi argumenti libros a summis Criticis cum in textu emendando, tum in aperiendâ sententiâ varias per editiones aliaque scripta disper-

sum sit, uno in volumine, haud ita magno parabili, collectum apteque dispositum in promptu habere vellent. Quibus, quoad ejus fieri maxime potuit, hac nostrâ editione facere studuimus satis. Neque enim ea solum repeti jussimus, quae *Davisiana* habet, sed adjecimus etiam alia, in his *Adriani Turnebi* Commentarium ejusque *Apologiam*, quae, ut multa bona offert, ita hodie rarescere coepit.

Ab hujus autem Critici aetate ad nostram usque succrevit deinceps locuples materia emendationum et notationum varii generis, de sexcentis libris Jureconsultorum aliisque conquirenda. Qua in re tam multiplici et plenâ laboris taediique quidquid studii diligentiaeque collocatum est nobis, id boni, credo, consulent Lectores aequi et faciles: si quid omissum est, quod haud exiguum esse suspicor, propterea non gravabuntur, neque enim aliter in ejuscemodi operâ fieri potest, verum, quo doctiores erunt, eo lubentius et uberius pro se quisque explebunt.

Quod ex *Scholis Wyttenbachianis* paullo plura annotationi suae interposuit *Moserus*, quae, utpote tironum in usum dictata, eruditioribus protrita videri possent: demisit se hic vir clementer ad commoda juvenum, qui mature impertiri cuperent subtilitate cogitandi scribendique elegantiâ. Etenim nec in his schedulis desunt vestigia rationis viaeque, quam praeire *Wyttenbachius* solebat alumnis suis; nec desunt Veneres, quarum pulcritudine vel subitaria ejusdem opuscula nitent. Itaque fastidiant has Scholas licet novitii quidam philologi, qui sibi soli sapere videntur, ubi sermonem suum de faece hauriunt, nimirum

rebus, ut ajunt, non verbis intenti, qui sibi ipsi placent, cum in literatorum circulis balbutiunt, et criticam factitant horridam cassamque leporibus. Equidem malle me fateor philologiam mutam, quam balbutientem: unice tamen probare disertam, facundam; neque vere philologorum numero habendos esse, nisi eos, qui, cum Graeca calleant, jure etiam Latii utantur.

Ne vero a critico etiam munere indotata prodiret haec nostra editio, circumspicere coeperam Bibliotheca rumpluteos, si forte quid novi praesidii inde ad hos libros emendandos conferri posset. Qua in re et fortuna consiliorum meorum fautrix fuit, et vero doctorum hominum haud mediocris benevolentia. De codice manuscripto *Uffenbachiano*, qui dudum est in libris meis, alibi diximus; nuper autem *Wyttenbachii* vidua, praeclaris ingenii dotibus ornatissima matrona, insigni in me officio effectum reddidit, ut alter codex membranaceus e mariti sui bibliothecâ in meam transiret. *Hasii* porro, viri doctissimi et humanissimi, procuratione mecum communicatae sunt *Parisinae* Lectiones, *Muenteri*, viri reverendi, *Havnienses*, *Krabingeri et Spengelii* VV. DD., *Monacenses* et insuper *Copiae Victorianae*; *Heidelberga* denique nostra *Graevianam* nobis annotationem exhibuit. Atque cum *veteres editiones*, quae multae sunt, non usquequaque, prouti fieri debebat, cum vulgatâ comparatas vidissemus, harum quoque lectiones accuratius consignandas duxit *Moserus*. Itaque factum est, ut idem *novam* textus *recensionem* condere posset, quod, me potissimum volente,

omissum a nobis fuerat in libris *de Naturâ Deorum*; quos tamen et ipsos novâ recensione descriptos posthac exhibebimus, nec minus libros *de Divinatione*.

At vero, quod in illo opere de *Naturâ Deorum* factum est nuper, mirum ni etiam in hoc de *Legibus* fiat; videlicet ut rursum exoriantur barbatuli Critici, et, sicubi limis oculis hunc variae Lectionis apparatum lustraverint, malum! vociferentur, et quisquilias nimium quantum operose constipatas clamitent. Istiusmodi homines qui docere velit, is bono suo otio abutatur oportet: vere docti ideoque non inepte fastidiosi optime intelligunt, quid ejusmodi libris debeatur quales hi sunt *de N. DD.* et *de Legibus*, hoc est misere corruptis mutilatisque, et quam religiose collectam lectionis farraginem iidem sibi postulent. Saepiuscule enim fieri constat, ut, quae in variante lectione primum intuenti merae ineptiae videantur, ubi accuratius excusseris, verae germanaeque manus indicia offerant. Sic, ut hoc utar, quod religiosi isti, si Dîs placet, Critici silentio presserunt, in de Natura Deorum libri tertii capitibus 18. sqq. haud paucis locis, qui pro conclamatis habebantur, medicinam fecimus nullo alio praesidio, quam hujusmodi lectionum, quae nil nisi aegri somnia visa fuissent planeque rejicula istis Criticis, qui tam cito nauseant, et in summo supercilio prorsus caecutiunt. Atqui quas ibidem ex istis sordibus ac quisquiliis in lucem protraximus lectiones, eae placuerunt *Wyttenbachiis*, nec displicent *Schützüs* et uti quisque horum virorum cum doctrinâ tum Tulliani sermonis intelligentiâ simillimus est.

Verum tamen, ut illuc redeam, in hoc opere *de Legibus* cautior multo fui parciorque, ubi textus refingendus erat; quoniam vidisse mihi visus eram, menda latere multis in locis adeo inveterata, ut, ni quando forte nanciscamur codicem valde antiquum et integrum, quales *rescripti* ex parte esse solent, nedum lacunas explere operis, sed ne gravissima quidem ulcera sanare valeamus. Quapropter in his quidem libris nec eos viros doctos audiendos existimo, qui *codicum*, quorum copia suppetit, *familias* crepant, et in iis dirimendis diiudicandisque nescio quid salutis versari opinantur. Non equidem refragabor, si quis facere id instituat: hoc dico, ne eum quidem codicem, qui ex hoc censu tanquam principis familiae, quae aetatem tulerit, princeps prodeat, et ordinem quasi ducere videatur, nec eum summam nobis rem unquam confecturum esse. Quae cum ita sint, nec spernendam putamus opem, quam libri scripti praestare queant, et ingenue confitemur, plurimum praesidii inesse cum in scientiâ rerum, tum in sensu usuque sermonis Latini maximeque Tulliani.

Quibus in rebus cum *Moserum* mecum sentire vidissem, ita eum mihi muneris socium adjunxi, ut longe plurimae partes ad eum redirent, ego mihi reservarem curam copiarum mss. parandarum, et annotationis interponendae, cum criticae, tum ejus, quae ad orationem sententiamque illustrandam faceret. In quo ipse mihi hanc legem scripsi, ut quam maxime brevitati studerem, et saepius in scriptorum locis laudandis me continerem. Verum quid a *Mosero* po-

tissimum et a me ipso praestitum sit, recte judicabunt docti aequique Lectores.

Quod reliquum est, honestissimi Redemtores hujus operis nec impensae nec diligentiae pepercerunt, quo et correcta esset ea editio, nec elegantioribus hominibus improbaretur. Illud quod attinet, publice hoc loco a me persolvendae grates sunt Viro Doctissimo *Guilielmo Ernesto Webero*, Gymnasii Francofurtensis Professori meritissimo, qui, quae est ejus humanitas, meà gratià plagulas a prelo madentes summà cum accuratione emendavit. De *Plotino* autem quoniam homines eruditi amicique saepiuscule sciscitantur, hac datà occasione spondere possumus, eum haud ita multo post a nobis vulgatum iri, ac deinceps *Platonis Convivium*. Hoc vero *Ciceronis* opus excipient *ejusdem* libri *de Republicà*, quos *Moserus* est editurus cum *Bardilii* V. C. aliorumque virorum doctorum et meis denique annotationibus.

Scribebam Heidelbergae Idibus Juliis
MDCCCXXIII.

L E C T O R I

S. P. D.

IOANNES DAVISIUS.

TIBI, *Lector, in manus trado* CICERONIS *libros de* Legibus *ad exemplarium MSStorum fidem diligenter recensitos: licet enim eos mutilos et hiatibus deformes habeamus; tanti tamen pretii reliquiae sunt, ut operae in iis emendandis collocatae me nullo modo poeniteat.*

Non liquido sane constat, quot huius argumenti libros scripserit noster; at eorum nonnullos intercidisse satis patet: nam MACROBIUS *librum quintum diserte laudat; adeo ut duobus ad minimum libris nos privaverit edax vetustas. Plures vero mihi videntur periisse; quamobremque sic statuam attendas rogo. Huic disputationi diem aestivum consecravit* CICERO *). *At cum librum quintum ingressus esset,* (*nam fragmentum, quod servavit* MACROBIUS **), *ex illius prooemio sumptum crediderim, quia libri secundi si-*

---

*) Vide, I, 4, 5. II, 27. et III, 15.

**) Saturn. VI, 4.

mile prorsus est exordium) Sol paululum *tantum a* meridie devexus *erat. Eapropter* diei longitudo *facile patiebatur, ut quatuor prioribus libris alios quatuor adiiceret. Igitur, nisi me fallit coniectura, libros octo de Legibus emiserat* TULLIUS.

De VICTORII, CAMERARII, LAMBINI, URSINI*que notis non est cur verba faciam; sat enim viris doctis innotuerunt. At observationes* PAULI MANUCII *descriptae sunt ex editione, quam Venetiis curavit* ALDUS *nepos; nam in ea multo meliores et uberiores leguntur, quam vulgo Typis edi solent.*

ANTONII GOVEANI *commentarium, qui prodiisse fertur Lutetiae* A. D. MDLII. *nunquam vidi; nec, quod mirari subit, eius omnino meminerunt Interpretes. Multos pariter horum librorum locos in Lectionibus suis Academicis tetigit* JOANNES SCHEFFERUS. *Illas tamen oculis ipse non usurpavi, nec in iis quaerendis multam curam posui: nam vehemens earum desiderium non suscitarunt Excerpta, quae nuper in sua* CICERONIS *editione Cl.* VERBURGIUS *exhibuit. Tradit etiam fama, Parisiis exemplar servari, cui suas coniecturas adscripsit* FRANCISCUS GUYETUS; *sed Apographum mihi comparare non potui.*

Quid ipse praestiterim, tu, Lector, iudicabis. Mihi sane praesto fuerunt Codices, quibus opem ferentibus, TULLIO *nonnihil, quemadmodum puto, contuli. Nam vir nobilissimus* EDVARDUS HARLEIUS, *Comes Oxoniensis, mecum duos MSStos,*

quos HARLEIANOS *voco, communicavit, et animi parum grati notam merito subirem, nisi propter insignem, quam saepius expertus sum, humanitatem ei gratias agerem haberemque maximas. Quin et optime de me meriti sunt hac in parte viri praestantissimi* RICHARDUS BENTLEIUS, RICHARDUS MEDUS, *et* JOANNES WALKERUS, *quorum singulis me devinctissimum esse lubens agnosco. Si tamen aberrasse nonnunquam videar, haud equidem mirabor; cum, prout ille dixit* *), quid putem, non quid contendam, *posuerim. Iis sane, qui se gerunt tanquam sint ἀναμάρτητοι, πίθηκον οὐροῦντα pingas oportet.*

HADRIANI TURNEBI *Commentarius ex ipsius Officina Parisiis* A. D. MDLII. *exiit: dein eum* A. D. MDLVII. *tertia parte, reor, auctiorem formulis excudit* GULIELMUS MORELIUS, *in eadem urbe Typographus Regius et* **) *linguae Graecae Professor, idemque vir doctissimus et diligentissimus, si* ***) JOAN. MERCERO *fides. Postremam editionem hic exprimendam censui: nam parum recte fecit* HIERONYMUS COMMELINUS, *qui* A. D. MDXCVI. *primam, eamque longe ieiuniorem, secutus est.*

Ceterum TURNEBUS, *pravo seculi quo vixit more, locos ita laudavit, ut nusquam fere caput, saepe vero ne librum quidem indicarit. Sic pas-*

---

*) *Varro* ex *Xenophane* apud *Augustinum* C. D. VII, 17.

**) Praef. ad *Harapollinem* edit. secundae.

***) Eum Professorem G. L. fuisse negat Menagius Anti-Bailleti p. 1. §. 68. Tom. XIV. des Jugemens des Scavants.

sim CICERO, SENECA, PLUTARCHUS, COLLUMELLA, PLINIUS, *aliique magnorum voluminum scriptores nudis nominibus appellantur. Huic malo remedium nos attulimus: nam tantum non omnes locos ab eo citatos quaesivimus, et ubi reperiri possent, accurate notavimus. Maximum mihi taedium creavit, ut dicam quod res est, hic labor; eum tamen tibi, Lector, demerendo non invitus pertuli.*

Edidit etiam TURNEBUS *Apologiam contra calumnias, quibus eius commentarios ad librum primum de Legibus nonnulli petierunt. Sed eam denuo typis mandare nolui: nam praeterquam quod nihil sit ullius momenti, quod iteratae commentarii sui editioni non inseruit; rixarum et contumeliarum memoriam haud equidem renovare, sed oblitterare potius in votis habeo.* Vale.

Dabam ex Museo nostro a. d. x.
Kal. Apriles MDCCXXVII.

SYLLABUS MSStorum.

QUIBUS USUS SUM.

PARIS. denotat MStum qui servatur in Jesuitarum Parisinorum Bibliotheca. Is sexcentorum circiter annorum fert aetatem, prout censet vir doctissimus JOAN. WALKERUS, cuius humanitati variantes Lectiones debeo.

Reg. MStum quem custodit Serenissimi Britanniarum Regis Bibliotheca Jacobea. Mutilus est, nec ultra mediam partem libri secundi progreditur. Eius usum mihi concessit vir summus RICHARDUS BENTLEIUS. Est annorum, ut arbitror, CCCC.

Harleian. pr. sec. notant duos MSStos quibus uti licuit benignitate Nobilissimi EDUARDI Comitis Oxoniensis. Is, quem *sec.* nominavi, nonnihil vetustior est altero, qui circa Typographiae initia videtur exaratus.

Med. Codicem quem perhumane mecum communicavit celeberrimus Polyhistor RICHARDUS MEDUS, primarius inter Londinenses Medicus. Est, ut opinor, annorum CCC.

Eliens. varias Lectiones significat, quas ex MSto quodam vir doctus editioni ROBERTI STEPHANI A. D. MDXXXIX. adlevit. Iste Codex, quantum judicare datur, non magnam prae se tulit vetustatem. Idem de Collegii *Balliolensis* apud Oxonienses MSto dicendum.

I. D.

INDEX

apparatus critici eorumque adjumentorum, quibus in hac editione adornanda usi sumus.

Cod. Cr. Codex *Creuzerianus*, olim *Uffenbachianus*, de cujus praestantia locuti sumus in Indice Apparatus Critici ad Editionem Ciceronis de Natura Deorum p. XIV. sq., laudavimusque Bibl. Uffenbach. MSptae P. IV. Halae Hermund. 1720. f. m. p. 222. Nostri de Legibus libri sunt in principio Codicis, in iisque interiores paginarum partes pleraeque scripturam habent temporum injuria saepe admodum pallidam et evanidam, ita tamen, ut accuratius inspicienti literarum ductus fere omnes appareant. Ego ipse hunc librum per totum commentarii conscribendi tempus ad manum habui, et ne unum quidem verbulum non inspecto hoc Codice praestantissimo transmisi.

Cod. W. Wyttenbachianus, nunc *Creuzeri*, ad quem ex bibliotheca *τοῦ μακαρίτου* transiit. Emerat eum Wyttenbachius anno MDCCCVI. in auctione *H. Hana.* Vid. Bibliothecam Wyttenbach. p. 145. Continet hic liber, eleganter et accurate seculo, ut videtur, XV. exaratus, praeter hos *de Legibus* libros, etiam Ciceronis *Timaeum*, *de Fato* librum; tum ab alia, eaque elegantiori etiam, manu Orationes *Pro lege Manilia et Pro T. Annio Milone.* In praestantibus quoque hic liber habendus, qui saepissime cum optimis conspirat, atque ad emendanda quaedam loca ansam praebuit. Eodem ego hunc codicem modo, quo Creuzerianum, accuratissime contuli.

Cod. M. Monacensis, a *L. Spengelio*, Lycei Monacensis alumno summa cura collatus. Quo ego libro nihil unquam vidi corruptius, ita quidem, ut, si hic horum librorum unicus superesset Codex, de iis legendis, nedum restituendis, plane foret desperandum. Neque vero est, quod nos hunc librum consuluisse et adhibuisse poeniteat. Qui enim erat insignis stupor scriptoris, nobis fidem facit, eum inge-

nio non indulsisse, sed ex veteri libro, cujus literarum ductus saepe fuisse videntur evanidi, fideliter, quae legere posset, descripsisse. Saepissime autem cum optimis libris conspirat, neque raro solus optimorum Goerenzii Codicum lectionem firmat. Seculi est, ut videtur Spengelio, decimi quarti exeuntis, forma quarta, membranaceus, elegantissime scriptus, plenus scribendi compendiis; veteris scripturae multa habet vestigia: literae *i* nunquam punctum est superscriptum, scribitur *e* pro *ae*, *omnis* pro *omnes*, *quoius* et *quoi* pro *cujus* et *cui*. Salisburgo adlatus est Monachium. Est foliorum CLXXX, incipitque in medio libri *Cic. de Amicitia*; sequuntur *de Senectute*, *Paradoxa*, *de Creatione*, *de Fato*, *de Oratore*, *Brutus*, *Orator*, *Oratt. contra Catilinam*, *de Laudibus Philosophiae*, *de Legibus*.

Cod. H. Havniensis. Ita brevitatis caussa vocavimus varias lectiones, quas usque ad medium fere librum secundum exemplo suo e cod. mscr. adscripsit J. A. Fabricius. Liber asservatur in bibliotheca Regia Havniensi. Lectiones nostrâ gratiâ excerpsit vir eruditus *Muenterus* jun. Friderici Muenteri Seelandiae Episcopi V. S. R. filius.

Copp. Victt. a. Copiae Victorianae primae, sunt variae lectiones, ab ipso Victorio ad marginem editionis suae ex Cod. MSto. enotatae; quae confirmant multas virorum doctorum conjecturas, quamquam non ultra centum per hos tres libros loca attingunt. Ad marginem ejusdem Editionis Victorius loca ex scriptoribus Graecis nostros libros illustrantia adscripsit, quae, si non erant a Turnebo et Davisio occupata, suis locis inseruimus.

Copp. Victt. b. Copiae Victorianae secundae. Magnus per omnes tres libros lectionum numerus ab eodem Victorio ad marginem Editionis Ascensianae 1521. ex codice vetusto annotatae, bonae frugis plenissimae. Has Copias Victorianas acceptas referimus item *L. Spengelii*, quem laudavimus, diligentiae. Valde multisque in locis Copp. Victt. b. cum Cod. H. conveniunt. Maximam autem fuisse Victorii in conferendis codicibus suis antiquis diligentiam, eumque ne minimum quidem notatu indignum censuisse, multis exemplis testatum habeo.

Codd. Par. A. B. C. Codices *Parisienses* Regii tres, numeris 6361. 2906. 6597. insigniti, quorum partem libri primi Parisiis contulit *Baehrius*, Professor Heidelbergensis, nobis conjunctissimus.

Codd. Par. Va. Vi. Pa. Codices *Parisienses*, quorum primus est *Valeriensis*, (de la Valliere), seculi decimi quarti; alter *S. Victoris*, seculo XV. exaratus; tertius *Re-*

gius 2906, idem videlicet, quem in prioribus ut *Par. B.* insignivimus. Ex his tribus libris nonnisi octo capita, difficiliora videlicet ceteris, nuper admodum collata accepimus procurante *Hasio*, Professore Parisiensi. Quare, cum jam absoluti essent nostri in hos libros commentarii, lectiones istas Turnebi Commentario adjecimus, eaeque documento sunt, si eo forte res indigeat, parum admodum subsidii in libris scriptis inesse ad antiqua illa vulnera resarcienda.

Graevii notas MStas, partim ex antiquo codice excerptas, depromsimus ex margine Editionis Commelinianae, quae in Bibliotheca Heidelbergensi asservatur.

Wyttenbachii notas ex scholiis ejus uberrimis, quae Leidae dictavit, excerpsimus, omissis, quae vel ab aliis commentatoribus essent occupata, vel minus viderentur necessaria. Adhibuimus quoque ejusdem

Wyttenbachii notulas, margini editionis Goerenzianae minoris, quam in scholis ad manum habebat, adscriptas, et duobus quidem inter se diversis exemplaribus, quae auctionis lege venerunt in manus *Creuzeri.*

Dirksenio quoque nostro, professori Regiomontano, haud pauca in locis de jure XII. tabularum gravioribus debent lectores, quae, nominato auctoris nomine, suis locis inseruimus.

Savignyo denique, V. Cl., praeter ea, quae egregia attulit ad hos libros illustrandos in altera parte libri: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, debemus nonnulla, quae in epistola ad Creuzerum data (a. d. xx. Jul. MDCCCXXII.) contulit.

Creuzeri notas MStas ejus nomine addito (*Cr.*) insignivimus.

Libris autem typis descriptis usi sumus his:

Ed. Asc. 1. *Ascensiana prima*: in aedibus Ascens. form. max. a. MDXI. impressa.

Asc. 2. *Ascensiana secunda*, quae eadem forma sed elegantius etiam expressa, prodiit Lutetiae Parisiorum a. MDXXI. (IV. Voll. f. m.) Utraque editio est praestantissima. Sed differt haud paucis locis posterior a priore, quod non animadverterunt ii, qui hos libros ante nos seorsim ediderunt, non enim distinguere solent utramque, quod jam fecit Ern. in Praef. Opp. p. 18. ed. min., ubi in secunda Ascensiana Aldinam esse recensionem repetitam narrat.

Crat. *Andreae Cratandri* Editio f. m., quae a. MDXXVII. III. Voll. Basileae prodiit, ad quam adornandam haud pauca Cratandro antiquorum librorum virorumque doctorum animadversionum adjumenta praesto fuere. Ea Editio

in multis cum sequenti convenit, ita tamen, ut ab hac haud rarius, quam Ascensiana secunda a prima, discedat. V. Ern. l. c. p. 19.

Herw. Est *Herwagiana*, quae item prodiit Basileae a. MDXXIV; de cujus praestantia cum monuerimus ad. Cic. de N. D. p. XV, non est, quod hic plura addamus. (IV. Voll. f. m.) Vid. Ern. l. c. p. 19.

Paris. Est editio optimae notae, quam, cum a prioribus Editoribus non fuerit adhibita, paullo accuratius describemus. Inscribitur *M. T. Ciceronis de Legibus libri* III. *Parisiis apud Joannem Lodoicum Tiletanum, via ad D. Hilarium sub D. V. Maria. MDXXXVIII.* Ad calcem libri, forma 4. impressi, annexa sunt: *In M. T. Ciceronis de Legibus Libr. III. Scholia et castigationes. Paris. ib. eod.* non addito auctoris nomine. Haec autem Scholia esse primum *Adriani Turnebi* commentarium mox animadverti, cum et multas notas in eo inesse viderem, quae sunt in Commentarii ejusdem editione tertia, quam nos ad calcem nostrae editionis excudi curavimus, et pagina tituli aversa hoc poëmation ἀκρόστιχον scholiis illis adjectum legerem:

Leodegarius a quercu harum lucubrationum scholiastae:

Apte et vere equidem satis, solere
Dici perpopulariter videmus,
Rem nullam melius placere posse
Illa, quae omnibus utilis futura est,
Ac nullis nocitura. Quare apud me
Nequaquam dubium diu fuit, quin
Omnes mirifice probent, amentque
Tam docta haec scholia: unde quisque fructum
Optatum referat: relato, opime
Utatur. Sed id interim precari
Restat per studia optima optimorum,
Ne non dextimus aestimator usquam
Exurgat, male consulens bonam rem.
Bis nimirum ea grata debet esse,
Vel quod sit data tam cito illa, vel quod
Sit (nulla stipe) gratuita prorsus.

Quantum autem differat hic primus commentarius a secunda et tertia ejus editione, in commentario nostro non semel monuimus: quod ideo fuit faciendum, quia auctor nonnunquam etiam, quae merito placerent, postea silentio pressit.

Ita v. c. in hac prima Commentarii editione prooemium v. exordium horum librorum adesse vidit, quod postea ei deesse visum est. Alteram Commentarii Turnebiani Editionem ad manum habuimus in Editione.

Comm. i. e. *Commeliniana*, quae prodiit apud Hieron. Commelinum MDXCVI, quae proxime accedit ad tertiam, (a Guil. Morello jam 1557. excusam) quam nos ex Ed. Davisiana exhibemus, neque vero tam plena est. Ex hac Editione exhibemus, quae a multis, ut speramus, grato accipietur animo, *Adriani Turnebi Apologiam adversus quorumdam calumnias ad librum primum de Legibus*, neglectam immerito a Davisio et Rathio, bonaeque frugis plenissimam *). Adhibuimus praeterea Editionem

Car. Steph. (*Caroli Stephani*) splendidissimam, quamque, ut non semel monuimus, minoris, quam meretur, aestimavit Ernestus. Prodiit quatuor voluminibus f. m. Lutetiae MDLIIII, habetque adnexas varr. lectt. Codicis antiqui.

Sturm. a. et b. (*Sturmianae*) a. MDXLI. et MDLXXIV. f. 8. quae multa habent, quibus se commendent. Plerumque consentiunt; quod ubi non factum est, locis gravioribus monuimus.

Ald. Aldina cum scholiis et conjecturis *Pauli Manutii*. Corrigente *Paulo Manutio*, Aldi filio. MDLII. f. 8.

Brut. Ed. *Gryphiana*, Lugd. MDLXXI. cum I. M. *Bruti* animadversionibus. f. 12.

Lamb. Lambiniana, cum ej. commentariis; sed lectionibus Lambini ex contextu in marginem rejectis. Argentorati MDLXXXI. (IX. Voll. f. 8.)

Gothofr. Edit. *D. Gothofredi* cum ejusdem notis, variisque lectionibus et Ed. Lamb. et aliis. Genevae MDCXLVI. f. 4.

Verb. Verburgiana. Amstelaedami MDCCXXIV. f. 8. XI. Voll., de qua quum multi, iniquius nonnunquam, sint locuti, non est, quod plura addam.

Morab. Videlicet: *Traité des loix de Ciceron, traduit par Mr. Morabin.* à Paris. MDCCXIX. f. 8. Latine et Gallice. In contextu constituendo nullam plane curam adhibuit; ad explicationem rerum nonnihil contulit.

Ad manus fuerunt praeter has Editio *Ernesti*, *Bipontina*,

---

*) Ad haec, quae diximus de Commentariis Turnebianis, corrigenda sunt ea, quae Davisius dixit in praefatione. Primum ergo illum commentarium edidit Turnebus XXVI. annos natus: mortuus enim est a. MDLXV. anno aetatis LIII. Vid. Scaevolae Sammarthani Elogia Gallorum Seculo XVI. doctrina illustrium ed. C. A. Heumann. p. 85.

Goerenziana minor (Lips. MDCCLXXXXVI.). *Wagneriana* (Gotting. MDCCCIV.) cum Commentariis, ad interpretationem multa, ad crisin nonnihil, conferentibus; *Rathiana* (Hal. Sax. 1809.), *Goerenziana* major, (Lips. MDCCCIX.) de cujus laudibus, cum sit omnium, quae adhuc prodierunt, praestantissima, non est, quod lectores edoceam; *Schütziana* (Lips. MDCCCXV. in Opp. T. XV.), cui egregiae nonnullae insunt animadversiones, in qua vero, quid reprehendendum sit, (videlicet infinita festinationis vestigia) subinde indicavimus; *Hülsemanni* versio Germanica (Lips. 1802.) cum notis criticis, plerisque admodum jejunis et exilibus; quamquam ceteroquin hujus viri opera, quam Ciceroni impendit, suis laudibus non destituitur. Denique usus sum *J. Schefferi* Notis ad. Cic. de Legibus, (insertis ej. Lectionibus Academicis. Hamb. MDLXXV. f. 8.) quae plura habent haud contemnenda; *Wopkensii* Lectionibus Tullianis (Amst. 1730. f. 8.) *Engelbronneri* Disput. de loco Ciceronis, qui est de Legibus, praeside H. C. *Cras*. Amstelod. ap. P. den Hengst, MDCCCII. pp. 104 form. 4. maj. et novissima *Oliveti* Eclogarum Cic. editione, quam post *Hettingerum* curavit *J. J. Ochsner*, (Zürich. 1820.) quibus nonnulla nostrorum librorum capita continentur et aliquot eorum loca commode illustrantur.

G. H. Moser.

INTRODUCTIO

in Ciceronis de Legibus libros.

Qui ante nos hos Ciceronis libros singulari ediderunt opera, disputandi de iis labore non facile supersedere se posse existimarunt. Est enim horum librorum ea facies, quae a reliquorum ejusdem librorum facie haud parum sit diversa; est ea eorundem difficultas, quae multorum studia requirat, antequam ad liquidum perduci possint pleraque omnia; est ea vel temporum injuriâ vel interpretum nonnullorum ineptâ argutiâ corruptio, quam optimorum etiam medicorum ingenia manusque nondum persanaverint; est denique eorum tam mutila conditio, ut multis quaestionibus ansam praebeant, faciliusque alios errasse demonstres, quam ipse aliquid proferas, quod in dubium vocari nequeat.

Disputatum est autem primum de *auctore* horum librorum, deinde de *tempore* quo fuerint *scripti*, deque eo, quo *sermones* hi *habiti* fingantur; tum de *numero* librorum de legibus, de *inscriptione*, de eo, utrum *ab ipso Cicerone* sint *editi* habeantque justum *prooemium*, denique quam in iis conscribendis secutus fuerit *philosophandi rationem* quod ad *rem* et quod ad dialogi *formam*, quodque fuerit universe horum librorum componendorum *consilium*.

Ac de *auctore* quidem quaerere si quis velit, id eo tantum excusare poterit, quod ipse Cicero nusquam eorum diserte meminit. Qui vero ex eorundem conditione mutila vellet efficere, quod *Hülsemannus* *), scripsisse quidem Ciceronem libros de Legibus, eos autem, qui exstant, esse

---

*) *Ueber die Prinzipien und den Geist der Gesetze im nächsten Bezug auf die alten Gesetze der Römer. Aus dem Lateinischen des M. T. Cicero nach einem berichtigten Texte übersetzt; nebst einer kritischen Einleitung und historisch-philosophischen*

epitomen, et exilem saepe jejunamque, operis majoris, quam confecerit fortasse unus ex serioribus ecclesiae patribus: nae ille nihil aliud proderet, quam se, quid Ciceronianum sit, quid exile et jejunum, tam parum callere, quam hujus commenti auctorem. Quamquam ipse tam parum sibi constat, ut alio loco hanc, quam somniat, epitomen ab ipso Cicerone profectam esse posse concedat, alio etiam hos, qui exstent, libros esse partem operis Ciceroniani inchoati et imperfecti, prioris recensionis postea amplificatae, vel denique eos esse fragmenta tertii, quarti et quinti de Re publica libri. Priora refutare si quis vellet, nimium tribueret commentis omni ratione destitutis. Ubique enim, ait Goerenzius, agnoscitur Ciceronis manus, nulla commissura, quae resecantis conjungentisque manum prodat. Quae ultimo loco posuit, satis explosa sunt illorum de Re publica librorum parte reperta. Accedit, quod, (ut recte monuit Goerenzius) neque alibi apud veteres utrumque argumentum, de legibus videlicet et de re publica, conjunctum et commixtum reperias. Quod vero noster hos libros nusquam commemorat, neque eo adeo loco, quo reliquos de rebus ad philosophiam pertinentibus libros recenset (de Div. II. 1.), id inde factum puta, quia ab ipso Cicerone pars tantum horum librorum ad unguem perfecta est, pars affecta modo et adumbrata. Aliquando enim in libro aliquo componendo rebus aut negotiis quibuscunque interruptus, non facile ad absolvendum commovebatur. *Ego*, ipse ait de Legg. I. 3. *animi pendere soleo*, *cum*, *semel quid orsus*, *traducor alio: neque tam facile interrupta contexo*, *quam absolvo instituta.* Quare etiamsi, cum de Divinatione scriberet, nostros jam instituisset et inchoasset, libros ut nunc sunt, eorum non fecisse mentionem existimari potest, quia dubitaret, an unquam esset eos absoluturus. Non absolutos fuisse hos libros inde quoque colligit Corradus in Quaestura p. 265. quia, si absolvisset eos Cic., non dixisset Quintilianus Inst. Orat. XII. 3. *M. Tullius — componere aliqua de jure coeperat.* Ergo, ait Rathius, *coepit* scribere de Legibus, neque vero librum ad exitum perduxit, quia fortasse ipsi rei tractatio displicuerat, ceperatque consilium retractandi (ut libros de Re

---

Anmerkungen; von Fr. Hülsemann. Leipz. Schwickert. 1802. 8. — Longe infra Ciceronis aetatem rejiciendos esse libros de Legibus, nuperrime, sed nulla addita ratione, contendit censor quidam pseudonymus (*Φωςφόρος*) in libro menstruo, qui inscribitur: *Neue krit. Bibl. f. d. Schul- und Unterrichtswesen* 8. *Hildesh.* 1825. I. p. 125., ubi item cum Astio *Leges* Platoni abjudicat.

publica et Academica), a quo laboribus forensibus fuerit impeditus (ad Fam. VII. 2.) aut iter in Ciliciam intervenit. Quamquam nuper etiam Censor Editionis Schützianae Gottingensis (G. A. 1822. 20. qui est C. O. M.) rationes, quibus hos libros non esse absolutos a Cicerone demonstrare voluerit Goerenzius, nondum ab omni parte esse firmas certasque contendit. De *tempore*, quo scripti fuerint hi libri, quove sermones hi habiti fingantur, minus etiam convenit inter viros doctos. De eo quidem nemo facile dubitaverit, scripsisse eos Ciceronem absolutis de Re publica libris et eo quidem tempore, quo aliqua certe ei esset rei publicae restituendae spes, quòque his libris conscribendis ipsi rei publicae se prodesse posse speraret. *Turnebi* sententiam vides in argumento Commentariis praemisso. *Corradus* in Quaestura p. 265.: Quo tempore, ait, libros de Legibus scripserit Cicero, potest dubitari, quum de libris illis ipse nusquam, quod ego viderim, meminerit. Nisi forte credimus, eum, cum in Cilicia Proconsul esset, et hos et libros Augurales scripsisse: alteros, ut cum libris de Re publica conjungeret: alteros ut Appium, qui libros septem Augurales ad eum scripserat, remuneraretur. *Chapmannus* (in Dissert. Chronolog. de aetate libr. coll. Fabric. B. L. Ed. Ern. T. I. p. 188.) ex silentio de his libris in Epp. ad Att. aliisque rationibus colligit, scriptos fuisse a. u. 709. sub auctumnum, paullo ante Tullii mortem, absolutis jam de Divinatione et de Fato libris. Patefieri existimat inde, cur auctor ipse de nostris libris nusquam loquatur; quod autem dicat de Divin. II. 35. 75. de dissensione inter Marcellum et Appium Claudium augures, addens: *sed de hoc plura in aliis:* id factum esse in libro de Legg. II. 13, 32., ubi dissensionis illius ratio exponitur. Ceterum meminisse ait de his libris Ciceronem Rathius de Orat. I. 42. ubi sub Crassi persona haec dicit: *si aut mihi facere licuerit, quod jam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne jus civile in genera digerat, quae perpauca sunt* (conf. de Legg. I. 5.), *deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat; tum propriam cujusque vim definitione declaret: perfectam artem juris civilis habebitis:* de eodemque libro Gellium quoque loqui contendit (I. 22.), *M. Cicero*, dicentem, *in libro qui inscriptus est de jure civili in artem redigendo verba haec posuit* etc. *Engelbronnero* autem Quintilianus et Gellius ll. cc. de aliis, quam de nostris libris, loqui videntur; isque nihil addit de tempore, nisi libros de Legibus scriptos fuisse post Clodii mortem, Clodio videlicet paullo ante occiso

(II. 17.). Quo nihil est verius. Sed plura etiam exstant in libris Ciceronis vestigia temporis. Videlicet intelligitur ex L. III. 13., eos scriptos esse post obitum Luculli, qui obiit Cicerone exulante i. e. paullo ante bellum civile inter Caesarem et Pompejum, septem fere annis ante Ciceronis obitum. Scriptos inde existimat Wyttenbachius libros de Legibus circa a. u. 703. (47. a. C.) post Ciceronis e Cilicia reditum. Sed omnibus probe ponderatis non possumus, quin statuamus, annum fuisse u. c. 701., a. C. 48., aetatis 56., quo Cicero hos libros scripserit *), idque factum esse paullo post Clodii mortem et causam Milonianam, Cicerone recens augure facto (L. II. 13. III. 19.), antequam in Ciliciam provinciam profectus esset. Patet enim ex L. II. 17. antecessisse Clodii necem; ex III. 18., Catonem Uticensem adhuc in vivis fuisse; ex I. 20., libros de Finibus tum temporis a nostro nondum fuisse scriptos, quos in a. u. 708. incidere constat (Vid. Goerenz. Introd. in L.L. de Finibus p. XII. sq.); ex II. 13., Marcellum et Appium augures vixisse cum nostros libros scriberet, qui de Divin. II. 35. mortui dicuntur: libros autem de Divinatione anno aetatis 63. cum amicis communicavit. In his etiam loquitur II. 9. de Pompejo trucidato; in nostris de Pompejo vivo et florente I. 3. III. 9. III. 11. Plures etiam annos inter libros de Legibus et de Divinatione scriptos intercessisse inde patet, quod in illis de occupata opera loquitur I. 3. I. 4.; in his II. 2. quod omnibus muneribus orbatus sit queritur; in illis II. 13. plane aliter de Divinatione sentit, quam in his II. 33. II. 38. II. 72. et alibi passim: sententiam enim suam mutaverat, neque vero (quod existimabat Wesele-Scholten **) in libris de Legibus ad publicam utilitatem, in libris de Divinatione ad philosophicam veritatem locutus est. Accedit (id quod animadvertit Goerenzius), quod nonnulla loca valde commoto animo sunt scripta, v. c. II. 16, 41—43. III. 9, 21. 22. quibus petitur Clodius cum iis, qui huic in consilio, Ciceronem e patria ejiciendi, adjutores fuerant; quod vulnus refricuit Miloniana causa, in qua Milonem de caede Clodii reum Cicero, sed parum constanter, defendendum susceperat. Inde etiam in Pompejum occultata quidem, sed non obscura admodum, indignatio (v. ll. cc.). Denique, quod primarium

*) Cf. F. Schoell Histoire abregée de la literature Romaine. Par. 1815. Tom. II. p. 162. sqq.

**) In Diss. de Philosophiae Ciceronianae loco, qui est de divina natura p. 59.

est, non potest scripsisse hos libros ante annum 701., quia a. u. 699. scripsit libros de Re publica, de quibus ut jam absolutis loquitur (I. 9. II. 10. III. 2.), neque ante annum 701. augur factus est, cum Crassus, cui successit, mense Junio anni 700. ceciderit, causa autem Miloniana mense Aprili anni 701., acta fuerit, eodemque noster anno occupatum se dicere poterat in causis agendis, quod in annum 702. non cadit. Eo enim anno in provinciam ire coactus est; et, cum rediisset ex provincia a. u. 703., bellum civile exarsit, in quo, (neque magis a. u. 704.) ei otioso esse non licuit. Pompejum enim secutus post pugnam Pharsalicam, a. u. 705. Brundusium venit, inde a. u. 706. Tusculum et Romam rediit. Quamquam autem inde ab a. u. 707. haud pauca scripsit et rhetorici et philosophici generis; fieri tamen non potuit, ut hos quoque nunc demum libros conscriberet, de quibus scribendis, cum de re publica plane desperavisset, ne cogitare quidem potuit. Neque aliquis mihi objiciat, fuisse tamen Ciceroni aliquam, brevem quidem, in mediis his turbis rei publicae restituendae spem. Eo enim ipso tempore ita occupatus fuit, ut otio et quieti nullum plane diem dare potuerit. Quod vero ait Chapmannus (l. c.), fingi his omnibus sermonis habiti tempus, neque libros nostros scriptos esse ante annum u. c. 709., quia de Divin. l. c. et in Epistolis ad Atticum de iis non loquatur noster; id bene refutavit Goer. dicens, fortiores esse rationes psychologicas, quibus ductus eodem anno, quo habitus fingatur sermo, scriptum etiam esse librum dixerit, in quo graviter et recens commoti animi manifesta insint vestigia. Tacuit autem illo loco de his libris, quia affecti quidem, neque vero absoluti erant atque perpoliti; cujus rei non desunt vestigia in libro primo, manifesta sunt in libro secundo et tertio.

Numerum si quaeris, nihil certius est, quam plures fuisse tribus. Sex fuisse libros mihi cum Goer. et Sch. videtur *) veri simillimum, in qua etiam sententia fuit Morabinus. Commode adhibuit Goer. locum III. 20. 48., indeque recte efficit, *quartum* egisse de potestate, *quintum* de jure publico, *sextum* de jure civili; ut hi dimidiatum librorum Platonis de Legibus numerum efficiant. Cum quintum librum laudet Macrobius (Saturnal. VI. 4.), quinque fuisse libros existimabat Fabricius in Bibl. Lat. l. c. quorum *primi* argumentum fuerit de fonte legum omnium jureque naturae; *secundi* leges de religione; *tertii* de magistratibus; *quar-*

*) Cf. etiam Schoell. l. c. p. 166.

tus egerit de potestate magistratuum; *quintus* de jure populi Romani. Quod item Wagnero placebat, qui laudat ad hoc probandum L. I. c. 5. Cum *octo* placuisset fuisse libros Davisio (q. v. in praef.), ei adstipulans Hülsemannus haec eorum argumenta fuisse existimabat: *primi* de religionibus s. de rebus divinis; *secundi* de magistratibus; *tertii* de responsis prudentum; *quarti* de jure militari; *quinti* de judiciis; *sexti* de stipulationibus et contractibus; *septimi* de testamentis; *octavi* argumentum fuisse credebat principia juris. Hoc vero est hariolari.

Ad *inscriptionem* quod attinet, eam nos justam esse credimus, quae dudum recepta invaluit, atque in omnibus fere libris manu scriptis legitur, *De Legibus*, quam sine dubio, ut librorum ipsorum formam, ad normam Platonici operis *Νόμοι, ἢ περὶ νομοθεσίας* effinxit. Quid quod etiam Chrysippus, quem in philosophica horum librorum parte in primis secutus est noster, librum *περὶ νόμου* scripserat? *) In uno tamen Cod. MS. cum Turnebus invenerit inscriptionem *De jure civili et Legibus*, Rathius ex I. 4. 5. 6. 10. 12. 21. II. 1. 18. colligit, posse hos libros inscribi vel ita, vel ut plerumque inscribuntur, vel *de jure civili*, vel denique *de jure et legibus*. Nobis recepta eademque simplicissima ratio optima videtur.

Ciceronem si concedis non absolvisse hos libros, concedas etiam oportet eos ab ipso auctore non esse *editos*, sed post obitum ejus demum lucem vidisse. Qua in sententia plerosque omnes eorum interpretes et fuisse et esse video. Neque alia est causa, unde clarius intelligatur, cur ipse noster nusquam hujus operis meminerit, neque eo loco, ubi id potissimum exspectes (de Div. II. 1.); itemque cur ne Ciceronis quidem aequalium aliquis ejus mentionem fecerit. **)

Illud autem mireris, quod inter viros doctos non constat, utrum *Prooemium* habeant hi libri, an non habeant; cum id primo obtutu in oculos incurrere debeat. Factum tamen est, ut Turnebus in primo commentario justum horum librorum esse prooemium prima libri primi capita diceret;

---

*) Cf. Baguet de Chrysippo §. CXXV. p. 333. coll. §. CXXVI. p. 334.

**) Quod in Epistolis ad Atticum nulla librorum de Legibus mentio fit, id inde factum recte existimat Schützius, quod annorum 700. et 701. nullae exstant epistolae ad Atticum scriptae, qui fortasse eo tempore cum Cicerone in urbe fuit. Quod ipsum firmare ait opinionem, hos libros scriptos esse a. u. 701.

in eo, quem nos ad calcem hujus editionis addidimus, exordium periisse contenderet. Prooemium deesse statuunt item Rathius et Schützius, qui inde potissimum colligunt, hos libros a Cicerone non esse absolutos, nedum editos. Nobis cum Fabricio, Goerenzio, A. Majo in Praef. ad Cic. de Rep. p. XI. aliisque non deesse videtur Prooemium. Quae enim in principio libri primi ponuntur quaestiones de poesi Ciceronis et de historia ab eo conscribenda, justi prooemii instar possunt haberi: quod vero subito inducuntur dialogi personae colloquentes, in hoc ipso plane Platonem expressit noster, quod in his cum maxime libris se facere voluisse testatur, ita, ut manifesto Platonicarum Legum exordium ante oculos habuisse noster appareat. Quare etiam non moramur Hülsemannum, qui philosophiae laudem, quae est in fine libri primi, esse prooemium verum nostrorum librorum, ab epitomatore in finem rejectum, contendit.

Denique, ut a rebus externis ad interiora, eaque extremo loco consideranda, transeamus, disquirendum est de argumento ipso, quod ad *materiam* et ad *formam*. Et formam quidem librorum Platonicam esse, (quantum videlicet oratorium Ciceronis ingenium ad eam posset accedere), nemo facile infitias iverit. Materiam de jure ac lege naturali sumsit a Stoicis, a Chrysippo potissimum *), in cujus libro περὶ νόμου est fere totum libri nostri primi argumentum. Quod vero noster Chrysippum nusquam fere, nisi reprehendendi causa nominat, id inde factum existimamus cum Goerenzio, quia ejus formam, quippe minus probam, cum probare non posset, imitari noluit. Idem vir doctus accuratius de Ciceronis cum Chrysippo convenientia exposuit, quod neque repetere voluimus, et unusquisque nunc facilius etiam cognoscere potest, Chrysippi fragmentis in libro, quem modo laudavimus, collectis. Illud solum monemus, Stoicis notiones Dei, naturae et legis fuisse quasi synonymas; quod item reperimus esse nostro. **) Leges autem ipsas noster in libro secundo et tertio petivit e cognitione rerum publicarum cum aliarum, tum potissimum Romanae. Persuasum enim ei erat, non quidem omnibus numeris esse absolutam eam,

*) Cf. Pancirollus in Thesauro Varr. Lectt. L. II. c. 3. Heinecc. in Iure Rom. et Att. T. II. p. 1115. Plutarch. de Stoicorr. Repugnn. p. 1035. T. V. p. 218. Wytt. Baguet de Chrysippo p. 26. 112. 333.

**) Cf. Middleton. Vit. Cic. (German. a Seidelio. Danz. 1793.) T. IV. p. 357. sqq. ib. Cic. de Rep. III. [c. 22. p. 251. ed. A. Maj.].

quae antiquitus obtinuerit, rei publicae Romanae formam: sed fieri tamen posse, ut ex tanta rerum omnium perturbatione hoc, quo in his libris demonstratum ibat modo, res publica emergat. Qua in re si quis forte reprehendat Ciceronem, quod Romana instituta, eaque fere obsoleta, quasi optime constitutae rei publicae exemplar proposuerit, quae a civitate, qualem philosophus sibi fingere possit, tam longe absint: is primum meminerit, Ciceronem Romanum esse, qui quibus aucta fuerat res publica, patrum moribus disciplina et institutis neglectis, eandem collabentem videret; Romanum dico hominem, quibus ea potissimum placerent probarenturque, quae ad vitae usum converti, et re factisque effici possent; eum denique, qui, cum ad Platonicam subtilitatem adscendere neque posset neque vellet, ne id quidem spectaret, quod ipse reapse ut perfectionis quasi finem agnosceret, sed ea monuisse satis haberet, quae rei publicae jamjam vacillanti et collabenti subvenire posse viderentur.

Exposuimus breviter, quae nobis de his libris praemonenda visa sunt, rationibus, quibus ducti sive cum aliis sentiamus, sive ab iis recedamus, adumbratis potius, quam copiose explicatis: ita tamen, ut jam judicare possit unusquisque perlectis his Ciceronis libris, quatenus Engelbronnerus verum viderit, qui contendit, primum non magis Stoicam esse primi libri materiam, quam Socraticam, deinde ipsa Stoica a nostro non simpliciter, sed ut ab Academico esse recepta, denique materiam horum librorum aeque ac ipsa libri formam, Platonicam potius, vel vere Ciceronianam eique propriam esse.

G. H. M.

M. TULLII CICERONIS

DE

LEGIBUS

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Cum Cicero in deperditis de Republica libris, exemplo Platonis, qui sit optimus rei publicae status, docuisset, scribendum etiam de optimis Legibus putavit, quibus res publica carere non potest. Hinc nati sunt de Legibus libri, nec omnes, (Macrobius enim quintum laudat) nec integri ad nostram aetatem servati, quibus ita complecti instituit causam universam juris ac legum, ut hoc civile, quod dicebatur, in parvum quendam et angustum locum concluderetur. Nam primum naturam juris explicavit, eamque ab hominis repetiit natura: deinde consideravit leges, quibus civitates regi debent: tandem vero haec tractavit, quae composita et descripta erant jura et jussa populorum, in quibus ne Romani quidem populi praetermisit, quae vocantur, jura civilia. c. 5. In hac autem disputatione usus est philosophorum more, non veterum illorum, nempe Socraticorum, et qui a Platone profecti sunt, Academicorum et Peripateticorum, sed eorum, qui quasi officinas instruxerunt sapientiae. Nam quae veteres illi fuse ac libere disputare consueverant, ea Ciceronis temporibus, a Stoicis inprimis, articulatim distincteque dicebantur, quod negabant satisfieri huic de legibus loco posse,

nisi separatim de singulis capitibus disputaretur. c. 13. Primus liber tanquam fontes omnium legum omnisque juris aperit, et ultimam legem dicit esse mentem Dei Optimi Maximi, omnia ratione jubentis et vetantis, a qua hominum vera lex proficiscitur, quae est ratio sapientis, apta ad jubendum et vetandum. cf. II. 4. Atque hoc est argumentum hujus libri, eamque scholam certis capitibus distinguit. Primo ergo docet, a Deo, cujus numine ac mente omnia regantur, praeclara quaedam conditione generatum esse hominem: praeter alia enim bona, soli ex omnium animantium generibus ac naturis attributam esse rationem: quae, cum adoleverit atque perfecta sit, sapientia nominetur, ut homini cum Deo rationis societas sit, et, quia ratio lex sit, communio juris, ac tandem quaedam quasi agnatio: quod a Deo ratio sit ingenerata, c. 7 — 9. Deinde ostendit c. 10. 11. hominum inter ipsos esse, propter summam similitudinem et aequalitatem, summam societatem conjunctionemque: ex quo sequitur tertium, ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes jus, nos natura esse factos, efficiturque, quod quibusdam incredibile videtur, est autem necessarium, uti nihilo sese plus quisquam, quam alterum diligat. c. 12. Ex his tribus, tanquam principiis, sua sponte intelligere quisque potest, natura jus, non opinione et judicio humano contineri. c. 13 — 17. Sed de eodem peculiaris est multisque argumentis confirmata disputatio, cujus tamen particula quaedam, statim ab initio, interiit. Eam sequitur alia brevis, qua efficitur, jus et omne honestum sua sponte esse expetendum. c. 18. seq. Conclusio libri est de laudibus philosophiae et de Academicorum veterum Peripateticorumque et Stoicorum controversiis de bono et malo, in quibus magis de verbis, quam de rebus, concertari putat. Ern.

M. TULLII CICERONIS

DE

L E G I B U S

LIBER PRIMUS. p.156. a.

ATTICUS. Lucus quidem ille, et haec Arpinatium 1.
quercus agnoscitur, saepe a me lectus in Mario. Si manet illa quercus, haec est profecto: etenim est sane vetus. QUINTUS. Manet vero, Attice noster, et

Cap. 1. *De Legibus*] Libros de Legibus dici non potest quam laceros et corruptos habeamus: nec tamen destiti, veteribus quibusdam Codicibus comparatis, videre, an possem aliquibus illorum vulneribus meo labore et diligentia mederi. Quid praestiterim, eruditiores judicabunt: non enim mihi videor penitus omnem operam perdidisse; neque etiam multum (ut verum fatear) perfecisse. Quaedam eorum, quae mihi visus sum correxisse, nunc recensebo; nonnulla ut certa et plana omittam. VICTORIUS. De jacturâ partis et horum librorum et de re publica conqueritur etiam Angelus Maius ad Cicer. de re publica II. 38. *Cr.*

De Legibus] Cod. Par. A. hanc inscriptionem habet: *M. T. Cic. de Legibus libri tres. Liber primus. Juris naturam atque ortum ab hominis natura repetens.* Cod. Par. B. *M. T. Cic. de legibus liber* 1. *incipit. Disputant T. Pomp. Atticus et Cicero et M. Cicero.* Cod. Cr. *M. T. Cic. de legg. lib. pr. incipit feliciter. collocutores Atticus et Quintus et M. Tullius.* Cod. W. eandem, quam Cr., habet, usque ad voc. *feliciter.* Mr.

Lucus quidem] Prooemium deesse censent *Turnebus* aliique nonnulli. Me vero non habent adsentientem; nam quatuor prima capita quintique pars susceptae disputationi praemissa sunt, adeoque Prooemii vicem supplent. DAVIES.

§. 1. *Lucus quidem*] Cf. Platonis Phaedrum, quem in his ante oculos habuit Tullius, ubi et alia et haec p. 229. p. 6. Bekkeri: *Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον.* Cf. infra lib. II. c. 3. §. 7. Expressit haec Platonica, pariterque, ac Cicero, quercum substituit auctor dialogi ms. (fortasse Nicephorus Chumnuss. Na-

semper manebit: sata est enim ingenio. Nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna, quam poetae versu, seminari potest. Att. Quo tandem modo, Quinte? aut quale est istuc, quod poetae serunt?

thanael) in Cod. Vaticano nr. 112. *ἀλλὰ τί δεῖ περαιτέρω προϊέναι ζητοῦντας ὅποι ἂν ἥδιστα καταχθεῖμεν; ἐνταῦθα μέντοι ἐν ἀριστερᾷ, πόᾳ τε πυκνῇ καὶ δροσερᾷ* (leg. *πόα τε πυκνὴ καὶ δροστερὰ*) *καὶ ἀνθῶν ἔμπλεως· ἥτε δρῦς* (adde ex Plat. Phaedr. §. 9. *μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ*) *εἰς ὕψος οἷον δὴ ἐπηρμένη· καὶ τὰ φύλλα δὲ ἄρτι φύειν ἤρξατο· κύκλῳ τε ἀνεστηκὸς τειχίον ἐντὸς αὐτὴν ὥσπερ δὴ θριγγὸς περιέχει, οἷ δὴ ἔξέσται καὶ κατακλινεῖσθαι ἐν ῥᾳστώνῃ, εἴτι καὶ βούλοιτο* (l. *βούλοιο*) *ἐπ' ἀφθόνου τῆς χλόης· καὶ ἐπορθοῦ* (l. *ἐπ' ὀρθοῦ*) *δὲ καθήμενος οὐδέν τοι μᾶλλον, οἶμαι, δείσῃ τὸν φλογμόν, τοῦ δένδρου οἷον δὴ ἐξ ἀόπτου τοῖς κλάδοις ἐπαμύνοντος. Cr.* Ceterum falli Turnebum, quod carere hunc librum prooemio dicit et alii viderunt et Jo. Schefferus in notis ad hos libros, insertis ejus Lectionibus Academicis, Hamb. 1675. p. 195—227. qui tamen ipse in eo lapsus est, quod aliquid saltem excidisse credidit, cum *τὸ ille* (ita Sch.) non habeat, quo hic commode referatur. In primis his quinque capitibus, quae justum sunt prooemium, Cicero, per varias quaestiones sermonem deducens sensim sensimque oratione ad locum de jure civili pervenit. Cf. Engelbronner Disp. Juris de Cic. Legg. (Amst. 1802. 4.) p. 20. sq. Wyttenbachius in Scholis partibus Turnebi se applicare videtur, dicens: Dialogi initium fit subito, contra morem Ciceronis, nullo praemisso exordio. Sed in primo commentario (in Ed. Par. 1538. 4.) Turn. dixit: Nihil deesse suspicor. Nam Cicero more Platonis a luco et quercu Mariana occasionem dialogi sumsit. In Cod. Par. A. scribitur *Arpinatum.* De hac re vid. Seyfert lat. Sprachl. III. §. 1440. 1452. et quae nuper disputavit Schneiderus (C. L.), literis nostris praematura morte ereptus in Gramm. lat. II. 1. p. 251. sq. Add. Longolium ad Min. Epp. X. 115. p. 837. *Mr.* De hac Genitivi forma vid. Drakenborch. ad Liv. I. 9. VII. 30. et Ang. Mai. ad Cic. de re publ. I. 27. Frequentatur eadem in marmoribus aliisque monumentis, v. c. *Antiatium, Aquinatium, civitatium, hereditatium,* testibus Mazocchio in Tabull. Heracl. p. 481. et Marinio in: Atti de' Fratelli Arvali II. p. 781. *Cr.* Cod. M. habet *Harpinatum. Mr.*

In Mario. Si *manet illa quercus*] Reg. *in marios immanet.* Paris. *in marios in manet.* Innuunt hi Codices *in Mario. Si* enim *manet.* Certe Balliol. Harleian. pr. sec. et Med. habent *sin manet,* quod pro nobis facit: nam *τὸ enim* simplici *n* significare soliti sunt Librarii. Dav.

Lectus in Mario] *Lectus* i. e. de quo saepe legi; cf. de Legg. II. 3. 16. 21. III. 5. 15. quos locos laudavit Rathius. *Marius* fuit Ciceronis poema, memoratum de Divin. I. 47. ubi particula ejus exhibetur. Composuit hoc carmen Cicero de C. Mario, septies consule, Cimbrorum ac Teutonum victore, Syllae adversario, cive Arpinate. De Arpino cf. Plutarch. in Mario c. 3. Cod. M. *lectus imminet* (Craso *inet*) *in manum. Mr.*

Si manet] Cop. Vict. b. Codd. W. Paris. A. et B. et Cod. H. exhibent *sin,* quod favet Davisio. Sed nihil mutandum. Tum post haec Cod. W. omittit *est.* Cod. M. *Attice frater noster.* Cod. Par.

mihi enim vidêris, fratrem laudando, suffragari tibi. Q. Sit ita sane. Verum tamen, dum Latine loquentur 2.
litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur: eaque, ut ait Scaevola de fratris mei Mario,

C. *Acthice* pro *Attice*, et ita constanter. Usum vocis *manet* eundem v. apud Phaedrum IV. 4. 30. ib. Burm. p. 247. sq. *Mr.* Tacit. Annall. II. 60: et *manebant*-molibus literae Aegyptiae. *Cr.*

Ingenio] *Serere* dicitur de condendis ingenii monumentis. Tusc. I. 14. 31. Brut. 4, 16. Ad v. *ingenio* cf. Cic. de Or. II. P. 262. Phaedr. III. Prolog. v. 53. Propert. III. 2. extr. *W.* Mox Cod. Par. C. post *nullius* exhibet *enim* pro *autem Mr.* Poetarum carmina, adeoque homines resque in ipsis celebratae, perennia, divina (*ἰσόθεοι* vates) dicuntur. Pind. Ol. I. 16. 17. X. 5. Pausan. Eliac. pr. X. p. 397. Lucian. Gymn. p. 273. sq. *Cr.*

Stirps] Cop. Vict. b. Codd. Hafn. et W. *stips*, Cr. *sturps*. Mox cum Dav. Ern. et Schützio ex libris nostris Cr. W. et H. pro *istud* scripsimus *istuc;* et ita Edd. pleraeque omnes praeter Goer. In Cod. M. est *quam diuturna.* In eodem mox *mihi* ante *enim* supra lineam scriptum, sed erasum est. *Mr.*

Suffragari tibi] Qu. Cicero ipse quoque erat poëta; itaque laudans fratris poema et facultatem poeticam, sibi ipse suffragabatur, i. e. sibi ipse, ut poeta, aliquam hujus laudis partem tribuebat. De Qu. Cicerone vid. Corradum in Quaestura p. 278 — 299. ed. Ern. *Mr.*

Sit ita sane. Verumtamen] Omnes Mssti *sit ita sane* verum. *Verumtamen.* Lege *sit ita sane* VELIM. *Verumtamen*, etc. Quasi dicat Quintus, Utinam laudando fratrem mihi suffragarer; nam tum demum me poetica gloria decorari fatereris. Et sane Quintus egregius fuit Poeta. Vide *Ciceronem* lib. II. ad Quintum fratrem Epist. 16. et lib. III. Epp. 1. 4. 5. 6. DAVIES.

§. 2. *Sit ita sane. Verum tamen*] Codd. nostri Paris. C. Cr. W. et H. ita, ut Dav. omnes habere existimabat. Sed. Par. A. uti nos exhibuimus. Par. B. *Sit ita sane verum. Verumptamen dum l a t r a n t loqu. l. lit. Sane verum. Verumtamen* est etiam in Cop. Vict. b. Davisii ratio neminem, credo, suffragantem habebit, qui et rem et Ciceronis loquendi morem cogitaverit. *Mr.*

Latinae *loquentur litterae*] Vulgo *Latine*, nec aliter edidit *Victorius*. At longe praestat ea ratio, quam suppeditarunt Harleian. pr. sec. Ven. 1471. aliique Codices impressi. DAV.

Latine loquentur litterae] Merito Schützius post Wagnerum et Goerenzium abjecit Davisii Ernestique lectionem *latinae*, quae est etiam in Cop. Vict. *Latine* est in Codd. nostris Cr. Par. A. B. C. Cod. Hafn. et ex editionibus, quae ad manum sunt, in Parisina 1538. Verburg. Bip. Sensus est: Quamdiu litterae, doctrinae et artes, litterarum monumentis conscriptae, *latina lingua* loquentur. Rath. conjecit: *Latinae legentur litterae.* Male. *Mr.*

Scaevola] Qu. Mucius Scaevola, cognomine *augur*, hic est, ut ipse Cicero ait de Amic. c. I. Pro *Mario* in Cod. Par. C. scribitur *Marii*, in Cod. M. *Mari.* Pro *saeclis* Par. A. *saeculis*, Codd. W. et Cr. *seclis.* Par. C. *seculis.* Ad formulam *nisi forte* ironicam vid. Creuzer ad Cic. de N. D III. 18. p. 567. ib. Wytt. p. 773.

Canescet saeclis innumerabilibus.
Nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt; aut, quod Homericus Ulixes Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie

Rath. ex tripode nos jubet scribere *sic certe*, pejus etiam, si quid video, quam Davisii *si forte*. *Mr.*

Nisi *forte Athenae tuae sempiternam in Arce oleam*] Sensus, ni fallor, postulat ut rescribatur: *Canescet saeclis innumerabilibus: si forte Athenae tuae* etc. De olea ista vide *Joan. Meursium* Cecropiae cap. XIX. Dav.

Sempiternam in arce oleam] Oleam illam intelligit, quam in certamine Pallas edidit, ut Athenis nomen imponeret. Notum est in vulgus, Palladem cum Neptuno de Athenarum principatu certasse. Quam litem Iuppiter sic diremit, ut is potiretur loco, qui de civibus optime mereretur. Urbem portu ac navalibus Neptunus instruxit: Minerva oleam in arce edidit: ea re vicisse Palladem pronunciatum est. Geopon. IX. 1. p. 218. sq. De hoc certamine v. Herodot. 8, 55. Plutarch. Themist. c. 19. id. Symposiac. IX. 6. T. XI. p. 410. Hutt. Apollod. III. 14. 1. Ov. Met. VI. 71. sqq. Augustin. de Civ. Dei 18, 9. Meursii Cecropia c. 15. id. de regno Att. I. 1. et 10. Nonni Dion. 36, 125 sq. et 43, 125. sq. itemque 37, 320. sq. 345. Cop. Vict. laud. Eurip. Jon. 373. [v. 1433 sq. Matthiae] *Στέφανον* (*ἠροδ.* 238.) *ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε, Ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος ἐξενέγκατο.* Mox in editione priore commentariorum Turnebi, quae sine auctoris nomine prodiit Parisiis apud J. Lod. Tiletanum a. 1538. 4. Turnebus conjecit, ut Davisius, *aut quam Homericus*, haud plane absone, quamquam hanc conjecturam, cum eadem scholia, suo nomine addito, Turnebus auctiora ederet, silentio pressit. Et merito quidem. V. Wagner. ad h. l. p. 7. *Mr.*

Homericus Ulixes] *Ulixes* est in Codd. Cr. W. Parisin. B. et C., quare cum Dav. et Goer. ita edidimus. Cod. M. *olera — potuerint — Ulises. Mr.*

Aut quod *Homericus Ulixes*] Lego *aut*, quam *Homericus Ulixes Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem;* quo modo legi posse monuit etiam *Turnebus*. Noster autem respicit ad Odyss. Z. 162. Porro de nonnullarum arborum longaevitate multa, sed pleraque non credibilia, congessit *Plinius* H. N. lib. XVI. §. 85. sqq. *Tacitus* Annal. III. 61. *Ephesii adiere, memorantes — lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, et* Oleae, quae tum etiam maneat, *adnisam edidisse ea Numina.* Idem XIII, 58. *Ruminalem arborem in Comitio*, quae super octingentos et quadraginta annos Remi Romulique infantiam texerat, *mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est, donec in novos fetus* Revivesceret. Adi sis et *Festum* in *navia. Hieronymus* de Locis Hebr. voce *Arboch: Quercus Abraham — usque ad Constantii Regis imperium monstrabatur* — Hujusce Terebinthi mentionem facit Pseudo-Hegesippus de Halosi Jud. IV, 23. pag. 441. — *Terebinthus superstitiose colitur: eo quod sub ea Angelos Abraham quondam hospitio susceperit.* Idem in *Balanus: Quercus Sicimorum ubi regnavit Abimelech, quae usque hodie ostenditur in suburbano rure Neapoleos, prope sepulcrum Joseph.* Sic Hierophantae , non minus

monstrant eandem: multaque alia multis locis diutius commemoratione manent, quam natura stare potuerunt. Quare glandifera illa quercus ex qua olim evolavit

quam Poetae, quercubus et oleis innumerabilia praestant saecula. Davies.

Multaque alia multis locis] Paris. C. *multaque alia multis aliis locis*, quod est correctoris, sibi ipsi nimium fidentis. Particulam *que* recte monet Goer. (conf. eund. ad *Il.* 7. 15. p. 125.) esse collectivam; quo sensu nos dicimus *kurz.* In seqq. in Cod. Par. C. est *quam qui* pro *quam;* eadem vox in Cod. M. erasa est. Tum pro *glandifera* Cod. W. exhibet *grandifera. Mr.*

Nuntia-figura] Paris. B. *Nuncia salva*, Paris. C. *silva.* Est versus, propter quinque in *a* desinentia vocabula, satis *κακόφωνος*, Ciceronis ex illo carmine Mario. Nam finxerat Cicero, ex alta quercu in Arpino, praetereunte Mario, evolasse aquilam, indeque Marium faustum augurium suscepisse. Haec autem aquila Jovi sacra dicitur *fulva*, ut distinguatur ab aquilis *fuscis* et *nigris*, quibus generibus illud generosius habebatur. Alias *subaquilus* color et *fuscus* idem est, is nimirum, quem Graeci *μελίχρουν* vel *μελίχλωρον* vocant, docente Salmasio ad Scriptorr. Hist. Aug. in Trebell. Pollion. (XXX. tyrann. 29.) p. 333. Ceterum quod Goer. ad h. l. ait, haec dicta esse ad Homericum illud *θαῦμα, τέκμαρ ἰδέσθαι*, id de voce *θαῦμα* vere dixit; sed in voce *τέκμαρ* erravit vir doctissimus. Ea enim Homerus nusquam est usus. Quod vero semel Il. *α*, 528. *est τέκμωρ, signum*, alibi *finis*, non credo eum scribere voluisse. Nusquam etiam legitur *τέκμωρ ἰδέσθαι*, et multo, quod dixi, minus *τέκμαρ ἰδέσθαι. Mr.*

Tempestas vetustasve] Pal. quartus *necessitasve*, nec videtur temerarium. Gruter.

Tempestas vetustasve] Quod in aliquot libris (itemque in Cod. nostro M.) est *necessitas tempestasve*, merito non contemnendum, neque ex librariorum ingenio natum esse judicat Goerenzius. Reliqui nostri libri in vulgata conspirant. Neque vero ego propter lectionem pravam Cod. Vien. *tempestasve vetustasve* cum eodem Goer. verbum *vetustas* pro glossa habuerim. — *Consumpserit* scripsimus cum Dav. et Sch. ex Codd. nostris Cr. W. Pariss. A. B; in Cod. Par. C. est *consumpsit* contra rationem grammaticam. *Mr.*

Erit in his locis quercus, *quam Marianam* quercum vocent] In Eliens. et Harleian. pr. omittitur *quercus. Ursinus* autem librum memorat, qui *quercum* nescit, eaque vox illi *παρέλκειν* videtur. Cum tamen Paris. Reg. aliique Codices optimi lectionem vulgatam repraesentent nisi quod in iis sit *vocant;* ab ea non recedo: non enim amputare fas est vocem, quae plenam facit orationem, licet haud semper exprimatur et commode possit intelligi. Certe, tali jure concesso, multa debent in *Caesare* deleri, quae tamen omnes agnoscunt Mssti. Davies.

Quam Marianam quercum *vocent*] In libro MSto deest vox *quercum*, quae mihi abundare omnino videtur. Ursinus.

Quercus, quam — quercum vocent] Merito Goer. et Sch. cum Davisio repetitum ex more Ciceronis et Caesaris vocabulum defendunt: quamquam in Cod. Cr. *quercus* non legitur in Cod. Paris. B. eadem vox nonnisi supra lineam reperitur, et in Cod. Vict. *g.* omit-

Nuntia fulva Jovis, miranda visa figura,

nunc sit haec. Sed cum eam tempestas vetustasve consumpserit, tamen erit his in locis quercus, quam
3. b. Marianam quercum vocent. Att. Non dubito id quidem: sed hoc jam non ex te, Quinte, quaero, verum ex ipso poeta, tuine versus hanc quercum severint,

titur *quercus quam;* ibidem etiam *marinam* legitur. Pro *vocent*, quod flagitat ratio grammatica, Codd. Cr. W. Paris. A. B. et Hafn. habent *vocant*. Idem vitium occupat Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. sed in Cop. Vict. est *vocent*. Illud male defendit Hülsemannus in annott. critt. ad versionem vernaculam. *Vocant*, ait, est pro *vocare solent*. Sed nihil prodidit vir doctus, quam rationis grammaticae ignorantiam, cum dicit *vocent* glossam esse. Mox in Cod. Par. B. legitur: *sed hoc jam Quinte quaero*, omissis vocibus *non ex te*. Perperam. Cod. M. pro *verum* habet *numerum*, ubi Spengelius, qui hunc Codicem contulit, addidit: *ita aperte scriptum pro num verius*. In eodem Cod. *cuine* legitur pro *tuine*. Pro *hoc jam* in Cop. Vict. b. est *haec*, et *serverint* pro *severint*. *Mr.*

An ita factum de Mario, ut scribis, acceperis] Fere magis placet, quod in Pal. quarto, et Fabriciano, *ut scriptis asseris*. Gruter.

Ut scribis, acceperis] Sic Harleian. pr. sec. editio vetustissima, nec non Ven. 1471. At Reg. Balliol. aliique nonnulli, *ut scriptis asseris;* quod *Grutero* non displicet. Male: nam *adserere* in *adfirmandi* significatu non adhibuit aureum Latinitàtis saeculum. Vide nos ad Acad. 1, 13. Davies.

§. 3. *Ut scribis, acceperis*] In codd. Pariss. A. et C. est *ut scriptis asseris*, quod merito reprobavit Dav. Cod. M. *Marino scptis aspis. quare respondelo.* Tum pro *Marcus* in Paris. A. est *Tullius.* Post *severint* in Cod. Cr. interrogandi signum positum est. In Codd. Cr. W. Pariss. A. B. et C. et Copp. Victt. b. legitur *quam tu ipse mihi*, quod eadem, qua Goerenzius, ratione moti non praetulimus vulgatae. In Cod. M. omissum est *Attice*. Tum idem post *non* pergit: *nunquam mihi tu responderis tu ipse Attice.* Ibidem mox omittitur *aedibus. Mr.*

Certe non longe a tuis aedibus] Vera scriptura *certen' non longe*, id est, *certene*. Camerarius.

Ibid. Certe non longe] Lambinus paullo melius. In MSto optime *certe* num *longe* etc. Infra desunt in MSto *verumne sit*. Ursin.

Ibid. Certe non longe a tuis aedibus — et Athenis non longe item] *Ursinus* libri sui lectionem probat, qui dat *certe* num *longe*. Sed immerito; quamvis ita repraesentent e nostris Harleian. pr. sec. Balliol. et editio pervetus. Quinetiam Codices postea habent *et verumne sit an is*, vel *Athenis, non longe item*. Mihi totus locus ita constituendus videtur, *Certene non longe a tuis aedibus — et verene Athenis non longe item* etc. De Julio Proculo *Livium* I, 16. *Dionysium* Halicarnassensem II, 63. et alios Historicos, vide *Lactantium* I, 15. De Orithyiae vero raptu veterum loca cumulavit *Joan. Meursius* Athen. Attic. II, 4. et de Regg. Athen. II, 13. Davies.

Certo ne non longe] In tanta et lectionum et conjecturarum varietate amplexi sumus Graevii notam MS. in margine ed. Commelin. 1596., cujus nobis usum Bibliotheca Heidelbergensis con-

an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis. MARCUS. Respondebo tibi equidem; sed non ante, quam mihi tu ipse responderis, Attice: certo ne non longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus

cessit, ubi ille vir: *in editione vetere certe nam; omnino legendum: certo ne non longe.* [Idem etiam conjecisse video Patricium ad Cic. Fragmm. Libr. de Re publ. p. 3952. ed. Verburg.] Ut enim concedam Goerenzio, male Wagnerum Camerarii lectionem, Ernestum non melius lectionem editionis Cratandriae malam *num* (omisso *certe*) *longe*, quae in margine est, interposito *non* amplexum esse, itemque interrogationem in totius loci sono se prodere; attamen in longiore hac quaestione interrogandi particula, ex multorum librorum vestigiis addita, sensum, primum legenti, minus dubium facit, impeditque, quo minus lector recitans sero errorem toni animadvertat. Credo etiam, Wyttenbachium, qui in scholis Ernesti rationem ideo tantum probavit, quia interrogandi particulam desiderabat, Graevii lectionem, propius ad libros accedentem, simulac eam conspexisset, probaturum fuisse. In nostris libris locus ita se habet. In Codd. Cr. W. et Par. B. est *certe num longe*, itemque in Cop. Vict. a. in Copp. Victt. b. est *Attice num l.* in Par. A. *certe ne non longe*, quod proxime ad nostram accedit lectionem, eaque non pejus est; in Cod. Par. C., ut in vulgatis, *certe non longe*. Schefferus l. c. hanc item probat, ut Goer., laudans suam in Phaedrum notam ad I. 24. (leg. 23, 5.), qui vero locus in iis est, in quibus ego quoque interrogandi particulam plane non desidero. In Cop. Vict. ad *certe non* scriptum est: al. *num*. *Mr.*

Proculo Julio] Vid. Livius I. 16 Plutarchi Romul. c. 28. p. 62. ed. Coraii; in Numa c. 2. p. 108. De hoc nomine *Proculi* v. Plutarch. Coriolano c. 11. p. 52. de praenomine Proculi in gente Julia et aliis vid. Prooemium nostrum ad Proclum in Alcib. I. p. XIV. sqq. ibique laudd. Spanhem. de Usu et Pr. Num. II. 7. p. 508. et alios. *Cr.* — In sequentibus Cod. Par. C. exhibet *dedicare*, ab eodem et a Cod. C. itemque a Cod. Cr. absunt verba *in eo loco*. Ad nomen *Quirini* Wytt. in scholis ita: Est autem Quirinus nomen, origine Graecum, et ab historicis Graecis hoc cognomen scribitur κύρινος, a κύριος, dominus. Cf. nunc Cic. de Rep. II. 10. p. 148. sq. »Sed profecto tanta fuit in eo »[Romulo] vis ingenii atque vir»tutis, ut id de Romulo Proculo »Julio homini agresti crederetur, »quod multis jam ante seculis »nullo alio de mortali homines »credidissent: qui impulsu pa»trum, quo illi a se invidiam in»teritus Romuli pellerent, in con»cione dixisse fertur, a se visum »esse in eo colle Romulum, qui »nunc Quirinalis vocatur: eum »sibi mandasse, ut populum ro»garet, ut sibi eo in colle delu»brum fieret: se deum esse et »Quirinum vocari.« *Mr.*

Et Athenis, *non longe item a tua* etc.] Ita Aldi editio vetus, junioris enim, *et verum ne sit Athenis, non* etc. quo modo et Victoriana; accessitque proxime pal. tert. in quo; *et verumne sit an is non longe* etc. nam quartus; *jussit ne sit alius non longe.* cui quarto deinceps magis fere attendendum, quam tertio; quamvis alioquin sit non magnae rei: quippe tertius idem est, quem superioribus aliquot libris citavi

Proculo Julio dixerit, se deum esse et Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco jusserit? et Athenis non longe item a tua illa antiqua domo
4. Orithyiam Aquilo sustulerit? sic enim est traditum.

laude cum exigua. at quartus iste nihil habet, nisi libros hos de Legibus, sed scriptura antiquiore; quanquam papyraceus. Erat in Gulielmii Fabr. τῷ νεωπαλαίῳ, ut ipsemet vocat, *et verum ne sit ati is.* in 5 Victoris et Pithoeano: *et verum ne sit Athenis.* Gruter.

Et Athenis non longe] Post *et* glossam *verumne sit* intruserunt multi libri scripti et haud pauci editi; ex nostris Codd. Victor. g. Cr. W. Pariss. A. B. et C. Merito omiserunt eam ex editionibus veteribus quae ad manum sunt, Accensianae V. 2. Cratandria, Hervagiana, Gryphiana, et Caroli Stephani editio, ab Ernesto paulo iniquius vituperata in Praefatione p. 25. sq. ed. min. (Hal. 1806.) Eadem vocabula Graevius in nota MS. supervacanea censet. Rathius vero loco consultum putabat, si scriberetur: *verumne sit et ut Athenis-sustulerit.* — Pro *Athenis* Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. et Par. A. habent *an is*, Cod. Par. C. *a tuis non longe ita tua.* Cod. Vict. g. *item a tua illa antiqua*, ut nos edidimus. *Illa* non est in Asc. 2. Vox *Orithyiam* scribitur in Codd. W. Pariss. A. B. et C. *Orithiam*, in Cod. Cr. *Orithyam.* Ad rem vid. Platonem in Phaedro p. 229. p. 7. Bekker. ibique Ast. p. 226. unde noster colorem duxit. Vict. in Copp. laudat praeter Platonem Apollon. Argon. [I. 212.] Herodot. [VII. 189.] Pausan. [I. 19, 6.] Lucian. [de Salt. 40. p. 492. Hemst.] Φιλόχορος ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ἱστορίαις in Dinarcho. Cf. Apollod. Bibl. III. 16. Ov. Met. VII. 683. sqq. Tum Vict. *hic*, sed Cop. Vict. *sic.* *Mr.*

§. 4. *Aut cur ista*] Cod. Par. C. *ac cur ita.* Cod. M. lacunam habet loco nominis *Attici*, et *inquiris* pro *ista quaeris.* Pro *M.* Codd. Par. A. et B. constanter *Q.* Pro *ne* Par. C. habet *quod;* tum vero requireretur *inquiris.* Denique pro *nihil* Cod. Cr. constanter *nichil.* *Mr.*

Nimis diligenter anquiras] Ita Turnebi MSS. repraesentaratque antea editio Victorii. vulgata, *inquiras.* Pal. quart. nihil illius verbi habet; et quam magis examino, tam id minus heic requiritur. belle subauditur. Gruter.

Ibid. Ne nimis diligenter inquiras *in ea*] Vulgo *anquiras;* et ita dedit *Victorius.* Sed lectionem quam reduximus, exhibent nostri Codices. *Anquirendi* sane vox in se diligentiam continet. Vide *Festum.* Quinetiam, si bene memini, non *in ea anquiras* recte dixeris, sed *ea anquiras.* Apud nostrum quidem Offic. II, 13. edunt nuperiores, *Atque in eum, quid agat, quemadmodum vivat*, anquiritur; sed Cantab. aliique Codices habent *inquiritur*, nec quin ita scribendum sit dubito. Davies.

Inquiras in ea] Merito cum Dav. rejecerunt Ern. Wagn. Goer. et Sch. pravum istud *anquiras*, quod respuunt omnes nostri libri et MS. et veteres editi. In Cod. ParisB. verba *inquiras — memoriae* in margine tantum adjecta sunt. Paris. A. exhibet *mea* pro *in ea*, solenni in libris errore. Cod. M. *an versa sint et an* etc. Cod. W. habet *sunt prodita;* pro *atqui* Cod. Par. A. *atque;* pro *quaeruntur* Cod. H. *quaerunt.* Paulo inferius Codd. Par. B. 8. Cr. omittunt *et* post *quod*, Cod. W. voculam *n.* Turneb. in commentario primo ad h. l. haec adscripserat: *Et a nonnullis* — Sensus constabit, si par-

Att. Quorsum tandem, aut cur ista quaeris? M. Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita. Att. Atqui multa quaeruntur in Mario, fictane an vera sint; et a non-

ticulam *et* expungas, hoc modo: atqui multa quaeruntur in Mario, fictane an vera sint, a nonnullis: quod et recenti memoria et Arpinati homine (subaudi: quaeritur), non in re veteri. *Mr.*

In homine Arpinate] Schefferus ad h. l. ita: »Sensus hic est: »Quaeruntur, ait, multa, num ficta »sint, an vera, in tuo Mario. Nam »ficta quidem videntur, quia fidem »omnem excedunt. Pro veris tamen habent aliqui, primum quia »sunt in recenti memoria, qualia »false tradere nemo velle videtur, »cum mendacii aperte possit ar»gui. Deinde quia sunt a te con»scripta, homine Arpinate, a te »ipso postulatur vel severitas, i. e. »gravitas quaedam, remota pro»cul a jocandi et mentiendi vani»tate ac libidine. Alludit ad lo»cum aliquem forte illius ipsius »carminis de Mario, qui et ipse »Arpinas fuit, in quo Arpinates, »ut severitatis priscae tenaces, »laudaverat Cicero, et ex ea aesti»mari dixerat.« Commode huc facit locus Frontonis in principio Historiae frag. 5. p. 351. ed. princ. Mediolan.: *Ubi primum magnum ducem res publica poposcit, omnibus Arpinati paupertate aut Nursia duritia ducibus bellicosior exstitit. Cr.* Wyttenbachius ita: »A te postulatur non modo veri»tas, sed etiam severitas, id est »religiosum veritatis studium, quia »res, quam tu de Mario in tuo »carmine narrasti, accidit recente »memoria, id est, adeo te jam »vivente: et quia tu es homo Ar»pinas, id est, natus es civis mu»nicipii Arpini, ut propterea etiam »veritatem scire potueris et re»ferre debueris.« *Mr.*

Quod in Arpinati homine, vel re, veritas a te postulatur,] Sic legendum potius quam *vel severitas;* quamvis in quibusdam libris manuscriptis reperiatur: nam refellit hanc scripturam id quod respondet Marcus, *Faciunt imperite, qui in isto periculo, non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigant.* Verumtamen, nequid dissimulem, puto hic aliquid deesse. Movet mihi hujus rei suspicionem vetus scriptura, *vel severitas:* quam puto natam ex *sed veritas,* ut quiddam tale ab Attico dictum esse credibile sit: *et a nonnullis, quod et in recenti memoria, et in Arpinati homine hoc omne confictum esse existimetur. Ac poetis quidem quidvis confingere licere fatentur: sed veritas a te postulatur.* Lambin.

Vel severitas *a te postulatur*] Non aliter pal. quart. et Turnebianus, et S. Victoris; neque nimium abit aut Pithoeanus, aut Fabricianus. vulgata prius lectio: *sed veritas a te postulatur,* quae ferenda non est; cum praecesserit *ficta.* Ad eam enim vocem est responsio Ciceronis, non ad veritatem, ut Turnebus aliique arbitrantur. Allusitque forte ad illud Terentii: *Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.* GRUT.

Ibid. In *Arpinati homine* vel severitas *a te postulatur*] Ita praestantissimi Codices. In aliis est *sed veritas. Severitas* tamen, etsi renitatur *Gruterus,* ad rem nihil omnino facit. *Lambinus* itaque rescripsit *in Arpinati homine* vel re veritas *a te postulatur.* Ipse legerim *in Arpinati homine* veritas *a te postulatur.* Duplex, ut arbitror, olim fuit lectio; et *veritas* quidem verba *Ciceronis* ob-

nullis, quod et in recenti memoria, et in Arpinati homine vel severitas a te postulatur. M. Et mehercule, ego me cupio non mendacem putari: sed tamen nonnulli isti, Tite, faciunt imperite, qui in isto peri-

tinebat, cum *vel severitas* ad oram vel inter lineas poneretur. Dein processu temporis illa prorsus exsulabat, haec integra recipiebatur. Nam *veritas* orationi prorsus est necessaria; quemadmodum patet ex responso Marci, qui subjicit, *Et mehercule ego me cupio* non mendacem *putari. Arpinatem* vero *hominem* videntur isti memorasse, quod noster, non minus quam Marius, Arpinas fuerit. Davies.

Vel severitas a te postulatur] Nostri quoque libri in diversas abeunt partes. In Codd. Cr. W. et Paris. B. (qui tamen *severitas* superscriptum habet voci *veritas*) est *sed veritas*, praecedente distinctione majore absque *vel*, et ita est in Edd. Ascenss. 1511. et 1521. Cratand. Herwag. Parisin. 1538. Car. Steph. Brutin. Sturm. — Cod. Par. A. exhibet *sed* (pro *vel*) *severitas*, praecedente distinctione majore, Cod. H. *vel sed veritas*, et Parisin. C. proxime ad nostram eamque certam, lectionem: *vel si veritas*. Cod. M. plane ut nos exhibuimus: *vel severitas*. Hülsemannus l. c. p. 23. subtimide conjecit: *per se veritas*. In eo certe laudandus, quod sibi non confidit. Nobiscum faciunt Schefferus et inde a Grutero editores fere omnes, nisi quod Wagnerus, merito ille reprehensus a Goerenzio, legi vult: *in Arpinati homine verseris, veritas* etc. Engelbronner l. c. p. 12. conjecit: *Veritas vel jure a te postuletur*. Haud absone, sed citra necessitatem. Commode confert Goerenzius Acadd. II, 45, 139. ubi eandem vocem (*severitas*) eodem prorsus modo codd. optimi quique servant. Putidum sit, *vel* pro *adeo* positum exemplis firmare. Wytt., quamquam nostrae lectioni, ut vidimus, satis favens, h. l. addit: Poterat tamen Cicero simpliciter scripsisse *veritas*, et aliquis annotator in margine libri sui posuisse *vel se*, ut significaret, vel scripsisse Ciceronem *severitas*. Ita enim millies accidit, ut notae annotatorum a descriptoribus codicum in ipso contextu ponerentur etc. *Mr.*

Et, mehercule ego cupio etc.] Ita Pall. nostri. Victorius transposuit pronomen: *et hercule ego me cupio*. publicata passim, *et mehercule ego me cupio*. Gruter.

Ibid. Et mehercule ego me *cupio*] Vulgo *et me hercule ego cupio*. Nos Paris. et Reg. sequimur, ac eandem lectionem ex suis Codicibus *Ascensius* et alii jampridem dederant. Davies.

Et mehercule, ego me cupio non mendacem putari] Cod. H. *et mercule*, Paris. B. habet: *Q. Et mehercle*. Voculam *me* post *ego* multi libri et MSS. et editi omittunt. Perperam. Ex nostris exhibent eam Codd. H. Par. A. et B. Edd. Cratand. Herwag. Parisin. Car. Steph. Brut. Ascens. 2. Sturm. Lamb. Similes locos congessit Beier. ad Cic. de Off. I. 19. 65. qui neque nostri oblitus est. Cod. Par. A. habet: *ego me non mendacem putari cupio*. *Mr.*

Sed tamen isti, Tite noster] Abest a veteribus libris vox *isti*; quam arbitror omnino delendam. Ursinus.

Nonnulli isti] Scilicet abest *isti* ab Edd. Asc. 1. 2. Cratand. Herwag. et Paris. Omnes nostri MSti eam habent, Copp. quoque Victt. b. nisi quod in Cod. Paris. C. scribitur *nonnulli instituto*

culo non ut a poeta, sed ut a teste, veritatem exigant. Nec dubito, quin iidem, et cum Egeria collocutum Numam, et ab aquila Tarquinio apicem impositum putent. Q. Intelligo, te, frater, alias in histo-

nostri faciunt. Vocem vero *nonnulli*, elegantissime repetitam, omittit cum quodam Car. Stephani libro et Ed. Bruti noster Cod. W. Post *isti* Ed. Paris. exhibet *Attice noster*, Codd. W. et Vict. g. et H. *Tite non*, Edd. Commelin. et Sturm. *Tite noster.* Cod. M. *rite nostri* pro *Tite.* In vocula *non* vestigia sunt lectionis *noster*, quam tamen minime probaverim; neque magis cum Davisio *vestri* desidero. Pro *qui*, quod sequitur, in Cod. W. male legitur *quin.* *Mr.*

Nonnulli isti, *Tite*, *faciunt inperite*] *Isti* litem temere movet *Ursinus;* et in *Car. Stephani* libro perperam deest *nonnulli.* Certe *Victorius* et *Turnebus* edidere: *Nonnulli isti*, *Tite* noster, *faciunt inperite.* Eandem, credo, scripturam repererunt in suis, ac nos in Paris. Reg. Harleian. sec. et Ven. 1471. in quibus est *Tite nostri.* Lubens equidem reposuerim: *nonnulli isti*, *Tite*, vestri *faciunt inperite.* Quam crebro confusi sint *nostri* et *vestri*, probe sciunt qui MSStos tractaverunt. Vide, si nescis, Cl. *Drakenborchium* ad *Silii* Italici XI. 117. DAVIES.

Qui in isto periculo] Sic omnes libri veteres habent: *in isto periculo* (inquam) non *in isto opusculo:* et ita legendum. *Periculum* autem hoc loco significat id quod fit ab artifice tantum experiendi et periclitandi ingenii gratia, seu quod primo ab artifice excogitatur et efficitur, ut postea expoliatur et accuratius absolvatur, seu indicem. Exstat titulus libro VII. codicis Justin. *de sententiis ex periculo recitandis:* ubi vulgo legitur *ex breviculo*, plane mendose. LAMBIN.

Ibid. Qui in isto periculo] Non potui recedere a scriptura librorum nostrorum quinque. nam et Victorius, quantus vir, contra antiquos procul dubio suos, adhaesit vulgato, *isto opusculo.* de nostro varie litigant Cujacius Lib. V. Observat. cap. 25. et Hotomannus lib. III. Observat. cap. 20. qui consulantur. GRUTER.

Ibid. Qui in isto periculo] *Ascensius*, *Victorius*, et *Aldus* nepos ediderunt *in isto opusculo. Fr. Hotomannus* Observ. III, 20. in omnibus, quos videre potuit, se comperisse testatur *in isto libello.* Lambiniani tamen, Gruteriani, nostrique MSSti cum Ven. 1471. lectionem receptam servant, eaque bene se habet, ut jamdudum monuit *Jos. Scaliger* ad *Ausonii* Mosellam vs. 215. Nam Poema suum de Mario *periculum* vocat, quod ingenii *periclitandi* caussa sit scriptum. *Sallustius* Catil. cap. 2. *Tum demum* periculo *atque negotiis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Agellius* XIII, 8. *Sapere ac consulere ex his, quae* pericula *ipsa rerum docuerint. Nonius:* Periculum, *experimentum;* quod adlatis exemplis probat. Omnino falsus est *Turnebus*, qui haec ad exsilium Marii retulit. DAVIES.

In isto periculo] Nostri quoque Codd. in lectione *periculo* conspirant; Edd. contra veteres, quae ad manum sunt, omnes glossam *opusculo* servant. Mihi cum Goerenzio a Davisii partibus standum videtur. Wagnerum autem, *parergon* (voluit sine dubio *parergo*, sed operas ille vir saepe inobedientes habuit) conjicientem, ingenio lusisse cum eodem Goerenzio credimus. Neque vero idem

ria leges observandas putare, alias in poemate. M. Quippe cum in illa ad veritatem quaeque referantur, in hoc ad delectationem pleraque. Quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

plane dixerim de Wyttenbachii sententia, qui, postquam *periculo*, ut Dav., explicuit, ita pergit: »Hanc interpretationem Ernestus »tuetur in Clavi. Sed in nota ad »hunc locum eam repudiat et pro »libello accipit, quam significa»tionem in Clavi exemplis con»firmare studet. At nobis quidem »hoc loco Cicero scripsisse vi»detur *versiculo*, ac vocabulum »*periculo* e similitudine anteceden»tis vocis *imperite* exstitisse, quem »errorum fontem explicuimus in »Annot. ad Plutarchum. Prono»men *isto* rursus sensu deteriori »accipi satis apparet.« Plura de voce *periculo* disputat Schützius in Lexico Ciceroniano XIX. 2. p. 209. sq., qui tamen in lectione nostri loci cum Goerenzio facit. Schefferus l. c. se ad Scaligeri sententiam applicat, quam laudat Dav. et quae item est nostra. *Mr.*

Non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigant] Hotomannus locum varie corrigit, mihi sufficit indicasse, reperiri in Pal. quarto; *ut a teste examinant.* quomodo item fuit in Fabriciano, sed is item admiserat vocem, *veritatem.* si quis asseverarit, illud *veritatem exigant*, esse ab interprete, ei facile accesserim. Gruter.

Ibid. Non ut a Poeta sed ut a teste veritatem exigant] Dicit *Fr. Hotomannus* Observ. III, 20. vulgo legi *non ut a Poeta sed ab Historico veritatem exigunt:* unde rescribit *non ut a Poeta* delectationem *sed ut ab* Historico *veritatem exigunt.* At locus medicina non indiget, memoriaque lapsus est vir doctissimus; nam scripturam, quam sequimur, exhibent omnes libri, nisi quod Pal. quartus det *ut a teste examinant:* Fabric. autem, Paris. Reg. Balliol. et Ven. 1471. *ut a teste veritatem examinant.* Omnino male. Tantilla tamen aberratione Scribarum motus *Gruterus*, duas ultimas voces ab interprete fuisse censuit; licet eas plane flagitet oratio. Davies.

Non ut a poeta, sed ut a teste,— exigant] Ex nostris quoque libris Pariss. A. et C. et Cod. M. habent absurdum illud *examinant,* quod ex nostris Edd. vett. nulla agnoscit. Natum id videtur ex scriptione alia prava, eaque media, *eximant*, unde, cum sensus non exiret commodus, fecit aliquis *examinant;* vel, quod veri videtur similius, *examinant*, cum *exigere* nonnumquam eundem sensum habeat, hoc etiam loco ab aliquo glossatore inepte adpictum, veram lectionem obliteravit et extrusit. — Pro *a poeta* in Cod. H. et Copp. Victt. b. est *poeta* et pro *a teste* legitur *est a te.* Pro iisdem verbis in Ed. Asc. 1. est nonnisi *te* sed in marg. vel: ut *a teste* vel: ut *a re*, Asc. 2. in contextu habet ut nos edidimus, in marg. autem: *ut a re.* Cod. Par. C. pro *iidem* habet *idem.* in eodem pro *Numam* reperio *Minervam.* Ad rem, praeter eos, quos Turnebus laudavit, locos cf. Horat. Epist. II. 1. 27. Ovid. Met. XV. 484. sqq. eorumque interpretes. *Mr.*

Ab aquila Tarquinio apicem impositum] Apex est pileus. A parte totum. Vide *Jos. Scaligerum* ad *Varronis* lib. VI. LL. p. 124. Haud vero scit *Petr. Avellanus* Loc. Restit. cap. XXI. an ullus sit hoc loco difficilior, ait-

Att. Teneo, quam optabam, occasionem, neque 2.
omittam. M. Quam tandem, Tite? Att. Postulatur a te jamdiu, vel flagitatur potius historia. sic enim putant, te illam tractante, effici posse, ut in hoc

que se nihil legisse quod huc pertineat nisi apud *Dionysium* Halicarnasseum III, 61. Legati Etruscorum *μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας παρῆσαν οὐ λόγους αὐτῷ* (Tarquinio) *μόνον φέροντες ψιλοὺς, ἀλλὰ καὶ σύμβολα τῆς ἡγεμονίας, οἷς ἐκόσμουν αὐτοὶ τοὺς σφετέρους βασιλεῖς, κομίζοντες στέφανόν τε χρυσέον, καὶ θρόνον ἐλεφάντινον, καὶ σκῆπτρον ἈΕΤΟΝ ἔχον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς* etc. Putares hunc hominem ne a limine quidem historiam Romanam salutasse: Aur. Victor. de viris Illustr. cap. VI. Tarquinio Romam *advenienti aquila pileum sustulit, et, cum alte subvolâsset, reposuit.* Vide *Livium* I. 34. et *Dionysium* Halicarnassensem III, 47. DAV.

§. 5. *Ab aquila Tarquinio apicem impositum*] Wytt. ad h. l. ita: Tarquinius Priscus, natus Demarato, patre Corinthio, exule regiae gentis Heraclidarum, ex urbe Hetruriae, Tarquiniis, unde ei cognomen est, Romam migrans, hoc omine ad bonam spem futurae dignitatis inductus est. Rem narrat Livius I, 34. pro *apice* dicens *pileum*, quod est species pro genere, Graece *apex* dicitur *ἀψίς*, unde Latine est *apex* et notat summitatem, cacumen, h. l. tegumentum capitis, quod exposuit Jos. Scaliger ad Varron. p. 124. — Cod. H. pro *impositum* exhibet *imposito. Mr.*

Observandas putare] *Servandas* est in Codd. Cr. W. Vict. g. Pariss. A. et B. in hoc vero *ob* supra scriptum est. Idem Goerenzius in tribus libris reperit; nos in Edd. Ascens. 1. 2. Parisin. Cratand. et Herwag. Vulgatae favet Cic. de Off. II. 11. 40. ubi Beierus locum nostrum laudat. In seqq. Cod. Par. C. habet *cum illa* pro *cum in illa;* quod etiam in aliis libris ita reperiri monet ad hunc locum Mich. Brutus. Cod. M. habet: *poemate. tamen illa — deferatur, in hac tamen ad delectionem pl. Mr.*

Quippe cum in illa ad veritatem quaeque *referantur*] Veneti ita: *Quippe cum illa ad veritatem*, Quinte, *referantur, in hoc ad delectationem;* ut sit ratio subjecta ejus quod Quintus dixisset. Sed tum praescribendum erit his verbis M. nomen. CAMERAR.

Ibid. Cum in illa ad veritatem, Quinte, *referantur*] Legendum ut in Mssto, *quippe cum in illa ad veritatem* quaeque *referantur. Petrus Ciacconus* mavult *cuncta* pro *quaeque*, licet veteres libri repugnent. URSINUS.

Ibid. Ad veritatem quaeque *referantur*] Sic *Ursini* Codex, nec aliter *Turnebus* ediderat. Vulgo *ad veritatem*, Quinte, *referantur;* quo modo deest aliquid orationi necessarium. DAVIES.

Ad veritatem quaeque] Neque librorum nostrorum MSS. fere omnium consensus, neque veterum haud paucarum editionum auctoritas, neque Goerenzii rationes Ernestique dubia mihi persuadere potuerunt, ut lectionem *Quinte* ut veram reciperem et a Cicerone profectam. Verborum ordinem Ciceronianum agnoscerem, si legeretur: *quippe cum in illa ad veritatem, Quinte, in hoc ad delectationem pleraque referantur* vel *referantur omnia.* Accedit, quod recte monuit Schützius, illud, ut, nisi *quaeque* hic adderetur, non fuisset opus dicere: *Quamquam et apud Herodotum fabulae.* Neque vero destituitur auctoritatibus lectio *quaeque.* Eam

p. 157. a. etiam genere Graeciae nihil cedamus. Atque, ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi vidêris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus; ut ea, quae salva per te est,

habet Cod. noster H., habent Edd. praestantissimae Ascens. 2. Cratand. et Herwag. — Ern., cum vel nostram lectionem esse recipiendam, vel retento *Quinte* addendam censeret *omnia*, in hoc Wagnerum nimis obedientem nactus est. Wytt. in scholis in nostram partem inclinat, dicens requiri vocabulum, quod opponatur sequenti *pleraque*, sed haeret inter *omnia*, quod auctoritatibus plane destituitur, et *quaeque*. In hac lectione Engelbronnerum quoque nobiscum consentientem habemus. Ipse Goerenzius in Editione sua minore (1796) lectionem *quaeque* praetulit. *Mr.*

In hoc ad delectationem pleraque] In Codd. Pariss. A. B. C. itemque W. et Cr. scribitur *in hac*, et ita est in Edd. Ascens. 1. 2. Cratand. Herwag. Brut. et Sturm. In Cod. Paris. A. scribitur *Teopompum*, et pro *sunt* est *sint* in Codd. Cr. et W. De Theopompo vid. J. G. Vossium de Historicis Graecis L. I. c. 7. Jonsium de Scriptoribus Historiae Philos. L. 1. c. 9. et Fabricium in Bibl. Gr. Vol. 9. p. 434. ed. pr. Tum Cod. M. *quoniam* pro *quam*. Ad v. *fabulae* Vict. annotavit: Aristot. π. γενήσ. γ. 253. Dionys. Hal. ad Cn. Pomp. 19. *Mr.*

Teneo quam optabam occasionem neque omittam] In codice Memmiano adscriptum erat ad oram libri, *neque amittam*. Lamb.

Postulatur a te jam diu] Wytt. in scholis: *Rogamus* id, quod jure postulare non possumus. *Postulamus* id, quod nobis debetur. *Flagitamus*, si ita rogamus, ut orationi nostrae eas rationes et eam assiduitatem adhibeamus, ut rogatus quasi verberetur, flagelletur, et precibus tanquam *flagris* agatur; inde *flagitium* dicitur facinus flagris dignum. — Vocibus *a te* in Cod. Paris. B. suprascriptum est *Attice*. In eodem Cod. paulo inferius scriptum est *et in hoc*, sed suprascripto *ut*. Cod. M. *post* habet pro *potius*, et in seqq. *ut nihil etiam in genere nihil cedamus*. Copp. Victt. b. habent *et flagitatur*. *Mr.*

Eorum studiis, qui litteris delectantur] Ita rescripsimus cum Ern. Wagnero, Goerenzio et Schützio, cum Dav., et qui eum insecuti sunt editores, omnes edidissent *eorum litteris, qui studiis delectantur*. *Literae* enim, ut recte monuit Goer. h. l. sunt id quod nos lectionem (Lectüre) vocamus. In eo vero fallitur, quod probam lectionem in omnibus fere libris inesse credidit. Ipse enim duos Gudianos inversum ordinem exhibere dicit et eundem exhibent nostri Par. B. et Cod. Cr. Editiones vero aliquot veteres, quod nemo notavit, habent *eorum studiis, qui tuis litteris delectantur*. Ita est in Parisina 1538. et Commeliniana et Copp. Victt. b. Wytt. ad h. l. ita: *Litterarum* et *studiorum* nomina saepe quidem promiscue ponuntur; at hoc loco quum conjunguntur, unice valet: *eorum studiis, qui litteris delectantur*. Nam ut recte et frequentissime dicitur *studia litterarum*, ita dici nequit *litterae studiorum*. Nam *studia* notant voluntatem et industriam, *litterae* autem ipsam rem, cui studetur. — Quod sequitur *etiam* post *sed* in Cod. Par. B. nonnisi supra lineam scriptum est. Tum Cod. Par. C. habet *quae salva parte per te eundem;* Cod. Cr. *salva per te,*

per te eundem sit ornata. abest enim historia a litteris nostris, ut et ipse intelligo, et ex te persaepe audio. Potes autem tu profecto satisfacere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem videri solet, unum hoc

per te, item omisso est; et in Cod. Par. A. scribitur *per te salva*. Denique pro *ornata* in Cod. Par. B. legitur *ordinata*. Verba, quae *salva per te est* ad conjurationem Catilinariam, a Cicerone exstinctam, esse referenda, nemo est, qui non videat. Cod. M. *salva parte est*, *parte etiam*. *Mr.*

Abest *enim historia litteris nostris*]. *Lambinus* reponendum censuit, *deest enim historia litteris nostris*. Sane Paris. Reg. Balliol. Harleian. sec. a prima manu, Ven. 1471. et editio pervetus exhibent *adest;* quod praestantis illius viri conjecturae faveat. Haud tamen est quicquam mutandum. Noster de Orat. lib. 1. cap. 11. *Quid huic* abesse *poterit de maxumarum rerum scientia*. Et II, 19. *In quibus neque* Abesse *quicquam decet*, *neque* Redundare. Igitur interdum fit ut τῶν *abesse* et *deesse* eadem sit potestas; licet quae fere sit eorum differentia, satis ostendat *Cicero* in Bruto cap. 80. *Hoc unum*, inquit, *illi*, *si nihil utilitatis habebat*, Abfuit; *si opus erat*, Defuit Utcunque vero de verbis statuatur, postea tamen *historia* Romana *non cesserit Graecis*, ut judicat *Quinctilianus* X, 1. pag. 642. Davies.

Abest enim historia a litteris nostris] Ita lego ex usu Ciceronis. *Cr.* — Videlicet ab omnibus libris abest vocula *a*, quae ultimâ praecedentis vocabuli litterâ absorpta est. Si enim ex antiquo more scriptum fuit historia a litteris, litera A majuscula, ideoque dupliciter legenda, facile abiit in minorem, ideoque simpliciter lectam. Pravam lectionem *adest* reperi in Codd. W. M. et Par. C.; sed in iisdem deest etiam vox nostris (excepto M.) quam et ab aliis abesse credo, quamquam hoc a nemine enotatum sit. Copp. Victt. b. *at est*. In Ed. Paris., cui Turnebi commentarium adnexum esse diximus, legitur, haud scio an ex conjectura: *Abesse enim historiam litteris nostris et ipse intelligo* etc. Tum Cod. M. *et ex parte persaepe audio*. *Mr.*

Unum hoc oratorium maxime] Wytt. id est: nam hoc unum opus, historiae conscriptio, in primis maxime est oratorium i. e. maxime convenit eloquentiae. Itaque praestantissimi historici iidem eloquentissimi fuerunt. — De hac verborum constructione vid. Ernesti Cl. Cic. v. *unus*. ibique Cic. Brut. 6. ad Divers. XIII. 45. cf. Graeca, v. c. Athenaeum p. 541. b. c. p. 510. (Lib. XII.) Schweigh. — ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀφίκετο. *Cr.* Cod. M. habet *imum* pro *unum* et ante *tibi* omittit *ut*. *Mr.*

Quibus nihil potest esse jucundius] Ferri quidem haec lectio potest; nec eam improbat *Adr. Turnebus:* et eam reperi in libris veteribus expressam. Sed tamen malim legi *juncidius*, seu *ejuncidius:* quo vocabulo saepe utitur *Varro* in libris de re Rustica. Est autem *ejuncidum*, exile, gracile, tenue. Nonnulli legunt hic *nudius:* sed nimis ab antiqua scriptura remotum est. *Ejuncidius* autem et *jucundius* valde sunt inter se affinia. Omnino sic legendum est, ut edidimus, et ita *Simeoni Bosio* videbatur. Varro lib. I. de Re Rust. cap. 31. *Ejuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile*, *neque ex se potest ejicere vitem: quam vocant minorem*, *flagellum*, *majo-*

oratorium maxime. Quam ob rem aggredere, quaesumus, et sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta. Nam post annales pontificum maximorum, quibus

rem etiam, unde uvae nascuntur, palmam. Licet etiam legere *juncidius*, ut dixi; quod malo: tum quia propius accedit ad scripturam antiquam, eandemque vulgatam, *jucundius;* tum quod apud *Varronem* utroque modo legitur *ejuncidum* et *juncidum.* Lamb.

§. 6. *Quaesumus*] Wytt. ad h. l. ita: i. e. *rogamus*, petimus a te; antique dictum pro *quaerimus*, quod hoc sensu pro *rogamus* non dicitur. Litterae permutantur *s* et *u*, quibus cum antiqui uterentur, recentiores i. e. jam temporibus Ciceronis in earum locum *r* et *i* adsciverunt, veluti pro *Valesius*, *Papisius*, *honos* recentiores dixerunt *Valerius*, *Papirius*, *honor;* *u* pro *i* antique dicitur, ut *optumus*, *maxumus.* Asc. 2. habet *quaesimus. Mr.*

Ibid. Quibus nihil potest esse jucundius] *Jejunius* mallem, quod a recepta scriptura non nimium abest, et sententiae nihil, ut mihi videtur, aptius excogitari potest. Ursinus.

Quibus nihil potest esse jucundius.] Cum Ursino facit Graevius in nota manu scripta ad h. l. — Wytt. de hoc loco ita in scholis: Tota haec pars capitis, usque ad finem ejus continet locum classicum et censuram historicorum Romanorum ante Ciceronem. Hujus similis est locus de historicis Latinis, historiaeque cum eloquentia conjunctione, quem prodidit Cicero de Oratore II. cap. 9. 12. 13; qui locus est instar commentarii ad hunc locum. cf. Ger. Jo. Vossium de Historicis Latinis L. I. c. 1. — Add. Fabricii Bibl. Lat. Vol. I. p. 188. ed. Ern., et viri Britanni disputationes *On the Latin Historians before Livy* in *The Classical Journal* Nr. XLV. p. 147. sqq. et nr. XLVI. p. 378. sqq. *Cr.* Miror equidem nemini, ut videtur, adhuc in mentem venisse, pro *maxumorum* legere *maxumos. Annales* enim *maximi* dici solent *annales* v. *libri pontificum*, *pontificum commentarii*, *annales publici*, neque vero, nisi nostro loco, *pontificum maximorum annales.* Proclive sane fuit monachis, die nocteque de pontifice maximo cogitantibus, vocem *maxumos*, quam ad *annales* pertinere non intelligerent, voci *pontificum* accommodare. *Mr.* De libris pontificum vide quos laudavi in annot. ad Cic. de N. D. I. 30. p. 134. De fontibus, primordiis indoleque historiae, quatenus ea a Romanis hominibus tractata est, atque de his Annalium scriptoribus vid. C. D. Beck. in Prooemio ad Fergusoni Hist. rei publ. Rom. vernaculae interpret. I. p. XVI. sqq. Niebuhr. in libro *Römische Geschichte* I. p. 5. et p. 367 sqq. et passim. A. W. Schlegel in Annall. Heidelbergg. ann. 1816. p. 834 sqq. W. Wachsmuth die ältere Geschichte des röm. Staats. Halis 1819. praesertim p. 13. sqq. et qui nuper admodum ad Dionysii Liviique opera judicanda cum laude se contulerunt viri juvenes: Phil. Frid. Schulin de Dionysio Halicarnasseo Historico. Heidelbergae. 1820. et Frid. Lachmann de Fontibus Historiarum Livii Commentatio prior. Gottingae. 1822. *Cr.*

Ibid. Quibus nihil potest esse jucundius] Sic et libri nostri omnes. Victorius vulgavit, *nudius*, Lambino placebat *ejuncidius*, aut *juncidius.* Gulielmius fingebat *jejunius.* Gruter.

Ibid. Quibus nihil potest esse

nihil potest esse jucundius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium venias; quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen

jucundius] *Lambinus* emendat *juncidius* vel *ejuncidius*. *Ursinus* autem, *Salmasius* et *Gulielmius* malunt *jejunius*. Receptam vero lectionem servat *Turnebus*, et Annales Pontificum Maximorum *jucundos* dici censet, quod *jucunditas* in puritate sermonis et in antiquitatis cognitione possit esse. At *G. J. Vossius* de Hist. Lat. I, 1. eos ob fidem brevitatemque simplicem *jucundos Ciceroni* visos contendit. Mihi tamen haud persuadent eruditissimi illi Viri. Annalium certe maximorum dictio, rudis in tanta vetustate fuit et incondita. Vide sis *Horatium* lib. II. Ep. I, 26. et *Quinctilianum* VIII, 2. pag. 475. Rerum vero gestarum cognitionem suppeditabant, ac in iis tradendis fidem brevitatemque sequebantur, alii veteres Historici, ut ea de causa laudem singularem non mererentur isti Pontifices. Adi *Ciceronem* de Orat. II, 12. Ad me quod attinet, sensu contrario legerim, *quibus nihil potest esse INJUCUNDIUS* vel *INCOMTIUS*. Cum enim *ultima* sive vetustissima *tempora*, quod cap. III. ait noster, *sic scripta sint ut ne legantur quidem;* injucunda dubio procul et inficeta scribendi ratio, neglectus hujusce fuit caussa. Legatur *Quinctilianus* X, 2. p. 648. *Pet.* quidem *Victorius* exhibuit *quibus nihil potest esse* nudius. Ea vero lectio stare non potest; cum *nuditas*, laus sit Annalium, non vituperatio. Sic *Cicero* in Bruto cap. LXXV. commentarios Caesaris, quos maximi fecit, *nudos* dixit. Si tamen Msstos secutus est doctissimus ille vir, inde rescribi queat *quibus nihil potest esse* Rudius; licet *nudus* et *jucundus* voces sint εὐμετάβολοι. Sic cum *Quinctilianus* X, 2. p. 650. posuerit, *si tenuitas aut* Nuditas *placuit;* sunt Codices, in quibus *jucunditas* exaratur. Davies.

Iucundius,] Ita, neque aliter legendum esse, omnium optime docuit Goerenzius ex ipso Cicerone de Or. I, 43. 193. ubi est: *Accedit vero quo facilius percipi cognoscique jus civile possit, (quod minime plerique arbitrantur,) mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio. Nam, si quem aliena studia delectant; plurima est et in omni jure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis effigies* etc. Virorum doctorum coniecturae inutiles in notis superioribus exponuntur, quas, cum veritas lectionis librorum stabilita sit, refutare nil attinet. Wytt. quoque a nostris stat partibus, *jucunditatem* ut *nativam quandam et gratam simplicitatem* explicans, prouti alibi Cicero de rudi antiquitatis more locutus est. Libri nostri nihil fere variant, nisi quod in Codd. Gr. W. M. Pariss. A. B. C. scribitur *jocundius*, ut in Edd. Asc. 1. 2. Cod. H. habet *jejunius*, *nudius* ex manifesto glossemate, et in Edd. Paris. et Sturm. est *nudius*. Ernesto maxime placebat Davisii *injucundius*. Scheffero in voce *jucundius* ironia inesse videtur, vel Ciceronem eam posuisse existimat, quia ponitur de eo, quod jocum continet atque risum provocat. Goer. in prima sua editione receperat *incomtius*. Rathio unice placebat *nudius*, quod est in ed. Sturm. et Paris. ut modo diximus. In seqq. Cod. Paris. A. habet *Fanium* pro *Fannium*, et

quid tam exile, quam isti omnes? Fannii autem aetati conjunctus Antipater paullo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra: sed tamen admonere

paullo inferius *Fanii* Cod. M. exhibet: *si ante ad Fabium — semper more est, Catonem autem ad Pisonem autem — ad Nemonium venias. Mr.*

Vennonium] Melius *Venonium* scribas. Davies.

Venonium] Ita scripsimus jubente G. I. Vossio de Hist. Lat. III. p. 726., qui et etymologiam et aliorum scriptorum usum advocat. Eam scriptionem reperimus in Codd. Cr. et Pariss. A. B. C. Edd. Ascens. 1. 2. Cratand. Herwag. Paris. et Commelin. Pro *habet* legitur *habeat* in Cod. Paris. C. *Mr.*

Fannii autem aetate *conjunctus*] Ita vulgo dant. In editione vero *Turnebiana* legitur *Fannio*, quod quidem melius est: sed rescribendum *Fannii autem* aetati *conjunctus;* sic enim loqui solet noster. In Bruto cap. XLVII. *Horum* aetati *prope* conjunctus *L. Gellius.* Et cap. LXIII. Conjunctus *igitur Sulpicii* aetati *P. Antistius.* Qua propter meam conjecturam recipere non sum veritus. De Fanii vero historia mitius judicium fert ejusdem libri cap. XXVI. Dav.

Fannii autem aetati] *Fannii — aetate* est in Codd. Cr. W. M. H. Pariss. A. B. C. Cod. tamen M. pro *Fannii* habet *nam;* idem *patet* pro *Antipater*, tum: *vehementiusque habuit vires.* Nos Davisii emendationem recepimus, quae non est Goerenzii, ut ait Sch. in notula ad h. l. — *C. Fannius*, gener C. Laelii sapientis, scripsit Annales, quorum Cicero aliquoties meminit. Vid. Vossius de Hist. Lat. I. 7. — Pro *Antipater* legitur *pater* in Codd. Cr. W. H. Pariss. A. et C. Vict. g. Probam lectionem servat Cod. Par. B. et Edd. veteres, quae ad manum sunt, omnes. — *L. Caelius Antipater* tempore Gracchorum vixit, id est paullo post deletam Carthaginem. Ejus historiam saepe memorat Cicero, imprimis de Oratore L. II. c. 13. *Mr.* — Ego cum hoc loco composuerim Cic. Orator. c. XII. de Thucydide proelia concertationesque aciei graviter describente: *De bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.* Cf. librum meum vernaculum: *Die historische Kunst der Griechen*, p. 271. ubi nota 11. locus Ciceronis ita laudandus fuit, ut nunc fecimus. *Cr.*

Paulo inflavit vehementius] A tibicinibus aliisve, qui pneumaticis organis utuntur, ducta metamophora. *Symmachus* lib. 1. Epist. 4. *Adprime calles Epicam disciplinam, non minus pedestrem* lituum *doctus* inflare. *Amm. Marcellinus* XIX, 12. *Ad vicem bellorum civilium* inflabant litui *quaedam colorata laesae crimina majestatis.* Ac. XXXI, 13. *Lituosque Bellona luctuosos* inflaret. *Quinctilianus* II, 5. *Quibus viribus* inspiret, *qua jucunditate permulceat. Seneca* Controv. lib. II. Prooem. pag. 145. *Quotiens incidebat aliqua materia quae convicium saeculi reciperet,* Inspirabat *magno magis quam acri animo.* Vide sis *Automedontis* Epigramma lib. I. cap. 44. Davies.

Paullo inflavit vehementius] Wytt. in scholis ita: — Est autem verbum *inflare* h. l. cavillatorium i. e. ad irridendum positum. In scriptore laudatur sublimis spiritus, at ventus reprehenditur, item ventositas. — Vict. in Copp. laudat Dionys. [Halic. Epist. ad Cn. Pomp. p. 131. Sylb. p. 779. Reisk.]

reliquos potuit, ut accuratius scriberent. Ecce autem successere huic Gellii, Clodius, Asellio: nihil ad Caelium, sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. Nam quid Macrum numerem? cujus lo- 7.

κἂν ποτε διεγεῖραι βουληθείη τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας ὥσπερ ἀπόγειος ὥρα [Sylb. *αὖρα*] *ταχέως σβέννυται.* Pro *agrestes* legitur *agrestis* in Codd. Cr. W. H. Pariss. A. et C. — De constructione *ille quidem — sed* vid. Beierum ad Cic. de Off. II. 6. 22. p. 44. Pro *ac* in Cod. Cr. est *atque*, pro *palaestra* in Codd. W. Pariss. A. et B. scribitur *palestra*. *Mr.*

Atque horridas *sine nitore*] Pal. quart. *atque rudeis*. GRUTER.

Sine nitore ac palaestra] Wytt: Elegantissima comparatio. *Palaestra* est locus et schola, ubi lucta exercetur. Dicitur etiam de omnibus exercitiis, corporis eorumque scholis, ut item vox *Gymnasium*. Et quia in gymnicis exercitiis oleo inungebantur corpora, ad nitorem et ad decorum habitum, incessum, gestum, motum formabantur. Utraque vox ad orationis stylique concinnam compositionem ac munditiem translata est. Sic Cicero de Orat. I. 18. 81. *Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam hujus civilis turbae ac fori.* In Oratore c. 56. *Quasi quandam palaestram et extrema lineamenta orationi attulit.* — In Fabricii Biblioth. Lat. Vol. I. p. 188. ed. Ern. ad haec verba haec annotatio legitur: »Sic apud Philostratum »Icon. I. 28. p. 804. Olear. *καὶ ὁ »μὲν παλαίστρας τι ἐπίδηλοῖ »τῷ προσώπῳ, ὁ δὲ χάριτος, ὁ δὲ »ἀστεϊσμοῦ.«* *Cr.* Philostrati etiam admonuit Graevius in nota MS. ad hunc locum. *Mr.*

Admonere — potuit] Habet significationem passivam, i. e. ipse ita scripsit, ut alii ejus exemplo admonerentur accuratius scribere. *W.*

Successere huic Clodius, Asellio etc.] Sic legendum arbitror, deleta voce *bello*, quae videtur aliunde invecta. *Successere huic*, nempe Coelio Antipatro. Turnebus legit, *belli*, et refert ad Clodium et Asellionem, ut sit ironia. LAMBIN.

Ibid. Successere huic Gellius, *Clodius, Asellio*] Monuit Mercerus ad Nonium ita emendasse Passeratium, et vero hujus mentio apud nostrum lib. 1. de Divinat. cap. 26. Gulielmius, quod invenisset in suis *Belli* (quomodo et edidit Victorius, et restat item in pal. quarto) adnotarat *Gell.* I. ut de duobus sermo fuerit. GRUT.

Ibid. Successere huic Gellii, *Clodius, Asellio*] Mssti dant *belli* vel *bello*; unde *Passeratius* emendabat *successere huic* Gellius, *Clodius, Asellio*, quemadmodum testatur *Mercerus* ad *Nonium* in *bubo*. Sed hac in parte felicior erat *Gulielmius*, qui reponebat *Successere huic* GELLII. Sextus enim et Cn. Gellius historiarum scriptores fuere. Vide *G. J. Vossium* de Hist. Lat. I, 8. Similiter *Gellios* in Historicis, quibus usus est, memorat *Dionysius* Halicarnassensis I, 7. Imprudenter ergo se gessit *Anna Daceria*, quae ad Victorem de Orig. Gent. Rom. cap. XVI. Cn. Gellium in Sexti Gellii locum sufficit, quasi Sexti nemo alius meminerat. DAVIES

Successere huic Gellii] *Bello* legitur pro *Gellii* in Codd. Cr. W. Parisin. A. B.; *belli* in Cod. H. et Paris. C. Cum illis faciunt Edd. Brut. et Sturm. post Ald. Victor. et Manut.; cum his Edd. Paris. Carol. Steph. et Commelin. Sed in Edd. Ascens. 1. 2. Cratand. (quae in margine habet *bello*) et

quacitas habet aliquid argutiarum; (nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis;) in orationibus autem multus et ineptus; elatio summa impudentia. Sisenna, ejus amicus, omnes adhuc nostros

Herwag. est *bellus.* »*Gellii*, Cn. »et Sext. Cicero de Div. I, 26. »historici languidi et insciti.« Ern. Cl. Cic. h. v. — Pro *Asellio* est *Asilio* in Codd. Cr. H. et Paris. C., et in Ed. Parisin.; *Asilo* in Cod. W. Par. B. Edd. Ascens. 1. 2. Brut. Sturm.; *Asila* in Edd. Cratand. et Herwag. Asc. 2. *Asylo* in Cod. Paris. A. Cod. M. *huic belli gladios asilios nihil ad Cellum.* Vict. in Copp. in marg.: »Sempronius Asellio Hist. Lib. »IIII. vid. item Fl. Sosip. Asellius »quoque Rerum Rom. XI. Sem- »pronius Asellio Histor. Lib. XIIII. »Asilo ap. Non. 1406.« — In Copp. Victt. b. est *Asilio*, in Vict. g. *Asylo.* Universe de his historicis confer. Vossium et Ernestum ll. cc. *Mr.*

Nihil ad Caelium] *Coelium* scribitur in Codd. Cr. W. H. *nihil ad telum* in Cod. Par. C.; *nihil ad odium* in Cod. Par. B.; *Caelium* in reliquis, nisi quod in Ed. Asc. 1. est *Celius.* — Ad sensum explicandum W. haec: i. e. nullo modo comparandi cum Caelio; veluti dicimus: versus facit, sed nihil ad Virgilium. Caelius autem idem est, qui modo dicebatur Antipater. *Mr.*

Languorem et *inscitiam*] Sic Paris. Reg. Med. et editio *Victoriana.* Vulgo *atque.* Davies.

Languorem atque *inscitiam*] Codd. W. Pariss. A. B. C. *langorem.* Pro *atque* Cod. Par. C. *et.* Sed *atque* servant Codd. reliqui et Edd. Car. Steph. Brut. et Sturm.—Wytt. ad h. l.: Est figura, quam vulgo vocant abstractum pro concreto, i. e. potius ad antiquos illos, languidos atque inscitos. *Inscitia* vero non est inscientia seu ignorantia, sed illud vitium, quo quis dicitur inscitus i. e. inficetus, inurbanus, ab elegantia remotus. Qua de re est doctus excursus Gernhardi in editione Cic. de Senect. p. 293 —302. *Mr.*

Nam quid Acrum *memorem*] *Sigonius* in Scholiis, quibus fragmenta Ciceronis ab ipso diligentissime collecta illustravit, pro *Acrum* legendum existimat *Macrum;* ut sit C. Licinius Macer, cujus in historia Livii mentio creberrima. Quae me ratio, et quia ex *Acrum* in *Macrum* facillima mutatio, facile persuasit, ut assentirer doctissimo viro, cujus auctoritas, vel sine ulla ratione, plurimi est apud me ponderis. P. Manucius.

Ibid. Nam quid Acrum memorem] Habeo librum cum Msto collatum multis abhinc annis a viro, ut apparet, doctissimo; in eo autem pro *Acrum* emendatum est *Macrum*, ut *Sigonius* correxit. Sed pro *Datio summa impudentia* est *ad summam impudentiam;* quod *Lambinus* testatur se in suo etiam Msto reperisse. Ursinus.

Ibid. Quid Attium *numerem*] Pal. tert. *Acrum*, quart. *Acium.* Paulus Manucius publicavit *Acrum*, acceditque Sigonio, autumanti legendum *Macrum*, ut intelligatur *C. Licinius Macer.* At Turnebus monuit Atii mentionem factam Tullio in Bruto, laudatumque eundem a Festo, in verbo *Metelli.* Grut.

Ibid. Quid Macrum *numerem*] Vulgo *Atium.* Permulti vero Codices, in his Pal. tert. Paris. Eliens. Harleian. pr. Med. Balliol. Reg. et Ven. 1471. exhibent *Acrum.* Unde *Macrum* legendum verissime conjecit *Car. Sigonius*, eamque conjecturam suis calculis dudum probarunt eruditi. Histori-

scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro umquam est habitus, et in historia puerile quiddam consectatur; ut unum

arum sane conditor, cui nomen *Acro*, nullus fuit. Nec *Attio* vel *Accio* datur locus, licet is Annales ediderit: versibus enim scripsit; at noster eorum solorum meminit, qui soluta oratione sunt usi. Vide *G. J. Vossium* de Hist. Lat. I, 10. Harleian. vero sec. habet *memorem*, non *numerem*, nec aliter *Lambinus*. Sed renituntur optimi Mssti. DAVIES.

§. 7. *Quid Macrum numerem?*] *Acrum* est in nostris Codd. Cr. W. H. Pariss. A. et B. sed in Cod. Paris. C. est *Actium; Accium* vero in Edd. veteribus, quae ad manum sunt, omnibus. Sed unice huic loco convenit Sigonii emendatio. Fuit enim C. Licinius Macer historiae scriptor Romanae, aetate Ciceronis, tamen multis annis eo major, de quo vid. Vossius de Historr. Latt. I. c. 10. — *Numerem* legitur in Codd. H. W. Paris. A. B. C. et in Edd. Commel. Lambin. (in marg.), Grut. Ern. Verb. Bip. Wagn. Goer. Sch. — Vict. g. habet *acrum numerum*. Pro *erudita* in Cod. Paris. A. legitur *eruditorum;* minus bene. Ad vocem *librariolis* W. ita: Librorum descriptores et mercatores opponuntur hoc loco bibliothecis amplis ac doctrinae Graecorum. Litterae enim Latinae tum adhuc rarae erant, ac paucis libris continebantur. Idem ad v. *orationibus:* Orationes illae intelliguntur, quas historici in historiis suis interponere solebant, prouti fecerunt omnes veteres. In hujusmodi igitur orationibus *Macer* est *multus*, nimius, nimis frequens; *ineptus* i. e. intempestivus, nullam decori et verisimilitudinis rationem habens; *ad summam impudentiam* i. e. usque ad summam impudentiam; quae in eo cernitur, quod Macer lectores suos quasi per impudentiam contemneret, ut iis persuaderi posse putaret, has orationes veri similes esse. — Cod. M. habet: *sed ex librariolus* (sic) *laceris*. Wagn. *librariolis* positum ait pro *tabernis librariis*. Sed alibi semper Cicero hoc vocabulo ut masculino de librariis hominibus utitur; v. c. ad Att. IV. 4. XV. 7. *Mr.*

Erudita Graecorum *copia*] Pal. quart. *Gracchorum*, quod nonnullis forte dignum examine. GRUT.

Datio summa impudentia] Si legas *in mendacio*, ut eidem Sigonio placet; patebit sententia. Et sane mendacii Macrum *Livius* lib. VII. videtur arguere. P. MANUCIUS.

Ib. Ad summam impudentiam] Libri manuscr. habent *imprudentiam*. Ego nihil muto. LAMB.

Multus et ineptus ad summam impudentiam] Sic Aldus senior; nam filius Paulus, *ineptus, datio summa impudentia*. Victorius sine dubio repraesentavit, quod invenit in antiquis suis; nempe, *multas ineptias, elatio summam impudentiam*, quomodo item est in S. Victoris, et in Pithoeano, nisi quod hic *datio*, Pall. aliorumque varietates producere taedet: satis est adlevisse libri nostri orae. GRUTER.

Ibid. Multus et ineptus, ad summam impudentiam] Mire variant Codices. Eliens. Harleian. pr. editio pervetus. Ascens. aliaeque nonnullae dant *multus et ineptus*. Datio *summa impudentia*. Nec aliter ex membranis suis reponit. *Is. Vossius* ad *Catullum* p. 339. De Datio tamen Historico silent veteres. *Victorius* edidit *multas ineptias* * *elatio summam impu-*

Clitarchum, neque praeterea quemquam, de Graecis legisse videatur; eum tamen velle duntaxat imitari: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen
b. abesset. Quare tuum est munus; hoc a te exspectatur: nisi quid Quinto videtur secus.

dentiam. Sic etiam liber S. Victoris et Pithoeanus, nisi quod is *Datio.* Balliol. repraesentat *multas ineptias summa impudentia.* Denique Paris. Reg. et Ven. 1471. *multas ineptias ad summam impudentiam* vel *imprudentiam.* Hinc minima mutatione rescripserim *Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum; (nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis) in orationibus autem multas ineptias* ac *summam impudentiam:* ut a prioribus haec pendeant. Davies.

Multus et ineptus; elatio summa impudentia.] In tanta et Codd. et Edd. discrepantia ea nobis exhibenda visa est lectio, quae et ad librorum MSS. scriptionem et ad Edd. veteres proxime accederet et commodum sensum praeberet. Nos certe nihil mutavimus; nam quod pro *datio* scripsimus *elatio* id probabit, qui scit, quam facile in Codd. *e l* et *c l* in *d* coaluerint, uti v. c. paulo inferius Cod. Par. C. *Ditarcum* exhibet pro *Clitarchum.* Wyttenbachii et lectionem (quae item est Ernesti et Wagneri) et explicationem supra exhibui. Nunc age libros nostros inspiciamus. *Multus et ineptus, datio summa impudentia* est in Codd. Cr. Vict. g. W. H. Paris. B. Edd. Ascens. 1. et 2. Cratand. (quae in margine habet, *ad summam impudentiam*) Herwag.; cum Cratandrinae margine consentit unus Cod. Par. A. et Edd. Car. Steph. Brut. Sturm.; *elatio summam impudentiam* praecedente lectione *multas ineptias,* quam Goer. et Sch. amplexi sunt, nisi quod scripserunt *imprudentiam,* habent Edd. Paris. et Gommelin. Cod. Paris. C. habet: *multus, ineptus ad summam impudentiam.* Cod. M. *multus et ineptias ad summam impudentiam.* — *Impudentiam* scriptioni *imprud.* Brutus quoque praetulit, dicens: haec lectio, etsi non est rejicienda, non tamen praestat vulgatae. Quid enim excogitari potest inepta loquacitate impudentius? — Scheferus ad h. l.: »Libri optimi »(quinam illi?) habent: *multas* »*ineptias, elatio summam impu*»*dentiam.* Quod puto esse rectum, »sic ut prius, multas ineptias, re»feratur ad loquacitas. Sensum sic »accipio: Quotiens loquitur po»pulariter, habet aliquid argutia»rum; cum vero versatur in ora»tione, multa affert inepta, deni»que si efferre se ac grandis esse »cupit, figuras format sine pudore.« Nos Graevium sequendum duximus, qui in nota MS. ita: *multus et ineptus* ex v. l. *elatio summa impudentia.* Sic et Cod. Voss. In Ed. Gothofr. est ut Dav. edidit. *Mr.*

Sisenna, ejus *amicus*] *Seb. Corrado* placuit *Sisenna* meus *amicus;* quod Atticus in *Ciceronis* Bruto cap. LXXV. Sisennam *suum* vocat *familiarem.* Sed refragantur Codices, et per aetatem Macro, vel, si mavis, Accio, potuit amicus esse Sisenna. Dav.

Sisenna, ejus amicus] *Sinsenna* est in Cod. Par. C. et *ei* pro *ejus* in Cod. H., quod vitium ex scribendi compendio ortum est. Cod. M. *Sisenna ejus animam amicus;* sed vox *animam* inducta est. De hoc W. ita: *L. Cornelius Sisenna,* Macri familiaris, clarus inter historicos Latinos. Saepe citatur a Cicerone, Livio et aliis.

Q. Mihi vero nihil: et saepe de isto collocuti sumus: sed est quaedam inter nos parva dissensio. Att. Quae tandem? Q. A quibus temporibus scribendi capiat exordium. Ego enim ab ultimis censeo, quo- 3. 8

Vid. Voss. de Hist. Lat. I. 10. Idem ad verba *facile superavit:* Non est proprie sumendum: cum facilitate superavit; sed exquisite dicitur pro *manifesto*, *omnibus consentientibus.* — Pro *qui forte* est *forte qui* in Edd. Ascens. 1. et 2. Cratand. Herwag. et Commelin. Ed. Herw. pro *nisi* habet *ni.* Tum pro *in numero vestro* Cod. Par. C. exhibet *in numero nostro,* quod item Graevius ad marginem Cod. M. *orator numero nostro.* Ed. Commel. adnotavit, nullo addito judicio. W. ad h. l. ita: i. e. quamquam Sisenna historiae suae orationes interposuerit, tamen nunquam habitus est orator in numero vestro, i. e. orator civilis, qualis tu inprimis es, Marce Tulli. Historia vero h. l. est ipsarum rerum gestarum narratio, et distinguitur ab orationibus historiae interpositis; in illa vero historia minime ait apparere doctrinam et gravitatem viro dignam. *Mr.*

Unum Clitarchum] *Ditarcum* esse in Cod. Paris. C. supra monuimus; *Clitarcum* est in Cod. H. De Clitarcho vid. Sainte-Croix Examen critique des Historiens d'Alexandre, le Grand. ed. alt. Paris. 1804. Vossius l. c. Cr. Post haec Ed. Commel., nescio unde, habet *quenquam praeterea. Quenquam* etiam scribitur in Codd. Cr. W. H. Paris. A., *gregeis* in Cod. W.; *cum* pro *eum* in Cod. Cr. Cod. M. *vellem; dumtaxat* est in Cod. Paris. A. *Mr.*

Velle duntaxat imitari] *Imitari,* ait W., ita jungendum est cum *duntaxat* et *velle,* ut hic sit sensus: vult quidem imitari Clitarchum sed vult duntaxat, tantum conatur, nec potest. — Pro *aliquantum* Cod. Par. B. habet *aliquanto*, Cod. Par. C. *aliquantulum tamen ab optimo;* pro *hoc a te* Cod. Par. B. exhibet *a te hoc.* Ad verba *ab — abesset* cf. Quintin. Inst. Or. VIII. init. »*Scriptores ab eloquentia longissime fuerunt*«, ut πόῤῥω εἶναι cum Genitivo. cf. Heindorf. ad Platon. Lys. p. 24. sq. *Cr.*

Tuum est munus;] Duplex interpunctio locum habet, prima ut hoc loco scriptum est, altera: *tuum est munus hoc: a te exspectatur.* Dupliciter etiam *munus* accipi potest, ut sit vel *officium* vel *donum,* scilicet quod Cicero tale donum hominibus Romanis historia scribenda facturus esset. Ceterum de Ciceronis scientia et facultate in historia, ejusque scribendi proposito videndus est Voss. de Hist. Lat. I. 11. *W.* — Pro *quaedam* est *quadam* in Cod. W. Cod. M. *munus: inquam a te exsp.* Voluit, credo, *hoc, inquam, a te exsp.* In eod. Cod. est: *sed est inter nos quaedam parva,* ut in Ed. Asc. 2. et nonnullis aliis. *Mr.*

Cap. 3. Capiat *exordium*] Est ab nostris omnibus, neque aliter Victorii editio. aliae, *capiatur.* Grut.

§. 8. *Capiat exordium.*] Pro *capiat* minus bene *capiatur* legitur in nostris Codd. Cr. et W. et in Edd. Ascens. 1. et 2. Parisin. Cratand. Herwag. Gothofr. Car. Steph. all. Post exordium Cod. Par. A. inserit Attici nomen literâ *A.* Ad vocem *illa* Wytt. ita: »*Illa* h. l. rariore usu dicitur pro »*haec*, scilicet haec tempora, de »quibus modo diximus, sive ultima, quae continent initium rerum Romanarum. Ceterum hic

niam illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem: ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit, ut ea complectatur, quibus ipse interfuit. Att. Ego vero huic potius assentior: sunt enim maximae res

»usus pronominis *illa* hoc loco »ita potest accipi, ut dicatur de »rebus tempore remotis.« Pro *ne legantur quidem* in nostris Codd. Cr. W. Par. A. B. C. Copp. Victt. b., uti in compluribus Goerenzii, est *neglegantur quidem*, quod fortasse ortum est ex *nec legantur quidem* pro *adeo* v. *etiam ne leg. qu.* Sic infra eod. cap. §. 9. in Edd. Asc. 1. et 2. Cratand. Herwag. legitur: *nec institui quidem potest. Mr.*

Aequalem aetatis suae] Cod. Par. C. *aetati*, Cod. Par. B. et Cr. *suae aetatis* uti ex tribus suis edidit Goer. Ad h. l. W. ita: Attendendum est ad elegantem usum duorum nominum: *aequalis*, quod dicitur de rebus tempore et aetate conjunctis, vulgo barbare *coaetaneus*. *Memoria* autem hic ponitur pro historia s. materia historiae, prouti supra *tempora* ponuntur pro historia illorum temporum. Pro *interfuit* praeter necessitatem Rath. conjecit *interfuerit*. Cod. M. pro *assentior* habet *assensio*. In seqq. Cod. Par. C. *protinus* exhibet pro *potius* et *ac* pro *atque;* in Cod. vero W. *maxime* scribitur pro *maximae;* in Cod. Par. C. *Cum* pro *Tum;* Cod. Par. B. voci *illustrabit* suprascriptum habet in fine *at*. Non voluit, credo, librarius *illustrabat* sed interponere *at*. *Mr.*

Incurret etiam in illummet memorabilem etc.] Est a conjectura Turnebi, cum Mss. passim haberent *illum et memor.* etc. ideoque locum asterisco insigniisset Victorius. Gruter.

Illummet memorabilem] Nostri libri MSS. omnes exhibent *illum*, Copp. Victt. b. et H. *illum et*, ut est etiam in Ed. Commelin. In Ed. Gothofr. haec nota est: v. c. *in illum et memorab.* fort. *in illummet memorabilem.* Ad rem cf. Cic. de Rep. I. 4. p. 15. ed. Tub. ib. A. Majus. Pro *quae* in seqq. Codd. W. et M. exhibent *quem*, quod procul dubio est correctoris. Ad verba *ut ajunt* W. haec: Significat hoc esse proverbium: *de Remo et Romulo narrare.* — In seqq. Cod. Par. B. habet: *tribueretur ullum vacuum tempus.* Post haec pro *et* ex aliquot libris edidit *ac*. Ex nostris nullus assentit. Pro *opera* Par. B. *tempora*, sed *opera* supra lineam. *Mr.*

Neque enim occupata *opera neque impedito animo*] Ita quidem editi scriptique libri: nec iis tamen credo, cum non intelligam quid sibi velit, *occupata opera.* Lego *neque enim* occupato *opera neque inpedito animo.* Animum dicit opera occupatum. *Livius* III. 40. *Neminem, majore* cura occupatis animis, *verum esse praejudicium rei tantae adferre.* Idem, V. 10. *Occupatos animos majorum rerum cura* dixit. Sic passim loquitur egregius ille scriptor. Sic et alii. *Quinctilianus* IV. 2. pag. 245. *Faciliore sim* animo *ejus abusurus* occupato *vel* ira *vel miseratione.* Vide sis et *Terentium* Phorm. Act. III. Sc. II, 17. Davies.

Occupata opera] Neque Goerenzio neque Schützio Davisius conjecturam suam probavit, neque etiam nobis. Libri nihil variant. In Schützii editione typographi errore dicitur Davisium conjecisse *occupata.* — Pro *utrumque* in Cod. Par. C. legitur *utraque.* Ad haec W. ita: *Negotium* refertur ad *operam*, *cura* respicit ad *impeditum animum;* nam cu-

in hac memoria atque aetate nostra. Tum autem hominis amicissimi Cn. Pompeii laudes illustrabit; incurret etiam in illummet memorabilem annum suum: quae ab isto malo praedicari, quam, ut aiunt, de

rae in primis dicuntur animum impedire, ut apud Terentium in Andria Act. I. sc. 5. v. 25. *Tot me impediunt curae, quae meum animum divorsae trahunt.* Cod. M. habet: *et cura naturae et negotio. A. Quod* etc. *Mr.*

§. 9. *Quid? ad cetera*] Vocem *quid* non habet Cod. Par. C.; in Par. A. scribitur *caetera*, improbante Grotefend. Lat. Gr. Tom. II. §. 129. Cf. tamen C. Beier in Miscell. Critt. ed. Friedemann et Seebode I. 1. p. 183. In seqq. Cod. Par. A. habet *tempus tandem.* Pro *tandem* Cod. M. *dandum;* tum *sucisma* pro *subsiciva. Fuit* post *vacuum* abest ab Ed. Asc. 2. et aliquot aliis. De scriptione vocabuli *subsiciva* Vid. praeter Turnebi notam etiam Noltenii Lex. Antibarb. p. 171. sq. Graevius in nota MS. scripsit *subcisiva. Mr.*

Tempora incurrunt] i. e. incidunt, obtingunt, eveniunt; *tempora* autem hoc loco sunt etiam *feriae*, quibus opponitur negotium. *W.* Mox Cod. Cr. *si quid dies*, Codd. Pariss. B. et C. *ad rusticandum dati sunt* Par. A. *dati sint ad rusticandum.* Copp. Victt. b. *rustificandum.* Post haec Par. C. *accommodarentur* pro *accommodentur.* In his verbis explicandis nequaquam facere possumus cum Goerenzio, qui dicit: *i. e. hos ad ea, quae scribimus, adhibeamus. Nam eorum non ad si qui dies, sed ad quae scribimus referendum est. Saepe vero numerus ex abundantia ponitur.* Cf. II. de Divin. I. 3. *Cato noster in horum librorum numero ponitur.* Multo melius Wytt. hunc locum expedivit. Sensus est, ait: ea, quae scribo, accommodantur ad numerum dierum, qui mihi ad rusticandum dati sunt; seu, temporis rationem habere debeo, nec plura scribere, quam dierum numerus patitur. Hoc et universe factitavit Cicero et proprie in Tusculanis quinque libris, quos quinque diebus habitos conscripsit; de quo ipse ait Lib. I. c. 5. *Dierum quinque scholas in totidem libros contuli.* — Construe igitur: ut, quae scribimus, ad eorum (dierum) numerum accommodentur. Iam Turnebus h. l. verum vidit sensum. — In seqq. Ed. Asc. 2. cum aliquot vett. post *institui* addit *quidem. Mr.*

Nisi praeparato otio,] Cod. Par. *non parato otio*, quod videtur esse correctoris, quem item agnosco in Cod. Par. B. ubi voci *ocio* (ita enim scripta est) supra inscriptum est *negotio.* Quod ad sensum uterque bene. Sed si medela opus sit loco, faciliorem mihi reperisse videor, reponens *praeparata*, ut sensus sit: nisi historia i. e. materia historiae ante per otium fuerit comparata, collata eoque praeparata. *Mr.*

Animi pendere] Exquisite huic verbo genitivus nominis additur pro ablativo. Dictio notat: *sollicitum anxiumque esse, nec scire, quid agas.* Sic Cicero Tusc. Disp. I, 40. *quod si exspectando pendemus animi, cruciamur, angimur.* ib. IV, 16. Epist. ad Att. VIII. 5. Terent. Heaut. IV, 4. 5. Liv. VII. 30.; ubi hanc dictionem explicat I. F. Gronovius. Dicitur et simpliciter eodem sensu *pendere*, ut docuit idem Gronovius ad Senecam de beneficiis VI. 16. *W.*

Cum, semel quid orsus, traducor alio] Mssti summo consensu dant *cum semel quid orsus si traducor alio:* nec aliter editi ve-

Remo et Romulo. M. Intelligo equidem a me istum laborem jamdiu postulari, Attice; quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur vacuum tempus et liberum: neque enim occupata opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest. Utrumque opus est,
9. et cura vacare, et negotio. Att. Quid? ad cetera (quae scripsisti plura, quam quisquam e nostris) quod tibi tandem tempus vacuum fuit concessum? M. Sub-

teres. Scripsit, uti puto, noster, *cum semel quid orsus* sim, si *traducor alio*. Duarum vocum similitudo fecit, ut earum altera praetermitteretur. Davies.

Cum, semel quid orsus, traducor alio] Omnes etiam et nostri et Goerenzii libri post *orsus* addunt *si*, quod dudum ejectum (Sturm. enim Gothofr. et Commelin. istam voculam non agnoscunt) reduxit Goer. sed uncinis inclusum, cum si inter *cum* et *si* ejiciendi optio detur, illud rectius, quam *si*, eliminandum fuerit. Tum probata, quae minime fuit probanda, Davisii correctione (debuit enim scribere *sum* pro *sim*) suam tamen, quae nobis haud improbatur, conjecturam addit: *quum, simul quid orsus sum tr. alio*. Quare nescio, cur Schützius narret, Goerenzium velle *semel*, et dixisse, vocem *si* nimis propere a viris doctis esse reductam. In Cod. M. est *cum selus* (ita) *quid orsus*. *Mr.*

Nimirum ista oratio *postulat*] Victoriana, *nimirum* historia *postulat*. male, et praeter edd. omnes, nostrosque scriptos quinque; *ut tua verba*, inquit, *audio; legationem aliquam requiris*. Hotomannus lib. VI. Observ. cap. 8. emendabat *ista opera*. Gruter.

§. 10. *Nimirum ista oratio*] Codd. Cr. et Par. B. exhibent *oratio ista*, ut est in Edd. Bip. Verburg. Gothofr. Wagn. Ern.; pro *ista oratio*. Minus bene. Car. Steph. in uno libro legi *historia* dicit, quod est glossatoris. Pro *postulat* Ed. Commelin. *postulabat*, pro *ejusmodi* Cod. Par. C. *hujusmodi*; pro *cessionem* denique Codd. Cr. W. H. Par. A. B. *cessationem* et ita quoque Edd. Asc. 1. et 2. Car. Steph. Cratand. Herwag. et Brut. Ad vocem *cessionem* Wytt. ita: i. e. secessus aut peregrinatio, abitus ex urbe studiorum caussa. Vox rarior hac significatione, omissa etiam in melioribus lexicis. In simili re *secessum* dixit Ovid. Trist. Lib. I. El. I. v. 41. *Carmina secessum scribentis et otia quaerunt*. Rathius *cessationem*, quod et proprietatis Ciceronianae esse, neque interpretatione egere ait, restitutum voluit. *Mr.*

Ibid. Legationem aliquam nimirum ista oratio *postulat*] Sic libri potiores; non *historia* vel *oratio ista*. De legationibus liberis vide sis *P. Manucium* in lib. II. ad Quintum fratrem Epist. 9. Davies.

Legationem aliquam] *Ablegationem* est in Edd. Asc. 1. 2. Cratand. Herwag.; sed duae posteriores *legationem* in variis lectionibus habent. De *legationibus liberis* vide notam Turnebi; adde Cic. de Legg. III. 8. Manut. ad Epist. ad Quintum fr. II. 9. Bach. Hist. Jurispr. Rom. II. 2. 92. Engelbronner l, c. p. 14. ib. de aetatis vacatione. *Mr.*

Cretionem liberam atque otiosam] *Cessionem* habent omnes libri manuscr. Unde quidam legen-

siciva quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior: ut, si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum accommodentur, quae scribimus. Historia vero nec institui potest, nisi praeparato otio, nec exiguo tempore absolvi: et ego animi pendére soleo, cum, semel quid orsus, traducor alio; neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta. Att. Legationem aliquam nimirum ista oratio postu-

dum arbitrantur *secessionem:* alii reposuerunt *cessationem:* quod rejeci. *Cessionem* non improbat *Turnebus.* Ego secutus *Jac. Cujatii,* juriscons. doctiss. auctoritatem, *cretionem* reposui, quae scriptura sine dubio recta est. Quid sit autem *cretio,* docent juriscons. et diximus de hac voce nonnulla in notis ad lib. I. de Orat. ad Q. Fratrem, ubi hac eadem voce utitur Cicero. Lamb.

Ibid. Cessionem liberam] Adhaesimus libris pluteariis, in quibus haec scriptura; de qua consulatur Turnebus. alii ediderunt *cessationem.* Lambinus, secutus Cujacii conjecturam, reposuit *cretionem;* quem impugnat Hotomannus, emendatque *secessionem.* Gruter.

Ibid. Cessionem liberam] *Jac. Cujacius* Observ. IX. 29. reponit *cretionem liberam;* et hanc eruditissimi ICti διορθωσιν mire probat *D. Lambinus.* Ego non item. Nam *cretio,* vel hereditatis est susceptio, vel *certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem necne.* Vide Cl. *Schultingium* ad *Ulpiani* Tit. XXII, 27. Non igitur video quid huc faciat illa vox, eamque merito repudiavit doctissimus *Hotomannus* Observ. VI, 8. Cum eo *secessionem liberam* non invitus equidem legerim: nam Codices vel *cessionem* vel *cessationem* repraesentant. Davies.

Aetatis potius vacationi] *Vacationem* est in Cod. Par. C. Ad haec W. in scholis ita: i. e. sperabam, mihi aetatis caussa vacationem datum iri. Est autem aetatis vacatio immunitas, quies et cessatio ab opere, a munere publico, quae aetati tribuebatur, etc. Reliqua exposuit Turnebus. Cod. M. *praeterito sedemus insolito.* Talia notamus, ut appareant, quantus fuerit hujus librarii stupor; quare sicubi hic in rariore quadam et exquisita lectione cum libris probis consentit, non censendus est ingenio lusisse, quippe quod ei perexiguum fuit. Ad vocem *solio* W.: *Solium* proprie est sella regalis. Dicitur etiam de sella excelsa, in qua juris consultus, domi sedens, consultum venientibus de jure respondebat. Vid. Cic. de Oratore III. 33. Ita Crassus ille orator similiter pronuntiat ibidem Lib. I. c. 45. Conf. Horat. Epist. II. 1. 103. ib. Lambin. Heinecc. Antt. Iur. Rom. I. 2. §. 33. Bach. Histor. Iurisprud. Rom. II. 2. §. 12. *Mr.* De discrimine inter *Advocatos* et *Oratores* v. Pancirollus de claris Legg. interpretibus I. c. 3. Schulting. Orat. de Iurisprud. Ciceron. p. 286. sqq. Heinecc. l. c. II. 2. §. 29. 33. IV. 10. 1. Bach. l. c. II. 1. 23. et ipse Cic. de Off. I. 10. pro Quinct. c. 8. de Orat. II. 47. I. 45. Ascon. in Verr. cap. 4. Ernesti Cl. Cic. in voc. *Cr.*

Senectutisque non inertis grato etc.] Haud absurde pal. quart. *senectutisque* meritis *grato.* sed

lat, aut ejusmodi quampiam cessionem liberam atque
p.158.otiosam. M. Ego vero aetatis potius vacationi con-
a. fidebam, cum praesertim non recusarem, quo minus, more patrio sedens in solio, consulentibus responderem, senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. Sic enim mihi liceret et isti rei, quam desideras, et multis uberioribus atque majoribus operae quantum vellem dare.

nihil tamen putarim mutandum. Gruter.

Non inertis] Codd. Cr. et M. exhibent *inhertis*. *Mr.*

Sic enim mihi *liceret* etc. *quantum* vellem *dare*] Idem codex; *Sic enim* veri *liceret* etc. *quantum vellemus*. Aliquid latet in illo *veri*. Grut.

Sic enim mihi liceret] Schefferus ad h. l. ita: »MS. *Sic enim* »*veri liceret* (et ita Cod. noster »M.) Videtur Cicero scripsisse: »*Sic enim vere liceret.*« Haud absone. Poterat etiam conjicere: *Sic enim vero liceret*. Sed in tanto librorum reliquorum consensu nihil mutandum. — Pro *desideras* Cod. Par. B. *desiderabo*, et supra lineam *desideriis*; idem cum Par. A. habet *opere* pro *operae*. Post haec Cod. Par. B. habet *atque*, supra scripto *atqui*.— *Causam*, ait W., idem est, quod *excusationem*, et ad v. *noscat* Schefferus: Puto simplex esse pro composito *agnoscat*, ut sit *noscere causam* idem ac veram reputare ac bonam, quomodo *agnoscere crimen* dicimur, cum verum esse fatemur. Pro *causam* Cod. M. habet *tam*. — *Dicendum* i. e. ait W. causae agendae sint in foro et judiciis. — Pro *quod* in Codd. W. H. Cr. et Par. A. Copp. Victt. b. scribitur *quo*. Tum Cod. Cr. inverso ordine *genus instituisti* ut est in Edd. Car. Steph. Ald. Gothofr. Sturm. Lamb. Brut. Morab. In Cod. M. legitur *instituendi*. Sequens *ut* abest a Par. C. In Cod. H. scribitur *P. Roscius*. *Mr.*

Cap. 4. *In cantu* cecinerat] Veneti *ceciderat*, id est, lenierat vel minutiores reddiderat. Et mox non *concionibus*, sed *contentionibus* legendum. Videntur autem haec ita accipienda esse quasi ab Attico pronuntientur: et iis quae mox sequuntur, *at mehercules ego* etc. praescribatur persona Quinti. Camer.

Ib. Numeros et cantus remiserat etc.] Sic videtur legendum, ex vestigiis veteris scripturae: quamquam amicus quidam meus mavult legi, *numeros et cantus remissiores fecerat* etc. quam lectionem, cum ab antiqua ne ipsa quidem valde longe absit, non rejicio: sed omnibus hanc antepono, *numeros in cantu reciderat*. Lambin.

Ibid. Numeros in cantu cecinerat] Est a Victorii et Turnebi editis, neque aliter nostrum quinque. Aldus senior, *ceciderat*, quod plerique receperunt in contextum, litera secunda mutata in *ae*. Lambinus heic, more suo, multa interjicit a scriptis aliena. Gruter.

Ibid. In senectute numeros in cantu cecinerat] Haec est omnium Codicum lectio; quae tamen mendo non caret, cum sensu careat. Legi possit *in senectute numeros in cantu* remiserat. Nam *numerus* in modulatione per *ἄρσιν* et *θέσιν* dividitur. *Ἄρσις* est elevatio, *θέσις* autem remissio vocis. Vide *Martianum Capellam* lib. IX. pagg. 327. 328. *Cicero* de Orat. I. 60. *Solet Roscius dicere, se,*

Att. Atqui vereor, ne istam caussam nemo noscat, 4
tibique semper dicendum sit: et eo magis, quod te 11.
ipse mutasti, et aliud dicendi instituisti genus; ut, quemadmodum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu reciderat, ipsasque tardiores fecerat tibias; sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, quotidie relaxes aliquid: ut jam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit. Quod

quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos et cantus REMISSIORES *esse facturum.* Adeundus *Agellius* N. A. lib. I. cap. XI. Aliquando cogitabam *in senectute* minus contente *cecinerat. Apuleius* Metam. lib. IV. pag. 112. *Atque inde* contentissima voce clamitans, *rogansque vicinos.* Idem Florid. IX. p. 775. *Aut ambulat, aut plerumque* contentissime clamitat. Noster Tuscul. II. 24. *Genu mehercule M. Antonium vidi, cum* contente *pro se ipse lege Varia* diceret, *terram tangere.* Sed audacior videatur haec conjectura; quapropter ei non nimium fido. DAVIES.

§. 11. *Numeros in cantu reciderat*] Ita dedimus ex Cod. H., cum nihil aliud animum expleret, sensu eodem, quo Wytt. post Lamb. et Ern. commendabat *remiserat.* Wytt. enim ita: Recte Ernestus probat conjecturam quorundam editorum *remiserat.* Illud autem: *numeros in cantu remiserat* pertinet ad Roscium, de quo Cicero de Orat. I. 60. *Solet idem Roscius dicere, se, quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores esse facturum.* Cantus dicitur ejus recitatio, numeri dicuntur, quia dictio comoediae erat metrica. Alterum: *ipsas tibias fecit tardiores* pertinet ad tibicinem, cui Roscius mandaverat, ut tardius lentiusque praecineret. — Schefferus: Puto rectius *ceciderat. Cadere numeros* existimo dictum synecdochice pro *numeris* vel *quoad numeros.* Est autem *cadere* idem ac deficere, quomodo *cadere animis* alio loco Cicero dixit. Hanc Schefferi rationem quomodo Goerenzius, non nominato auctore, amplecti potuerit, non magis intelligo, quam factum probo. Schützius rectius *ceciderat* a *caedo* derivat, ut *ceciderat numeros* idem sit, quod *inciderat.* Probarem equidem hanc lectionem, quam exhibet etiam margo Edd. Cratand. et Herwag. itemque Edd. Car. Stephani et Bruti; nisi talibus locis Cicero simplicibus praeferre soleret verba composita, quale id est, quod ex Cod. H. exhibuimus, cui etiam Lambini calculum accedere vides. In Codd. nostris Cr. W. Par. A. et B. et in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herwag. (in harum videlicet Basill. contextu) Paris. Vict. et Commelin. est *cecinerat*, in Cod. Par. C. *retinuerat.* Rathius conjecit: *numeros incontente cecinerat*, adhibito loco Cic. de Fin. IV. 27. 75. Hoc vero est hariolari. Gothofr. in marg. duplicem conjecturam proponit, quam utramque vides in nota Lambini, quamquam ille eam ut suam proferat. In Cop. Victt. est *caeciderat.* Pro *contentionibus* est *contionibus* in Codd. M. Cr. W. H. Parr. A. et C. et Ed. Asc. *Mr.*

A contentionibus] W. in scholis: De hac ipsa re Cicero narrat in Bruto Cap. 91. Nam adolescens omnia sine varietate, vi

sustinere cum vel summa senectus posse videatur, nul-
12. lam tibi a causis vacationem video dari. Q. At mehercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad jus respondendum dedisses. quamobrem, cum placebit, experiendum tibi censeo. M. Id si quidem, Quinte, nullum esset in experiendo periculum. — Sed vereor, ne, dum minuere velim laborem, augeam, atque ad illam causarum operam, ad quam ego num-

summa vocis et totius corporis intentione dicebat. Deinde, Athenas et in Asiam profectus, usus est institutione summorum eloquentiae magistrorum, rediitque biennio postea Romam, non modo exercitatior, sed prope immutatus; nam et contentio nimia vocis resederat et quasi deferbuerat oratio, lateribus vires et corpori mediocris habitus accesserat. — Quae sequuntur voces *quibus summis* absunt a Cod. Cr. *Mr.*

Ut jam *oratio tua*] Fabricianus *utinam*, unde facit Gulielmius *uti jam*. GRUT.

Ibid. Uti *jam oratio*] Vulgo *ut jam*. Codices *utinam*. Hinc *uti jam* cum *Gulielmio* fecimus. DAV.

Ut jam oratio] Codd. M. et Paris. C. *utinam;* reliqui *ut jam*. Nobis haud improbatur Goerenzii suspicio legendum esse *ut jamjam*. A Cod. M. abest *multum*. Tum in Cod. Par. C. tres lectiones pravae se excipiunt *tunc* pro *cum*, *posset videbatur* pro *posse videatur*, et *aut caussis* pro *a caussis*. — De *lenitate* orationis *philosophorum* ejusque ab eloquentia civili differentia vid. Cicero in Oratore c. 19. et de Off. I. 1. — *A caussis* idem est, quod *a caussis dicendis, agendis. Dari* ponitur pro *datum iri*. *W.* Cod. M. habet *tibiam causis*. Volebat forte librarius: *nullam tibi jam a causis*. Haud incommode. *Mr.*

At mehercule ego *arbitrabar*] Pal. quart. *at ne ego hercule;* ut videatur rescribendum *At me ego hercule* arb. GRUT.

§. 12. *At mehercule*] Codd. Cr. et W. separatim *me hercule*, Cod. H. *mercule*. Cod. M. *At ne ego Hercule*, tum *illud* pro *id*. Ad verba *ad jus respondendum* W. ita: Frequentius dicitur *respondere de jure*, rarius *respondere jus*, nec tamen hujus usus exempla desunt. Vid. Ern. Clav. Cic. s. v. *Respondent jus*, ait Scheff., qui interrogantibus et consulentibus de eo jus indicant. *Mr.*

Experiundum tibi censeo. M. Id, *siquidem*] *Turnebus* edidit, *experiendum tibi* id *censeo*. M. *Siquidem*, etc. Sed hunc ordinem verborum nulli praestant Codices. Forsan igitur haud male legas, *Ita; siquidem*. GRUT.

Experiendum tibi censeo. M. Id siquidem] Ed. Commelin., cui assentit Rath., *experiundum tibi id censeo. M. Siquidem* etc. In plerisque Edd. interpungitur post *Id*, ut sit i. q. *ita sane facerem*. Sed nolim ego id cum aliis ellipsin elegantem dicere, quod ne Ciceronianum quidem est. Accessi igitur Goerenzii sententiae, interpunctionem tollentis, ut construendum sit: *Si quidem id* (*experiri*, vel, quod magis placet: *ad jus respondere*) *nullum esset* etc. Cod. M. *Id, siquidem, Quinte, si null.* Egregie, scilicet, Hülsem. interpungit: *experiendum tibi censeo id. Si quidem* etc. In Ed. Asc. 2. et all. est *tibi experiendum*, ordine inverso, ibidem *apparatus*

quam nisi paratus et meditatus accedo, adjungatur haec juris interpretatio, quae non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam majorem umquam causam sum ausus accedere. Att. Quin igitur ista ipsa expli- 13.
cas nobis his subsicivis, ut ais, temporibus, et conscribis de jure civili subtilius, quam ceteri? Nam et b.
a primo tempore aetatis juri studere te memini, cum

pro *paratus*. Vocem *in* omittit Cod. Par. B. Post *vereor* deest *ne* in Codd. Cr. et Par. B.; pro *minuere* in Cod. Par. A. *minime*, in Cod. W. *munere*. Tum Cod. Par. C. *atque ad illam causam, ad quam.* — *Caussarum opera*, ait W., est labor et munus patrocinii caussarum in foro agendarum; *juris* vero *interpretatio* est, cum domi consulentibus respondet jure consultus. Voces *et meditatus* absunt a Cod. Paris. C. *Mr.*

Dicendi cogitationem] i. e. praeparationem et meditationem ad dicendam caussam. W. Pro *majorem* in Cod. W. scribitur *mojorem*. Post *accedere* Cod. Par. C. ita pergit: *Cum igitur ista nobis ipsa explicas id subcisi vel substitutus, ut his temporibus.* Cod. Cr. *subsicinis;* idem cum Codd. W. Vict. g. et H. pro *ais* habet *aliis;* librarius videlicet, in voce *ais* scribendi compendium sibi animadvertisse visus, plene scribere vocem volens eam corrupit. Cod. M. *explicas substitine ut his temp.* Pro *ceteri* Copp. Victt. b. est *ceteris*. *Subsiciva* autem *tempora* Cicero paulo superius dixit cap. III. §. 9. *Mr.*

§. 13. *Nam et a primo*] Ita dedimus cum Goer. ex aliquot libris, quamquam nostris non adstipulantibus, pro *nam a primo.* Cum Goer. facit, et hujus constructionis (*et* sequente *neque*) plura exempla attulit Beierus ad Cic. de Off. I. 21. 73. p. 169. Ad rem v. Cic. de Amic. I. *Mr.* Faeritne Cicero Iureconsultus v. Engelbronner p. 15. sq. qui adfirmat coll. Cic. de Fin. IV. 27. de Orat. I. 45. Topic. 17., itemque Bach. in Hist. Iurispr. Rom. II. 2. 43. Negat Luzac. in Specim. Acad. c. 3. §. 15. ibique videsis plurimorum sententias in utramque partem latas. De Scaevola v. Cic. Brut. c. 89. de Orat. I. 39. et recentiorum disputata apud Engelbr. p. 16. Pro *ventitare* Graeci usurpant φοιτᾶν: v. c. Plat. in Sympos. p. 206. p. 433. καὶ ἐφοίτων παρὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος. Cf. Valckenaerii Scholas in N. T. Vol. I. p. 224. *Cr.*

Neque unquam] Cod. Cr. pro *neque* habet *nam;* Paris. B. *discendum* pro *dicendum*. Pro eodem Cod. M. *videndum*. *Mr.*

In longum sermonem me vocas] Vulgata *revocas*, sed nostra est a pal. quart. et S. Victoris; neque aliter Victoriana aut Turnebiana. Gruter.

In longum sermonem me vocas] Unus tantum e Codd. nostris MSS., videlicet Cod. H. hanc lectionem exhibet, et ex Edd. quae ad manum sunt, Ascens. 1. 2. Cratand. (in marg. *revocas*), Herwag. Commelin. Paris. et Verburg. Reliqui Codd. exhibent *revocas*, praeter Cod. Par. C. ubi est *advocas me.* Cod. M. habet *in longum sibi serm.* Vix me abstinui, quo minus reciperem Sturmii lectionem *me evocas*, unde aliarum lectionum origo facile posset ex-

ipse etiam ad Scaevolam ventitarem: neque umquam mihi visus es ita te ad dicendum dedisse, ut jus civile contemneres. M. In longum sermonem me vocas, Attice: quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mavult, suscipiam; et, quoniam vacui sumus, dicam. Q. Ego vero libenter audierim. Quid enim agam potius? aut in quo melius hunc consumam
14. diem? M. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque

plicari. Goerenzius vero vix manum se continuisse ait, quin vulgatam olim *revocas* repeteret. Sed pace viri doctissimi dixerim, quas ille rationes attulit, eae, utcunque se torqueat, non probant, verbum *revocas* convenire verbis *in longum sermonem.* Neque, quod idem vir doctus existimat, facilius intelligitur, quomodo ex *revocas* fieri potuerit *vocas*, quam quomodo librarii e vocabulo *vocas* (vel *evocas*) fecerint *revocas.* — In seqq. Cod. W. habet *ad aliud quid;* Cod. M. *quam aliud quid.* Idem in seqq. omittit *igitur ad— ubi*, pergitque: *Quin nisi cum satis* etc. Cod. Par. B. omittit *quid;* Cod. Par. C. exhibet *aliquid aliud agere maluerit. Suscipia* est in Cod. Cr.; *sumus vacui* in Cod. Par. C. — Bene h. l. animadverterunt Wagn. et Goer. hoc loco sermonem praecipitari, Ciceronemque oblitum esse, se non ad disserendum, sed ad scribendum, ab Attico esse excitatum, et confudisse adeo scriptoris partes cum partibus actoris in dialogo. *Dicam*, ut item optime monet Goer., est absolute positum, neque ad *sermonem* referendum. *Mr.*

§. 14. *Quin igitur ad illa spatia*] Cod. W. male *Quid* pro *quin.* Ad vocem *spatia* W. in scholis haec: Idem est, quod ambulacrum, ambulatio i. e. locus ad ambulandum factus, unde est verbum *spatiari.* Cicero in suis villis habebat spatia, porticus, gymnasia, similesque locos ad similitudinem Graecorum gymnasiorum, in quibus philosophi habitabant et scholas habebant. Sic est apud Ciceronem de Fin. V. 1. *Cum venissemus in Academiae non sine caussa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quam volueramus.* Similiter locutus est Propertius III, 21. 25. *Illic vel stadiis animum emendare Platonis Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis.* Propertium *spatiis* scripsisse judicabat Brouckhusius. — *Pergamus* est in Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. H. Pariss. A. et B., in Cod. Par. C. *pergemus.* In Edd. Asc. 1. 2. Cratand. et Herwag. *pergimus* ponitur post igitur. Rathius vult: *Quin — pergamus, ubi — quiescemus*, in quo neque conjunctivus placet, neque sublata ideo interrogatio, neque id, quod nulla plane ratione ductus compositum *requiescemus* rejecit. *Mr.*

Cum satis erit ambulatum] Sic Paris. Reg. Eliens. ac editio *Victoriana.* Vulgo *deambulatum.* Davies.

Cum satis erit deambulatum] Merito Goer. et Sch. librorum et plurimorum et optimorum lectionem reduxerunt, cum Dav. contra Ciceronis morem verbum simplex recepisset. Compositum praestant nostri Codd. Cr. W. Pariss. A. Copp. Victt. b. et B. Edd. Paris. Gothofr. Cratand. Herwag. Brut. Sturm. Verb. — Ad *nos vero* subaudi *pergamus.* Turnebus in priore commentario (in

pergimus? ubi, cum satis erit deambulatum, requiescemus: nec profecto nobis delectatio deerit aliud ex alio quaerentibus. Att. Nos vero: et hac quidem adire si placet, per ripam et umbram. Sed jam ordire explicare, quaeso, de jure civili quid sentias. M.

Ed. Paris. 1538. 4.) legi vult: *nobis vero et haec quidem audire sic placet per* etc. vel: *nobis vero hac quidem adire sic placet.* Praeter necessitatem. *Mr.*

Et hac quidem adire sic *placet*] Ita est in vett. libris; multo, ut videtur, rectius quam in vulgatis. URSINUS.

Ibid. Et hac *quidem adire*, si placet] Paris. et Reg. omissis vocibus *si placet*, exhibent *et* haec *quidem adire.* Reliqui receptam scripturam servant, nisi quod Harleian. sec. et editio pervetus dent *et hanc quidem ad rem si placet.* Corruptissime. Legerim *et haec quidem* (nempe *spatia*) ADITE, *si placet*, *per ripam et umbram.* Ea certe lenior est medicina, quam si cum *Lambino* deleas *adire.* DAVIES.

Et hac quidem adire si placet] Sustulimus cum Wagnero et Goer. virgulam post *adire*, quae abest ab Edd. Asc. 1. 2. Cratand. Herwag. quo facto neque cum Ern. vocem *adire*, ut glossam, deletam volemus, neque cum Rathio verba *adire si placet* inter duo, quod ajunt, commata ponemus. In Edd. Car. Steph. Brut. et Sturm. scriptum est: *et hac quidem, adire si placet per ripam et umbram.* Minus bene. In Cod. W. scribitur *ad rem* sed in marg. ab eadem manu *adire.* Wytt. in marg. edit. Goer. minoris adscripsit *adite.* Voces *si placet* absunt a Cod. Par. C. qui item *hic* exhibet pro *hac.* Mox Cod. Cr. *ordine* pro *ordire*, Cod. Par. C. *ordire et explicare. Mr.* Cum in Harlej. sec. sit *et hanc quidem ad rem si placet*, Vir doctus in Miscellann. Obss. III. 1. p. 224. Idcirco, ait, legerem: *et haec* (sc. *spatia*) *quidem adirem*, *si placet* etc. Ibid. alius vir doctus in annot.: Nihil mutandum censerem, nam in familiari sermone creber ellipsi locus. *Haec* (id est *spatia*) vult etiam Davisius. Cum quo, si quid refingendum, mallem *adite. Cr.*

Ego ne? *summos fuisse* etc.] Sic pal. quart. S. Victoris et Pith. neque aliter Victorius aut Turnebus. Vulgata, *Ego* memini *summos* etc. quam tuetur Michael Brutus tanquam altera potiorem. GRUTER.

Ibid. Egone? Summos fuisse] Sic Pal. quart. S. Victoris, Pithoean. Paris. et Reg. At Eliens. Harleian. pr. sec. Med. et Balliol. habent *Ego memini summos fuisse.* Utraque lectione conjuncta rescripserim, *Egone?* Memini *summos fuisse* etc. DAV.

Egone?] sc. *quid sentiam?* Ita recte explicat Goer. post Rathium. Praeter necessitatem Schefferus, cum hanc constructionem non caperet, conjecit: *Nego nec summos fuisse* etc. quae si esset in libris lectio, in pessimis esset habenda. *Egone* absque *memini* est in Codd. M. H. et Par. C. et in Ed. Paris. Reliqui servant *memini* absque *ne*, quod si verum esset, scribendum fuisset *esse* pro *fuisse.* Post *qui* Cod. Par. C. omittit *id. Mr.* Goesius ad Sueton. Caes. cap. VII. p. 20. ed. Burmann. hunc locum explicans ita legit. »*Summos fuisse in civitate viros, qui id jus civile interpretari — soliti sunt.* Deinde: *quam jus civitatis? Quid autem est tam exiguum, quam est hoc munus eorum* — Tum: *uni-*

Egone? summos fuisse in civitate nostra viros, qui id interpretari populo, et responsitare soliti sint; sed eos, magna professos, in parvis esse versatos. Quid enim est tantum, quantum jus civitatis? quid autem tam exiguum, quam est munus hoc eorum qui con-

versi juris fuisse expertes. — Denique: *quoad populo praestare voluerunt. Cr.*

Responsitare *soliti sint*] Ita quidem ex nostris Paris. et Reg. nam' Balliol. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus et Ven. 1471. dant *respondere.* Frequentativum tamen illud mihi venustius videtur. *Plautus* Amphitr. Act. I. Sc. I. 263. *Pterela rex qui* potitare solitus *est, patera aurea.* Idem Curcul. Act. I. Sc. I. 76. *Anus hic* solet cubitare *custos, janitrix.* Et in Pseudol. Act. IV. Sc. VII. 81. *Tunc etiam* cubitare solitus *es in cunis puer.* Sic *solitos esitare* dixit *Lactantius* Div. Inst. lib. I. cap. 13, 2. *solitum dictitare Agellius* XVII, 19. Vide sis et lib. XX. cap. 8. Davies.

Responsitare soliti sint] *Respondere* est in Codd Cr. Vict. g. W. Paris. B. Sed reliqui servant frequentativum (nam quae occupat Cod. M. prava scriptio *rusitare*, eam ex male intellecto scripturae compendio ortam esse manifestum est:), itemque Edd. Asc. Parisin. Crat. Herwag. et Commelin. Similia Ciceronis laudat Rathius ad Cic. de Divin. I. 1. p. VI. — Pro *sint* legitur *sunt* in Cod. Par. C. et in Edd. Paris. Commelin.; minus bene. Tum Paris. C. *et in parvis;* idem mox omittit *tantum.* Copp. Victt. b. habent: *quid enim mihi est. Mr.*

Quid autem tam exiguum] Cod. H. habet *Quam autem*, Cod. Par. C. *quid autem est tam;* idem post *munus* omittit *hoc;* in Cod. autem Par. B. scribitur *minus* pro *munus.* A Cod. M. absunt omnia inde a *tantum* usque ad *autem.* Copp. Victt. b. cum Cod. H. *quam autem.* Ad verba *jus civitatis* Wytt. in scholis ita: *Jus civitatis* latius patet, quam *jus civile.* Hominibus autem, e statu solitario et natali in societatem coëuntibus, duplex continuo Jus situm est, alterum *Jus civitatis,* quod inter ejusdem civitatis homines intercedit, alterum *Jus gentium,* quod est inter diversas societates. *Jus civitatis* duabus constat partibus, *Jure privato,* quod officia tradit, quibus cives inter se continentur, et *jure publico,* quod officia complectitur, quae civibus cum ipsa re publica ac summis ejus imperantibus intercedit. Ex his partibus *jus privatum* proprie dicitur *jus civile.* Vid. Prolegg. nostra ad Praecepta Philos. Logicae pag. 3. (pag. 7. ed. Maass, 1820.) et Ern. in Clave Cic. vv. *Jus* et *civilis.* Porro *jus civile* angustiore etiam significatione ab ipsis legibus distinguitur et continet *responsa Juris consultorum.* V. Bach. Hist. Iur. ap. Rom. II. 2. 10. *Mr.* Vel hic unus Tullii locus redarguere potest Nitschii opinionem, qui in libro de Romanis Antiqq. III. 3. §. 51. p. 292. addubitat, quin probatorum scriptorum quisquam jus civitatis usurparit pro civitas. Tu, ne plura congeram, cf. modo Vellejum Paterculum II. 15. 3. et II. 118. 2. ubi religiosas Ruhnkenii aures nihil offendit haec ipsa formula. *Cr.*

Quam est populo necessarium?] Hoc ad laudem spectat. *Cicero* autem contra potius significat: dixit enim, *Quid autem tam exiguum, quam est munus hoc eorum qui consuluntur?* Quare suspicor

suluntur? quamquam est populo necessarium. Nec vero eos, qui ei muneri praefuerunt, universi juris expertes fuisse existimo; sed hoc civile, quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populum praestare

de mendo, nisi si quis εἰρωνικῶς dictum velit. *Muretus* continuandam orationem putabat hoc modo, *consuluntur, cum est populo necessarium?* Mutatio autem fere nulla: nam *cum* veteres scribebant *quom*. P. Manuc.

Ibid. Quamquam est populo necessarium] Alii aliter: ego sic hunc locum emendandum esse censeo. Hoc autem sentit M. Tullius: quamquam jus civile, in quo jurisconsulti versantur, populo sit necessarium, esse tamen eorum munus exiguum. Lamb.

Ibid. Quamquam est populo necessarium] Admisi conjecturam Gul. Canteri, quae conjectura non erit, si grandioribus literis exaretur publicatum *quam:* notaret enim id vocis bis reponendum. Turnebus conjecit *quum est* etc. non inepte. sed alterum est appositum magis. videatur ipse Canterus lib. V. Nov. lect. cap. 10. ne quis autumet, scripturam hanc natam e capite Lambini; quemadmodum prae se fert. Victorius edidit *Q. Atqui est* populo etc. Grut.

Ibid. Quamquam *est populo necessarium*] Est a conjectura *Gul. Canteri* Nov. Lect. V, 10. Cod. enim *quam* repraesentant. Dav.

Quamquam est populo necessarium] Ita cum Edd. fere omnibus post Lambinianam dedimus, cum libri MSS. plerique cum Edd. veteribus exhibeant simplex *quam*. In Cod. M. est *quoniam*. In Ed. Sturm. est *Atqui;* ex Victorio. Canteri vero conjecturam, *quamquam*, unus ex nostris Codd. firmat, Paris. B. Eam emendationem, multo ante, quam Canteri Novae Lectiones prodirent (1564), in priore eoque minore Turnebi commentario, qui prodiit sine auctoris nomine Parisiis 1538. 4. reperi, quam in eo, quem nos ad calcem hujus editionis edidimus, commentario primum edito a. 1557. silentio pressit. — Post haec pro *eos, qui* in Cod. Cr. legitur *eos equi;* fortasse voluit *et qui*. Pro *expertes* in Cod. H. et in Copp. Victt. est *expertos*. Cod. Par. C. inverso ordine *fuisse expertes*. A Cod. M. abest *existimo* et mox *civile*. *Mr.*

Sed hoc civile, quod vocant] Opponuntur inter se h. l. *jus civile* i. e. privatum, et *Jus civitatis* publicum (*Staatsrecht*). V. Ern. Cl. Cic. et Digest. I. 6. *Cr.*

Quoad populo *praestare voluerunt*] Libri veteres habent, *quoad* populum *praestare voluerunt*. Quam scripturam magis probat Turnebus: ego hanc vulgatam rejiciendam non puto. Lamb.

Ibid. Quoad populum *praestare voluerunt*] Est a Mss. nostris melioribus, probavitque Turnebus: cusi vulgo, *populo*. Grut.

Ibid. Quoad populum *praestare voluerunt*] Eliens. Harleian. pr. sec. Balliol. Med. Ven. 1471. et aliae multae prae se ferunt *quoad* populo *praestare voluerunt*. Sed vera est ea lectio quam dant Paris. et Reg. nam qui *populum praestat*, is ejus quasi praes est, illumque periculo liberat. Vide *Ciceronis* ad Quintum Fratrem lib. I. Ep. I. capp. 3. 4. lib. III. Ep. VIII. et ad Brutum lib. I. Ep. XVI. Dav.

Quoad populum praestare voluerunt] Hoc loco satis controverso, primum videamus libros. Codd. Cr. W. Par. A. et B. habent *populo*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Ald. Paris. Herwag. Cratand. Car.

voluerunt. id autem incognitum est minus, quam in usu necessarium. Quamobrem quo me vocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum jure? aut ut stipulationum et judi-

Steph. Brut. Sturm. Commelin. Sed Codd. Paris. C. et M. *populum*, et Cod. H. *Populu*, supra scripto *o*. Edendum tamen cum *Turnebo* visum est *populum*, quam ipsam lectionem varie explicatam vides ab interpretibus. Schefferus, Turnebi interpretatione repudiata, hanc suam addit: Puto simpliciter *praestare populum* hic esse: multitudinem antecedere, meliorem, peritiorem ea esse. Ut sit sensus, nil quaesivisse ultra, quam ut plus aliquid scirent, quam populus in commune. Ern. in Clave v. *praestare* primum explicat: intell. tutum, a periculo in causis forensibus, consilium, formulas actionum dando, cavendo etc. Deinde locum, repudiata Davisii interpretatione itemque, quam Brutus amplexus erat, Turnebiana, conjicit: *quoad populo probare potuerunt*. Wytt. ad Ernesti partes inclinat. Sed recte nobis Goer. locum explicasse videtur dicens: i. e. jus civile ea tantum ex parte excoluerunt, qua populi i. e. eorum, quibus causarum patrono etc. opus esset, partes causasque suscipere possent; tantum igitur (vid. §. 15.) quantum usus forensis desiderat. Proprie quidem *praestare aliquem* in re pecuniaria dicitur, sed deinde varimode (voluit: *multis modis* s. *multipliciter*) ad similia transfertur. Cf. Schütz. Lex. Ciceron. T. III. part. II. p. 321. ib. Cic. ad Quint. Fr. III. 1. Fam. I. 4. de Oratore I. 24. Muren. 2. Offic. III. 17. cet. *Mr.* Adde Schwarzium de hoc verbo juris accurate exponentem ad Plinii Panegyr. LXXXIII. p. 425. sq. *Cr.*

Illud autem incognitum, minus est in usu] Sic legendum puto, non longe discedens a vulgatâ lectione. Sententia autem est haec: jus illud incognitum, nempe jus civitatis, seu jus publicum minus est in usu, id est, minus exercetur a jurisconsultis, minusque est necessarium. Lamb.

Ibid. Id autem incognitum est, minusque in usu necessarium] Est haec quidem lectio vulgata, sed non etiam vera: quod vel arguit diversitas scripturarum. haeret quidem in pall. nostris; sed S. Victoris cod. expressit tantum; *id autem* incogniti *est*, *in usu necessarium:* quod et e suo produxit probavitque Turnebus. etsi non neget esse, qui legant, *id autem cognitum est*, *in usu necessarium*. Victorius publicavit, *id autem incognitum est*, * *in usu necessarium*. Aldus Nepos, *id autem incognitum est minus necessarium*. Adolescens finxeram, *id autem incognitum*, *est minus, minusque inusu necessarium*. ut exciderit *minus* ob repetitionem. *inusus* autem vox prisca, pro eo quo quis non utitur. poterat etiam, *id autem incognitum* minus in usu necessarium. Grut.

Ibid. Id autem incognitum *est minusque in usu necessarium*] Ita summo consensu nostri Codices. Suspecta tamen est haec lectio: cum enim Tullius eos, quos memorat, JCtos *universi juris expertes fuisse* non existimet; certe nulla pars iis esse potuit *incognita*. Forte Cicero scripserat, *id autem* reconditum, *est minus* quoque *in usu necessarium*. A Msstis non multum recedit haec conjectura. Quin et *cognita* ac *condita* Librarii passim miscuerunt. Davies.

Id autem incognitum est minus,

ciorum formulas componam? quae et scripta sunt a multis diligenter, et sunt humiliora, quam illa, quae 5.
a vobis exspectari puto. Att. Atqui si quaeres, ego 15.
quid exspectem; quoniam scriptum est a te de optimo p. 159. a.

quam in usu necessarium.] Ita, probante Wyttenbachio, cum Goer. et Schützio edidimus. In Codd. Cr. W. Pariss. A. B. C. est ea lectio, quam Gruterus vulgatam dicit, eamque repraesentant Edd. veteres fere omnes, nisi quod Paris. et Commel. exhibent: *id autem incognitum est in usu necessarium.* Cod. autem H. habet: *idetenui est in visu.* Volebat, credo, *id etenim* etc. In Cod. M. est: *minus quam invisum ncem;* in Copp. Victt. b. *incogniti de tenui est.* Graevius ad marg. Ed. Commelin. ita: *in cognitione est, in usu necessarium:* ita legendum putem ex vetere, quae habet *incogniti est.* Ern. praeter necessitatem legi vult *illud* pro *id.* Quam vero Goer. ut suam emendationem proposuit lectionem, quamque nos exhibuimus, eam fere Schefferus excogitavit dicens: »Varie tentant hunc locum. »Ego non dubito, quin Cicero »scripserit: *Id autem incognitum »est minus, quam usu necessa»rium.* Sensus: Jus civile minus »est incognitum, quam est neces»sarium usu. Poterat cum usu »reipublicae plus ignorari, quia »nimia illa notitia facit litigiosos, »ut mox (§. 18. c. VI.) ait Quin»tus.« Ita fere, et bene quidem, Goer. explicat: jus civile diligentius et subtilius excultum est, quam usus ipse desideret. Videtur autem Cic. his nimiam ἀκρίβειαν jureconsultorum tangere. Wagn. vocem *id* non ad propius pertinere, sed ad *jus civitatis* monet, ut sit positum pro *illud.* Sed, si locum, uti supra factum est, explices, neque Ernesti emendatione, neque Wagneri explicatione opus esse recte ait Goer. *Mr.*

Aut quid hortaris] Sic Paris. Reg. et Ven. 1471. nam Balliol. Harleian. pr. sec. aliique recentiores *me* interponunt. Dav.

Aut quid hortaris] Supervacaneum *me;* frustra probatum Hülsemanno, occupat etiam nostros Codd. Cr. W. et Paris. A. Sed merito abest a Codd. H. Paris. B. et C., itemque ab Edd. Ascens. 1. 2. Ald. Crat. Herw. Lamb. Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Commel. et Gothofr. In Cod. M. scribitur *ortaris nisi ut. Mr.*

Ac de parietum jure] Scriptura nescio an sana sit. nam Fabricii membranae, *porientium*, aut tale quid. pal. quart. *ponentium*, vel simile. Notat Gulielmius ad oram Fabr. legi *par.* unde conjicit *pariantium.* ego malim *porcentium.* hoc ideo, quod ubi habemus in Oratione pro Murena cap. 10. *ille tenet et scit ut hostium copiae; tu ut aquae pluviae arceantur;* exstat apud Quintilianum, laudatorem illius sententiae, *aquae pluviae parceantur.* quod quis non videt mutandum in *porciantur.* Grut.

Ibid. De parietum *jure*] Nonnulli Codices, et in his Paris. et Reg. habent *de* porientium *jure;* unde *Gulielmius* legit *de* pariantium *jure.* Hoc tamen haud est nauci. *Gruterus* mavult *porcentium.* Docte forsan; at inficete procul dubio. Nimirum *porcere* veteribus *prohibere* denotabat, ut docet *Nonius* in *porcet;* et ob eam caussam *Grutero* placuit haec vox, quod casca sit et obsoleta. Bene se habet recepta lectio, quam retinent plerique Mssti: nam *de parietum jure* lites moveri poterant; propriine, verbi gratia, sint an communes, et si quae sunt ejusmodi. Vide lib. I. de Orat. cap. 38.

rei publicae statu, consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus: sic enim fecisse video Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis. M. Visne igitur, ut ille

Quin et *juris parietum* meminit infra lib. II. cap. 19. Dav.

Ac de parietum jure] Miram illam lectionem praebet etiam Cod. Par. C. *atque de ponentium jure*. In Cod. M. est *porientium*. Singularis item est Schefferi suspicio, qui ita ad h. l.: Varie libri veteres, *perientium*, *ponentium*; sunt, qui tantum exhibent *par*: unde faciunt *pariantium*, *porcentium*. Ego puto, *par* esse litteras singulares sive notas, et exponi *pluviae arcendae* oportere, reliqua omnia a sciolis adjecta esse. Valerius Probus P. AR. *Pluviae arcendae*. — Sed saepius Cicero conjunctim de parietum et stillicidiorum jure loquitur v. c. Topic. c. V. §. 27. cf. Orat. XXI. de Legg. II. 19. et Digest. L. 6. de Orig. Jur. L. II. VI. VI. de servit. praed. urb. *Mr.*

An *ut stipulationum*] Vulgo *aut ut stipulationum*. Nos vero Paris. Reg. Balliol. Harleian. sec. et Med. nostrae lectionis habemus auctores. Dav.

Aut ut stipulationum] Reduximus cum Ern. Goer. et Schützio *aut*, quod est in Codd. Cr. et Par. B. et in Edd. Paris. (ubi vero deest *ut*) Ald. Brut. Gothofr. Car. Steph. Sturm. Commelin. (item absque *ut*). Hoc loco Rathius, quod rarius accidit, verum vidisse videtur, dicens: Male Dav.; nam stipulationum formulae in eodem genere sunt, in quo *illae* (en hominem Ciceronianum!) stillicidiorum. Altera pars interrogationis (*An ut de jure universo disputem*) omissa est. — In seqq. Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. H. Edd. Paris. Aldin. Car. Steph. Brut. Sturm. habent *conscripta*, quod non displicet. In Edd. Asc. 1. et 2. est *etiam* pro *et*, in Codd. W. et Paris. A. Cop. Vict. b. inverso ordine *a multis sunt*. Cod. M. habet: *quae etiam conscr.* et postea: *illa etiam a vobis*. Ed. Asc. 2. *formulam* pro *formulas*. *Mr.*

Quae a nobis *exspectari puto*] Vulgo *a vobis*. Contra rem ipsam; siquidem haec loquitur ipse Marcus: contraque fidem meliorum Codicum. Certe Par. Reg. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus et Victoriana *nobis* favent. Dav.

Quae a vobis exspectari puto.] Recte Goer. reduxit *vobis*, quia Cic. haec de Attico et Quinto, neque de aliis, dici voluit. *Vobis* est in Codd. Pariss. A. B. C. Edd. Asc. 1. 2. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. et Sturm. Idemque placebat Ernesto, quia statim Atticus de sua exspectatione dicit: *ego quid exspectem*. Eadem est de hujus loci lectione Engelbronneri sententia. *Mr.*

§. 15. *Atqui si quaeres*] Non magis curo Cod. Par. B. lectionem *atque* quam Rathii conjecturam *quaeris* pro *quaeres*. Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Sturm. habent *scriptum est a te satis de* etc. Ex libris MSS. illud *satis* in nulla Ed. enotatum vidi; neque id in nostris comparet. In seqq. a Cod. M. abest *tu idem* et *enim*. Mox Cod. Par. C. habet *conveniens* pro *consequens* ex glossemate. In seqq. Cod. Cr. exhibet *Platonem tuum illum* pro *Pl. illum tuum*. *Mr.*

Fecisse video Platonem illum tuum] Ad h. l. Engelbronnerus ita: Platonem nullo jure reprehendit Athenaeus L. VI. p. 508. quod leges scripserit hominibus,

Crete cum Clinia, et cum Lacedaemonio Megillo, aestivo, quemadmodum describit, die, in cupressetis Cnosiorum et spatiis silvestribus, crebro insistens, interdum acquiescens, de institutis rerum publicarum

non quales sint, sed quales finxisset ipse. Verum, haud scio, an huc faciant, quae leguntur apud Ciceronem de Orat. III. 22. »semper, quacunque de arte aut facultate quaeratur, de absoluta et perfecta quaeri solere.« Vis enim et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponatur, qualis et quanta sit, intelligi non potest. Neque enim Arcadibus, Cyrenaeis ac Thebanis; quamvis rogatus, leges ferre voluit Plato, qui bonas leges accipere recusarent. Aelian. V. H. II. 42. Diog. Laërt. III. 23. Platonem quanti fecerit Cicero cum ex his (I, 4. III. princ.), tum ex reliquis philosophis libris et epistolis patet. v. ad Div. I. 9. *Mr.*

c. 5 *Ut* ille *Crete cum Clinia*] Noster hospitem Atheniensem, qui loquitur in Dialogo Platonico de Legibus, ipsum Platonem fuisse ponit. Contrarium vero statuit *Diogenes Laertius* lib. III. §. 52. *Περὶ μὲν τῶν*, inquit, *αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεττάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, τοῦ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΞΕΝΟΥ, τοῦ Ἐλεάτου ξένου. Εἰσὶ δ' οἱ ξένοι οὐχ, ὥς τινες ὑπέλαβον, ΠΛΑΤΩΝ καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματά εἰσιν ἀνώνυμα.* Eadem repetit *Suidas* in *δόγματα.* Respicit autem noster ad *Platonis* lib. I. de Legg. pag. 565. (p. 180. Bekkeri) Dav.

Ut ille Crete cum Clinia,] Cod. Par. A. *illae Cretae; Cretae* etiam est in Cod. W.; Cod. Cr. omittit alterum *cum;* idem cum Codd. W. Par. A. pro *Megillo* habet *Megala,* Cod. H. *Maegala,* Copp. Victt. b. *Lacedaemonia Maegala,* Par. B. *megalia,* Par. C. *gallo;* idem *estivo* pro *aestivo,* pro quo in Cod. Par. B. legitur *aestimo.* Cod. M. habet: *igitur certe tamen Clinia et cum Lacedaemone gallo. Mr.*

In cupressetis Cnosiorum] Ad haec *Cnosiorum* celebranda *cupresseta,* quod eo arboris genere locus abundaret, in numismatibus Cnosiorum argenteis, quae apud me sunt. Cupressus arbor incisa est. URSIN.

In cupressetis C n o s i o r u m] *Onerosiorum* est in Cod. Par. C. pro *Cnosiorum.* Ita enim, simplici *s*, scribendum hoc nomen, uti est in Codd. Cr. W. H. Pariss. A. et B. et in omnibus Edd. vett. quae ad manum sunt. Platoni etiam *Κνωσοῦ* pro *Κνωσσοῦ* restituerunt Ast. et Bekker. Tu vid. illius not. p. 10. et 11. Adde Sestini Class. generales Geogr. numism. p. 28., qui e numis Cretensibus exhibet *Κ ν ο σ ί ω ν* et *Κ ν ω σ ί ω ν*, et *Γνωσσίων* et *Γνωσίων.* In numismatis antiquis ex Museo J. de Wilde n. 38. est *Κνώσων.* cf. Symbol. u. Mythol. II. p. 509. ed. alt. Scribitur autem hoc vocabulum *Gnosiorum,* litera *G.* in Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Paris. Ald. Crat. Herw. Sturm. Brut. Commelin. *Mr.* De opibus hujus urbis, quam Minos regni sedem habuit, vid. Polyb. lib. IV. c. 54. §. 2. adde Savary lettres sur la Grèce XXII. p. 192. sqq. ubi etiam de locorum circumjacentium amoenitate. Hodieque Graecis dicitur *Cnossou.* Sed antiquiores numitituli constanter *Κνῶσος.* Vid. Osann Inscrr. I. p. 66. *Cr.*

Ac de optimis legibus] Quod monet Goer., vocabulum *optimis* non ad *legibus* modo, sed etiam ad *institutis* referendum esse, in eo argutatur, neque rationem grammaticam respexit. Hoc enim si voluit Cicero, dicere debuit: *institutis rerum publicarum ac legibus*

ac de optimis legibus disputat: sic nos inter has
16. procerissimas populos in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus iisdem de rebus aliquid uberius, quam forensis usus desiderat?

optimis. Verba: *de institutis rerum publicarum* sive idem volunt, quam: *de instituenda re publica*, quo id ipsum significatur, quod Vir Doctissimus turbata constructione effici voluit, sive, ut Turnebus explicat, *de rebus publicis, uti re vera sunt institutae*, v. c. Lacedaemoniorum et Cretensium.— Pro *disputat* in Codd. Cr. W. H. et in Edd. Paris. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. est *disputans* Cod. M. habet *disputant;* hoc nihili est; illud minus bene dictum. Pro *adquiescens* Edd. Crat. et Herw. in contextu exhibent *quiescens.* In seqq. Cod. Cr. habet *cum autem* pro *cum autem*, et Cod. Par. C. *habeto* pro *habetote.* Cod. M. *Ego vero ista audire qui cupio — nulla de re magna — habeto te.* Non bene vocem *ista* Dav. exulare volebat. *Mr.*

Ista *audire cupio*] *Ista* nescit Paris. nec orationi necessarium videtur id verbum. Dav.

Nullo in genere disputationis etc.] Sic fere restituit hunc locum *Adr. Turnebus*, idque ex antiquae scripturae vestigiis: et quidem praeclare, ut pleraque omnia. Nam ne necesse habeam lectorem toties admonere, illum et illum locum hic ab hoc eruditissimo viro esse emendatum, quod foret infinitum; semel confirmo, bonam partem emendationum, quae sunt in his libris, ei acceptam esse referendam. Lamb.

§. 16. *Nullo in genere disputandi*] In lectione *disputandi*, quam unice probandam duximus, consentiunt nostri Codd. MSS. omnes, excepto H., itemque Edd. Asc. 1. 2. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Car. Steph. Brut.; sed *disputando* est in Codd. Victt. b. Edd. Paris. et Commel., ab utraque vero abest *magis*, quod vocabulum in Cod. W., qui habet *disputandi*, nonnisi in margine adscriptum est. A Cod. H., ubi est *disputando*, plane abest. Sturmius, nescio unde, dedit: *sic habetote, hoc in genere disputandi ista patefieri, quid sit homini natura tributum.* Turnebi sententiam vides in commentario ad calcem subjecto; ea vero alia fuit, cum priorem, quem non semel laudavimus, conscriberet; ibi enim ait: Vulgatam adprobo lectionem, quae habet *nullo in genere disputandi. Mr.*

Disputandi magis honeste patefieri] Malui istud ut erat in pal. tertio et Fabr. quam *honesta*, ut Aldi vetus editio. nam Victorii ac Turnebi, *disputando honeste patefieri*, quomodo et liber S. Victoris. Grut.

Ibid. Nullo in genere disputandi magis honeste *patefieri*] A nonullis libris abest *magis;* quapropter illorum ductu *Turnebus* cumque secutus *Lambinus* reponunt, *nullo in genere* disputationis sic *patefieri*, ac ita pro varia lectione dat *Car. Stephani* vetus. Cum tamen plurimi Codd. eam vocem retineant, ac dent, *nullo in genere disputandi* (liber S. Victoris et Victorius *disputando*) *magis honeste*, vel *honesta, patefieri;* legerim, *nam sic habetote: nullo in genere disputandi magis* POTEST *patefieri.* Mutatio quidem perexigua est, at sensui facit satis. Dav.

Magis honeste patefieri] Plerique libri et scripti et editi exhibent *honesta.* Lectionem *honeste* praebent modo Codd. Pariss. A. et C. (in W. autem scriptum est *honestae*). Bruto placet *honesta*, Schefferus legi vult *honesto.* Er-

Att. Ego vero ista audire cupio. M. Quid ait Quintus? Q. Nulla de re magis. M. Et recte quidem: nam sic habetote, nullo in genere disputandi magis honeste patefieri, quid sit homini tributum natura,

nestus ad h. l. ita: »*Honeste* quid »h. l. sit, nemo dicat [dixit tamen »Goer.: i. e. *honorifice*, in laudem »hominis et honorem.]; estque sine »dubio vitiosum. Dav. conjecit »*potest;* non satis placet. cur non »potius *posse*? Sed nec hoc satis- »facit.« Mihi prae ceteris probatur Wyttenbachii conjectura, cui item mendosus videtur locus. Forte, ait, transponendum est, ut ita legatur: *nullo in genere disputandi illud honestum magis patefieri, quod sit homini tributum natura.* Illud etiam tenendum est, *honestum* idem esse, quod *pulchrum morale*, quod quasi fontem omnis juris continet. — Ego vero a librorum lectione longius discedere religiosum duxi, et in Goerenzii explicatione acquiescendum existimavi. In sequentibus: *Quid sit — inter ipsos* Wytt. quatuor, ait, fontes juris, quae vulgo principia juris naturae dicuntur, Cicero breviter et accurate exhibet. — Ceterum lectio aliquantum discrepat. Codd. Cr. et W. habent *natura tributum* et ita Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. et Commelin.; Codd. Pariss. A. et C. *a natura tributum.* Cod. M. *natura tributum.* Pro *muneris* Codd. W. et M. *numeris*, pro *caussa* Cod. Par. A. causam, et pro *simus* Codd. M. Cr. W. et Par. C. *sumus.* A. Cod. Par. A. abest nominis *Attici* notatio. Nomina colloquentium, quod semel dictum sit, constanter omittit Cod. W. *Mr.*

§. 17. *A Praetoris edicto*] Engelbr. ad h. l. ita: Praetorum edicta sunt juris honorarii, non civilis. Praetores, si Pomponio credamus in L. 2. π. de Or. Jur. creari coeperunt, cum Consules, bellis finitimis, avocari coepissent, neque esset in civitate, qui jus redderet, unde *praetores urbani* dicti sunt. Sed haec vera caussa non est, ac color tantum, quo usi sunt Patricii ad fallendum simplicis plebis ingenium. Itaque recte Bachius observat, Pomponium saepe tantum praetextas, non veras, caussas memorare. Praetura enim primum instituta est eo tempore, quo consulatus cum plebe communicabatur. Nam, ut Livius observat. L. VII. initio, *Praeturam et aedilitatem Patricii excogitarunt, novos in civitate Romana honores, pro concesso plebi altero consulatu.* Cf. Bach. Hist. Iur. II. c. 11. 3. 4. 5. Ex horum edictis, quum multa, moribus usuque sequentium Praetorum, vim juris certi atque perpetui obtinerent, inde suo jam tempore Atticus plerosque juris disciplinam haurire dixit, cum antea ex XII Tabb. juris disciplina peteretur. — Postremo illud observemus, hic non in contemtum Romani juris disputare Atticum, cum dicit ex Praetorum edictis juris disciplinam hauriri se nolle; nam neque Charondae, neque Zaleuci, neque Solonis leges, neque cujusquam gentis alius scita hoc sermone desiderantur; sed juris et legum fontes aperiundi sunt, atque inde leges cum populis, tum singulis, accommodandae v. L. I. c. 19. et A. Goveanus in Argum. Lib. de Legg. p. 497. 498. — Ad rem cf. etiam Heidelbergg. Jahrbb. 1819. nr. 43. p. 678. cens. Dabelowii Hist. Rom. civit. et jur. §. 117. Cellar. Antt. Rom. L. V. S. III. c. 6. Pro *edicto* in Cod. W. est *edictio. Mr.*

Neque a XII tabulis] De iis vid. Liv. lib. III. c. 31. et seqq. ib. Intt. — Engelbr. l. c. p. 18.: Et XII. quidem Tabb. a primis inde tem-

quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique caussa nati et in lucem editi simus, quae sit conjunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos. his enim

poribus quasi certatim commentariis illustrare solebant Romani. Hinc Sexti Aelii Tripertita Iuris Civilis (v. L. 2. §. 36. π. de O. J.) hinc L. Aelii scripta in XII Tabb. Ciceroni laudata II. de Legg. c. 23. Luc. etiam Acilius commentarios in XII. scripsisse ibidem nos docet Tullius; et Antistium Labeonem in hunc censum venire Gellius docet Noctt. Att. I. 12. Tandem nobilissimus ICtus Gajus libros sex ad Legem XII Tabb. scripsisse dicitur e quibus multae in Digestis sunt reliquiae. v. Schubart. de Fat. Iurisprud. Ex 2. p. 255. Bach. l. c. I. 2. 11. et III. 2. 14. Sed Gaji quidem scripta et laudes egregie nuper explicuit G. G. Clifford in Diss. inaug. Leidae 1802. — Ita eodem anno Engelbr. — Quid nunc de Gajo dicendum sit, nemo est qui nesciat post Commentarios ejus a Niebuhrio inventos et a Goeschenio Berol. 1820. editos. — Pro *putas* Codd. Pariss. A. et C. et Cod. M. *puto*. Nos cum Goerenzio ad Cic. Acadd. II. 16. 50. p. 95. post *putas* interrogandi signum posuimus. Vid. notam nostram seq. *Mr.* Ad rem confer II. 23. »quas jam (XII Tabb. le»ges) nemo discit.« Usi sunt hoc loco viri aliquot docti vel ad emendanda vel ad interpretanda haec in Prooemio Institutionum Justinian.: »ut liceat vobis prima »legum cunabula non ab antiquis »*fabulis* discere, sed ab Imperiali »splendore appetere.« Ubi sunt qui malint *tabulis*. Sed tamen Theophilus p. 6. Reitzii ibidem: οὐκ ἐξ ἀρχαίων μύθων, et vid. D. Gothofr. et Fabrott. ad eum locum. Adde Christ. Gottl. Schwarzii Scholia Philologg. ad Prooem. Institutt. (in Exercitatt. Academm. ed. Th. Chr. Harles) p. 168. sq. not. 33. Adde Heineccii Syntagm. A. R. I. Ill. Prooem. §. 4. p. 5. sq. ed. Haubold. Ceterum de Legg. XII Tabb. universe exposuerunt idem Heinecc. libr. laud. Prooem. §. III — V. p. 3 — 6. Niebuhr. R. Gesch. II. p. 48. sqq. p. 69. sqq. Wachsmuth. in libro: die ältere Geschichte des Röm. Staats p. 362. sqq. cf. Jo. Laur. Lydus de Magistratt. Romm. I. 26. p. 48. et quos aliorum libros ad *illarum Legum* itemque ad *Edicti Praetorii atque Aedilitii* fragmenta nuper laudavit V. Cl. Haubold in libello elegantissimo: Institutionum Juris Romani Privati Historico. Dogmaticarum denuo recognitarum Epitome p. 131 — 154. *Cr.*

Non enim quaerimus] Vulgo *non enim* id *quaerimus*. At vocem plane supervacaneam fide Msti Paris. delevi. Dav.

M. Non enim id quaerimus] Nomen Marci omisit Cod. Par. A. Post *enim* cum Ern. Wagn. Goer. et Schützio reduximus *id*, quod immerito exulare jusserat Dav. Eam vocem exhibent omnes nostri libri MSS. et Edd. Pro *quaerimus* autem Cod. Par. C. et Edd. Sturm. et Commelin. *quaeris*. Locum nostrum laudat Goerenz. ad Acadd. l. c. eumque recte ita explicat, ut dictum sit pro: *Non. non enim id quaerimus* etc. *Mr.*

Quemadmodum caveamus in jure] *Cavere* dicitur Jure consultus, quum suo consilio, quod consultori dat, ei damnum avertit. Erat enim triplex jureconsultorum munus, *respondere*, *scribere*, *cavere*. Vid. Bach. l. c. II. 2. §. 8—11. et Jo. Taylor. in Elem. Leg. Civ. p. 220. *W.* Pro *consultatione* in Cod. W. est *consolatione*. Ad verba:

explicatis fons legum et juris inveniri potest. Att. Non 17.
ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a xii tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas? M. Non enim id quaerimus hoc sermone, Pomponi, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque consultatione respondeamus: (sit ista res magna, sicut est; quae quondam à multis claris viris, nunc ab

sit ista res magna, sicut est vid. C. Beier. ad Cic. de Off. III. 33. 117. p. 409. qui hujus constructionis plura exempla apposuit. *Mr.*

A multis claris viris] Supra *summos* vocavit, et ut puto, Aelium Coruncanium, qui primus jus civile palam docuit. v. L. 2. §. 35 — 38. π. d. O. J. et P. Scaevolam aliosque Scaevolas intelligit. *Eng.* — *Clarus vir* apud Romanos dicebatur, qui inclaruisset summis honoribus gerendis, i. e. qui praetura et consulatu functus esset. *W.*

Nunc ab uno summa auctoritate] Videtur Servium Sulpicium dicere, de quo vide nostrum in Bruto cap. 41. 42. Davies.

Nunc ab uno summa auctoritate] Post haec *viro* addunt Codd. Pariss. A. et B. hic vero supra lineam. Idem vocabulum addunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. Erat autem ille unus *Servius Sulpicius Rufus*, quem unum omnibus anteponere Cicero solebat. Brut. 41. de quo viro facilius sit initium dicendi invenire, quam exitum. Nam quamquam ejus scripta, ad jus civile pertinentia, perierunt omnia (in Basilicis enim quae sub ejus nomine feruntur fragmenta, in Digestis nostris Alfeno Varo, Servii discipulo, tribuuntur) fuit tamen aequalibus suis universi juris studio praecipuus ad veram ejus intelligentiam dux et auctor. — Ceterum in primis juris civilis intelligentia praestitit, cujus rei causam tradit Pomponius in L. 2. §. 43. π. de O. J. nimirum quod objurgata esset a Q. Mucio Scaevola ignorantia ejus juris civilis; namque dixerat is, turpe esse patricio et nobili et caussas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare: ex qua objurgatione effloruit summa Servii in jure scientia. Rem tamen in dubium vocat Augustinus ad lib. de Nom. propr. Pandect. p. 20. cf. Otto praef. ad Thes. Jur. T. I. Scripta ejus multa fuerunt olim, inter quae libri II. ad Edictum ad Brutum v. L. 2. §. 44. π. de O. J. quorum primum laudari putat Bachius in L. 5. §. 1. π. de Inst. Act. v. Bach. II. 2. 44. Quare non multum errare nos crediderim, si Servium praecipuum pulcerrimae Jurisprudentiae Romanae auctorem dicamus, cujus laudis gloriam plerumque Triboniano tribuere solemus, aut certe Gajo concedimus, cum verosimillimum sit, juris civilis in formam artis redigendi inventorem fuisse Sulpicium. V. Cic. in Bruto c. 41 — 45. *Hugo Lehrb. d. Gesch. d. Röm. Rechts* p. 294. Otto in libro singulari de Ser. Sulp., qui exstat T. V. Thes. Jur.; J. Luzac in Specim. Acad. c. 3. §. 13 — 15. et §. 33. Ad ingenium ejus animumque noscendum cf. Epp. ad Divers. IV. 5. *Engelbr.* De voce *auctoritas* operae pretium est legere Ernest. Clav. Cic. p. 345—350. *Mr.*

Sed noris ista] Hunc totum locum posse sic recte legi aliquando putavi. *Sed nobis est com-*

uno summa auctoritate et scientia sustinetur) sed nobis ita complectenda in hac disputatione tota causa est universi juris ac legum, ut hoc, civile quod dicimus, in parvum quendam et angustum locum concludatur. Natura enim juris explicanda est nobis, eaque ab hominis repetenda natura: considerandae
b. leges, quibus civitates regi debeant: tum haec tractanda, quae composita sunt et descripta, jura et jussa

plectenda in hac disputatione tota caussa universi juris atque legum. In qua nunc etiam opinione persevero. Camerar.

Ibid. Sed noris ista] Locus suspectus. Omnino mihi corruptus videtur, et sic restituendus, *sed non quaerimus ista.* Nam idem dicit, quod supra: *Non enim id quaerimus hoc sermone* etc. Lamb.

Ibid. Sed nobis ita *complectenda*] Codices exhibent, *sed* noris ista *complectenda:* unde *Lambinus* rescriptum voluit, *sed non quaerimus ista: complectenda* etc. Sed vera prorsus est ea ratio, quam *Paullus Manucius* primus reperit, quamque nos exhibemus. Davies.

Ibid. Nobis ita complectenda] Sic emendavimus ex antiquo libro, cum antea legeretur *nôris ista.* Et infra ex eodem libro sustulimus dictionem *naturae*, quae erat post *concludatur.* P. Manuc.

Ibid. Sed nobis ita complectenda] Ita Aldus Nepos, neque aliter Victoriana, nisi quod non habent *ita.* olim edita, *sed noris ista complectenda.* Gruter.

Sed nobis ita] Ita diserte noster Cod. Par. B. et Copp. Victt. Sed Par. C. *sed verius ita*, ad sensum satis bene; sed correctoris manum agnosco. In seqq. copulam *est* omittit Cod. Paris. C. eamque nos cum Goer. et Schützio post *causa* reposuimus, cum accedere vidissemus Codd. W. H. Paris. A. et Edd. Asc. 1. 2. Paris. et Commelin. Reliqui post *juris* eam voculam reponunt. Pro *juris* est *generis* in Ed. Sturm. *Causa juris et legum* est interior natura et ratio, quae sine causarum perspicientia intelligi nequit. Quem igitur Gallus ille Montesquieu inscripsit librum *de l'esprit des loix*, is latine inscribendus esset *de causis legum.* Cod. M. habet: *causa est juris aut legum.* Idem mox: *quondam et augustum.* — *Aut* est etiam in Asc. 2. ib. *angustum quendam locum. Mr.*

In parvum quendam et angustum locum concludatur] Vulgo *in parvum quendam et angustum locum concludatur* naturae. Nec aliter omnes nostri. Sed cum sensum turbet vox ultima, nec in *Manucii* Codice, vel in editione *Victorii* compareat, eam delevimus. Davies.

Angustum locum concludatur] Vocem *naturae* Codd. MSS. nostri omnes itemque Edd., excepta Sturmiana, exhibent. Eam vero post Dav. etiam reprobarunt. Goer. et Sch. idemque fecit Wytt. et in scholis et in marg. ed. Goer. min. Mordicus quidem eam vocem retinent post Ern. Hülsemannus et Wagnerus, neque tamen firmis rationibus ducti. Recte locum Goer. ita explicat: Equidem universum jus etc. sic comprehendam, ut id jus, quod vulgo civile dicitur, exiguam modo partem universi illius complectatur. Cum igitur ne subaudire quidem possit vocabulum illud, ejecimus cum Dav. et

populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quae vocantur, jura civilia. Q. Alte vero, et, ut 6. oportet, a capite, frater, repetis, quod quaerimus; et 18. qui aliter jus civile tradunt, non tam justitiae, quam litigandi, tradunt vias. M. Non est ita, Quinte: ac potius ignoratio juris litigiosa est, quam scientia. Sed haec posterius. Nunc juris principia videamus. Igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege: haud scio

Sch., neque solum, ut Goer., uncinis inclusimus. Wytt. ad h. l. ita: Egregia est haec descriptio, ita accipienda: Iuris universi et naturalis, tanta est magnitudo et majestas, ut totam rerum naturam complectatur et nostrum jus civile, cum illo comparatum, nonnisi parvum quendam et angustum obtineat locum. *Mr.*

Explicanda *est nobis*] Vulgo *explicata;* adversantibus ipsa re, Msstis et editis veteribus. Dav.

Explicanda est nobis] Cod. M. *est explicanda nobis.* In Codd. Cr. et Par. B. scribitur *nobis explicanda est*, in Codd. W. et H. Copp. Victt. b. *explicanda nobis est.* Cum illis faciunt Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm., cum his Ed. Paris. *Explicata* nonnisi in Ed. Verb. reperimus. *Leges* ponuntur h. l. pro *legum natura.* In verbis: *Natura enim — civilia* recte vidit Wagn. totius operis summam contineri, uti monuit Goer. coll. III. 20. 48. Pro *tum* Cod. W. habet tu. *Mr.* Ad argumentum confer Polybium, qui libro VI. cap. 5. sqq. p. 463. sqq. itidem societatis civilis primordia examinans a disputatione de Honesto et Justo (*περὶ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου*) proficiscitur. *Cr.*

Composita sunt et descripta] Haec vulgo dicuntur *jura positiva*, quae opponuntur *juri naturali*, quia conscripta et sancita sunt. *Jus* etymologice oritur a verbo *jubere*, unde et h. l. *jura* et *jussa* conjunguntur. *W.* Pro *et jussa* in Cod. Par. A. est *ac jussa.* In seqq. Cod. Cr. *alte* exhibet pro *aliter*, qui error ex scribendi compendio ortus est. Cod. M. *alterum.* Ab eod. Cod. absunt verba *non tam — tradunt.* Ed. Asc. 2. et all. *quae quaerimus.* — *Tradunt*, ait W., est *docent*, ut accipere dicitur pro *discere.* *Via litigandi* est methodus in foro procedendi apud judicem, et verbum *litigare* dicitur in bonam et malam partem. *Mr.*

c. 6. Non *est ita, Quincte*] *Petrus Ciacconius* putat legendum, *est vero ita, Quincte:* nam in his libris saepe ita loquitur *Cicero*, et antiqua scriptura ŪO in *non* facile mutatur. URSIN.

§. 18. *Non est ita*] Recte sic Codd. nostri W. Pariss. A. B. et C. et Edd. Asc. 1. 2. Ald. Herw. Crat. Car. Steph. Brut. Gothofr. et Sturm. Alii male *non ita est.* Neque melius Codd. nostri omnes *at* pro *ac*, non quidem sensu, sed usu Ciceronis, refragante. *Mr.*

Sed hoc *posterius*] Vulgo *haec.* Nos autem Msstis Paris. Harleian. pr. sec. et Med. paruimus. Dav.

Sed haec posterius] Ita cum Goer. et Sch. edidimus, consentientibus, quae ad manum sunt, Edd. vett. omnibus, quamquam Codd. nostri MSS. in *hoc* conspirent. *Mr.*

Igitur doctissimis viris] *Doctissimos viros*, ait Engelbr., intelligit Philosophos (Graecos), ut lib. III. de Orat. c. 15. Similiter Graeci, ante inventum Philoso-

an recte, si modo, ut iidem definiunt, Lex est ratio summa, insita in natura, quae jubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem ratio cum est in
9. hominis mente confirmata et confecta, lex est. Itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cujus ea vis sit, ut recte facere jubeat, vetet delinquere: eamque rem

phiae nomen, sapientes vocabant *λογίους*. v. Herodot. in Prooemio: *οἱ λόγιοι Περσέων*. Cf. inf. I. 10. 28. — Laudat in hanc rem W. Ciceronis locos Parad. II. 1. III. 2. V. 1. de Off. III. 1. II. 17. ubi hunc usum notavit J. M. Heusinger. Plato philosophos etiam *τοὺς ὀρθῶς φιλομαθεῖς* vocat; quod item notavit Wytt. ad Plat. Phaedon. p. 217. — *Si modo*, ait W., proprie est dubitantis, hoc loco est affirmantis, et quidem ironice. In Cod. M. est *aut scio — sit ordo*. — Verbum *definiunt* in Codd. Cr. et W. scribitur *diffiniunt*. *Mr.*

Lex est ratio summa — prohibetque contraria] Noster Philipp. XI. cap. 12. *Est enim lex nihil aliud nisi recta et a numine Deorum tracta ratio imperans honesta, prohibens contraria.* Idem apud *Lactantium* Div. Inst. lib. VI. cap. VIII. 7. *Est quidem vera lex, recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocet ad officium jubendo; vetando a fraude deterreat.* Eodem recidunt et ea que leguntur ejusdem libri c. XXIV. 29. Pari sensu Stoici volunt *νόμον σπουδαῖον εἶναι λόγον ὀρθὸν ὄντα, προστακτικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων.* Verba sunt eorum apud *Stobaeum* Serm. XLII. p. 278. et Ecl. Ethic. pag. 178. *Philo περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι* p. 675. *Νόμος ἀψευδὴς, ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθεὶς.* Iterum in libro de Josepho p. 414. *Ἡ μὲν γὰρ μεγαλόπολις ὅδε ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ μιᾷ χρῆται πολιτείᾳ καὶ νόμῳ ἑνί. λόγος δέ ἐστι φύσεως, προστακτικὸς μὲν ὧν πρακτέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον.* Vide sis et de Migrat. Abrahami p. 319. *Plutarchum* Tom. II. pagg. 780. 781. *Laertium* VII. 88. ac *Clementem* Alexandrinum Strom. 1. pag. 427. Hanc in rem nonnulla congessit etiam *Muretus* ad *Senecae* de Provid. cap. 1. ut et *Grotius* de Jure B. et P. lib. 1. cap. 1. 10. Dav.

Lex est ratio summa etc.] Quae ad hunc locum explicandum afferunt interpretes, ea fere omnia ex Turnebi commentario ejusque apologia hauserunt, quam, a Rathio neglectam, editioni nostrae subjungendam duximus, cum et rarissima sit et bonae frugis plenissima. Definitionis hujus auctorem, ait W., Chrysippum Stoicum, laudat Marcianus Digest. Lib. I. Tit. 3. §. 2. *Summa* dicitur, quia supra humanum captum et juris ortum posita est; Graece *λόγος ἄκρος*. Engelbr. ad h. l. p. 25. not. b. Cleanthis in Hymno ad Jovem locum laudat hunc extr.: — *ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον, οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.*

Ad verba *insita in natura* W. in scholis: Haec lex dicitur esse in natura tanquam mens naturae. Siquidem Deus, secundum veteres philosophos, est anima mundi. Natura autem dicitur tota universitas corporum et ingeniorum, ejusque vis animans. Taylorus in Elem. Leg. Civ. p. 104. perperam

illi Graeco putant nomine a suum cuique tribuendo appellatam; ego nostro a legendo. nam ut illi aequitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus; et proprium tamen utrumque legis est. Quod si ita recte dicitur, ut mihi quidem plerumque videri solet; a lege ducendum est juris exordium: ea est enim na-

ita distinguit: *Lex est ratio; summâ insita in naturâ.* Alii, ait Turn. in primo Comm., legunt *a natura.* Cod. M. *summa in ista natura. Mr.*

Eadem ratio — lex est] Wytt. in Scholis: Hujus divinae rationis et mentis, per totam naturam diffusae, quaedam pars est in cujusque hominis mente, quae pars, cum in homine confirmata vel confecta est, i. e. vel aetate vel doctrina ad perfectionem ac firmitatem pervenit, tum haec ratio in homine fit hominis lex. Apud Andronicum Rhod. Paraphr. in Aristot. Eth. Nicom. V. 10. p. 182. ed. pr. (p. 303.) haec leguntur, quae huc faciunt et quae latine laudavit Engelbr. p. 25. *παρ' ἀνθρώποις, τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἐστὶ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ. Mr.*

Confirmata et confecta] conjecit Gulielmius *conformata.* nescio an vere. Grut.

Ibid. In hominis mente confirmata] *Gulielmio* non recte placuit *conformata.* Vide sis infra cap. 9. fin. et lib. II. cap. 5. Dav.

§. 19. *Confirmata et confecta*] Ita edendum censuimus, quamquam Engelbr. l. c. p. 27. not. c. Guilielmi rationem praeferat, laudans Ern. Clav. Cic. vv. *confirmatio* et *conformatio.* Or. pro Arch. Poeta c. 7. ubi Ern. cum Graevio *conformatio doctrinae* edidit. Sed si verae sunt Turnebi et Wyttenbachii interpretationes hujus loci, sicut sunt, locum non habet ista emendatio, quam cum Davisio respuit Schützius in Summario Libr. de Legg. p. 27. advocato eodem, quem Dav. laudat, loco, ubi est: *natura — confirmat ipsa per se rationem et perficit.* Sed adi locum ipsum. Ad *arbitrantur* intellige *Philosophi.* Ad verba *prudentiam — legem* W. ita: Nam ratio perfecta et confirmata in homine est prudentia. Ex quatuor partibus, in quas veteres virtutem universe distribuebant, *prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam,* prudentia latissime patet et est veluti fundamentum ceterarum virtutum. V. Creuzeri Annott. ad Plotin. de Pulcrit. p. 276. 277. ibique laudd. Wytt. ad Platon. Phaedon. p. 171. sq. aliosque locos veterum. Cod. M. habet: *confirmata etiam facta est lex.* — Pro *vis* Cod. Cr. exhibet *jus;* ab eodem et Cod. W. abest *sit;* pro eo in Cod. M. est *scit.* corruptionis causae manifestae sunt. Ad vocem *prudentiam* Wytt. ad. marg. Ed. Goer. min. adscripsit *sapientia* §. 22. fin. *Mr.*

Eamque rem *illi Graeco putant nomine*] *Lambinus* edidit, *eamque νόμον illi* etc. Erudito illi viro non accesserim, cum *Cicero* passim Graecas voces non exprimat; licet in animo *νόμον* habuerit, qui *ἀπὸ τοῦ νέμειν* deducitur. Davies.

Graeco putant nomine] Pro *nomine* Cod. W. *nomen,* ab eodem et Codd. Cr. et H. abest vocula *a* itemque ab Edd. Asc. 1. 2. Herw.

turae vis; ea mens ratioque prudentis; ea juris atque injuriae regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit, et eam legem, quae scripto sancit

Crat. Sturm.; utraque corruptio ex scribendi compendiis orta est.— Ad proxima *suum cuique trib.* cf. Platon. de Legg. VI. p. 757. b. et Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 136. p. 211. ibique laudd. *Cr.* Rathius Lambino accedit, post *nomine* *νόμον* inserenti, utpote a voce latina absorptum. Ego cum Dav. facio. *Mr.*

Ego nostro a legendo] Paris. Reg. Balliol. Harleian. sec. et Ven. 1471. *a deligendo.* Mihi tamen ea lectio videtur ex interpretatione nata. Dav.

Ego nostro a legendo] i. e., ait W., ego etiam puto nostro nomine. Nam ipsum vocabulum legis a verbo legere discrimen significat in distribuendo. —Quod habet Cod. W. in margine: *deligendo*, id glossatoris est, neque tam inepti, quam ejus, qui pro *delectus* scripsit *intellectus*, ut est in Codd. W. et H., quorum ille veram lectionem in margine habet. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. legitur: *ego vero a deligendo* Cod. M. *ego vero ad eligendo.* Duae tamen posteriores Edd. nostram lectionem in margine habent. — Ceterum, pergit W. ad seqq., latina vox *lex* potius oritur a Graeco verbo *λέγειν*, *dicere*, inde est *dictare*, *dictator*, *edicere*, *edictum*, quae omnia jubendi et imperandi vim habent. Sic a verbo *orare*, *oraculum;* a *fari* est *fatum*, item a verbo *jubere* est *jussum*, item *jus*. (Teneatur etiam vox *ῥῆτραι*, quasi *oracula*. Cr.) In Graeco tamen verbo *λέγειν* est item *colligendi* ac *deligendi* vis, quae in Latino verbo *legere* ejusque compositis exstat. Cf. autem Ern. Clav. Cic. pag. 1. seqq. in Cod. M. ita leguntur: *et primum tamen uterque legis est. quo sic recte. Mr.*

Quod si ita recte] Cod. H. *Quo sit ita.* Ad v. *plerumque* W. in scholis: i. e. non semper, sed maximam quidem partem; nam licet in hoc juris principio explicando Stoicos sequitur, tamen universe in tota philosophia Cicero sequebatur Academicos, quibus licebat pro rerum obscuritate modo hoc, modo aliud, statuere: quam rationem explicat Cic. de Off. III. 8. Verba *Ea est — regula* dicta sunt bifariam, *absolute* et *relate*. Et *absolute* quidem lex dicitur esse in deo vis naturae, in homine mens ratioque prudentis; relate dicitur lex regula juris injuriaeque. Est autem *regula* proprie norma, secundum quam corpora ad rectam lineam ordinantur. Est ab eadem origine verbum *regere*, nomina *regis* et *regni*, in quibus significatio habet notionem boni moralis et activi. — Vocem quidem non habet Ed. Asc. 2. cum nonnullis aliis. *Mr.*

Ea mens ratioque prudentis] Non insubide pal. quartus. *prudentiae.* Grut.

Ibid. Mens ratioque prudentis] Pal. quartus *prudentiae*, quod Grutero non displicet. Sic etiam repraesentat *Med:* noster: alteram tamen rationem teneo, quod Demostheni et Papiniano lex sit *δόγμα ἀνθρώπων ΦΡΟΝΙΜΩΝ*, *Virorum* prudentium *consultum.* Vide Digg. lib. I. Tit. III. 1. 2. Vide Joan. Sarisb. Policr. IV. 2. pag. 210. Davies.

Ea mens ratioque prudentis] Schefferus ad h. l. ita: Hoc *prudentis* mihi valde suspectum est. Nempe nihil usquam quidquam

quod vult aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, adpellare. Constituendi vero juris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeculis omnibus ante nata est, quam scripta lex ulla, aut quam omnino civitas

praecedit de *prudente*, sed *prudentia*. Puto plane scripsisse nostrum, ut est in codice Palatino, *prudentiae*. Cod. M. *prudentie*. — Neque mihi vox *prudentis* ita substantive posita satis Ciceroniana videtur. Ceterum recte hic contulit Engelbronner l. c. p. 26. Demosthenis locum in priore Or. contra Aristogit. (p. 492. ed. Wolf. p. 774. Reisk.): *τοῦτο ἐστὶ νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων.* Quae obversata fuisse Ciceroni cum Engelbronnero facile adducor ut credam. Pro *injuriae* Cod. M. habet *in ratione*, idem omittit *quoniam*; et pro *nostra* habet *natura*. Videlicet utrumque vocabulum, eodem saepe scribendi compendio (*n̄ra*) exaratum, fraudem fecit scriptori omnium ineptissimo. *Mr.*

Ea juris atque injuriae regula] *Seneca* de Benef. lib. IV. cap. 12. *Legem dicimus justi injustique regulam esse.* Sic *νόμον κάνονα εἶναι δικαίων τε καὶ ἀδίκων* dixit Chrysippus apud *Martianum* Digg. lib. I. Tit. III. §. 2. Dav.

Et eam legem, quae] Codd. nostri Cr. W. et H. habent: *et appellare eam legem*, et paullo inferius *appellarit* pro *appellare*. Et ita etiam Edd. Asc. 1. 2. Ald. Crat. et Herw.; sed Car. Steph. Brut. et Sturm. *appellare eam l.* — *appellat*, Paris. denique, uti nos exhibuimus. Ego quamquam nullus dubito, quin repetitum idem verbum et immutatum glossatoribus debeatur, miror tamen istas lectiones a nullo adhuc editore esse enotatas. — Pro *scripto* in Cod. H. et Copp. Victt. b. est *scripta*, quod est correctoris, acuti scilicet. Cod. M. habet *in jubendo*. Verba *aut vetando* absunt a Codd. nostris M. Cr. W. et H., sed adsunt in Edd. vett., quae ad manum sunt, omnibus. — Cod. M. exhibet: *appellare aut constituendo verum juris* etc. tum: *quae seculi seculis* — *lex ulla ante quoniam omnino.* Tum pro *saeculis* scribitur *seclis* in Codd. Cr. W. H. et *communibus* pro *omnibus* in Copp. Victt. b. Codd. W. et H.; cujus quidem erroris originem intelliget, quisquis libros MSS. manu trivit. Alium plane erroris fontem habet lectio *nota* pro *nata* in Cod. H. et Copp. Victt. b. In Edd. Paris. et Brut. est saeculis *compluribus*, ubi item agnoscis correctoris manum sibi sapientis. Ita etiam est in Ed. Vict. sed in Copp. Victt. est *omnibus*. *Mr.* Scribe *saeclis*. *Cr.*

Et ad rationem instituti sermonis aptius] Sic legendum, etiamsi codices omnes reclamarent. Verumtamen nonnullae editiones Germanicae sic habent, ut edidimus, et ita *Turnebus* edidit. Qui autem lectionem vulgatam tuetur, dicitque se cum Cicerone errare malle, quam quidquam immutare; O hominem stulte religiosum! quasi vero Cicero ita locutus sit! Ego vero nego Ciceronem esse umquam ita locutum, *ad rationem instituti sermonis sapienter* seu *sapientius:* et qui hoc existimat, satis declarat se in Cicerone legendo, atque adeo in ullo bono et probato Latino scriptore, parum esse exercitatum. Lamb.

Ibid. Ad rationem instituti sermonis sapientius] Victorii et Turnebi ac Lamb. edd. *aptius*. nostri Mss. nihil recedunt a vulgata. Grut.

20. p. 160. a. constituta. Q. Commodius vero, et ad rationem instituti sermonis sapientius. M. Visne ergo, ipsius juris ortum a fonte repetamus? quo invento non erit dubium, quo sint haec referenda, quae quaerimus.

Ibid. Ad rationem instituti sermonis sapientius] Ita quidem cuncti, prout videtur, Codices. Locutio tamen parum congrua est, licet *J. M. Bruto* fecerit satis. Multo sane melius *Victorius*, *Turnebus*, *Lambinus* et *Aldus* nepos dederunt, *ad rationem instituti sermonis* aptius: licet mihi potius arrideat *ad rationem instituti sermonis* convenientius. Ad sensum vero nihil refert, utro legas modo. Davies.

§. 20. *Ad rationem instituti sermonis* s a p i e n t i u s] Libri nostri MSS. exhibent *sapientius*. *Aptius* est in Edd. Paris. Car. Steph. Sturm. Lamb. et Commel. Sed bene contra Lambinum defendit vulgatam Goer. laudato ipso Cicerone in Epp. *ad Div.* (hoc addendum fuit) II. 7. *nemo est, qui tibi* s a p i e n t i u s *suadere possit te ipso*. Coll. Brut. 42. 155. Egregia est Bruti nota ad h. l., quam, licet longiorem, huc adscribere placuit, cum doceat aliquid, quod, quamvis minime novum, quotidie negligunt viri critici: *Aptius* legit Turnebus, ita Br.; quae lectio etiamsi mihi probatur, stat tamen, non antea a vulgata lectione discedere, quam mihi aut certa ratione, aut veteris exemplaris auctoritate ab iis, qui hoc jus sibi sumunt, persuasum sit, quidquid videatur mutare, addere, inducere, atque adeo tamquam venustius, concinnius, elegantius, id ita ex Ciceronis sententia habendum: quicum errare malo, quam cum quingentis Ciceronis Aristarchis recte sentire. Equidem existimo, aeque olim Aldum, Victorium, Manutium, alios viros doctissimos atque excellenti ingenio, cum in hunc locum incidissent, offensos inusitato genere dicendi haesisse; non ausos tamen eosdem quidquam mutare, quod, etiamsi aliquando intelligant, Ciceronem ab instituta dicendi consuetudine discedere; quaerendum sibi potius putent, cur ita scribere maluerit, quam, quoniam, quid ille secutus in scribendo sit, non assequantur, id suo praejudicio damnare. Quamquam non video, quid ita hoc loco visum sit, pro *sapientius aptius* substituere. Nam quidquid sapienter, hoc est prudenter, fit, apte et commode idem fieri videtur. *Mr.*

Quo sint haec referenda] i. e. ad quod genus, et ad quem usum sint convertenda. Est haec, quae vulgo dicitur, *applicatio* legum. *W.*

Ego vero ita faciendum esse censeo] Codd. Cr. et H. et Copp. Victt. b. exhibent *esse faciendum*, Cod. W. plane omittit *esse*. Sed in aliorum librorum consensu acquiescendum in lectione per se proba. *Mr.*

Me quoque abscribe] Vulgo *adscribito*. Sed Harleianum primum sequor, quod reliqui Codices *adscribi* prae se ferunt. Dav.

Me quoque adscribito] Reduximus *adscribito*, cum *adscribi* sit in libris nostris MSS. et in Edd. Asc. 1. et 2. et *adscribito* in Edd. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Commelin. et Gothofr., vulgata vero satis fulciatur Codice Brux., quem Goer. adhibuit, ubi est *adscribto* cum glossa *adicito*. Schefferus ad h. l. ita: In Senatu priusquam sententiae ferebantur in tabellis, dicere singuli solebant suam, quae excipiebantur et annotabantur a scribis. Ergo qui in eadem cum alio erat sententia, suam adscribi alterius jubebat.—Ed. Asc. 2.

Q. Ego vero ita faciendum esse censeo. Att. Me quoque adscribito fratris sententiae. M. Quoniam igitur ejus rei publicae, quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et servandus status, omnesque leges accommodandae ad illud civitatis genus, serendi etiam mores, nec scri-

cum aliquot aliis omisit *in* post *docuit*. In seqq. verba *et servandus status* absunt a Cod. Cr.; in Cod. W. scribitur *accommodate*. Uterque habet *illius* pro *illud*. Male. *Mr.*

Serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda] Ita Tusc. lib. I. cap. 14. *Vir magnus leges, instituta, Remp. non* SERET? ut frustra sint Codices nonnulli et in his Harleian. sec. qui *ferendi etiam mores* prae se ferunt. Ad rem ipsam sic Diotogenes Pythagoreus apud *Stobaeum* Serm. XLI. pag. 251. *Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐπῆμεν* (Leg. *ἐνῆμεν*) *δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πωλιτευομένων.* Et Archytas apud eundem pag. 269. *Δεῖ τὸν νόμον μὴ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν 'ΕΝΗΜΕΝ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πολιτευομένων· οὐδὲ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τᾳ εὐνομωτάτᾳ πλάθει γραμμάτων ἁ πόλις διοικεῖται, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς τρόποις* (Lego *πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς τρόποις*) *τῶν πολιτευομένων.* *Josephus* in Apionem lib. II. cap. 16. *Δύο μὲν γάρ εἰσιν ἁπάσης παιδείας τρόποι — ὧν ὁ μὲν λόγων διδασκαλικός, ἕτερος δὲ ὁ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἐθῶν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται ταῖς γνώμαις διέστησαν, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξαν ἕκαστοι, ἑλόμενοι, τὸν ἄλλον παρέλιπον, Οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις. 'Αθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες Ἕλληνες, ἃ μὲν χρὴ πράττειν ἢ μὴ, προσέτασσον διὰ τῶν νόμων, τοῦ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγώρησαν.* Horum nonnulla repetit *Cosmas* Indicopleustes lib. XII. pag. 343. Vide sis et *Berneccerum* ad *Justini* II. 2. DAV.

Serendi etiam — sancienda] Duo sunt h. l., in quibus cum Goerenzio facere nullo modo possum. Primum, quod verbum *serendi*, unde est *semen*, quia plerumque in deterius accipiatur [sed v. locum a Dav. laudatum], a *sero, serui*, quod *ordinare* est, derivari posse putat; quod huic loco minime convenit et plane a Ciceronis loquendi more alienum est. Alterum illud est, quod ex uno Cod. Vien. legi vult: *ne scriptis sint omnia sancienda*, qui tamen nonnisi vocem *sint* praestat, cum reliquis autem *nec* exhibet. In quo vereor ut mentem Ciceronis sit assecutus. Non enim ideo serendos esse mores ait, ne scriptis omnia sanciri necesse sit; nam, quae scriptis sanciuntur, i. e. vel jubentur vel vetantur legibus scriptis, non tam religiose servantur, quam quae moribus cum natura quasi populi coaluerunt. Ergo non idem est utrum fiat, neque dicere potest legislator: perinde est, utrum moribus, an legibus scriptis aliquid sanciam: utrumcunque fecero, altero sine damno supersedere potero. Sed id vult noster: mores etiam sunt serendi; sunt enim quaedam, quae, si scriptis modo sancias legibus, non tam certo et religiose observantur. *Mr.*

Omnis est nobis] Ita dedimus ex Codd. nostris Cr. et W., idemque placebat etiam Goerenzio, qui tamen cum Schützio vulgatum verborum ordinem servavit, *est no-*

ptis omnia sancienda; repetam stirpem juris a natura, qua duce omnis est nobis disputatio explicanda. Att. Rectissime: et quidem ista duce errari nullo pacto
7. potest. M. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, (nam
21. Quinti novi sententiam) Deorum immortalium vi et natura, ratione, potestate, mente, numine, sive quod

bis omnis. Davisius, nihil monens, dedit *nobis omnis est*, quod reperimus in Copp. Victt. b. et in Edd. Paris. et Commelin. Cod. M. habet *nobis est omnis*. Idem mox: *rectissime equidem*. Ad verba: *Dasne igitur hoc nobis* W. ita: »Est hoc, quod vulgo dicunt, »*postulatum*. Postulat enim sibi »concedi ab Attico, omnem natu»ram i. e. totum mundum regi et »gubernari divina providentia. »Nam Quintus frater, ut Stoicus, »hac de re minime dubitabat.« *Mr*.

c. 7. *Deorum immortalium natura — naturam omnem regi*] Vulgo, *de Deorum immortalium* vi, *natura*. Sed vocem penultimam nesciunt Codices; primam vero respuit Latini sermonis ratio, nec eam agnoscunt editi nonnulli. Ut verum tamen fatear, *natura* mihi nullo modo placet; nec, ut opinor, ita loquuntur auctores, cum de providentia Deorum sit sermo. Hinc fit, ut *Lambinus*, deleta *natura*, legat *Deorum immortalium* vi, *ratione, potestate* etc. Forte melius reponas *Deorum immortalium* CURA, *ratione* etc. *Ovidius* Metam. 1, 47.

Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura *Dei*.

Livius IV. 43. *Remp.* Deorum *providentia* CURAque *exceptam memorabat*. *Tacitus* An. XIV, 12. *Quae adeo sine* CURA Deum *eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit*. *Prosper* de Prov. Div. vs. 83.

Quae si CURA *Dei celsa spectaret ab arce*.

Et vs. 329.

Anne aberat tum CURA *Dei* — Sic etiam vss. 415. 551. ac alibi. Vide sis et *Agellium* II. 128. Dav.

§. 21. (*Nam Quinti novi sententiam*) *deorum immortalium vi et natura*] In hoc loco, tantopere vexato, necesse est primum librorum lectionem recensere, deinde interpretum sententias, denique nostrum qualecunque judicium apponendum. Codd. M. Gr. et W. exhibent: *de deorum immortalium natura ratione etc.* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; in Cod. H. est: *deorum* (absque *de*, quod in omnibus Codd. esse existimabat Goer.) *immortalium ut natura ratione* etc. In Edd. Gothofr. Brut. Ald. Davis. *deor. immortalium natura ratione*, in Edd. Paris. et Verburg. *de deorum immortalium vi natura;* in Edd. Car. Steph. Sturm. Commelin. et Bip. *deor. immortalium vi natura.* Goerenzii Ed. minor habet: *Deorum immortalium virtute, cura, ratione*, ejusd. Ed. major: *de deorum immortalium vi et natura*, rejecta post *natura* parentheseos clausula et inclusis post haec verbis *sive quod — quod volo* nova parenthesi. Plerique parenthesin ponunt, uti nos; sed in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. omnia inter *nam* et *volo* una parenthesi inclusa sunt. Schützius denique verba *et natura* cum Lambino delevit. Nos cum Wytt. eam scriptionem praetulimus, quam in notis probant et Ern. et Wagn., qui tamen operas inobedientes habuerunt, quippe a quorum textu vocula *et* post *vi* abest. Videli-

est aliud verbum quo planius significem, quod volo, naturam omnem regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimum. Att. Do sane, si postulas. Etenim propter hunc concentum

cet *de* omisimus auctoritate Cod. H. et sensu postulante, voculas *vi et* recepimus non sine librorum veterum vestigiis manifestis, et vocem *natura* sensum minime turbantem, invitis libris ejicere noluimus. Neque magis eam in *nutu* mutare placuit cum viro docto apud Tunstallum ad Ep. ad Att. p. 177.; nam, ut ait Ern., id est post in *numine*. In Goerenzii lectione Ed. maj. latinitatem etiam desidero. Secluso enim verbo *deorum* per parenthesin a vocibus *ratione, potestate, mente, numine* factum est, ut desideretur ad haec omnia vel genitivus *deorum*, vel adjectivum *divino*, vel certe *aliquo*. Nam ut concedamus Goerenzio Stoicos naturam a Deo nihil diversam statuisse, ideoque dici potuisse *ratione* regi naturam, neque vero addi quidquam debere, ita certe ad voces *potestate, mente* desiderabit unus quisque *aliqua*, vel *qualicunque*. Sed nihil est opus secludere vocem *deorum*, quippe cum noster hoc ipsum ab Attico postulet, ut concedat aliquid, quod alioquin schola ejus concedere non solebat, quae erat Epicurea. Nihil vero impedit, quo minus, quamquam Stoici unum deum, eumque a mundo non diversum statuerent, de *deorum* providentia etc. loquerentur. Vide modo Cic. de N. D. II. 30. Totam vero Stoicorum *de Deo uno* sententiam, quae non impediebat, quo minus sensu ipsis proprio *de diis* loquerentur, luculenter expositam habes in libro Tiedemanni: *System d. Stoischen Philos.* T. II. p. 166. sqq. in primis p. 200—203. et 238—245. *Mr.*

Numine] Dicitur ea pars divinitatis, qua continetur efficientia voluntatis; quippe deorum potestas ita informabatur a veteribus, non ut manibus aut alio instrumentorum genere, quod vellent, efficerent, sed solo nutu; unde illud est poetae de Jove:

Annuit et totum nutu tremefecit Olympum. W. Pro *quod est aliud* in Cod. Cr. legitur *quod aliud est. Mr.*

Naturam omnem *regi*] Pal. quart. a prima manu *hominum*, emendatumque *omnium*. medium non displicet. Grut.

Ibid. Naturam omnem regi? nam *si hoc*] Codices fere dant *naturam omnem divinam si hoc. Victorius* edidit, *naturam omnem* divinitus *regi: nam si hoc*. Paris. autem *naturam omnem reginam: si hoc*. Hinc patet veram esse nostram lectionem, quam primus omnium *Lambinus* invexit. Dav.

Naturam omnem regi? nam] Pro *regi? nam* in Codd. Cr. M. et W. est *divinam* sequente distinctione majore. Sed probam lectionem habet Cod. H. Cum Ed. Victorii faciunt Asc. 1. 2. Paris. et Crat. cum Herw. in textu; in margine utraque cum Gothofr. et Car. Steph. *divinam*. Nobiscum faciunt Edd. Ald. Brut. Sturm. In seqq. cum Schützio et Dav. ex Cod. H. et Copp. Victt. b. Edd Ern. Paris. et Commel. dedimus *ab eo*, cujus glossam *a deo* ex plurimis libris recepit Goer. Pro *condiscipulorum*, i. e. Epicureorum, Cod. Cr. *cum discipulorum. Mr.*

Concentum avium, strepitumque fluminum] Cod. M. habet: *concentum animum strepitumque fulminum. Mr.* Cf. Mai. ad Rempubl. p. 332. *Cr.*

Nec vero ferent, si audierint te primum capitulum optimum

avium strepitumque fluminum, non vereor, condiscipulorum ne quis exaudiat. M. Atqui cavendum est; solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci: nec vero ferent, si audierint, te primum caput viri optimi prodidisse, in quo scripsit, *Nihil*
22. *curare Deum nec sui nec alieni.* Att. Perge,

prodidisse] Sunt sane inquinatiores et antiqui libri hac parte; ea tamen est in illis scriptura, ut tuto corrigi posse putem *caput libri optimi.* Intelligit autem, nisi fallor, librum Epicuri, qui continebat appellatas ab ipso *Κυρίας δόξας*, id est, *sententias maxume ratas*, ut *Cicero* interpretatur. nam multis locis de illis mentionem facit. Primum ejus libri caput erat hoc, cujus sententiam nunc *Cicero* breviter exponit, *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥστε οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον.* Alibi autem diligentissime his verbis interpretatur, *Quod aeternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam nec exhibere alteri: itaque neque ira neque gratia teneri; quod, quae talia essent, imbecilla essent omnia.* Colligitur hoc ex *Laertio*, qui librum suum vitamque Epicuri his maxume ratis sententiis claudit; inquit enim, *Καὶ φέρε οὖν δὴ νῦν τὸν κολοφῶνα, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐπιθῶμεν τοῦ παντὸς συγγράμματος καὶ τοῦ βίου τοῦ φιλοσόφου, τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας παραθέμενοι, καὶ ταύταις τὸ πᾶν σύγγραμμα κατακλείσαντες· τέλει χρησάμενοι τῇ τῆς εὐδαιμονίας ἀρχῇ.* (l. X. §. 138.) Et primam hanc sententiam ponit. *Caput* hoc significatu alibi a *Cicerone* usurpatum est; ut in Lucullo: *Ita, nobis tacentibus, ex uno Epicuri* CAPITE, *altero vestro, perceptio et comprehensio tollitur. Prodere* autem *caput* (ut opinor) dixit, quemadmodum in eodem ipso libro *prodere decretum. Sapientiae vero quid futurum est? quae neque de se ipsa dubitare debet neque de suis decretis, quae philosophi adpellant δόγματα, quorum nullum sine scelere* PRODI *potest: cum enim* decretum proditur, *lex veri rectique proditur.* Victorius. Cod. M. *Ne vero ferent. Mr.*

Te primum caput libri *optimi prodidisse, in quo* scripsit] Nihil antecedit ad quod referatur vox ultima: quapropter *Aldus* nepos reponit, *te primum caput* VIRI *optimi prodidisse.* Quasi bina sint homini capita! praeterquam quod is, qui *caput hominis prodit*, ejus vitam fortunasque pessumdat. Hoc igitur ineptissimum. Harleian. sec. et editio pervetus habent, *in quo scribit.* Lege *scribitur*, et ulteriore mutatione non est opus. Epicurus autem *κυρίων δοξῶν* initio dixerat: *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει.* Vide nos ad lib. I. N. D, cap. 17. 30. Ms. quidem Med. exhibet, *in quo scripsit Epicurus*, eoque modo recte procedit oratio. Sed codex est recentior, ut *Epicurus* Librarii videatur additamentum. Quin etiam non est dissimulandum libros omnes dare, *te primum* capituli *optimi prodidisse.* Corrupte. Dav.

Primum caput viri optimi] Ita dedimus cum Goer. Pearcio et Sch. ex Codd. vestigiis *captivi, capituli, capulli, captui*, quorum nullus expresse legit *caput libri.* Quod vero Dav. ridet Aldum nepotem ob lectionem *viri*, in eo ipsum sua sagacitas destituit. Ut

quaeso, nam id, quod tibi concessi, quorsus pertineat exspecto. M. Non faciam longius; huc enim pertinet: animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus Hominem, praeclara quadam conditione generatum esse a summo Deo: solum est enim ex tot b.

enim supra *virorum bonorum*, de Epicureis dicitur, ita h. l. *viri optimi* de Epicuro, ironice, eo sensu, quo Graeci usurpant εὐήθης. Ad rem v. Cic. de N. D. I. 31. 81. p. 139. et I. 17. p. 77. ed. Cr. nostraeque maj. — *Caput* autem sic nude de decreto Epicuri dictum optime defendit Goer. ex Acadd. II. 32. 101. ubi est: *ex uno Epicuri capite.* Cod. Cr. habet *capituli*, idem W. in marg., in contextu vero cum Cod. H. et Copp. Victt. b. *capulli.* Cum Cod. Cr. faciunt Ed. Asc. 1. et 2., in Edd. Crat. et Herw. est *capitulum optimum*, in reliquis *caput libri optimi.* Graevius in nota MS.: vetus editio *capituli optimi.* Quid sit *prodere caput* vid. apud Cic. Acadd. II. 9. 27. ib. Goer. *Mr.* Vir doctus in Miscell. Obss. III. 1. p. 224. sq. cum Aldo facit, addens: »ubi *primum caput* non »significat Epicuri primum caput, »ut credit Davisius, sed primum »caput alicujus ex illius disser»tationibus: et tunc *ille* (sc. *vir* »*optimus*) erit nominativus casus »verbi scripsit.« Laudat deinde locum ex Lucullo, quem jam Victorius protulit in medium. *Cr.* In Cod. H. pro *nec sui* scriptum est *ne sui. Mr.*

Quorsus *pertineat*] Sic Paris. Reg. Eliens. Harleian. sec. et editio porvetus. Vulgo *Quorsum.* Dav.

§. 22. *Quorsus pertineat*] Ita etiam Codd. Cr. M. et H. itemque Cod. W. in quo tamen in *quorsus* correctum est *quorsum*, quod, ut tritius, scriba, aliud agens, primum scripserat, quodque etiam occupat Edd. vett. Pro *faciam* est *facio* in Codd. Cr. et W. Verba *Non faciam longius* desunt in Cod. M. In eodem legitur *pertineat.* In Copp. Victt. b. est *non facio longius. Mr.*

Animal hoc sagax, providum, multiplex] Vide *Arnobium* I. II. pag. 58. ed. Herald. Dav.

Animal hoc providum] Commode laudat ad h. l. Wagnerus Euryphami Pythagorei sententiam ap. Stobaeum Serm. 101. p. 556. quem paullo accuratius ex Stobaeo et Opusculis Mythologg. ed. Gale p. 666. exhibemus: τὸ θήϊον ἄνθρωπον, πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίτιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. *Mr.*

Quem vocamus hominem] Exquisitiore usu h. l. ponitur *quem*, quod referatur ad *hominem*, pro *quod.* Sic solent subinde optimi scriptores. Tusc. Qu. IV. 10. *Ex perturbationibus autem primum morbi conficiuntur, quae vocant illi νοσήματα.* Terent. Andr. III. 5. 1. *Ubi illic est scelus, qui me perdidit?* Cf. J. Fr. Gronovius et Drakenborchius ad Livium XXIX. 12. item Cortius ad Cic. Epp. ad Div. I. 9. 34. *W.* A Graecis manavit haec ratio. Herodot. II. 124. τῶν οἰχημάτων, τὰς (i. e. ἃς) ἐποιέετο θήκας. cf. Matthiae Gr. §. 440. 7. et Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 118. *Cr.* De hac constructione plura disputavimus ad ed. maj. Cic. de N. D. II. 55. p. 442. conf. Ed. min. ib. p. 163. Ochsner. ad Oliveti Eclogg. Cic. p. 50. sq. Zumptii Gramm. Lat. p. 201. et meum Indicem ad ed. maj. Cic. de N. D. s. v. *qui.* —

animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, cum cetera sint omnia expertia. Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra, ratione divinius? quae cum adolevit atque perfecta est, nominatur rite Sapientia.
23. Est igitur (quoniam nihil est ratione melius, eaque

Vocabulum *multiplex* Graece ποικίλος, plerumque malo sensu accipitur, veluti a Cic. de Amic. c. 18. et 25. sensu bono ponitur apud Vellej. Paterc. II. 105. Cod. M. pro *generatum* habet *gravata;* tum *solus enim est — cum certa sint*. *Mr.*

A summo *Deo*] Vulgo *supremo*. Lectionem vero quam reduximus exhibent Paris. Reg. Bal. Med. et Ven. 1471. nec aliter edidit *Victorius*. Eorum nihilominus auctoritate non tam nitor, quam *Lactantii:* qui sic laudat Div. Inst. lib. II. c. 11. 16. et lib. IV. cap. 4. 6. Dav.

A supremo deo] Ita cum Goer. Wagn. et Schützio post Ernestum restituimus ex libris nostris MSS. et Edd. Ald. Car. Steph., marg. Crat. et Herw., Brut. Verb. In Ed. Asc. 1. est *a summo*, omisso *deo*, et in margine: Alii *assumo*, quod Crat. et Herw. in contextu habent. Ed. Asc. 2. versa vice *assumo* in contextu habet, *a summo* in margine. Respondet Graecorum voci ὕψιστος, de deo a Philosophis saepe usurpatae. *Mr.*

Solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis] Videtur hoc ab Aristotele sumsisse ex lib. I. Polit. Λόγον δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. URSIN. *Ibid.* Quasi vero rem vulgatissimam sine *Aristotelis* ope dicere non potuerit Cicero! Quin et ille, cum de Rep. lib. I. cap. 2. ait, λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων, per λόγον non *rationem*, sed *sermonem* denotat; ut aliam a Stagirita sententiam Tullius exprimat. Dav.

Rationis et cogitationis] i. e. rationis ejusmodi, ait W., quae cum cogitatione conjuncta sit, sive cogitationis rationalis. — Est autem ductum a Graeco τῆς διανοίας, de quo usu vid. Heindf. ad Platon. Charmid. p. 69. et praecipue ad Phaedr. p. 226. *Cr.* Pro sequente *cum* Cod. H. habet *quor*, idem pro *cum* ante *adolevit* exhibet *quom*, quod etiam eo loco est in Cod. Cr. *Cognitionis* vero pro *cogitationis* est in duobus Goerenzii Codd. et in Edd. Crat. et Herw. *Mr.*

Nominatur rite Sapientia] Huc respicit *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. 10. 6. Dav.

Nominatur rite sapientia] *Rite* non tantummodo est *recte*, *vere*, *juste*, sed etiam convenienter juri divino, unde *ritus* dicuntur caerimoniae sacrae. *W.* Pro seq. *est* in Cod. M. legitur *et*. *Mr.*

§. 23. *Eaque et in homine et in deo*] Prius *et* abest a Cod. Cr. Post *Deo* Wyttenbachio excidisse videtur *inest*, quo certe plenior fieret oratio et ad Ciceronis consuetudinem magis accederet. Pro *inter eosdem etiam* Goer. edidit, nihil monens, et contra omnium fere librorum auctoritatem, *inter eos etiam*, in qua scriptione suffragantem habet nostrum Cod. Cr.; idem cum Codd. W. et H. exhibet *recta ratio et communis;* ut est etiam in Edd. Asc. 1. 2. et Vict. (sed in Copp. Vict. deletum est *et*) contra sensum, ad quem recte monet Wagnerus, argumenti hujus vim in eo niti, quod rationis id proprium est, ut excoli possit et ulterius semper proce-

et in homine et in Deo) prima homini cum Deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. Quae cum sit lex, lege quoque conciliati homines cum Diis putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter eos communio juris est. Quibus autem haec sunt

dere, quod contra se habet in natura atque indole bestiarum. *Mr.* Ad Turnebi hujus loci interpretationem adde Porphyr. de Abstin. III. 1. et 2. p. 216. Rhoer. ubi de Stoicorum *λόγῳ κατωρθωμένῳ*, cui opponitur *λόγος ἡμαρτημένος*. Mox Cod. Cr. *quom* pro *cum*, cf. Mai. ad Rempubl. p. 354. *Cr.*

Lege quoque consociati *homines cum deo*] Pal. quart. et Fabricianus, *conciliati*, neque displicet, ut usus sit varietate verborum Cicero. GRUT.

Ibid. Lege quoque consociati] Pal. quartus et Fabric. *conciliati*, quod *Grutero* non displicet. Sic etiam e nostris Paris. Reg. Harleian. sec. ab emendatrice manu, et Ven. 1471. nec eorum fidei non credendum puto. Accedit et Med. nisi quod is librarii vitio *conciliari* repraesentet. Vide lib. II. N. D. cap. 31. DAV.

Conciliati homines] Ita cum Dav. Goer. et Schützio dedimus, quod etiam Beierus praefert, laudans nostrum locum ad Cic. de Off. I. 41. 149. idemque exhibent Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. et Cod. M., in quo tamen librarii ineptia peperit *consiliati;* posteriores vero in marg. reliquorum librorum lectionem, *consociati*, habent, in qua ego scriptione interpretis sive glossatoris manum agnosco. Ad rem cf. quos laudat Beierus ad Cic. de Off. I. 43. 153. p. 303. sq. Pro *porro* Cod. M. habet *priore. Mr.*

Inter eos *communia*] Censuit inter alios *G. J. Vossius* de Constr. cap. 36. pronomen *demonstrativum* pro *reciproco* poni. Vide sis et *Is. Casaubonum* ad *Capitolini* Balbinum et Maximum p. 199. ed. Paris. Et hoc istius licentiae clarum videtur exemplum, nisi legas *inter* SE *communia;* quod malim. DAV.

Quibus — [*inter eos*] *communia*] Uncinis inclusimus haec vocabula, et parum abfuit, quin ea plane ejiceremus. Dicant enim, quidquid velint, Goerenzius et Wagnerus, laudentque et Perizonium ad Sanct. Minerv. II. 12. 3. et Ciceronem ipsum de Orat. I. 54. 232. pro tutando hoc lectionis monstro; ego soloecismum non ferendum, et voces *inter eos* ex linea praecedente male repetitas esse a librariis existimo. Quare ejiciendae potius, quam cum Davisio corrigendae videntur. Vulgatam ita defendit Hülsem. ut dicat, his libris a Cicerone ultimam manum non fuisse admotam. Quasi vero Cicero, pueri instar, in iis, quae subito funderet, pronominum rationem distinguere non potuerit! Idem etiam conjecit *inter ipsos*, ut Wagnerus *inter se.* Qualia si scripsisset Cic., non mutavissent librarii lectionem. Plus etiam licere mihi credidi in eadem linea, ubi *et* ante *civitatis* delevi auctoritate Cod. Cr. et quatuor Codd. a Goer. collatorum. Omisit eandem voculam Sch. nihil monens, Goer. autem eam abesse mavult. Ad verba *civitatis ejusdem* subaudi *cives.* — »Ex hoc Stoi»corum decreto, ait W., totum »hunc mundum esse civitatem deo»rum et hominum, cujus sit prin»ceps summus ille omnium rerum »creator, Augustinus sibi et no-

[inter eos] communia, civitatis ejusdem habendi sunt. Si vero iisdem imperiis et potestatibus parent, multo etiam magis. Parent autem huic caelesti descriptioni, mentique divinae, et praepotenti Deo; ut jam universus hic mundus una civitas sit communis Deorum atque hominum existimanda. Et quod in civitatibus

»men et propositum sumsit illius »operis, quod est *de civitate* »*Dei.*« Iam cf. Cic. de Rep. I. XIII. p. 37. ed. Tub. ubi est: »mundus hic totus, quod domici»lium quamque patriam di nobis »communem secum dederunt.« *Mr.*

Si vero iisdem imperiis et potestatibus parent ii, *multo etiam magis. Parent* autem *huic caelesti descriptioni*] Vulgo *si vero iisdem imperiis et potestatibus parent: multo etiam magis parent huic caelesti descriptioni.* Ac ita dederunt *Victorius* et *Lambinus*, licet haec lectio commodum sensum non pariat. Nos vero ductu Paris. Reg. et Ven. 1471. hunc locum restituimus. Sic autem habent ii libri, *Si vero iisdem imperiis et potestatibus parent* ei, (Ven. *et*) *multo etiam magis. Parent* autem ut *huic caelesti* — *Deo* jam *universus* etc. *Ut* scilicet loco non suo ponitur. Dav.

Si vero iisdem imperiis etc.] Quod ad sensum cum Davisio facimus, neque vero ejus voculam *ii* sine libris admittendam duximus, neque quam Goer. in ed. min. ante *multo* addidit, *id.* Illud *multo etiam magis* respondet Graeco καὶ πολύ γε μᾶλλον; intellige: *cives ejusdem civitatis sunt.* Libri variant. Copp. Victt. b. Codd. Cr. et W. *parent, multo jam magis parent huic coel. descr.* et ita (nisi quod pro *jam* habent *etiam*) Edd. Asc. 1. 2. (in his vero est *discretioni*) Paris. Ald. Crat. Herw. (hae duae *discretioni* habent in contextu, *descriptioni* in margine) Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. Sed in Ed. Commel. est uti nos edidimus. Unus noster Cod. H. exhibet *autem* ante *huic* sed idem habet cum reliquis *jam* pro *etiam.* In Cod. M. scribitur: *et multo etiam magis parent autem ut huic — mentique div.* Ad verba *descriptioni mentique divinae* W. ita: i. e. descriptioni mentis divinae, distributioni et constitutioni hujus civitatis, quam constituit mens divina et praepotens deus. — Philo de Josepho p. 414. ἡ μὲν γὰρ μεγαλόπολις ὅδε ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ μιᾷ χρῆται πολιτείᾳ καὶ νόμῳ ἑνί. Λόγος δέ ἐστι φύσεως. cf. etiam Arium Didymum ap. Euseb. P. E. XV. 15. Neque vero nobis est praetereunda ingeniosa Matthiae conjectura in Miscellann. Critt. Vol. II. P. 2. p. 131. qui, colo ante *si vero* posito, legit: *potestatibus parent, parent, et multo etiam magis, coel.* In seqq. *Deo, ut* abest a Copp. Victt. b. Cod. H., in Cod. Cr. legitur *deo. num etiam*, in Cod. W. *deo. unde etiam* et ita Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Ald. Crat. Herw. Gothofr. et Brut. Edd. autem Paris. Sturm. et Comm. uti nos edidimus. Post *civitas* addidimus *sit*, quod vulgo abest, cum Goer. et Sch. eamque vocem desiderabat etiam Wytt. In iis editionibus, qui eam habent, in fine periodi additur; v. c. in Edd. Paris. Comm. Lamb. Wagn. In Ed. Asc. 1. legitur eodem loco *est*, et recte quidem, cum pro *ut* habeat *unde.* Fallitur igitur Goer. credens in omnibus hucusque editionibus vocem *sit* fuisse desideratam, quod etiam credebat Wytt. *Mr.*

ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status; id in rerum natura tanto est magnificentius, tantoque praeclarius, ut homines Deorum agnatione et gente teneantur.

Existumandus] Sic lego; non *existumanda*, quod soloecum. Vide N. D. II, 62. DAV.

Existimanda] Quod quasi ex tripode correxit Dav. merito rejecerunt Ern. Goer. Wagn. et Sch. Satis, ait Wagn., vulgatam, quae omnium librorum est lectio, tuetur similis locus de Divin. II. 43. *non omnis error stultitia dicenda est.* Ubi vid. Hotting. *Mr.*

Et quod in civitatibus etc.] Ern. ad h. l. dicit: »In hoc loco non »cohaeret oratio, putoque esse »vitiosum.« Idem sentiens Schützius conjecit, et commode quidem: *et quod in civitatibus fit ratione quadam, (de qua dicetur idoneo loco) ut agnationibus.* Sed oblitus est addere, tum etiam legendum esse *distinguantur.* Pro *dicetur* est *dicitur* in Edd. Paris. et Commel.; in Cod. Cr. *distinguitur*, in Cod. H. *distinguntur* pro *distinguuntur.* In Cod. M. legitur: *Et dum in civitatibus.* Hülsemannus l. c. p. 31. conjecit: *Et jam* univ. — *una civitas communis — existimanda est. Quod in civ.* etc. et in seqq. construit: *agnationibus* (sc. civium) *distinguuntur status familiarum.* Sed vid. not. nostr. seq. *Mr.*

Agnationibus *familiarum*] Gulielmius emendat, *ac nationibus.* GRUTER.

Ibid. Agnationibus *familiarum* distinguuntur *status*] *Agnationibus* distingui familiae non possunt; *agnatio* enim non est nisi inter ejusdem familiae homines. *Familiarum* certe *status* haud alia re differt, quam quod hae patriciae sint, illae plebeiae. Quocirca non dubito, quin *agnationibus* hoc in loco *Ciceronem* donarit imperitus quidem Glossator: nam nihili est *Gulielmii* conjectura, qui reponit *ac nationibus.* Praeterea Balliol. Eliens. Med. et Harleian. pr. exhibent, *distinguitur status.* Nihil tamen muto; cum receptam scripturam servent antiquissimi Codices. DAV.

Agnationibus familiarum] Cod. M. *agnitionibus.* Nolumus immorari Davisii, Wagneri et Goerenzii sententiis, qui verum non plane viderunt; adscribam potius Wytt. explicationem: Apud Iure consultos *status* dicitur conditio hominis, per quam liber vel servus, ingenuus, libertus aut libertinus est, ut docetur Digestorum L. I. Tit. V. de Statu. Homm. At Cic. h. l. *statum* ponit pro *gente*, qua cives sunt vel *patricii* vel *plebeji*, veluti gentium quarundam pars sunt patricii, pars plebeji, ut *Claudii.* Ex his Appii Claudii sunt patricii, Claudii Marcelli sunt plebeji. Ergo gentis Claudiae duo sunt familiae, patricia et plebeja. Et Claudius quisque sua *agnatione*, i. e. virilis gentis origine, ad hanc vel illam familiam refertur. Nam *cognati* dicuntur etiam materni majores, *agnati* nonnisi paterna stirpe conjuncti. cf. Ern. Cl. Cic. v. *Status.* — Tu cf. Cujacii Observv. lib. XXVII. cap. 6. quod inscribitur: *Cognatio et Agnatio* p. 901. 902. ed. Heinecc. et Chladenium de Gentilitate §. 7. p. 11. sqq. (Lips. 1742.) ubi ita: »*Agnatos* definio Cives Romanos, »ex diversis lineis ejusdem gentis »vel familiae progenitos, de quo»rum proximitate consanguinita»tis constat.« Quae de hoc argumento lectu dignissima disputavit *Niebuhr.* ea h. l. exponere longum est. Tu vid. R. G. I. p.

8. Nam cum de natura omni quaeritur, disputari solet
24. (et nimirum ista sunt ut disputantur) perpetuis cursibus, conversionibusque caelestibus exstitisse quandam maturitatem serendi generis humani; quod, spar-

219. sqq. p. 231. ubi etiam de Claudiis. *Cr.*

Deorum agnatione et gente] Hierocles in χρυσᾶ ἔπη 5. p. 48. τὴν ἄνω συγγένειαν dicit. Cleanth. in Jov. 4. ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν. Unde Apostolus Actor. XVII. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, quod plane ita est in Arati Phaenom. v. 5. *Mr.*

Cum de natura omni *quaeritur, disputari solet: et nimirum* ita *sunt* ut disputantur] *Victorius* edidit, *de natura hominis*, et ita dat *Car. Stephani* vetus, ac ita legendum; nam de sola hominis natura nunc agit *Cicero*, Paris. autem et Reg. exhibent *et nimirum* ista *sunt ut* disputatur. Ac *ista*, non *ita*, dant omnes nostri. Totum igitur locum sic refinge, *cum de natura* hominis *quaeritur, disputari solet* (*et nimirum* ista *sunt ut* disputatur) *perpetuis cursibus* etc. Quod autem *Gruterus*, transposita syllaba, legat, *et mirum ni ita sunt ut disputantur:* fallitur. Dav.

Cum de natura omni quaeritur] Restituimus lectionem librorum omnium, quam sine idonea ratione mutavit Dav. in *hominis* praecedente etiam Sturmio, cum Vict.; nam *natura omnis* est i. q. natura in universum v. universe spectata. Hülsem. vult *hominis*, cum de sola hominis natura? sermo sit. Nos consentientes habemus Goer. Wagn. Sch., idemque jam sentiebat Ern. Ceterum variat h. l. lectio. In Codd. Cr. W. et H. est *quaeruntur*, et ita etiam in Copp. Victt. b. tum in iisdem *solent*, omisso, quod sequitur *et*, in Cod. denique H. *ita* legitur pro *ista* et Cod. M. habet: *disputari solet nimirum ista sunt ut disputatur.* Sed de hujus parentheseos lectione in proxima nota videbimus. *Mr.*

Disputari solent nimirum ista] Vetus liber Maffaei habet, *disputari solet nimirum ista.* Unde mihi orta conjectura est *nimirum ista* glossam fuisse, eamque omnino esse inducendam: quod tamen prius non adducar ut faciam, quam id mihi per antiquos libros licere perspiciam. P. Manuc.

Ibid. *Disputari solent ista, et nimirum ita sunt, ut disputantur*] Sic habet codex Memmianus: nisi quod deest vox *ista*, et copulatio *et*. Lamb.

Ibid. *Disputari solet* (*et nimirum ita sunt ut disputantur*) *perpetuis* etc.] Ita fere Mss. nostri, editique a Turnebo et Victorio et Lambino. Forsan omnia planiora essent, si transposita syllaba legeretur. *et mirum ni ita sunt, ut disputantur.* Vulgata lectio solum habet, *disputari solent, nimirum ista: perpetuis.* cui adhaesit Aldus Nepos. Grut.

§. 24. *Disputari solet* (*et nimirum — disputantur*) De lectione Codd. nostrorum monuimus. Fluctuant item Edd. In Asc. 1. et 2. est: *disputari solent nimirum ista: perp.* et ita Edd. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Sturm. Gothofr. Brut. In Ed. Paris. *disputari solent, nimirum ita sunt, ut disputantur;* in Ed. Comm. *disputari solent nimirum ista, sicut disputant.* Hanc lectionem Turnebus in Comm., quem huic editioni subjunximus, probam censet; in priore commentario commendabat lectionem Ascensii. Ern. *ita* dedit, sed nihil referre dixit, utrum *ita* legas, an *ista.* Wagnerus cum Ascensianis facit, *nimirum* in re fabulosa ironice dictum existimans.

sum in terras atque satum, divino auctum sit animorum munere: cumque alia, quibus cohaererent homines, e mortali genere sumpserint, quae fragilia essent et caduca; animum esse ingeneratum a Deo.

Ceterum hunc locum et interpretatione impeditum nec aliqua emendatione sanandum censet. Lectio *ista* nobis cum Goer. efficacior videtur. Idem in Ed. min. ad verba in parenthesi posita: »Noli hanc »loquendi rationem, auctori so»lemnem, in glossa ponere.« Wytt. vero de toto hoc loco ita disputat: Philosophi cum quaerunt de universa (omni) rerum natura, disputare solent, quandam maturitatem serendi generis humani exstitisse perpetuis cursibus et conversionibus coelestibus, i. e. corporum coelestium, solis, lunae, astrorum. Illa verba (*et nimirum ita sunt, ut disputantur*) non sunt Ciceronis, sed annotatoris veteris, qui haec in margine posuerat, unde descriptor in contextum intulit. — Ad eam se partem Schützius quoque inclinat. Ego dudum in adversariis meis haec adnotavi: Recte viderunt interpretes, haec Ciceronem, ut Academicum, *κατηγορικῶς* dicere non potuisse. Sed quod inde efficere voluerunt, glossam videlicet esse ista verba, mihi non magis quam Goerenzio probarunt. Quam vero Goerenzius attulit interpretationem, ut sit i. q. *ita proponam, ut disseri solent*, vereor, ut ea sententia commode in his verbis inesse possit. Nam quod ait, differentiam esse inter *nimirum sunt ista*, quod Ciceronem dicere potuisse negat, et inter *nimirum ista sunt*, quod sensum, quem dixi, habere posse existimat, vix credo cuiquam, ut certum, persuadebit. Ceterum servari posse credo parenthesin istam, modo ex librorum vestigiis ad Goerenzii sensum ita corrigas: *et nimirum, ni ista sunt*, [certe] *ita disputantur*, vel brevius: *et nimirum ita ista disputantur.* — Nunc, si quis Wytt. et Schützii partibus se applicuerit, me non admodum adversantem habebit, quamquam conjecturae meae nondum plane poenitet. *Mr.*

Cursibus conversionibusque caelestibus] Ita scripsimus cum Schützio pro *conversionibus*. Particulam *que* desiderabant etiam Goer. et Ern. eamque addere, vel potius scribere *et conv.*, volebat Wagnerus, sed operas inobedientes habuit. In eandem sententiam abit W. qui ita in scholis: Addenda est particula *que* cum Ernesto. Sententiam Ciceronis compilavit Lactantius Inst. div. II. 11. et perperam ad Epicureorum opinionem refert. At haec de hominis creatione sententia est partim Stoica, partim Platonica, eandemque secutus est Ovid. Metam. I. 76. quem imitatur Oppianus de Piscat. V. 4. sq. *Ἀλλά τις ἀτρεκέως ἰκέλην μακάρεσσι γενέθλην, Ἀνθρώπους, ἀνέφυσε, χερείονα δ'ὤπασεν ἀλκήν.* Tum vero Manilius Astronom. II. 105—108. *Quis dubitet post haec hominem conjungere coelo* etc. Goer. *cursus* de planetis, *conversiones* de reliquarum stellarum cum ipso coelo motu intelligi vult. Bene. Sed mihi vox *cursibus* aliquantum suspecta est, tum ob omissam in omnibus libris conjunctionis particulam, tum quia non est apud Lactantium. Minus bene Hülsem. vocem *conversionibus* pro glossemate Epitomatoris, quem commentus est, habuit. Mox Cod. Cr. *estitisse* pro *exstitisse*. *Mr.*

Quandam maturitatem] Sic recte dedit *Victorius* nec aliter Paris. et Reg. *Lactantius* Div. Inst. lib. II.

Ex quo vere vel agnatio nobis cum caelestibus, vel genus, vel stirps appellari potest. Itaque ex tot generibus nullum est animal, praeter hominem, quod

cap. XI. 1. *Aiunt certis conversionibus caeli et astrorum motibus* MATURITATEM *quandam extitisse animalium serendorum.* Plurimi codices editi scriptique *quandam materiem* stolide repraesentant. Dav.

Quandam maturitatem] Probam lectionem *maturitatem* habent nostri Codd. H. et M. et Copp. Victt. b.; idem Cod. Cr. in margine, sed in eodem scribitur *ferendi* pro *serendi. Maturitatem* est etiam in Edd. Paris. et Lamb. *Mr.*

Sparsum in terras atque satum] Sic Mss. *aut factum.* Lambini editio, qua usus Gulielmius, habebat *senatum.* unde ipse fingebat, *atque enatum.* et vero conjectura orta a sphalmate typographo, minime est inepta. Grut.

Sparsum in terras atque satum] Pro *satum* est *factum* in Cod. H. *fetum* in Cod. M. quod sine dubio voluit etiam scriptor Codicis H., qui reperisse videtur in libro suo *faetum* v. *foetum.* In Copp. Victt. b. est *atque ut factum.* Ad verba *divino auctum sit animorum munere* vid. Passerat. ad Catullum p. 57. *Mr.*

Cumque alia, quibus cohaerent homines, e mortali] secutus sum editionem Turnebi, ut etiam fecit Aldus Nepos et Lambinus, qui ipsam alioquin semper arripit. Vulgata; *nam quod aliquibus coh.* etc. *sumserunt* etc. *animum esse ingeneratum.* Victorius et Sturm. exhibent: *quanquam alia quibus coh.* etc. ut vulgata. Pal. quart. accedit scripturae communi. at quart. a manu prima solum agnoscit: *quanquam alia quibus cohaerent homines e mortali genere* et deo. ex quo etc. Grut.

Cumque *alia, quibus cohaerent*] Paris. Reg. Balliol. Ascens. et Ven. 1471. *quamquam alia, quibus cohaerent.* Sic etiam *Victorius* edidit, et sic habent *Car. Stephani* vetus et Pal. unus. Ast alter, Eliens. Med. Harleian. pr. sec. et editio pervetus, *nam quod aliquibus cohaerent. Cicero* scriptum reliquit, *nam cum alia, quibus cohaerent* etc. Veteres *quom* scribebant; et hoc in *quod* facile transiit. Dav.

Cumque alia, quibus cohaererent] Ita ex libris nostris MSS. Cr. et W. cum Goer. scripsimus, quia imperfectum contextui magis convenit. Volebat idem dare Schützius, ut ex nota videmus; sed saepissime in ejus editione leges in notis: ita correxi, neque tamen locum correctum reperies. Prima verba *cumque alia, quibus* ad editionem Turnebi, Aldi Nepotis et Lambini exhibemus, sensu flagitante, libris certe fere omnibus repugnantibus, nisi quod proba lectio exstat in Cod. H. Sed Codd. Cr. et W. habent *nam quod aliquibus,* ut Copp. Victt. b. et Edd. Asc. 1. Car. Steph. (in textu), Ald. Crat. et Herw. (utraque in marg.) Gothofr. Brut.; *quamquam alia, quibus* est in Cod. M., Edd. Paris. Crat. Herw. Asc. 2. Car. Steph. (in varr. lectt.) Sturm. — Schefferus ad h. l. ita: *Cumque alia, quibus cohaerent:* »Haec »mihi valde sunt suspecta, nec »leguntur eodem modo in MSS. »Sane non cohaerent *alia, quibus* »*cohaerent*, et *quae fragilia es-* »*sent.* [Sensit Sch. tempora non »convenire.] Existimo scripsisse »Tullium: *divino auctum sit* »*animorum munere, cumque ali-* »*quibus cohaerent homines, e* »*mortali genere sumserit*, quae

habeat notitiam aliquam Dei: ipsisque in hominibus p. 161. a. nulla gens est, neque tam mansueta, neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum de-

»*fragilia essent*. Illud *sumserit* »refero ad superius, *quod spar*»*sum in terras — auctum sit*. Ho»mines dicuntur cohaerere ali»quibus, quia non ex uno gene»re, sed diversis, anima videlicet »et corpore, componuntur.« — Sed malo vulgatam servare lectionem, quae, recte intellecta, praestat et huic et ceteris. Vid. Ern. Clav. Cic. v. *cohaerere* et annott. ad Cic. de N. D. II. 32. p. 339. ed. Cr. et nostr. Pro *fragilia* in Copp. Victt. b. est *flagitia*. *Mr.*

Animum esse ingeneratum] Vulgo *animum* tamen *esse ingeneratum*. Illam vero voculam non agnoscunt Codices, aut editi vetustiores. DAV.

Animum esse ingeneratum] Vocem *tamen*, quam, praeter Ed. Comm., nullus ex nostris libris vett. exhibet, licet ab Ern. Goer. Wagn. et Schützio receptam, recipere nolui, cum locus absque ea intelligi possit. In marg. Edd. Lamb. et Gothofr. est *animam tamen Mr.*

Vel genus *vel stirps*] Victorius, *gens*, sicque editi a Turnebo: quanquam hic non neget: in Mss. haerere alterum; quod et in pall. GRUTER.

Ibid. *Vel* genus, *vel stirps* adpellari *potest*] In editis *Victorii Turnebique* legitur *gens*. Contra quam jubent MSSti; nec erat cur eorum fidem ratam non haberent. De gente, genere, et stirpe vide *Car. Sigonium* ad *Livii* IV. 1. Sed aliud est quod monitum velim. Nimirum nullo modo placet illud *adpellari*. Forsan legendum, *ex quo vere vel agnatio nobis cum caelestibus*, *vel genus*, *vel stirps* ADROGARI *potest*, hoc est, adsumi, vendicari. Ob hanc agnationem Jupiter ὁμόγνιος dictus est, ut ait *Dion. Chrysostomus* Orat. I. p. 8. DAV.

Vel genus vel stirps appellari potest.] Nobis quoque servanda visa est vox *genus*, cum *gens* nonnisi in Edd. Comm. et Par., nescio unde, compareat. Est sine dubio correctoris, qui *genus* eodem sensu dici non crederet. Pro *stirps* est *stirpis* in Copp. Victt. b. *Mr.* Est h. l. dictionis genus exquisitum: *nobis appellari potest agnatio* pro: est aliquid in nobis, quod vocari possit agnatio cum diis. Igitur Davisius perperam corrigere tentavit ita, ut pro *appellari* legatur *adrogari*. cf. Wopkens. Lectt. Tull. p. 91. *W.* De simili usu verbi καλεῖν vid. Wyttenb. ad Platon. Phaedon. p. 285. et ad Plutarch. II. p. 901. *Cr. stirpis* pro stirps est in Cod. H. Ad constructionem *nullum est — quod habeat* vid. Goer. ad de Fin. I. 20. p. 99. inprimis autem ad Acadd. II. 22. 70. Heind. ad Cic. de N. D. II. 32. p. 195. Bentl. ad Hor. Sat. II. 11. *Mr.*

Nullum est animal etc.] Huc respicit *Lactantius* Div. Inst. lib. VII. cap. IX. 10. et de Ira Dei cap. VII. 6. DAV.

Ipsisque in hominibus] Hoc loco a commentatoribus nullam lectionis diversitatem adnotatam esse, valde miror; est enim satis magna. A Codd. Cr. et W. haec verba plane absunt, in Cod. H. erant scripta, sed postea erasa ac deleta sunt. In Cod. M. et Ed. Asc. 1. est: *De ipsis, Quinte, hominibus;* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ald. legitur: *de ipsis quidem hominibus;* in Edd. Brut. et Gothofr. *de ipsisque hominibus.* Tantummodo Edd. Car. Steph. Paris. Sturm. et Commelin. habent,

25. ceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur illud, ut is agnoscat Deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur ac noscat. Iam vero virtus eadem in ho-

uti nos exhibuimus cum Dav. Ern. et reliquis. Goer. tantum lectionem Ed. Crat., quasi solam a vulgata recedentem, enotavit. *Mr.*

Nulla gens est neque tam inmansueta *neque tam fera*] Inter se non opponuntur *inmansuetum* et *ferum*, sed idem prorsus denotant. Legendum; *nulla gens est neque tam* mansueta *neque tam fera;* nec aliter exhibent *Lactantii* Codices Div. Inst. lib. III. cap. X. 7. Hinc fit, ut apud scriptores Deus a Barbaris et Graecis, in quos divisum fuit humanum genus, agnoscis perhibeatur. *Plato* de Legg. lib. X. cap. 3. *Πάντες Ἕλληνές τε καὶ Βάρβαροι νομίζουσιν εἶναι θεούς.* *Dion. Chrysostomus* Orat. XII. p. 201. *Περὶ δὲ θεῶν τῆς τε καθόλου φύσεως καὶ μάλιστα τοῦ πάντων ἡγεμόνος πρῶτον μὲν καὶ ἐν πρώτοις δόξα καὶ ἐπίνοια κοινὴ τοῦ ξύμπαντος ἀνθρωπίνου γένους ὁμοίως μὲν ἙΛΛΗΝΩΝ, ὁμοίως δὲ ΒΑΡΒΑΡΩΝ* etc. *Sextus Empiricus* advs. Mathem. IX. 61. *Ἀπὸ δὲ τῆς κοινῆς ἘΝΝΟΙΑΣ λέγοντες, ὡς ἅπαντες ἄνθρωποι σχεδὸν ἝΛΛΗΝΕΣ τε καὶ ΒΑΡΒΑΡΟΙ νομίζουσιν εἶναι τὸ θεῖον.* Praeter *Artemidorum*, *Plutarchum*, *Maximum* Tyrium aliosque, quos laudat Cl. *Fabricius* Bibl. Antiq. cap. VIII. §. 3. et de Verit. Relig. Christ. cap. VIII. §. 4. vide sis *Arnobium* lib. II. pag. 67. et *Eusebium* Eccles. Theol. lib. I. cap. XX. 3. Dav.

Nulla gens est neque tam mansueta] Dedimus cum Dav. Goer. et Sch. lectionem Lactantii, loco a Dav. laudato, neque vero ideo, quia duo ejusdem fere significationis vocabula verbo *neque* conjungi, vel potius sejungi, non posse putemus, vel quia plane idem significare existimemus *immansuetus* et *ferus*, quae sunt rationes Goerenzii; opponuntur enim admodum similia illo vocabulo, v. c. Parad. I. 1. *nec expletur unquam, nec satiatur;* Offic. III. 8. *nec tetrius, nec foedius;* de Univ. 3. *neque redargui, neque convinci;* quos locos laudavit Ochsnerus in nova Eclogarum Ciceronis, ab Oliveto quondam editarum, editione p. 18. ad defendendam nostro loco vulgatam; aliquid etiam gradationis esse inter *immansuetus* et *ferus* cum eodem et Wagnero contra Goerenzium contendimus. Sed illud potissimum nos movet, quod non tantum *neque* repetitur, ut in illis locis, sed etiam particula *tam;* unde patet, Ciceronem re vera haec duo vocabula sibi invicem graviter, neque vero tantum gradatione quadam levi, opponere voluisse. Accedit, quod illud *in* facile ex litera praecedentis vocabuli *tam* oriri potuit, et quod ipse Cicero simili plane oppositione de Divin. I. 1. 2. usus est: *Gentem — nullam* video, *neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem tamque barbaram, quae* etc. quem locum commode laudavit Goer. Hülsem. lectionem *immansueta* veram esse existimabat cujus glossam *fera* Epitomator, quem somniat, de suo addiderit. Ad rem adde Platon. de Legg. X. 3. p. 886. a Steph. unde sua hauserunt Dio et Sext. Empir., quorum locos excitavit Dav. Cf. Ernesti Init. doctr. solid. p. 258. sqq., quem librum, hodie a nostratibus fere neglectum, apud exteros merito magni aestimari vidimus. In Cod. M. legitur in seqq.: quae non etiam *aliquam de ipis* si ign. *Mr.*

mine ac Deo est, neque alio ullo ingenio praeterea. Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta et ad summum perducta natura. Est igitur homini cum Deo similitudo. Quod cum ita sit, quae tandem esse

Qualem habere Deum *deceat*] *Lactantiani* Codices III. 10. *Deum haberi.* Legas tamen oportet *habere*, prout apud nostrum dant omnes libri. Dav.

Ut is agnoscat deum] Turnebus de ingenio edidit, *ut is se agnoscat deum*, quod tale quid requireret sententiae nexus. idque statim etiam intulit suis Lambinus. Mss. nostri nihil variant, nisi quod S. Victoris respuat illud *is*. Grut.

Ib. *Is agnoscat Deum*] *Turnebus* rescripsit. *ut is* se *agnoscat Deum.* Frustra vero fuit vir ille doctus: mens enim loci non postulat ut *reciprocum pronomen* addatur; nec id agnoscunt vel Codices vel ipse *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. X. 8. Dav.

§. 25. *Ut is agnoscat deum*] In Cod. H. legitur: *ut his. Deum*, quod deletum et postea restitutum est. Turnebi lectionem merito non curaverunt editores recentiores, jam a Bruto rejectam. Ed. Asc. 1. habet *ut is ignoscat deum.* Tum Cod. M. *quo inde* pro *qui unde. Mr.*

Ac noscat] Paris. Reg. et Ven. 1471. *cognoscat.* Balliol. *et agnoscat;* ac ita *Victorius* edidit. Harleian. pr. sec. Med. et editio pervetus *agnoscat.* Nimirum ea vox e superiore versu perperam fuit repetita; nec aliquid hujusmodi legit *Lactantius* Div. Inst. III. 10. Hinc tamen nata est recepta lectio, cui Codices non favent. Igitur binis illis voculis, utpote delendis, uncinos circumdedimus. Dav.

Ac noscat] Ita Edd. Crat. Herw. Ald. Gothofr. et Brut. In Codd. nostris est *agnoscat*, sine *ac;* in Edd. Car. Steph. et Sturm. est *ac agnoscat;* in Edd. Ascc. et Cod. M. *cognoscat* (sine *ac*); in Edd. Paris. et Commel. *et agnoscat.* Uncinis vero cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. liberavimus illas voces, neque vero cum Schützio mallemus *ac recognoscat. Mr.*

Virtus eadem in homine ac Deo est] Est a Stoicis; hi enim philosophi statuerunt εἶναι τὴν αὐτὴν ἈΡΕΤΗΝ καὶ ἀλήθειαν ἀνδρὸς καὶ θεοῦ. Verba sunt *Themistii* Orat. II. pag. 27. Idem testatur etiam *Proclus* in Timaeum lib. II. pag. 106. *Οἱ δὲ*, inquit, ἀπὸ τῆς στόας καὶ τὴν αὐτὴν ἈΡΕΤΗΝ εἶναι θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰρήκασι. Vide sis *Origenem* in Celsum lib. VI. p. 309. et *Senecam* de Provid. cap. 1. Dav.

Virtus eadem in homine ac deo est] Ita dicitur, non quod par et aequalis in utroque sit genere virtus, sed quod similis sit. Virtus enim est et in homine et in Deo perfectio naturae et quidem intelligentis. *W.*

Neque ullo alio ingenio *praeterea*] Legendum monuimus ad Epit. *Lactantianae* cap. XLVIII. *neque ullo alio* in genere *praeterea;* nec sententiam mutamus. Eodem modo Graeci *φῦλον* adhibent. Vide *Xenophontem* Memor. lib. I. cap. IV. 13. Dav.

Neque alio ullo ingenio] Pro *ullo alio* scripsimus cum Goer. ex Ciceronis more *alio ullo*, quod est in Codd. W. H. et M. itemque in Edd. Paris. et Commel. Idem volebat etiam Rathius. Davisii conjecturae *in genere* pro *ingenio* calculum suum adjecit Engelbr. l. c. p. 33., in quo nos quoque adsentientes habet, ita tamen, ut corrigere non audeam, verens, ne ipsum Ciceronem corrigam. Quae

potest propior certiorve cognatio? Itaque ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata videantur: nec

vero Goer. ad defendendam vulgatam scriptionem affert, *ingenium* dici de propria cujusque rei natura v. c. *ingenium soli, loci, herbarum;* in eo non animadvertit, vocem illam hoc sensu non sine genitivo, vel addito vel intellecto, poni solere, ut significet idem fere quod *natura* (*ein Wesen*). Hülsem. et *ingenio* et *in genere* in glossis ponit, scribique vult neque *in ullo alio, praeterea.* Abjicere certe debuit distinctionem minorem. Davisii rationem commendat etiam repetitum *in. Cr.* — Post haec Cod. H. *praetereas* pro *praeterea,* omisso, quod sequitur, *est* et vocula *quam;* in eodem pro *perfecta* legitur *perfecto.* Voces *est* et *quam* desunt etiam in Cod. M. *Mr.*

Propior *certiorve cognatio*] Ita pal. tert. nam quart. et Fabr. prior, non male. ceteri, *proprior.* Grut.

Ibid. Prior *certiorve cognatio*] Vulgo *propior:* alii *proprior:* sed in Paris. Reg. Pal. quart. et Fabric. est *prior certiorve cognatio;* quod recepi. *Prior* est potior, melior, praestantior. *Horatius* lib. II. Serm. VII. 19.

— *Tanto levius miser ac* prior *illo*
Qui jam contento, jam laxo fune laborat.

Sic enim cum viris doctis lego. Ac lib. I. Epist. I. 88.

Nil ait esse prius, *melius nil caelibe vita.*

Vide et Epp. I. II. 55. ac *Servium* in Aen. XI. 292. Hanc *Hierocles* in Aur. Carm. V. p. 48. τὴν ἄνω συγγένειαν vocat. Dav.

Esse potest propior certiorve cognatio?] Scripsimus cum Goer. et Sch. *esse potest* pro *potest esse,* ut vox *esse* sonum habeat; et ita est in Codd. Cr. W. H. in Edd. Paris. et Commel. Post haec dedimus *propior,* ut est in nostris Codd. MSS. et in Edd. Car. Steph. Ald. Asc. 2. Crat. Herw. Brut. Sturm. *priore certiorne cognitio* est in Cod. M. *Proprior,* quod immerito probaturum fuisse se ait Goer., si usitatum esset, habent Edd. Asc. 1. Par. Gothofr. et Commel. *Mr.* De ea forma vid. Seyfert. Gramm. §. 1551. Ad rem cf. Cic. Paradox. III. 1. Senecae Epist. LVI. et CXX. Cic. de Fin. III. 20. *Igitur nulla nobis cum brutis juris necessitudo.* Institut. Justinian. §. 1. de J. N. G. et C. ubi a Stoica philosophia repetitur haec sententia, obloquente Engelbronnero l. c. p. 53. *Cr.*

Itaque ad hominum commoditates] Vocem *ad* omittit Cod. W.; in Cod. Cr. scribitur *comoditates,* mox ibid. *largita ut quae* omissis vocibus *est* et *ea:* quarum posteriorem omittit etiam Cod. W. Consimilem huic locum vid. de Off. I. 7. 22. ubi cf. Beier. p. 51. Hunc de providentia locum tractaverat Chrysippus in libro περὶ προνοίας. cf. praecipue Cic. de N. D. II. 62. 63. p. 468. sqq. nostr. et Cr. Ed. ubi vid. annot. — Pro *nec* Cod. Cr. in contextu habet *non,* sed *nec* in marg.; in eodem scribitur *bacchis,* in Cod. W. *baccis,* in Cod. H. recte *bacis,* ut in Edd. Ald. et Gothofr. Vid. Grotefend. Lat. Gr. T. II. §. 142. coll. Noltenii Lex. Antibarb. Part. Orthogr. v. *Bacca. Usum* et *fructum* distinguit Turnebus. Conf. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. I. 9. p. 76. *Mr.*

Quod *perspicuum sit*] Lege *quas*

solum ea, quae frugibus atque bacis terrae fetu profunduntur, sed etiam pecudes; quod perspicuum sit, partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Artes vero innu- 26.

perspicuum sit: ad *pecudes* enim refertur *pronomen* et alia ratione non constat Latinitas. Dav.

Quod perspicuum sit] Haec mihi non magis, quam Ernesto probantur, qui non tantum pro *quod* voluit *quo*, ut Goer. ait, sed etiam *fit* pro *sit*. Ita certe nemo offenderet. Ego quidem neque cum Wagn. *quod* pro *ita ut*, neque cum Goer. pro *ita ut hoc* dictum existimo, cujus quidem usus exempla exstare dixit, neque tamen vel unum protulit. Wagn. autem, qui ex Corn. Nep. Att. 18. adfert: *quod vix credendum sit*, in ea re rationem grammaticam parum perspexit. Est enim ibi pronomen relativum, non ad unum quoddam vocabulum, sed ad totam enunciationem pertinens, et Accusativus Graecus s. absolutus pro *qua in re*. Sed cum in Cod. Cr. pro *quod* reperissem *quidem*, et cogitarem, nulla vocabula facilius inter se permutari saepiusque, quam *sit* et *fit;* conjeci: *quo quidem perspicuum fit*. Rathius pro *quod* conjecit *quum*. Ad rem, sed in contrariam partem cf. Cic. de Rep. III. 11. p. 237. sq. — Ad verba *docente natura* vid. Cic. Orat. c. 55. 183. de Orat. III. 51. 197. Plutarch. de Sollertia animal. p. 974. Cod. M. *quasi imitata —necessitas solenter*. Vocabulum *sollerter* minus bene scribitur simplici *l* in nostris libris. *Solertia* vero est in Edd. Paris. et Commel., quae videtur esse lectio Turnebi, cum utrique editioni Turnebi commentarius sit adjunctus. Neque tamen ille aliquid de lectione monuit. *Mr.*

Sed et *sensus*] Ita Codices nec aliter *Victorius* edidit. Vulgo *etiam*. Dav.

§. 26. *Sed etiam sensus*] Restituimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. usitatum Ciceroni hoc sensu vocabulum, quamquam nostri quoque Codd. MSS. in lectione *et* conspirent. *Etiam* est in Edd. Asc. Ald. Car. Steph. Crat. Herw. Brut. Sturm. et Comm. *Mr.*

Rerum plurimarum et obscurarum necessarias intelligentias] Haec est emendatio Wyttenbachii, quam in tanta librorum et scriptorum et editorum discordia, ut simplicissimam, amplexi sumus. Varias editorum sententias usque ad Davisium vide in notis sequentibus. Nos, quae addenda sunt, deinceps exponemus. In Codd. Cr. et W. est: *rerum plurimarum obscura nec satis intelligenda;* in Copp. Victt. b. et Cod. H. *r. pl. obscuras nec satis intellegendas;* in Cod. M. *r. pl. obscurarum necessitas.* Ed. Asc. 1. *rerum pl. obscurarum necessarias intelligentias* uti volebat Dav. et dedit Ern. Edd. Ald. Asc. 2. Car. Steph. Crat. Herw. Gothofr. Brut. et Sturm. habent: *r. pl. obscuras et necessarias intelligentias*, ut dedit Dav. voluitque, ut videtur, Wagn., quamquam in contextu Ernestinam lectionem servavit. Edd. Paris. et Comm. habent *r. pl. obscuras nec satis intelligentias.* Schefferus locum pro desperato habet, quamquam se aliquando conjecisse dicat *nec statas.* Pearcius, quorum consentit Rathius, correxit apud Olivetum, eumque secutus est Allemannus: *et rerum plurimarum obscuras nec satis enodatas intelligentias, quasi fundamenta quaedam scientiae.* Goerenzius dedit: *et rerum plurimarum obscuras necessarias intelligentias;* in qua lectione vix Ci-

merabiles repertae sunt, docente natura: quam imitata ratio, res ad vitam necessarias sollerter conse-
9. cuta est. Ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus

cero manum suam agnosceret, neque, credo, Goer. disputatione sua et exemplis omissae particulae *et* probavit, *obscuras necessarias intelligentias* latine dici posse. Idem (ex conjectura videlicet) in Ed. sua minore scripsit: *et r. pl. obscuras, nec satis [claras] intelligentias*, ubi Wytt. margini adpinxit: *necessariasque:* Schützius vocem *necessarias* temere irrepsisse arbitratur ex versu illo superiore: *res ad vitam necessarias*, deditque igitur: *et rerum pl. obscuras intelligentias;* conferens de Legg. I. 22. 59. *principio homines rerum omnium quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente conceperunt.* Haud incommode. Novissime attigit locum Beierus ad Cic. de Off. III. 19. 76. p. 325. qui ita: *Natura rerum plurimarum obscuras [necessarias.* In al. libris est *nec satis*, ut ex 22. 59. *illustratas* addi posse videatur] *intelligentias.* Et habet haec ratio, quo se commendet. In tanta scriptionis diversitate liceat etiam meam qualemcunque conjecturam addere, cui nec plus, nec minus, quam par est, tribuo: *et rerum plurimarum obscura, nec affatim intelligenda, enodavit quasi fundamenta* etc. Scripsi autem *enodavit* cum Goer. et aliis, cum jam dudum mihi suspectum fuisset illud ἅπαξ λεγόμενον *enudavit*, quod nunc jam Nizolio displicuisse video. Quod ad sensum a Davisio et Turnebo locus satis videtur explicatus. In primo Turnebi commentario, editioni Parisiensi 1538. adjecto, plane eandem vides lectionem, quam ex Wytt. scholis recepimus. Ita enim ille: »Legendum est, *rerum plurimarum et obscurarum necessarias* »*intelligentias enodavit.* Intelli»gentias vocat notiones cujusque »rei animo praesumptas et con»formationes insignitas et impres»sas. Cicero in Topicis notionem »quoque appellat, quam Graeci, »ut ait, ἔννοιαν et πρόληψιν [ad »illam πρόληψιν cf. praesertim Cic. »de N. D. I. 16. p. 73. ibiq. Davis. »et Cr. annott.] dicunt: eamque »ait esse insitam et ante praece»ptam cujusque formae cognitio»nem, enodationis indigentem. »Graeci etiam ἐπιβολὴν dicunt. »Hoc porro totum Platonicum »est. *Enodavit* autem veteres co»dices habent.« Habes integram notam, unde primum vides, quantopere auxerit postea commentarium suum Turnebus, cujus ultimam editionem infra adjunximus; deinde Platonicam imitationem a Turnebo in his libris fuisse quaesitam, quam opinionem postea abjecit. Illud *enodavit* in Edd. Sturm. et Commelin., cui plenior Turnebi Commentarius adjectus est, (neque tamen is, quem nos exhibemus,) in orationis seriem receptum est. *Mr.* Vir doctus in Miscell. Obss. III. 2. p. 125. legi vult: »*obscuras nec satis enoda*»*tas intelligentias inchoavit,* »additque: Per *enodatas intelli*»*gentias* intelliguntur *ideae inna*»*tae,* quae in mente inexplicite »manent, donec usus rationis eas »producat et in ordinem redigat. »Memini Ciceronem in Topicis c. »7. de *Notione* aut *Idea* loquen»tem dicere, quod sit *insita et* »*ante percepta cujusque formae* »*cognitio, enodationis indi*»*gens.* Hoc meam emendationem »confirmat.« In nota ibidem alius V. D. subjicit: »Possit propius

tanquam satellites adtribuit ac nuntios: et rerum plurimarum et obscurarum necessarias intelligentias enodavit, quasi fundamenta quaedam scientiae: figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano de-

»ad vestigia vocis *necessarias* »legi: *nec satis claras intelli-* »*gentias enudavit.*« Deinde pluribus interjectis ita pergit. »Huic »vero loco illustrando accommo- »data sunt, quae Gratius initio »Cynegetici (v. 2—7.) de arte »venandi canit, primo naturae in- »stinctu nudis viribus corporis »bella ferina gessisse homines, mox »rationem sociam sumsisse:

»Post alia propiore via, meliusque profecti
»Te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis.

»Ubi vide, quae notarunt viri »docti, et ubi *profecti* potuit fir- »mari ex modo laudatis Ciceronis »verbis (nimirum ex nostro libro »I. c. 9.): *et profecta ex iis, quo-* »*rum prima et inchoata intelli-* »*gentiae genera cognovit, confir-* »*mavit ipsa per se rationem et* »*perfecit.*« (Ut hunc locum scripsit V. D., in nullo legitur libro. *Mr.*) *Cr.*

Obscuras, nec satis apertas intelligentias] Vocem *apertas*, quae a librariis omissa fuerat, restitui. Nam sine dubio haec vox, vel similis aliqua deest: cum libri veteres habeant *obscuras nec satis intelligentias*, ubi vulgati habent *apertas necessarias.* Jam ubi omnes libri habent *enudavit*, ego *Aurati*, acerrimo ingenio summaque doctrina praediti, conjectura probata, *inchoavit* reposui. LAMB.

Ib. *Obscuras et necessarias intelligentias enudavit*] Retinui vulgatum. nam Victorius *obscuras nec satis intelligentias enudavit.* quomodo et Turnebus, nisi quod is *enodavit.* inventum etiam Gulielmio in Cod. S. Victoris; qui maluisset, *obscuras nec faciles intelligentias enucleavit.* Pall. et Fabr. *obscuratum necessarias intelligentias enudavit.* Gul. Canterus lib. I. Nov. lect. cap. 4. contentus vulgata lectione, solum mutat *nudavit* in *inchoavit.* quam emendationem transscribit Aurato Lambinus, qui praeterea suo more intulit in contextum hariolationem suam, *obscuras nec satis apertas intellig.* Scilicet hoc erat emendare Ciceronem, ad fidem codicum calamo exaratorum. GRUT.

Ibid. Obscuras et *necessarias intelligentias* enudavit] Locus est vexatus, et non minus ab interpretibus ac a Librariis male habitus. Eliens. Harleian. pr. Med. pro varia lectione et editio pervetus exhibent, *obscura nec satis intelligenda enudavit.* Victorius edidit, *obscuras nec satis* * *intelligentias enudavit:* unde *Gulielmius* legit, *obscuras nec faciles intelligentias enucleavit; Lambinus* autem, *obscuras nec satis* apertas *intelligentias* inchoavit. Et ultimam quidem vocem sic restituit *Gul. Canterus* Nov. Lect. lib. I. cap. 4. eaque conjectura multo probabilior est, quam vel *Turnebiana* vel *Gulielmiana.* Nam nec *enodavit* nec *enucleavit* illas res, quarum non claras et perfectas, sed obscuras tantum et *ἀτελεῖς* impressit *ἐννοίας.* Pall. Fabric. Paris. Reg. Baliol. Harleian. sec. et Ven. 1471. *Rerum plurimarum* obscuram *necessarias intelligentias* enudavit. Reponendum videtur, *rerum plurimarum obscurarum necessarias intelligentias* adumbravit. Noster infra cap. 22. *Quoniam principio rerum omnium quasi* ADUMBRATAS *intelligentias animo ac mente conceperit.* Et pro M. Caelio cap. 5. *Habuit enim ille — permulta muxumarum*

dit. Nam cum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad caelique, quasi cognationis domiciliique pristini, conspectum excitavit: tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus recon-

non expressa signa, *sed* ADUMBRATA, *virtutum.* Et hanc sane a Pictorum σκιαγραφίαις ductam metaphoram saepius adhibent scriptores. De re ipsa sic *Seneca* de Benef. lib. IV. cap. 6. *Deus est — qui — tot artes — commentus est. — Insita sunt nobis — omnium artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia.* Quem locum non recte cepit *Tertullianus* de Anima cap. 20. quod olim monuit *Lipsius* Phys. Stoic. III. 7. Obscurarum vero rerum intelligentias, quas adumbravit natura, *necessarias* vocat, ἐπείπερ τὸ μὲν παντὸς τοῦ ζητουμένου — ἔννοιαν δεῖν προηγεῖσθαι ὁμόλογόν ἐστι. *Πῶς γάρ τις καὶ ζητῆσαι δύναται, μηδεμίαν ἔννοιαν ἔχων τοῦ ζητουμένου πράγματος; οὔτε γὰρ ἐπιτυχὼν εἴσεται ὅτι ἐπέτυχεν, οὔτε ἀστοχήσας, ὅτι ἠστόχησεν.* Verba sunt *Sexti* Empirici contra Mathem. lib. VIII. §. 331. p. 522. Fabr. Et similis est ratiocinatio Menonis apud *Platonem* in Menon. p. 16. F. Hac igitur de re convenit inter philosophos; quamvis de ratione, qua fieret, dissiderent, et nomen προλήψεως Epicurus primus invenerit. Idem Sextus advs. Mathem. I. 57. *Οὔτε ζητεῖν οὔτε ἀπορεῖν ἐστι κατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίκουρον ἄνευ προλήψεως.* Eademque tradit lib. XI. §. 21. Vide sis etiam quae diximus ad lib. I. N. D. cap. 16. Dav.

Ceteras animantes] De hoc usu feminini vocis *animans*, ubi homines e regione ponuntur, vid. Schneider Formenl. der Lat. Spr. I. p. 126—128. In seqq. pro *ad caelique* in Cod. H. est *ad caeli*, itemque in Cod. W., ubi vero in marg. ab eadem manu additum est *que*. In Edd. Asc. 1. 2. Paris. Crat. Herw. et Commelin. est *et ad coeli.* Pro *formavit oris* in Cod. H. et Copp. Victt. b. legitur *forma altiori.* Cod. M. habet in praecedentibus *cognitionis*, hoc loco *speciem informavit.* Vocem *reconditas* duo libri non habent, eamque se non desiderare ait Goer., male eam abesse judicat Schützius, cum quo ego facio, illud *penitus reconditos* pro *vel penitus reconditos* v. *penitus etiam reconditos* positum censens. Edd. Crat. et Herw. *specimen* et in marg. *speciem. Mr.*

§. 27. *Nam et oculi nimis arguti*] Nihil muto in omnium librorum consensu; sed fateor hanc lectionem mihi satis suspectam esse. Wytt. quidem in scholis ita: *nimis* h. l. idem est, quod vehementer. Valde argutum est id, quod arguit, i. e. ostendit, significat. Igitur hi sunt oculi valde significantes et aliquam voluntatem aut inclinationem animi exprimentes. Conf. Cic. de Orat. III. 59. — Sed vereor, ut *nimis*, in hoc sermone tenui et sedato, poni possit pro *vehementer* et nostro *nur allzu sehr.* Toupius conjecit (Emendd. in Suid. et Hesych. T. IV. p. 5.) *limis arguti*, quod ne latinum quidem est. Schützius (Goer. enim nihil monet) conjecit *indices arguti*, quod ad sensum bene; neque vero facile aliquis dixerit, quo modo ex hac scriptione ea oriri potuerit, quae omnes libros occupat. Ego primum conjeceram: *nam et oculi, mimi sicuti;* sed desiderabam loca veterum, quibus vox *sicuti* secundo loco poneretur; neque enim satisfaciebat, quod est de Invent. II. 3. 8. *diversis sicuti familiis.* Excogitabam deinde hanc

ditos mores effingeret. Nam et oculi nimis arguti, 27.
quem ad modum animo affecti sumus, loquuntur, et
is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, b.
praeter hominem, potest, indicat: cujus vim Graeci
norunt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis. Neque enim omnia sunt hujus dis-

lectionem: *nam et oculi, mimi instar arguti*, collato eodem, quem contulit Wytt., loco. Denique, cum rursus ad hunc locum accederem, in mentem venit legere: *nam et oculi nimirum arguti;* et nunc, cum parvae editionis Goer. exemplum, quod fuit Wyttenbachii, manibus tero, video plane ita virum summum aliquando conjecisse, nam ad vocem *nimis* in margine adscriptum reperio *nimirum*. *Mr.*

Affecti sumus] Vulgo *simus*, contra quam jubent omnes MSSti simul ac editio *Victoriana*. DAV.

Affecti sumus] Ita etiam nostri Codd. MSS. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Paris. et placet sane in re, quae ut certa ponitur. Legas modo *quem ad modum* separatim, ut sit i. q. *ad quem modum* i. e. *plane ut*. In Cod. H. est *effecti sumus locuuntur*. Vocabulum *vultus* Cod. Cr. non habet, sed in glossis, quae per totum Codicem margini adscriptae sunt, ad hanc lineam legitur: *de vultu*. In eodem Cod. pro *esse* scribitur *est*. In Cod. W. post haec ita scriptum reperio: *esse hominem potest praeter indicat indicat* (repetita vox lineola subducta pro spuria declaratur) *morem* (sic). *quojus* etc. In Cod. M. est: *praeter hominem potest esse, judicat*. *Quojus* etiam scribitur in Cod. *Cr.* Vocem *mores* post *indicat* delevimus cum Goer. et Sch., ut ab annotatoris manu ortam et post verba superiora *mores effingeret*, male invectam. Vocem *omnino* omittunt Edd. Paris. et Sturm., neque ego eam admodum desiderarem. Mox Cod. W. habet *oportunitates*. *Mr*

Nomen omnino non habent.] Graecum quidem πρόσωπον *vultum* reddunt Latini. Vide *Servium* ad Aen. XII. 666. et *Gatakerum* ad *Antonini* lib. I. §. 8. Graecis tamen *Cicero* nomen esse negat, quo *vultus* exprimatur; quod πρόσωπον faciem proprie denotat, nec in se continet ullum voluntatis indicium. At vultus *et* facies *hoc distant*. Vultus *est* voluntas, *quae pro motu animi in facie ostenditur: facies ipsa oris species;* ut ait *Nonius* cap. 5. *Isidorus* Orig. lib. XI. cap. 1. Vultus *dictus, eo quod per eum* voluntas *ostenditur animi: secundum voluntatem enim in varios motus mutatur. Unde et differunt sibi utraque: nam* facies *simpliciter accipitur de uniuscujusque naturali aspectu;* vultus *autem animorum qualitates significat*. Vide et *Donatum* ad *Terentii* Andr. Act. I. Sc. I. 92. 93. Non tamen inficias eo, quin το ἦθος in hoc sensu dixerint Graeci. Adi sis *Is. Casaubonum* ad *Theophrasti* Char. VIII. p. 76. DAV.

Orationis vim] Engelbr. ad h. l. p. 34.: Orationem humanae societatis primum vinculum dicit Aristoteles L. I. Politicor. c. 2. λόγον δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. cf. Dio Chrysost. Orat. XII. De vultu v. Aristot. Physiogn. ed.

putationis ac temporis: et hunc locum satis, ut mihi videtur, in his libris, quos legistis, expressit Scipio. Nunc, quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse voluit, generavit et ornavit Deus; perspicuum sit illud, (ne omnia disserantur,) ipsam per se naturam longius progredi: quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum, ex prima et inchoata intelligentia, genera cognovit, confirmat ipsa per se

Franz. p. 38. et Polemon. Physiognom. ib. p. 248. Deinde dedimus cum Goer. et Sch. ex Codd. Cr. et H. Edd. Ascc. Par. Crat. Herw. Comm. et Sturm. *in his libris* pro *in iis libris*, ut solet in tali contextu Cicero. De hoc loco vid. A. Majus in Scholio, tertio Cic. de Rep. libro praemisso, p. 215. *Mr.*

Hunc locum — Scipio] Haec laudat *Lactantius* de Opif. Dei cap. I. 13. Dav.

Quod principium etc.] Putavi aliquando legendum, *quem principem*. Verumtamen nihil ausim mutare. Lamb.

Ib. *Quod principium reliquarum rerum esse voluit*] Pal. tert. aperte praefert, *quem* principem *reliq.* sed interpretis forsan est emblema, non auctoris. Grut.

Ibid. Quod principium *reliquarum rerum esse voluit*] Pal. tertius, *quem principem.* Commode quidem, quod ad sensum attinet; eaque emendatio *Lambino* venit in mentem. Sed cum singularis et propria sit haec illius Codicis lectio; forsan melius ad reliquorum ductum quam proxime reponatur, *cui principatum reliquarum rerum esse voluit.* Antiquitus enim *quoi* scribebant, et ejus vocis in *quod* facilis est transitus. Homo autem natus est, ut *dominari in cetera posset. Principatum* vero, non *principium*, lego, quod illud in hac potestate *Tullii* sit, alterum non item. Me tamen haud fugit apud sequioris aevi scriptores *principium* pro *principatu* sumi. Vide *Tertullianum* advs. Hermogenem cap. 19. et *Commodianum* Instr. lxxx. 2. Sic apud *Suetonium* in Calig. cap. 31. libri fere dant *Augusti principatum.* At Codex *Lipsio* memoratus ad *Taciti* Annal. I. 1. *principium* exhibebat. Haec eo non dixi, quod *principium* Tranquillo reddendum videretur, ut statuit vir ille doctissimus; sed ut has voces εὐμεταβόλους esse demonstrarem. Dav.

Quod principium reliquarum rerum esse voluit] Monet Goer. *quod* positum esse pro *ideo quod.* Wytt. ad h. l. explicandum haec posuit. In hac disputatione illud saltem teneamus: quoniam deus hominem generavit et ornavit et (quoniam) hanc ornationem generationemque voluit principium esse reliquarum rerum, ex qua homines reliquas res ipsi sibi acquirerent: hinc perspicuum sit illud, i. e. hoc a nobis teneatur, naturam ab hoc principio per se longius progredi. *Proficisci* in sqq. est initium facere. — Cod. M. *sumavit* pro *ornavit.* Voluit (ait Speng.) fortasse *firmavit.* Ante *ornavit* Rathius *ratione* excidisse credit. Ego vero Rathio hanc emendationem minime necessariam imprudenti excidisse credo. In Cod. H. verba *et perficit* inter lineam uncinis inclusa comparent. Tres Goerenzii Codd. exhibent: *confirmavit — perfecit. Mr.* Burmann. ad Sueton. Caligul. XXXI. p. 664.:

rationem et perficit. Att. Dii immortales, quam tu 10.
longe juris principia repetis! atque ita, ut ego non 28.
modo ad illa non properem, quae exspectabam a te de jure civili, sed facile patiar te hunc diem vel totum in isto sermone consumere. Sunt enim haec majora, quae aliorum causa fortasse complecteris, quam ipsa illa, quorum haec causa praeparantur. M. Sunt haec quidem magna, quae nunc breviter attin-

»Davisius ad Cic. de Legg. I. 9. »quum legeretur: nunc quoniam »hominem, quod principium reli»quarum rerum esse voluit, ge»neravit etc. mutat in *cui prin»cipatum.* Nimis temere. Ego co»dices, nisi plane absurdi quid »praeferant, non temere crimina»tione archaismi aut colore ali»cujus insolentiae, deserendos esse »existimo, sed quia hic (nimirum »in Suetonii loco) ambiguum sen»sum faceret *principium*, ac si »de initio imperii ageretur, *prin»cipatum* praefero.« *Cr.* In primo Commentario Turnebus, * Legendum est, ait, *quem principem reliquarum rerum esse voluit.* In eo; quem nos addi curavimus in alia omnia abit. Vir doctus in Bibl. Philol. Lips. 1779. T. I. prc. verba *principium reliquarum rerum* referendum esse ait ad *generavit et ornavit*, legendumque *volui* pro *voluit*, quia statim bis ponatur tertia persona, et sensus ita commodior prodeat. Ad rem cf. Cic. de Rep. I. 7. p. 23. ed. Stuttg. et Tub. *Mr.*

Confirmat *ipsa per se rationem et* perficit] Paris., et Reg. *confirmavit ipsa per se rationem et perfecit.* Quin et *confirmavit* in Balliol. legitur. Sed cum dixerat *ipsam per se naturam longius* PROGREDI; mihi placet recepta lectio: quae reliquis nititur MSStis. Dav. Cod. M. *confirmavit.* — *perfecit. Mr.*

§. 28. *Sed facile patiar te — consumere*] Goer. in duobus Codd. scriptum invenit *constituere*, idque a Cicerone profectum, *consumere* autem pro illius glossa habendum esse existimat, vel saltim haberi posse. *Constituere* enim saepe dici pro *ponere*, notissimum item esse *ponere tempus in aliqua re.* Utrumque viro clarissimo facile largior: sed quod inde efficere vult, non sequitur. Neque enim *ponere* eodem plane sensu de tempore dicitur, quo *consumere;* neque *constituere*, si pro *ponere* dicitur, unquam de tempore dictum reperies. — Paullo superius pro *ad illa non* in Cod. Cr. est *ad illam non;* in Cod. M. *quam tum longe — atque ista — ad illa nisi proprie*, et post haec *consumeres* pro *consumere. Mr.*

Quae aliorum causa — complecteris,] Pro *quae* in Cod. Cr. est scribendi compendium, quod aliis locis *quam* significat. *Complecti* h. l. idem est, quod mox dicitur *breviter attingere.* In seqq. ex usu Cic. cum Goer. scripsimus *doctorum hominum*, cum vulgo inverso ordine legantur haec vocabula; itaque est apud Lactant. VI. 15. 4. et in tribus Goer. Codd. Pro *praeparantur* Cod. M. habet *properantur*, et pro *disputatione* est *disputationem* in Cod. H. Cod. M. *servantur* pro *versantur. Docti viri* sunt Philosophi, ait Engelbr., ut lib. 3. de Orat. c. 15. Similiter Graeci, ante inventum Philosophiae nomen, sapientes vocabant λογίους. v. He-

guntur: sed omnium, quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intelligi, nos ad justitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutum esse jus. Id jam patebit, si hominum inter ipsos societatem
29. conjunctionemque perspexeris. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. Quod si depravatio consuetudinum, si

rodot. in prooemio: *οἱ λόγιοι Περσέων*. *Mr.*

Sed omnium — esse natos] Haec in testimonium vocat *Lactantius* Div. Inst. lib. VI. cap. 25. et de Ira Dei cap. 14. Dav.

Nos ad justitiam esse natos] Aristot. Polit. I. 2. *Ἄνθρωπος φύσει πολιτικόν ἐστι ζῶον*. De hac re et de diversitate legum apud diversos populos luculentus est locus Sexti Empirici adv. Math. II. p. 295. sqq. Pro *esse constitutum jus* scripsimus cum Goer. et Sch. *constitutum esse jus*, ut est in Cod. W. Copp. Victt. b. (ibid. mox *hominis* pro *hominum*) in Edd. Paris. Gothofr. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Commel. Verb. Ern. Wagn. — In Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *esse const. jus*. In Cod. H. *esse* legitur inter lineas; denique in Cod. Cr. pro *esse* legitur *est*. *Mr.*

Id jam patebit] Legendum fortasse *parebit*, id est, apparebit; vel *patebit* interpretemur apertum erit, patefiet; quod tutius est. Lamb.

Conjunctionemque perspexeris] Voculam *que* non habet Cod. H.; quae si etiam in pluribus libris desideraretur, perperam inde conjiceres, vocum *societatem* et *conjunctionem* alterutram esse spuriam. Utramque enim conjungere solet Cic. v. c. de Off. I. 5. 17. *ut et societas hominum conjunctioque servetur*. Pro *nihil* in Cod. H. est *ni;* errore ex scribendi compendio orto. In Cod. M. scribitur: *nihil enim unum est*. A Cod. W. verba *tam simile* absunt, neque vero magis in glossis censenda, quam quae modo attigimus. Vid. de N. Deor. II. 61. 153. *e quibus vita beata exsistit par et similis deorum*. In seqq. abest *omnes* post *quam* in Cod. Cr.; pro *consuetudinum* est *consuetudinem* in Cod. H. in eodem pro *opinionum* est *ne* supra scripto *um*. *Mr.*

Si opinionum varietas] Vulgo *vanitas*. At lectionem, quam recepimus, praestat Harleian. pr. Quin et sic edidere *Victorius* et *Turnebus;* ac ita legendum *εὐστόχως* conjecit vir praestantissimus *Joan. Clericus*. Infra cap. 17. *Sed perturbat nos* opinionum varietas *hominumque dissensio*. Res est manifesta. Dav.

§. 29. *Si opinionum vanitas*] Restituimus Ciceroni lectionem *vanitas*, quae, ut recte monet Goer., optime convenit verbo torquendi. Neque Ern. aliquid mutandum duxit, itemque Wagn. Omnes nostri libri, tam scripti, quam editi, excepta Ed. Comm., in lectione *vanitas* conspirant. *Mr.*

Quocunque coepisset] Lego *quocunque cupiisset*. Sic *opinionum varietate hominumque dissensione animos flecti, ut* volunt, dixit infra cap. 17. Dav.

Quocunque coepisset] Cod. H. *quoquunque*. Servavimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. lectionem coepisset, quod de conatu dicitur saepissime. Et lubet sane mirari

opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset; sui nemo ipse tam similis esset, quam omnes essent omnium: itaque quaecumque est hominis definitio, una in omnes valet. Quod argumenti satis est, nullam dissi- 30.
militudinem esse in genere; quae si esset, non una p. 162. a.
omnes definitio contineret. Etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam conjectura valemus, ar-

Davisii incuriam et emendandi libidinem, qui si illum, quem pro sua conjectura laudat, locum accurate inspexisset, de nostro loco emendando ne cogitare quidem potuisset. Sequens *ipse* abest a Cod. M. *Mr.*

Quam omnes sunt *omnium*] Penultimam vocem praetermittit *Lambinus;* nec ea sane Latinitati congruit. Mutanda tamen est, non delenda; nam legendum, *quam omnes* essent *omnium*, ut *Petr.* etiam *Ramus* suspicatus est. Hoc facile viderant Eruditi, si syllabarum repetitarum alteram saepius a Librariis omissam fuisse secum reputaverant. DAV.

Quam omnes essent omnium] Quod volebat Dav., nos fecimus cum Goer. et Sch. et ita est in Edd. Cratand. Herw. et Asc. 2. — Wagnerus cum Lamb. facit, cui favet Cod. Cr., ubi est *quam censunt*, quod ortum est ex scribendi compendio: *quam oẽs sunt*. In Cod. W. scribitur: *omnes sunt. Omnium itaque* etc. Ed. Asc. 2. habet *ita quaecunque. Mr.*

Hominis definitio,] Est hoc Stoicum decretum, homines esse inter se pares et similes, quia omnes homines una definitio complectatur. Qua de re diximus in nostris Animadversionibus ad Plutarchum de Defectu oraculorum p. 384. *W.* Pro *in omnes* Codd. W. et H. habent *in omnis*, Cod. Cr. *in homines.* De qua solenni permutatione v. Goer. ad Cic. de Fin. III. 19. 64. p. 394. *Mr.*

Quod argumenti *satis est.*] Eliens. Med. et Harleian. pr. exhibent, *quod* argumentum *satis est.* Latine quidem. *Lucretius* I. 24.

Tactus enim lethi satis *esset*
causa *profecto.*

Corn. Nepos Epam. cap. 4. *Abstinentiae erit hoc* satis testimonium. *Quinctilianus* Inst. Orat. XII. 11. pag. 759. *Jam nobis longa aetas et abunde* satis *ad discendum* spatia *viderentur.* Et quae sunt hujusmodi plura. Loquendi vero modus est a Graecis. *Aristophanes* Thesmoph. vs. 383. *Ἦν ἍΛΙΣ ἔσϑ' ἡμῖν ΣΧΟΛΗ. Euripides* Hecub. vs. 393. *ἍΛΙΣ. κόρης σῆς ΘΑΝΑΤΟΣ. Lucianus* in Cataplo Tom. I. pag. 425. *ἍΛΙΣ σοὶ αἱ ἐν οὐρανῷ παιδιαί.* Quin et cum Paris. et Reg. habeant, *quod argumenti est*, omissa voce penultima; rescribi possit *quod* argumento *est.* Alii tamen Codices vulgatam lectionem retinent, eaque per se non est incommoda. DAV.

§. 30. *Quod argumenti satis est,*] Noster quoque Cod. Cr. habet *argumentum.* Perperam. Pro *esse in* Cod. H. *esse et in. Mr.*

Quae *si esset*] Forsan *quia, si esset non una* etc. DAV.

Quae si esset,] Nescio, quid incommodi Dav. in hac lectione viderit; recteque Wagn. adnotavit, dictum hoc esse pro: *nam si haec esset.* Putidum esset, de hac re tritissima loqui, nisi Dav. in eadem lapsus esset. Post haec in Edd. Paris. et Commel. (ergo a Turnebo) est *omneis una.* In Copp.

gumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrinâ differens, discendi quidem facultate par. Nam et sensibus eadem omnia comprehenduntur; et ea, quae movent sensus, itidem movent omnium; quaeque in animis imprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intelligentiae, similiter in omnibus imprimuntur; interpresque est mentis oratio, verbis discrepans, senten-

Victt. b. Codd. Cr. W. et H. scribitur *omnis*. Cod. Cr. post hoc vocabulum exhibet *diffinitio* et Cod. H. *difinitio;* quod non notarem, nisi paullo superius uterque recte *definitio* exhiberet. *Mr.*

Ratio, qua una praestamus beluis,] Engelbr. l. c. p. 55. ad h. l. ita: Stoici rationem sic dividunt, ut sit vel ἐνδιάθετος vel προφορικὸς λόγος, id est ratio, quae vel *cogitat*, vel *cogitata enunciat.* Consule Porphyr. de Abstin. III. §. 2. p. 215. Rhoer. — Willet. ad Galeni Protr. p. 60. sq. Ast. ad Theol. Arithm. p. 189. Cod. M. *belue — conjecturam valeamus. Mr.* Cf. Procl. in Alcib. p. 286. ed. nostr. *Cr.*

Conficimus aliquid, concludimus] Cod. M. Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. pro *aliquid* exhibent *ac.* Goer. qui hanc lectionem ex Ed. Crat. enotavit, recte monet, neque *conficere* absque *aliquid* commode h. l. poni posse, neque etiam vocem *concludimus* in glossa esse judicandum. Sed admodum placet lectio Ed. Asc. 1., quae utrumque vocabulum ita conjungit: *conficimus aliquid ac concludimus,* quam ita veram censeo, ut vix me continuerim, quin eam in orationis seriem reciperem. *Mr.*

Discendi quidem facultate *par*] Haec lectio prorsus est absona. Harleian. sec. ab emendatrice manu, et editio pervetus habent, *discendi quidem facultas par.* Melius quidem; nam vel eo modo rescribendum, vel *facultates pares;* quod mallem. Dav.

Discendi quidem facultate par] Bene monet Sch., Davisium Ernestumque ideo pejorem lectionem *facultas* praetulisse, quia existimaverint *doctrina* esse nominativum, neque sextum casum hic requiri viderint. Omnes etiam nostri libri et MSS. et Edd. in proba lectione conspirant, quam defenderunt etiam Goer. et Wagn. itemque Rathius. Cod. M. omisso *sensus* habet *omnem.* Hülsemann. l. c. p. 56. conjecit *itidem movent animum* vel: *itidem movent animos omnium.* — Haud absone. Et facile poterant scripturae compendia aīos oīu sive permutari, sive negligi. Sed cum statim juxta ponantur *in animis imprimuntur — in omnibus imprimuntur*, opposita: *movent sensus — movent omnium* (sc. sensus) non debent offendere quemquam. — In seqq. cur Goer. nihil monens et contra omnium librorum auctoritatem in utraque editione dederit *de quibus antea dixi* pro *de quib. ante dixi*, non video. *Mr.*

Quaeque in animis imprimuntur inchoatae intelligentiae etc. Ex hoc intelligere licet in Topicis non admodum longe ab extremo, ubi legitur *et impressa intelligentia* etc. Lamb.

Verbis discrepans] Cod. H. *decrepans;* idem post *nec* deletam habet vocem *est*, quae abesse non potest. Cod. M. *mentibus oratio — discrepatis* et mox *illius*

tiis congruens. Nec est quisquam gentis ullius, qui 31.
ducem naturam nactus ad virtutem pervenire non
possit. Nec solum in rectis, sed etiam in pravi- 11.
tatibus, insignis est humani generis similitudo. Nam et voluptate capiuntur omnes: quae etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturali

pro *ullius*, inferius *venire* pro *pervenire*. In Copp. Victt. b. est *sententiisque congruens*. *Mr.*

Ducem naturam nactus] Sic omnes nostri. Cum vero *Lambinus* testetur in aliis exemplaribus legi, *ducem naturam secutus*: eam sane scripturam praetulerim: nam ducem naturam habent omnes; ei tamen omnes haud obtemperant. Receptae tamen lectioni propius accedas, si legas *ducem naturam* IMITATUS; ac ita scripsisse videtur *Cicero*. Vide *Senecam* Epist. XC. p. 409. DAV.

§. 31. *Ducem naturam nactus*] Ita quidem nostri libri omnes, et recte. Sed Wytt. ad marg. ed. Goer. min. ex Cod. MS. nescio quo eandem, quam Lamb. se invenisse testatur, lectionem *secutus* enotavit, quam merito glossam appellavit Goer. Quod autem Dav. conjecit *imitatus*, id nimirum est ingenio ludere. Participium *nactus* non esse intelligendum: *si nactus est*, sed: *quia* s. *quum nactus sit*, recte monet Wagn. In fine contra grammaticam rationem in Codd. Cr. W. et H. est *posset*. Edd. vett. recte possit. *Mr.*

C. 11. *Nec solum in rectis, sed etiam in* pravis actibus] Vulgo *pravitatibus*; et sic etiam dedere *Victorius* et *Lambinus*. Sed hoc *rectis* haud belle conjungitur. Nos igitur Paris. Reg. pro varia lectione, Med. Eliens. Harleian. pr. sec. Balliol. Ven. 1471. aliosque nonnullos veteres editos merito sequimur. DAV.

Nec solum in rectis, sed etiam in pravitatibus] Ita dedimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch., cum *pravis actibus*, quod plerosque libros occupat, sensui, qui huic loco inesse debet, non satis conveniat. Quamquam, ut fatear quod est, nondum plane sanitati restitutus videatur locus. Nam ut *pravitates*, graece ἀῤῥωστήματα, i. e. pravae et perversae animi adfectiones, bene se habeat, et commendetur etiam simili loco nostrorum librorum I. 19. 51. *an corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis?* — nondum tamen satisfacit illud *rectis*, substantive positum, oppositumque *pravitatibus*. Hanc lectionem habet Cod. Guelf. apud Ern. ex nostris Codd. unus Cod. M. et Copp. Victt. b. sed habent Edd. Car. Steph. Lamb. Paris. et Commel.; In Ed. Sturm. est *pravis actionibus*, quod latinitati magis conveniret, quam sensui. *Mr.* Ego nil mutaverim. Similiter ψεῦδος jungitur cum ἀληθές. Vid. Heindf. ad Plat. Cratyl. p. 11. et Procli Schol. p. 13. sq. Boiss. *Cr.* Vocem *etiam* non habet Cod. Cr. Pro *insignis* Edd. Crat. et Herw. in contextu habent *in singulis*, vulgatam vero lectionem in varr. lectt. A Cod. M. abest *est* et *similitudo*. Tum sequitur *nam ut*. Mox *omnis* pro *omnes* est in Cod. H. qui semper in scriptione ἀρχαΐζει. Quod non ultra monebimus. *Mr.*

Etsi est *illecebra*] Ita Codices: nam vulgo mediam voculam praetermittunt. DAV.

Etsi est illecebra] Vocem *est* omnes praestant libri nostri, et scripti et vett. editi; neque ea carere potest contextus. Quare non

bono; levitate etenim et suavitate delectans sic ab errore mentis, tamquam salutare aliquid, adsciscitur; similique inscitia mors fugitur, quasi dissolutio naturae: vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet: dolor in maximis malis ducitur, tum sua asperitate, tum quod naturae interitus videtur sequi:

video, qua ratione ducti eam omittere potuerint Ern. Wagn. et Sch. Cod. M. habet: *Quare si est. Mr.*

Habet quiddam simile naturalis boni] Vox *simile* erat in Pal. quart. et Fabr. nam S. Victoris, *simile naturali bono.* aeque bene, si non melius. vulgata, *habet quiddam naturalis bono.* sed ab ea seorsum abiere Victorius et Turnebus. Supra etiam edidi, eosdem libros virosque secutus, *pravitatibus*, pro quo vulgatiores, *pravis actibus.* Grut.

Habet quiddam simile naturali bono] Ita scripsimus cum Goer. et Sch. ex mente Davisii et Gruteri. Vocem *simile* praestat noster Cod. H. In Cod. M. legitur: *habet quidam simile ne alibro ne levitatis enim et suavitatis is enim et suavitate delectans sic* etc. Vocem *simile* cum Dativo habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; cum genitivo Edd. Paris. et Commel.; Genitivum solum Codd. Cr. et W. (hic tamen a prima manu habuit *naturali*) Copp. Victt. b. Edd. Ald. Brut. Sturm. — Graevius in nota MS. ad Ed. Commelin. adscripsit: vid. leg. *naturali bono.* Et recte quidem; est enim externa, neque vero interna, similitudo. *Mr.*

Ibid. *Habet quiddam simile naturalis boni: lenitate est enim et suavitate delectans*] Paris. et Reg. *Habet quiddam simile naturae alibro ne levitatis enim et suavitatis es enim et suavitate delectans.* Corruptissime. Forsan tamen hinc erui possit manus *Ciceronis.* Eum scripsisse credo, *habet quiddam simile* naturali bono: levitatibus *enim et* suavitatibus est *delectans.* Noster has voces extulisse plurali numero videtur; quia reliqui quoque Codices exhibent *levitatis*, vel *lenitatis*, *est enim et suavitatis delectans.* Attamen *Car. Stephani* vetus, ipsomet teste, dat, *lenitate enim et suavitate delectat*, quod ab emendatore profectum reor. *Levitatibus* vero potius quam *lenitatibus* usus sum, quod *levitas*, *λειότης*, *asperitati* passim e contrario respondeat, eique scripturae faveant optimi libri. Dav.

Laevitate enim et suavitate delectans etc.] Sic legendum est, non ut vulgo, *lenitatis est enim et suavitatis: id enim ut suavitate delectans* etc. quam scripturam qui non videt esse depravatam, nihil videt: et qui eam se retinere cum *Aldo*, *P. Manucio*, *Victorio* dicit, viros doctos suae ignorantiae socios et adjutores et patronos esse postulat: quod et iniquum est, et malitia non caret. Lamb.

Ibid. *Lenitate enim et suavitate delectans*] Est a Turnebi editione, cui respondet Victoriana, nisi quod ipsa, *delectat.* Vulgata, *lenitatis est enim et suavitatis: id enim, ut suavitate delectans. sic ab errore* etc. quam scripturam solam retinent, qui Bruti vestigia sequuntur: nam Aldus Nepos admisit item illud nostrum. Grut.

Levitate etenim et suavitate delectans sic etc.] Ita dedimus fere cum Ern., nisi quod pro *laevitate* scripsimus *levitate* (ita enim scribendum a Graeco *λειό-*

propterque honestatis et gloriae similitudinem, beati, 32.
qui honorati sunt, videntur; miseri autem, qui sunt inglorii. Molestiae, laetitiae, cupiditates, timores, similiter omnium mentes pervagantur: nec, si opi-

της). Sed in tanta de h. l. dissensione videamus libros et interpretes. Codd. Cr. et W. habent: *Levitatis est enim et suavitatis delectans.* Cod. H. *Lenitatis est enim et suavitatis*, sequente trium verborum lacuna. Codicis M. lectionem v. in nota hanc praecedente. Copp. Victt. b. *id enim et suavitate.* Edd. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. habent: *Lenitatis est enim et suavitatis. id enim, ut suavitate delectans.* Edd. Asc. 1. et 2. plane ut Ald. etc. nisi quod habent *et* (pro *ut*) *suavitate delectans.* Ed. Paris. *Lenitatis enim et est suavitatis. id enim ut suavitate delectans.* Ed. Sturm. plane ut Car. Steph. se in libro vetere reperisse ait: *Lenitate enim et suavitate delectat.* Quod est correctoris. Ed. Commel. *Lenitate enim et suavitate delectans.* Ed. Verb. *Lenitate est enim et suavitate delectans.* Wagnerus Ernestum sequitur, bene in auxilium advocato Antonino Phil. V. 26. τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σου μέρος ἄτρεπτον ἔστω ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως. Ubi vid. Gataker. p. 162. Goerenzius dedit: *Lenitatis est enim suavitate delectans.* Longa, quam vir doctissimus addidit, annotatione persuadere nobis non potuit, Ciceronis esse *delectans est* pro *delectat;* quamquam pro se laudare poterat ipsum Cic. in Orat. c. 13. 41. *Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates.* Sed ibi *est loquens* non dictum est pro *loquitur* ut existimabat Vossius de Arte Gramm. in libro de Constr. C. LX., sed pro *inducitur loquens.* Schützius denique edidit: *Lenitate enim et suavitate delectans sic* etc. ad nostrum sensum, nisi quod nos ex libris nostris *levitate* (λειότητι) edendum censuimus, cujus vocis significationem ambiguam satis explicat additum *et suavitate*, neque ego cum Goer. desidero *levitate quadam.* Sed cum de *levitate morum*, i. e. de *inconstantia*, cogitarent interpretes vel librarii, eamque hic locum non habere viderent, *lenitate* scripserunt, quod haud aberrat ab universa sententia, et Ciceroni frequentius etiam, quam quod nos edidimus, usurpatur. Nostri loci sensu legitur de Orat. III. 25. 99. *in ipso tactu esse modum et mollitudinis et levitatis.* Scripsi autem *etenim*, quia ejus scriptionis manifesta vestigia sunt in vitiosa librorum lectione *est enim. Mr.*

Sic ab *errore mentis*] Legendum puto, *sic* ea *errore mentis tanquam salutare aliquid* etc. DAV.

Sic ab errore mentis] Neminem, credo, facile Dav. sibi obsequentem habebit; quamquam locus ex de Finib. I. 7. (quem ita laudat Rathius, ut credas ibi legi: *ab errore mentis ascisci*): *quod ipsa natura — adsciscat et reprobet* — eam emendationem, ut credidit Rathius, non refutat. Nam etiamsi *adsciscì* dicitur pro *probari*, non tamen potest cum ablativo solo conjungi, pro *per errorem mentis.* Pro *inscitia* in Codd. Cr. et M. est *justitia.* De sensu illius vocabuli vid. Gernhard. Excurs. ad Cic. de Sen. p. 293—302. In sqq., scripsimus cum Goer. et Sch. *tum sua asp.* pro *cum s. a.*, ex Codd. H. M. et Edd. Asc. 1. et 2. Crat. et Herwag. quia, ut ait Goer., tunc demum *cum* —

niones aliae sunt apud alios, idcirco, qui canem et felem ut Deos colunt, non eadem superstitione, qua ceterae gentes, conflictantur. Quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum

tum locum habere possunt, si hoc in illo, non vice versa, aliquo modo continetur. Cod. M. habet *tamen quod.* Ad verba *in quo nati sumus* Wytt. in marg. Ed. Goer. min. adnotavit: *corpore, statu, natura. Mr.*

Propterque hanc honestatis et gloriae etc.] Sive legatur *Propter quam honestatis* etc. sive *Propterque hanc honestatis,* videtur ante haec verba aliquid deesse. Nam cum de honestate et gloria nullum verbum fecerit, absurdum videtur dicere, *propterque hanc honestatis* etc. Lamb.

Ibid. *Propterque honestatis et gloriae similitudinem*] Plurimi Codices, *propter* quam *honestatis,* Paris. et Reg. *propterque* ad *honestatis.* Rescribendum crediderim *propterque* quandam *honestatis et gloriae similitudinem.* Dav.

§. 32. *Propterque honestatis et gloriae similitudinem*] Bene se habet haec lectio, neque Davisii additamento opus est; quod quum receptum vellet Wagn. operas, ut saepissime, inobedientes habuit. Quatuor referuntur vitia; primum est: *mors fugitur;* alterum: *vita expetitur;* tertium: *dolor in malis ducitur;* quartum jam sequitur. *Propterque* est in Edd. Ascc. Car. Steph. et Commelin. probatum jam a M. Bruto. Ed. Sturm. habet nonnisi *propter,* minus bene. Reliqui libri *propter quam.* Cod. H. pro *honestatis* habet *honestates* et pro *inglorii* ibidem est *in gloria.* Cod. M. *propterque ad hon.* tum: *in gloriam molestia laetitiae*, omisso *cupiditates. Mr.* Et sententia et oratio Platonica est: *Λῦπαι, ἡδοναὶ, ἐπιθυμίαι, φόβοι* similiter in plurali junguntur. Vid. Phaedon. p. 69. A. Phileb. p. 36. de Legg. v. p. 732. E. Indidem sumpsit Plotinus I. i. i. *Cr.*

Qui sunt *inglorii*] Vulgo deest vox media, quam praestant omnes nostri praeter Eliens. et Harleian. pr. At Paris. et Reg. dant *ingloriam.* Lege, *qui sunt inglorii.* Jam *molestiae* etc. Dav.

Cupiditates] Hanc vocem nesciunt Paris. Reg. et editio *Victoriana.* Idem.

Cupiditates, timores] In Ed. Asc. 1. est *mores, cupiditates.* Pro seq. *nec* in Cod. H. est *ne.* Copp. Victt. b. *nisi* pro *nec si.* Pro *omnium* Cod. M. *hominum. Mr.*

Qui canem et felem ut Deos colunt] Ad Aegyptios respicit. Hujusce vero *ζωολατρείας* rationes paucis indicavimus ad lib. I. N. D. cap. 36. Dav.

Qui canem et felem ut Deos colunt,] Cod. H. *faelem.* Ad rem vid. Cr. ad Cic. de N. D. I. 36. p. 165. Wytt. ad h. l. ita: Excidit negatio; legendum enim est: *non ut deos colunt.* Cicero significat Aegyptios, et hoc argumentum late explicat e sua persona in libris de Natura Deorum. — Idem sentit Wagn. dicens: Quum Cicero jam hoc agat, ut in pravitatibus etiam insignem humani generis similitudinem esse ostendat, concinnior fuisse videtur argumentatio, si ante *colunt* insertum esset *non:* unde hic sensus evaderet: qui aliqua superstitione liberi sunt, ut v. c. canem et felem deos non habeant, ii idcirco non omni superstitione liberi sunt, sed alii alia conflictantur. — Rathius conjicit: *idcirco minus, qui canem et felem non colunt, eadem superst. — conflictantur.* Quem ut

et beneficii memorem diligit? quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? Quibus ex rebus cum omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur; illud b.

missum faciamus, quia nimius est in mutando, tamen ad Wytt. et Wagn. sententiam inclino, et parum abfuit, quin *non* in contextum reciperem. Quod enim Goer. ad tuendam vulgatam dicit, satis esse, si *eadem* pro *non majori* accipias: hoc vereor ut cuiquam persuadeat. Wytt. etiam in marg. Ed. Goer. voci *colunt* particulam *non* adscripsit, ut apponendam. Eadem vocula in Cod. Cr. deest ante *comitatem*, pro quo vocabulo in Cod. M. est *communitatem*, in Cod. W. legitur *comitem*, ibidem paullo inferius *superos* pro *superbos*, et pro *beneficii* est *beneficentiae* in Cod. M. Ad vocem *aspernari* Wytt. ait: est aliquid ut *asperum* fugere, indeque oritur verbum. Aliud est *spernere* i. e. contemnere, a verbo σπείρειν, unde est Latinum *spargere* i. e. tanquam vile abjicere. *Mr.*

Illud extremum est, quod recte vivendi ratio meliores efficit] Hoc videtur dicere, *Illud extremum est, recte vivendi ratione meliores effici.* Ad hanc sententiam, si quis usum et proprietatem Latinae linguae tenet, profecto intelliget non recte adcommodari *quod.* Quamquam, cum alia ejusdem generis exempla intueor, ambigo quid sentiam: quae collegimus in Commentariis nostris Epist. ad Atticum, cum illud in Epistola ultima libri IX. interpretaremur, *Quod minimum vellem spiritum reliquum esse.* P. Manucius. Vide *Jac. Perizonium* ad *Sanctii* Minervam lib. III. cap. 14. pag. 504. seqq. Dav.

Illud extremum est, quod—efficit.] Ex hoc loco me non expedio. Quo enim spectat illud *meliores?* num ad *homines?* at pro iis supra usurpaverat *genus hominum.* Deinde, quomodo intelligendi *meliores?* An simpliciter? At de eo non est sermo. Non quaeritur, quo modo fiant boni, sed quo modo a natura ipsa censeantur sociati. Hoc enim egerat toto loco Cicero, ut a similitudine hominum a natura ipsa in animis, sensibus, voluntatibus circa quasvis res, sive bonas, sive malas, producta, sociatos eos demonstraret. Quare suspicor, illud *meliores* de societate oportere accipi, velut diceret, tanto quemque fore magis idoneum ad societatem, alterique magis conjunctum, quo magis utatur recta ratione vivendi, hoc est, magis sit homo. Schefferus.

Illud—efficit] Aliis displicet *extremum*, aliis *ratio*, aliis *meliores.* Nihil est quod mutatum velim, praeter verborum ordinem; ita enim malim: *illud extremum est, quod meliores efficit, recte vivendi ratio;* i. e. quibus ex rebus efficitur, ut illud unum tibi propositum esse debeat, quod meliorem te efficit, recte vivendi ratio. Ita *Rathius.* Sed ille nobis balbutientem facit Ciceronem. Wagnero in voce *extremum* difficultas latere videtur. Si enim sumatur pro *extremo loco dictum sit*, soloecismum in *quod* vix defendi posse. *Extremum* igitur eo sensu esse accipiendum, quem de Fin. I. 9. III. 7. Amic. 6. Epp. ad Att. XIV. 13. habet, ut sit id, quo reliqua referri oportet. Ego, quamquam in Goerenzii sententia acquiesco, *quod* dici pro *quod attinet ad id, quod*, et verbis *illud extremum est* graecum hoc τοῦτο δὲ τελευταῖόν ἐστι plane exprimi h. s. *illud—postremo loco sequi-*

extremum est, quod recte vivendi ratio meliores efficit. Quae si approbatis, pergam ad reliqua: sin quid requiritis, id explicemus prius. Att. Nos vero nihil;
12. ut pro utroque respondeam. M. Sequitur igitur, ad
33. participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes jus, homines natura esse factos: — atque hoc

tur, et construendum esse: *illud, quod recte vivendi ratio meliores efficit, extremum est:* igitur quamquam hoc verum censeam, facere tamen non possum, quin addam ingeniosam Wyttenbachii conjecturam. Fortasse, ait vir summus, Cicero ita scripsit: *quibus ex rebus cum illud intelligatur, genus hominum inter se sociatum esse, quod extremum est, recte vivendi ratio meliores efficit.* Illa verba: *quod extremum est*, respondent antecedentibus in fine cap. 9. *quod principium reliquarum rerum esse voluit.* — In his, quae postremo loco dixit, me non consentientem habet W. — Scheffero Goer. ita respondet, ut dicat: ex verbis *genere hominum*, quae praecedunt, cogitandos esse *homines* ad *meliores*, idque ex negligentia quadam optimis scriptoribus communi. Ad rem cf. Aristotel. in Ethic. ad Nicom. Lib. I. c. 8. 9. 10. et seqq. In Cod. M. hic locus ita legitur: *Extremum id est — efficit. quas approbantes pergam ad reliquas ut quidem req. — primus. Mr.*

§. 33. *Participandum*] Prisca vox ab aliis subinde, a Cicerone non nisi hoc loco usurpata. Frequentius dicitur *impertire.* Stoicum hoc placitum aliter expressit in Off. I. 7. *W.* Vocem *ab* non agnoscunt Codd. nostri itemque Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ald. et Gothofr. eamque voculam Rathius ejici volebat, ut latinitati officientem; ipse parum acutus de Latinitate judex. In Cod. M. et ed. Asc. 1. est *aliud ab alio. Mr.*

Communicandumque inter omnes, justos *natura* nos *esse factos*] *Gruterus* conjecturam *Lambini* recepit: nam nulli Codices *nos* agnoscunt praeter editionem Venetam 1471. quae dat, *communicandumque inter omnes* jus, haec *natura* nos *esse factos.* Paris. et Reg. habent *communicandumque inter omnes* jus, hos *natura esse factos.* Lege *communicandumque inter omnes jus, nos*, vel *homines, natura esse factos.* Dav.

Communicandumque — homines natura esse factos] Ita edidimus ex Dav. sententia cum Goer. et Sch., cum in nonnullis libris sit *hos*, quod ex scribendi compendio, pro *homines*, ortum esse videtur. In Cod. H. est *inter se omnes.* Vocem *nos* non agnoscunt libri nostri MSS. In Codd. H. Cr. et W. est *justos natura*, et ita Edd. Ascc. Paris. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. Car. Steph. Sturm. Commelin. Verb. Sed ex his vocem *nos* inferunt ante *esse* Edd. Paris. Crat. Herw. Commel. et Verb. In Cod. M. est: *jus hoc natura hos esse factos, at hoc in omni ac* etc. tum *nolo* pro *volo.* — In seqq. vocem *hac* omittunt Codd. Cr. W. Edd. Ald. Gothofr. et Br.; eandem post *disputatione* reponunt Edd. Ascc. Crat. et Herw. Reliqui libri vulgatam sequuntur. *Mr.*

Sic intelligi volo, quod dicam, naturam esse] Quatuor ultimas voces glossematis loco ponit *Manucius:* at *Lambinus* edidit, *sic intelligi volo* jus id, *quod* dico *naturam esse.* Locus est intime corruptus, nec quidquam juvant Codices. Forsan a Cicerone fuit,

in omni hac disputatione sic intelligi volo, jus quod dicam naturam esse: — tantam autem esse corruptelam malae consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi exstinguantur a natura dati, exorianturque et confir-

sic intelligi volo, optumam ducem *naturam esse*. Certe naturam *optumam ducem* et *optumam magistram* passim vocat noster. Vide Tusc. lib. III. capp. 1. 2. hujusce libri cap. VI. et de Senect. cap. II. DAV.

Quod dicam naturam esse] Fortasse Glossema fuit, *quod dicam naturâ esse*; ut explanaretur illud proxime dictum, *Justos natura nos esse factos*. P. MANUC.

Ibid. *Quod dico naturam esse*] Desiderari hic aliquid puto, et sic legendum, *jus id, quod dico, naturam esse* etc. LAMB.

Ibid. *Quod dicam naturam esse*] Haud aliter Vict. et Turneb. edd. ea priores, *quod dico natura esse*. P. Manutius istud putat esse a glossa; cui potius accedam, quam Lambino, alia atque alia interponenti. nam variant Mss. nostri, ut solent testes in re falsa. quippe quart. habet, *quod dicam verum esse*. GRUT.

Jus quod dicam naturam esse] i. e. id naturam esse, quod jus dicam. Sic Cic. de Fin. III. 21. 71. *jus, quod ita dici appellarique possit, esse naturam*. Adjunximus igitur nostram sententiam sententiae Goerenzii, Pearcii conjectura recepta, qui *jus* addi volebat, quod item fecerunt Wagn. et Sch. Quod si facere nolueris, cum Manutio verba *quod dicam naturam esse* annotatoris esse recte dixeris, in quam sententiam pedibus ivit Wytt. Ita etiam Goer. in Ed. min. verba *quod dicam natura esse* uncinis incluserat. Libri MSS., omisso vocabulo *jus* vulgatam servant; idem faciunt Edd. usque ad Ern. qui Pearcii conjecturam probat. Engelbronner. p. 36. conjicit: *jus natura datum esse* aut *jus natura justum esse*, videlicet praecedentibus verbis *quod dicam*. Vir doctus in Miscc. Obss. Vol. III. T. II. p. 226. correxit: *jus quod dicam, naturâ esse* addens: id est lex, de qua loquor, est lex naturae, vel quae ex natura oritur. Sic Cicero loquitur c. 13. *nisi separatim hoc ipsum, naturâ esse jus, disputarint*, et cap. 15. *ita fit, ut nulla sit omnino justitia, si non naturâ est*. Quod Schützius sibi valde placere ait p. 24. editionis suae, quia Cicero etiam cap. 13. dicat: *nisi separatim hoc ipsum, naturâ esse jus, disputarint*. (ubi tamen plerique omnes libri habent *naturae*, ut ipse Sch. edidit, nihil monens). Probabiliter quidem uterque. Sed praeferenda tamen visa est Goerenzii et scriptio et explicatio. In seqq. Rath. praeter necessitatem deleri vult *ab* ante *ea*, quod servant et libri MSS. omnes (excepto Cod. M. ubi *ab ea* deest), et Edd. pleraeque, nostrae quidem omnes, quamquam Rath. eam voculam ab Ed. Crat. abesse contendat, quam fortasse caecutiens inspexit. Post haec Cod. Cr. *exstinguatur*. Ed. Sturm. 1. *confirmetur;* sed recte Sturm. 2. cum reliquis *confirmentur*. *Mr.*

Quomodo est *natura*, *sic judicio* etc.] Paris. et Reg. *quomodo* est *natura*, *sic judicio homines humani, ut ait Poëta*, ut *nihil a se* etc. Fortasse, *quomodo* jubet *natura*, *sic judicio homines humani, ut ait Poëta, nihil a se alienum putarent*. Poëta, quem indicat, est *Terentius* Heautont. Act. I. Sc. I. 25. DAV.

Quomodo est natura, *sic judicio*] Pro *judicio* Cod. Cr. *indicio*,

mentur vitia contraria. Quod si, quomodo est natura, sic judicio homines *humani* (ut ait poeta) *nihil a se alienum putarent*, coleretur jus aeque ab omnibus. Quibus enim ratio a natura data est, iis-

idem *a* pro *ait*. Cod. M. *aut*, idem mox *toleretur* et *jusque ab*. Wytt. ad h. l.: Per naturam ipsam homines sentiunt, quasi notione innata, res humanas ipsis non esse alienas, i. e. unumquemque debere alteri bene facere; at judicio hoc tenent, si etiam hujus praecepti rationes et argumenta perspiciunt, ac judicant faciendum esse. Eundem locum tractat Cic. de Off. I. 9. 30. ubi vid. Beier. p. 67. — Pro *jus aeque* in Cod. Cr. est *justitia;* in eod. Copp. Victt. b. et Cod. W. est *ab hominibus* pro *ab omnibus*, solenni permutatione, de qua jam monuimus. Vocem *a* post *ratio* minus bene omittunt Codd. Cr. W. H. Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Gothofr. et Commelin. Oculo librarii aberrante in Cod. W. verba *a natura data est, iisdem etiam recta ratio* plane omissa sunt. In Cod. M. deest verbum *natura*, tum: *iisdem etiam recta ratio data est*, denique abest *et* ante *lex*, et verba *et vetando*. Pro *At omnibus* in nostris Codd. est *et omnibus;* sed Edd. nostrae omnes probam lectionem servant. *Mr.* Vir doctus in Miscell. Obss. III. 1. p. 227.: »Legerem ego, »*quomodo est naturâ*, sc. nihil »humani a nobis alienum. Sensus »est: si, ut naturâ omnium hominum nostra interest, judicium nostrum per naturae semitam duceremus, ut eadem cogitaremus »etc. Ibid. alius V. D.: Forte, »*quod si, quomodo ex natura*, »*sic judicio* etc. Similiter Terent. »Andr. IV. 4. extr.

»Paulum interesse censes, ex animo omnia,
»Ut fert natura, facias, an de industria.«

De argumento loci sequentis: *lex — recta ratio* etc. disputat *Mario Guarnacci* in dissertatione *sopra le dodeci Tavole* (in Scelta di dissertazioni cavate da' piu celebri Autori Tom. II. part. 2. Venet. 1751.) p. 135. sqq. *Cr.*

Recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura *sejunxisset*] *Lambinus* rescribendum conjecit *utilitatem* ab honestate *sejunxisset*. Ei favet *Cicero* Offic. lib. III. c. 3. *Dubitandum non est*, inquit, *quin numquam possit* utilitas cum honestate *contendere. Itaque accepimus Socratem exsecrari solitum eos, qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent*. Ea tamen emendatio nimium quantum a receptae lectionis vestigiis recedit, et alio ducunt MSSti. Nam Balliol. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Ven. 1471. et editio pervetus exhibent, *utilitatem* naturae *sejunxisset*. Lege, *utilitatem a jure sejunxisset*. Favent etiam Paris. et Reg. licet hi, mediis omissis, tantum dent, *recteque Socrates exse nature sejunxisset*. *Clemens* Alexandrinus Strom. II. p. 499. *Κλεάνθης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡδονῆς τὸν Σωκράτην φησὶ — τῷ πρώτῳ διελόντι τὸ ΔΙΚΑΙΟΝ ἀπὸ τοῦ ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΟΣ καταρᾶσθαι, ὡς ἀσεβές τι πρᾶγμα δεδρακότι*. Similiter Socrates *ἀσεβεῖς ὠνόμαζε τοὺς τὸ ΞΥΜΦΕΡΟΝ τοῦ ΔΙΚΑΙΟΥ χωρίζοντας*, ut testatur *Theodoretus* Therap. XI. p. 153. Dav.

Recteque Socrates — sejunxisset] Apud Xenophontem, ait W., aut Platonem hoc Socratis dictum his ipsis verbis non exstat. Cicero habuit vel a Panaetio vel a Cleanthe, Stoicis, quorum dicta memo-

m etiam recta ratio data est; ergo et lex, quae est recta ratio in jubendo et vetando, si lex, jus quoque. At omnibus ratio. Ius igitur datum est omnibus; recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui

rat Clem. Alex. loco a Dav. citato. Eandem Socratis sententiam refert Plutarchus in Quaestt. Symposiacc. IV. p. 662. Quaest. I. c. 3. pag. 164. Tom. XI. ed. Hutten., qui nostri quoque loci memor fuit. Emendationibus h. l., neque Davisiana neque Lambiniana, opus non esse nos judicamus cum Engelbronnero l. c. p. 36. sq. not. d. *Natura* h. l. est id, quod modo dixit, *jus quod dicam, naturam esse.* Illud autem jus non diversum est ab honestate ipsa, uti monuit Wytt. ad marg. Ed. Goer. min. Ita etiam jam Schefferus: *a natura* id est jure seu justitia. Nam supra dixerat, jus et naturam se deinceps in omni hac disputatione pro eodem esse habiturum. — Male igitur etiam Pearcius conjecit: *a jure naturae.* Ceterum variant libri. Codd. Cr. W. et H. habent *utilitatem naturae;* Codd. Cr. et W. separatim *se junxisset.* Cod. M. habet: *Socrates ex se natare sejunxisset.* Copp. Victt. b. *utilitatem naturae sej.* Quae sequuntur *id enim — omnium* desunt in Codd. W. et Cr. In Edd. Asc. 1. et Brut. male scriptum est *quaerebatur* pro *querebatur.* *Mr.*

Unde etiam illa Pythagorea vox, *τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα*] Graecas has voces nulli MSSti Codices retinent: duo autem qui sunt in D. Marci bibliotheca satis antiqui, unus Latinis, alter Longobardicis litteris exaratus, illarum loco habent haec verba. *De amicitia locus.* Quam adnotatiunculam quandam fuisse in margine ab aliquo collocatam credimus; postea autem ab imperitis librariis in ordinem verborum *Ciceronis* importune translatam. Graeca tamen verba ubi invenimus reliquimus; quamvis certi non simus, an illa sint quae *Cicero* intelligit. Acutioribus igitur ingeniis hoc judicandum relinquemus. Utramque tamen Pythagorae fuisse sententiam, et ab illo primum pronuntiatam, a *Laertio* in ejus vita didicimus; qui Timaeum hoc tradere his verbis adfirmat: *Εἶπέ τε πρῶτος, ὥς φησι Τίμαιος, κοινὰ τὰ φίλων εἶναι, καὶ φιλίαν ἰσότητα.* VICTORIUS.

Ibid. *Unde* enim *illa*] Rectius ex antiquo libro, *unde est illa:* nam conjunctio *enim* non ita cum praecedenti aut cum insequenti membro cohaeret. P. MANUC.

Ibid. *Unde enim illa Pythagorea vox*] In libris veteribus, et nonnullis exemplis vulgatis, post haec verba, scriptum est quasi in inani, *De amicitia locus.* Ex quo verisimile est, haec Graeca, quae hic leguntur, ab aliquo non indocto esse illata ad lacunam explendam. LAMB.

Ibid. *Unde est illa Pythagorea vox*] Sic Pal. tert. expressitque Aldus Nepos. Vulgati, *unde* enim *illa* etc. quae particula heic inepta. GRUT.

Ibid. *Unde* est *illa*] Sic *Gruterus* ex Pal. tertio, et *Manucius* ex V C. At omnes nostri, simul ac editio *Victoriana*, dant, *unde* enim *illa.* Lege *unde* etiam *illa* etc. ut edidere nonnulli. DAV.

§. 34. *Unde etiam illa*] Ita ex duobus libris MSS. edidit Goer. ut jam fecerat Victorius, fierique voluerunt Dav. et Ern. Libri nostri MSS. et Edd. vett. in scriptione *enim* consentiunt, quam huic loco non convenire non est quod multis verbis demonstremus. Pro *Pythagorea* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Commelin. est

34. primus utilitatem a natura sejunxisset. Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. Unde etiam illa Pythagorea vox ** De Amicitia locus deest. ** Ex quo perspicitur, cum hanc benevolentiam tam

Pythagorica, itemque in Cod. M. Beierus, qui nostrum locum ad Cic. de Off. I. 17. 56. laudat, ibique de ejus scriptione monuit, quae notabimus, nihil monens scripsit *Pythagorae.* In Cod. H. scribitur *Pythagoreia. Mr.*

Τὰ τῶν φίλων] Exstant haec in Aldi senioris editione. Victorii et Turnebi ejus loco habent vacuum, eique inscriptum, *Locus de amicitia*, quomodo Mss. nostri quatuor. Grut.

De amicitia locus deest.] Noluimus inserere sententias Graecas, quae ab omnibus libris MSS. absunt, neque, ut recte sentit Goer., huic loco plane sunt accommodatae. Et si essent accommodatae, quod secus nobis videtur, certe non ita Cicero scripsisset, ut vulgo leguntur: *τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα.* Scribendum enim fuit vel: *et φιλότης ἰσότης*, vel: *et φιλότητα ἰσότητα* (sc. *εἶναι*). Vide modo Iamblich. de Vita Pythag. 162. p. 138. ed. Kuster. Omissae sunt illae sententiae in Edd. Paris. Commel. (cui Graevius lectionem Aldi patris, qui primus illas invexit, ad marginem adscripsit) Dav. et Sch.; Goer. et Beierus eas uncinis incluserunt. Beierus tamen favere sententiae ab Aldo patre loco explendo adhibitae censet extrema: *ut nihilo sese plus quam alterum diligat.* Verum est, non inepta est Aldi conjectura; sed eodem jure etiam illud vel addi, vel earum sententiarum loco poni potuit: *φίλος ἄλλος αὐτός*, vel *ἄλλος ἐγώ*, vel *ἕτερος ἐγώ*: illud quoque: *μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σώμασι φιλία.* Quod vero corrigi vult B., si servetur illa sententia, *καὶ ἰσότης φιλότης*, in eo falli videtur; neque enim una est sententia, sed sunt duae, a se invicem diversae, neque voce *καὶ* a latino scriptore jungendae, sed conjungendi verbo *et.* In Edd. Ascc. Crat. Herw. nonnisi prior sententia recepta est. Rathius ne lacunam quidem h. l. esse existimabat, contra omnium librorum auctoritatem, in quibus excidisse aliquid, et Graeca procul dubio, his ipsis verbis: *De amicitia locus* significatur. Etiam si ei dederis voce *illa* de re in vulgus nota uti Ciceronem saepissime, ubi rem ipsam non exponit, non tamen sequitur, idem nostro etiam loco factum esse. Quare etiam illud *Ex quo,* quod sequitur, non sollicitandum est, neque mutandum, quod R. volebat, in *ex qua.* Pro *perspicitur, cum* in Codd. Cr. et W. scribitur *perspicuum*, omisso *cum;* Edd. vett. omnes et Cod. H. cum vulgata faciunt. Merito. *Mr.*

De Amicitia locus] Sic omnes MSSti. Vulgo supplent *τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα.* Et haec sane sunt Pythagorae dicta. Vide *Laertium* VIII. 10. Sed hujusmodi nihil hoc in loco videtur posuisse *Tullius;* quod, iis receptis, haud bene connectitur oratio. Non tamen ullus dubito, quin Graeca quaedam Pythagorae sint a *Cicerone* prolata; nec enim est, ut alio modo possimus lacunae rationem reddere. Dav.

Benevolentiam late longeque diffusam] Vulgo *benevolentiam tam late longeque diffusam.* Paris. et Reg. *jam late.* Nata scilicet est ea vox ex ultimis prioris literis, eamque nescit editio *Victoriana.* Dav.

Benevolentiam tam late longe-

late longeque diffusam vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile videatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus, quam alterum, diligat. Quid est enim quod differat, cum sint cuncta paria? Quod si interesse quippiam tantulum modo potuerit, amici-

que diffusam] Primum scripsimus *benevolentiam*, quod, ut monuit Beierus l. c., contra analogiam Goer. et Sch. scripserunt *benivolentiam*. Tum ex omnibus libris nostris, tam scriptis, quam editis Ciceroni restituimus vocem *tam*, immerito a Dav. jugulatam. Unus Cod. H. pro *tam* habet *jam*. Pro *illud effici* in Cod. W. scribitur *id effici*, in Codd. H. et M. *illud efficit*. In Codd. M. et Cr. est *si autem* pro *sit autem*; in Cod. M. et Copp. Victt. b. *sic autem*. Ed. Vict. omittit *sit*, quod additur in Copp. Victt. *Mr.*

Uti nihil *sese plus*] Sic Paris. Reg. et Med. At reliqui Codices, *ut nihil*. Vulgo *ut nihilo*. *Nihil* idem valet ac *non*. Vide *Tursellinum* de Partic. cap. 104. Dav.

Ut nihilo sese plus] Frustra fuit Dav. corrigens *uti nihil*. Prius, ut monet Goer., est aetatis maxime sequioris; alterum non quidem cum eodem latinum esse negaverim (vid. de hac re disputantem Beierum ad Cic. de Off. III. 9. 38. p. 247.), sed auctoritate aliquot librorum contra Ciceronis usum non fuit recipiendum. Verae lectionis vestigium est in Cod. H. et Copp. Victt. b. ubi pro *ut nihilo* scribitur *ut in illo*. Edd. vett. constanter servant lectionem, quam praetulimus. *Nihil* scribitur in Codd. M. Cr. et W. *Mr.*

Quid est enim] Ita cum Dav. scripsimus, quamquam Goer. acriter defendat librorum lectionem: *quid enim est*, de differentia utriusque scriptionis disputans. Recte Davisium ita scripsisse monet Beierus loco supra laudato, et ipse Goer. ad Acadd. I. 5. 21. saepe scribas *est*, ante *enim* positum, sua sponte transposuisse dixit, laudatis duobus ex libris de Legg. locis: III. 19. 44. et 20. 47. add. eundem ad de Finib. I. 13. 43. ubi eandem sententiam auctius exponit, dicens, in scriptione *quid est enim* loci vim in asseveratione cerni; sin vero scribas *quid enim est*, causam praevalere. *Mr.*

Si interesse quippiam tantulum modo potuerit, jam *amicitiae nomen occiderit*] Paris. et Reg. *si* interest *quippiam tantulum modo* puto erit (Reg. a scriptoris manu *putat erit*) in amicitia, *nomen* tamen *occiderit*. Sic et Balliol. nisi quod in eo non compareat *puto*. Eliens. Harleian. pr. sec. et Med. *Si interesse quippiam tantulum modo potuerit*, *amicitiae nomen* tum *occiderit*. Lego, *si interesse quippiam tantulum modo* PATUERIT, *jam amicitiae nomen* ipsum *occiderit*. De re ipsa vide nostrum Tusc. III. 29. Haud enim generosum videtur illud *Aristotelis*: Ὁ φίλος τῷ φίλῳ βουλήσεται τὰ μέγιστα εἶναι ἀγαθά· ἴσως δ' οὐ πάντα· αὑτῷ γὰρ μάλισθ' ἕκαστος βούλεται τἀγαθά. Extat Ethic Nicom. l. IX. c. 7. Dav.

Quod si interesse quippiam etc.] Merito nemo paruit Davisio, *patuerit* scribere jubenti. Neque vero magis voculam *jam* recipere maluimus post *potuerit*, cum ita in Codd. non legatur. In Codd. Cr. W. *tum* ponitur ante *occiderit*, quod, qui Ciceronis sermone tritos habet aures, nemo ab eo profectum credet. Crat. Herw.

p.163. tiae nomen occiderit; cujus est ea vis, ut, simul at-
a. que sibi aliquid quam alteri maluerit, nulla sit. Quae praemuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostrae, quo facilius jus in natura esse positum intelligi possit. De quo cum perpauca dixero, tum ad jus civile veniam, ex quo haec omnis nata est ora-
13. tio. Q. Tu vero jam perpauca scilicet. Ex his enim,
35. quae dixisti Attico, videtur, mihi quidem certe, ex

Brut. Car. Steph. Asc. 2. Sturm. et Ald. cum Dav. faciunt; post *amicitiae* ponunt *jam* Edd. Paris. et Commelin. Cum Codd. nostris *tum* tertio loco posuit, et *jam* ante *amicitiae*, Ed. Asc. 1. Ob quam sedis differentiam voculam ipsam cum Goer. spuriam esse censemus. In Cod. H. scribitur *in amicitiae nomta*, quod lectionis monstrum unde ortum sit, facile apparet. Monstrosior etiam est lectio Cod. M. *puto erit in amicitia nostra acciderit;* idem habet *premuntur* pro *praemuniuntur*. Copp. Victt. b. *in* pro *jam;* ibidem abest *quam*. In seqq. *quam* abest post *aliquid* in Codd. Cr. W. et H.; in duobus prioribus sequitur *alterum* pro *alteri*. Iidem tres pro seq. *quae* habent *quo* ut Edd. Asc. 1. et 2., et Cod. H. *sermonique;* sed vocula *que* puncto subscripto improbatur. Pro *jus in natura esse positum*, Goer., cum a tribus Codd. *in* abesse vidisset, (quod servant omnes nostri) et eam vocem et verbum *positum* ejici vult, ut glossatoris additamenta; dicens res, quae sint in natura, minus recte *positas* dici, ut non *mons* etc., sed *urbs, domus, posita* dicatur. Sed quid hoc ad nostrum locum? Ut enim concedamus, minus bene dici: *mons Vesuvius prope Neapolin positus est;* an inde sequitur, dici non posse *jus in natura positum esse*, i. e. *fundatum esse, niti natura?* Cur non ad loci superioris (§. 33.) normam conjecit: *jus naturam esse —?* Cur idem infra (§. 36.) hanc ipsam, quam nostro loco contra libros inferri vult, conjecturam: *natura esse jus* pro *naturae esse jus*, quod factum probamus, rejecit? *Mr.*

Jus in natura esse positum] *Natura* opponitur *opinioni*. Nam et alii et Epicurei statuebant, justum et aequum non a natura, sed ex hominis opinione proficisci. *W.* Cod. M. pro *natura* habet *ratione*, quod, si in alio libro reperirem, scriptoris commentum esse dicerem; ab hoc scriptore ne talia quidem excogitari potuisse reliqua arguunt. In seqq. pro *perpauca* Cod. Cr. habet *pauca*, pro *nata est* in Codd. H. et W. *est nata* scribitur, ut in Copp. Victt. b. Edd. Paris. et Commel. Cod. M. habet *omnis haec*. *Mr.*

Tu vero jam perpauca scilicet.] Cod. Cr. *Tum* pro *tu*, idem *silicet* pro *scilicet*, pro quo in Cod. H. est *sua licet;* et in Copp. Victt. b. *sualic*ꝫ (sic). *Mr.*

C. 13. *Ex iis enim quae dixisti, nisi quid Attico videtur*] Ita opinor legendum esse hunc locum ex auctoritate veteris libri MSti. Ursin.

Attico videtur] Tale quidpiam suspicor deesse, *ut opinor;* ut ita continuata oratione legatur, *Attico*, ut opinor, *videtur, mihi quidem certe, ex natura ortum esse jus:* nam illud, *mihi quidem certe*, anteire significat *ut opinor*, vel aliquid ejusmodi. P. Manuc.

natura ortum esse jus. Att. An mihi aliter videri possit, cum haec jam perfecta sint: primum quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos: secundo autem loco, unam esse hominum inter ipsos vivendi parem communemque rationem: deinde omnes inter se naturali quadam indulgentia et benevolentia,

Ibid. *Attico videtur, mihi quidem certe*] Paris. et Reg. a prima manu, *Attico viderent hii quidem cert.* Mendose. Reliqui Codices a recepta lectione diversi non abeunt, nisi quod in iis fere sit *Attice.* Addita vocula, puto legendum, *Attico,* CREDO, *videtur, mihi quidem certe.* Nam quod *Ursinus* ex suo libro reponit, *nisi quid Attico videtur;* id vero hiulcam reddit orationem. Dav.

§. 35. *Ex his enim, quae dixisti Attico, videtur, mihi* etc.] Primum cum Goer. ex ejus Codd. Edd. Ascc. Crat. Herw. Paris. et nostro Cod. H. edidimus *his* pro *iis* ex more Ciceronis, quem monstravit Goer. ad L. I. c. 9. 27. Deinde interpunximus non post *dixisti,* ut Dav. et Ern., sed post *Attico,* ut fecerunt Goer. et Sch. Quo facto nihil fuit mutandum et sensus optime procedit. Idque etiam in scholis fieri vult Wytt., addens: Nam quae adhuc disseruit Cicero, disputavit ad Atticum. Hic, ut Epicureus, fortasse adhuc dissentiebat a Cicerone, at Quintus frater, ut Stoicus, vere dicere poterat: mihi quidem certe videtur jus ex natura ortum esse. Wagnerus Ursini lectionem ex uno Cod. recepit, nimis cupide, credo. Idem, cum primum de Legg. librum seorsim ederet, conjecit: *nescio an Attico, mihi quidem certe videtur.* Quod placebat Hülsemanno, qui tamen Ursini lectionem veram existimabat. Sed quid de Rathio dicam, qui corrigens: *Tu vero jam perpauca. Sequitur* (hoc vocabulum in litera *s* latere credidit, quae sola est pro *scilicet* in Veneta) *ex iis enim, quae dixisti Attico (videtur mihi quidem certe) ex natura ortum esse jus* — ita demum, ait, locum perpurgavi. Hoc vero est Ciceronem intelligere! Quam jejuna essent et frigida illa: *tu vero jam perpauca.* Quibus simulac addideris *scilicet*, cujus videlicet significationem ignorabat vir doctus, viget sermo et urbana cum familiaritate profluit. In libris aliquid est varietatis. Codd. Cr. et W. habent *Attice;* praeterea Cr. non habet *quae* et pro *videtur* in Cod. H. est *videre;* in Cod. M. *viderent hi quidem.* Vocem *certe* non habent Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. et Sturm. *Attice* est etiam in Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. et Brut. *Mr.*

Ex natura ortum *esse jus*] Paris. et Reg. omissa voce media dant, *ex natura esse jus.* Nec *ortum* sane vel flagitat vel respuit Latinitas. Dav.

Ex natura ortum esse jus] Servavimus cum Schützio vocem *ortum*, quam ex Davisii sensu et aliquot librorum auctoritate ejecit Goer. Eundem virum vidimus paullo superius verbo *positum* litem moventem; nunc ne *ortum* quidem fert, ortum non habere jus universum, sed positivum tantum dicens, naturâ potius esse constitutum, i. e. *naturâ esse.* Sed iterum interrogo, cur tum tulerit *ex?* cur non ad normam §. 33. conjecerit *naturam esse jus* — ? Certe si *ex natura* est jus, argutatur Goer. non patiens Ciceronem dicere, ex natura jus *ortum esse* i. e. ex naturae constitutione, a deo profecta, con-

tum etiam societate juris contineri? Quae cum vera esse recte, ut arbitror, concesserimus; qui jam licet
36. nobis a natura leges et jura sejungere? M. Recte dicis: et res se sic habet. Verum philosophorum more, non veterum quidem illorum, sed eorum, qui quasi officinas instruxerunt sapientiae; quae fuse olim

sequi jus, cum eaque necessario esse conjunctum. *Mr.*

Cum haec jam perfecta sint] Ita libri omnes et scripti et editi excepto uno Cod. Cr. ubi est *patefacta*. Quod videtur esse glossatoris. Pro *nos esse* in Cod. H. est *nobis esse*. In seqq. cum Goer. et Sch. edidimus *secundo autem loco*, pro *secundo autem*, quod vix satis Ciceronianum est. Et praestant eam vocem, quae deest in Edd. vulgatis, Codd. nostri Cr. W. H. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Gothofr. Car. Steph. Herw. Ald. Brut. et Sturm. Pro *parem* in Codd. H. et M. est *partem*. In Codd. Cr. H. M. et W. scribitur *communem* omisso *que*. Unde noli conjicere alterutrum vocabulum glossam esse. Vid. supra ad 9. 28. extr. Add. Cic. Or. c. Rull. 23. 61. *Vult se in communi atque eodem — jure versari*. Vox *que* omittitur etiam in Copp. Victt. b. *Mr.* — Pro *contineri* Cod. H. *continere*. Ad verba *qui jam* Graevius ad marg. Ed. Comm. scripsit *cui*. Quod si voluit, delenda etiam fuit vox *nobis*. Sed vulgata, quae ne explicatione quidem eget, bene se habet. In prioribus *omnes* omissum est in Cod. M. Idem mox post *illorum* addit *igitur*. *Mr.*

§. 36. *Qui quasi officinas instruxerunt sapientiae*] *Schefferus* ad h. l. ita: Credo alludere ad officinas artificum, in quibus omnia conficiuntur cura singulari ac industria. Nam si de schola quavis accipimus, non quadrabit antecedens, cum et veteres philosophi scholas habuerint. *Wytt.* vero melius: Veterum philosophorum nomine significat Socraticos, Platonem, Xenophontem, alios. Ab his distinguit eos philosophos, qui quasi officinas sapientiae instruxerunt i. e. systemata condiderunt, quales fuerunt Aristoteles et in primis Stoici. Hi censent, non posse satisfieri huic loco, qui nunc est in manibus i. e. huic quaestioni de Legibus, quam nunc tractamus, nisi separatim hoc ipsum disputarint, jus esse profectum a natura, non opinione. Idem W. ad verba *fuse — libere* in marg. Ed. Goer. min. adscripsit: *sparsim ac solute*. Huc etiam facit Engelbronneri nota l. c. p. 22. b.: Socrates et ab eo profecti Plato, veteris Academiae auctor, et Aristoteles, Peripateticorum princeps, libere et fuse disputabant, et praetermissis partiendi et distribuendi spinis, orationis vela pandere solebant. Stoici autem breviter adstringebant argumenta, eorumque perexigua oratio erat, qua hominum animis mederentur, sed in partiendo et distribuendo magnam partem occupati erant, et enucleatius ac subtilius omnia disserebant, quae idcirco *Logica* appellabant. Ex his tamen, tanquam e scrupulosis cotibus, enavigat subinde Tullii oratio et liberum disputationis cursum tenet. v. Tuscul. Disp. Lib. III. c. 6. Lib. IV. c. 4. 5. et 14. Topic. 1. de Finib. III. 2. Brut. 31. Rem quamque suo nomine appellari amabant Stoici, quod lepidissime ridet Cicero Ep. ad Div. IX. 22. In omnia alia abit Turnebus in primo commentario, ubi h. l. hanc notam addidit: Peripateticos et

disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincteque dicuntur. Nec enim satisfieri censent huic loco, qui nunc est in manibus, nisi separatim hoc ipsum, naturae esse jus, disputarint. Att. Et scilicet tua libertas disserendi amissa est: aut tu is es, qui in disputando non tuum judicium sequare, sed auctori-

Academicos intelligit, adeoque philosophos Socraticos. Nam a Socrate philosophorum familiae proseminatae sunt. Veteres autem his de rebus vage, errabunde, nullaque dicendi via disserebant: Socratici vero partite et enucleate et plena docendi ratione. — Hoc eo adscripsimus, ut appareat, quantopere se ipse postea correxerit vir summus. *Mr.*

Articulatim distincteque] *Victorius* edidit, *articulatim* desecta *dicuntur*. Nostri vero Codd. receptae lectioni patrocinantur, quae non incommoda videtur. Dav.

Articulatim distincteque] Bruto magnopere placebat Victorii lectio; mihi non admodum, quamvis eam non cum Goerenzio absonam dixerim. Absonum certe est illud *defecta*, (quod operarum vitium in suas notas transscripsit Schützius) id enim Goer. Victorii lectionem appellat, quamvis hic *desecta* (ut est in marg. Gothofr. et Lamb.) scripserit. Melius conjecisset Vict., si conjectura opus esset, *dissecta*. Sed illam Victorii lectionem libris deberi, neque conjecturam esse, probat noster Cod. H. ubi est *detecta*, ut in Copp. Victt. b. quod ortum esse ex *desecta* nemo dubitabit, idque etiam habent Edd. Paris. et Sturm. Cod. M. habet: *ea non art. distincteque.* Hoc ut reliqui. In seqq. Cod. W. *seperatim*. *Mr.*

Naturae *esse jus*] Malim *natura esse jus*, φύσει εἶναι τὸ δίκαιον, ac ita, *Lambino* teste dant quidam MSSti. Dav.

Naturae esse jus] Nihil esse mutandum cum Goer. statuo in tanto librorum consensu, et cum Cicero consulto, ut videtur, variet sermonem, nunc *jus esse naturam*, nunc *jus esse naturâ*, nunc *jus esse naturae* eodem fere sensu dicens. Vid. notas ad XII. 33. 34. *Mr.*

Et scilicet tua libertas differendi] Malim sic legi, *Aut scilicet tua libertas differendi amissa est, aut tu is es, qui* etc. sine interrogationis nota, ut sit εἰρώνεια. Hoc enim modo lectio erit, meo quidem judicio, et concinnior et venustior. Lamb.

Et scilicet tua] Tua quoque, ita explicat Scheff., non mea solum, qui supra tibi concedere sum coactus, contra sectae meae decreta, naturam omnem regi numine. Huc puto alludere nostrum joco et sic *τὸ et* accipiendum esse.— Wytt. Est hoc, ait, ironice dictum, et accipiendum contraria significatione. Nam Cicero, ut Academicus, habebat libertatem disserendi, poterat modo hanc modo aliam sententiam sequi, de eadem re in utramque partem disputare, suum judicium sequi, non aliorum auctoritati parere. *Mr.*

Amissa est] Vocabulum *amissa* in Cod. H. puncta habet subscripta, quibus vocabula spuria notari solent. Cod. M. *dissere dimissa*. Codd. H. W. et M. pro *tu is es* habent *fuisse*, cujus vitii origo in aperto est; dictantis videlicet vocem male intellexit scriba. *Fuisse* est etiam in Copp. Victt. b. — Codd. H. et W. Copp. Victt. b. cum Cod. Cr. exhibent *sequaris* pro *sequare*. Hoc servant Edd. vett. *Mr.*

37. tati aliorum pareas? M. Non semper, Tite: sed iter hujus sermonis quod sit, vides. Ad res publicas firmandas, et ad stabiliendas vires, sanandos populos, omnis nostra pergit oratio. Quocirca vereor committere, ut non bene provisa et diligenter explorata principia ponantur; nec tamen ut omnibus probentur,

§. 37. *Non semper, Tite:*] Cod. Cr. *Tice*, Codd. W. et H. *Titi*, ille tamen supra lineam habet *Tite*. Et hoc omnes habent nostrae Edd. vett. praeter Commel. (et marg. Gothofr. et Lamb.), quae Turnebi lectionem *non semper ita* repraesentat. Graevius ibi adscripsit: *Tite* v. c. Wytt. ad h. l.: nonnunquam, ait, auctoritati aliorum pareo. Pertinet hoc in primis ad fidem et reverentiam, quam habebat Socrati, Platoni aliisque antiquis, quorum auctoritas etiam tum ei valebat, cum rationes nullas suae sententiae adderent. In Cod. M. scribitur: *non, Tite, semper. Mr.*

Sed iter hujus sermonis quod sit vides] Paris. Reg. Eliens. Balliol. Harleian. pr. sec. a prima manu et Med. habent, *sed iter*, vel *interest*, *hujus sermonis. Quod si tu idem.* Legendum, *sed iter hujus sermonis quid sit* viden'? Ἐρωτηματικῶς. Dav.

Sed iter hujus sermonis quod sit, vides.] Cod. Cr. *Sed interest hujus sermonis. Quod si tu idem, ad reipublicae firmandas — vires* etc. Cod. W. *Sed iter hujus sermonis. quod si tu idem ad r. p. firmandas* etc. Cod. H. *sed iter hujus sermonis si tu id est ad r. p. firmandas* etc. Edd. item variant. Asc. 1. plane ut Cod. Cr.; in Edd. Car. Steph. Asc. 2. Ald. Paris. Brut. Gothofr. et Sturm. est lectio vulgata, quam nos exhibuimus, quamquam non satis placeat. Repetitum *ad* omittitur in Edd. Brut. Ald. Crat. Herw. Sturm. et Gothofr.; Hae autem habent *Reip.* pro *Resp.* Cod. M. habet: *sed inter hujus serm. quod sciendum ad res publicas* etc. Pro *nostra* est *natura* in Edd. Crat. et Herw. Ed. Commel. pro *vires* habet *jure.* Turneb. in primo commentario *urbes* pro *vires* scribendum esse censuit. Graev. ad marg. Ed. Commel.: vet. ed.: *sed interest hujus sermonis cum.* Ern. cum Dav. facit. Rath. conjecit: *ad respublicas firmandas et ad stabiliendas, jure sanciendo populorum, omnis nostra p. o.* Goer. in ed. min.: *ad resp. firmandas et stabiliendas jure, et sanandos populos* etc. Sed in Ed. maj. hanc lectionem recepit et longa adnotatione probatum ivit: *ad res suas firmandas, et ad stabiliendas vires, sanandos esse populos, omnis nostra pergit or.* At vereor, ut in his Ciceronis mentem, nedum verba, restituerit. Schützius denique, fere ut Ursinus, edidit: *ad res publ. firmandas, ad stabilienda jura, ad sociandos populos, omnis* etc. Quae magis mihi, quam aliorum omnium commenta, probantur. Sed, ut fatear, quod est, nondum mihi persuadere possum, ut credam *iter sermonis* a Cicerone esse profectum; quod in posterioris aetatis scriptore facile ferrem, apud Ciceronem hoc sensu, ut sit quod nos dicimus *der Gang der Unterhaltung* vel *der Gang der begonnenen Untersuchung*, non placet. In mentem igitur venit ad librorum vestigia legere: *Non semper, Tite. Sed interest hujus sermonis. Videlicet ad res publicas firmandas, ad stabilienda jura, ad sociandos populos, omnis nostra*

(nam id fieri non potest) sed ut iis, qui omnia recta atque honesta per se expetenda dixerunt, et aut nihil omnino in bonis numerandum, nisi quod per b. se ipsum laudabile esset, aut certe nullum habendum magnum bonum, nisi quod vere laudari sua sponte posset. His omnibus (sive in Academia vetere cum

pergit oratio. Quod vero plurali numero *res publicas* usus est, id eo factum esse existimandum, quia, ut ipse ait L. II. 14. 35. *non populo Romano, sed omnibus bonis firmisque populis leges dare* voluit. *Mr.*

Ad Resp. firmandas et stabiliendas jure, sanandos populos] Vetustus Codex habet *ad Reip. firmanda et stabilienda jura, sociandos populos:* quae mihi lectio multo magis placet, quam ea quae a *Lambino* restituta est. URSIN.

Ibid. *Ad Resp. firmandas et ad stabiliendas* vires] Nescio quis interpres rescripsit *ad Resp. firmandas et ad stabiliendas* urbes. Inepte quidem, ut monuit *Ach. Statius* Observ. I. 3. *Ursini* Codex, *ad Resp. firmandas et* stabilienda jura. Quod non male se habet. At cum reliqui libri *vires* repraesentent, scribendum videtur, *ad Resp. firmandas et ad stabiliendas* LEGES. Pari modo *stabilire leges* dixit infra cap. XXIV. DAV.

Ut non bene provisa et diligenter explorata principia *ponantur, nec tamen ut omnibus probentur*] Paris. et Reg. *explorata* in principio ponatur, *nec tamen ut omnibus* probetur. Lego *ut non bene provisa et diligenter explorata* in principio *ponantur, nec tamen ut omnibus probentur;* quemadmodum diserte Balliol. IDEM.

Principia ponantur] Lectionem *principia* contra Davisium firmant Codd. nostri et Edd. vett. omnes. Ad seqq. *nec tamen ut omnibus probentur* Wytt.: subaudiendum *postulo* ex antecedente *vereor.* Post haec pro *ut iis* in Codd. Cr. et W. scribitur *ut eis.* In Copp. Victt. b. est *ut eos.* Cod. M. habet *in principio ponatur — probetur — ut his* (vel potius *hiis,* ut constanter). *Mr.*

Per se expetenda duxerunt] Vict. et Turneb. edd. *dixerunt,* quomodo exemplar S. Vict. sed alii tamen libri faciunt pro vulgata. GRUT.

Per se expetenda dixerunt] Ita cum Goer. et Sch. restituimus ex Cod. Cr. Edd. Car. Steph. Paris. Sturm. et Commelin. Reliquos occupat pejoris notae lectio *duxerunt.* Illud de philosophorum placitis proprie dicitur. Cod. M. habet: *duxerit et ante nihil.* Pro *expetenda* Cod. Cr. *expectenda,* Cod. H. et Copp. Victt. b. *expectanda;* pro *et aut* Cod. W. habet *et ut.* Tres hoc loco (*ut iis qui — sponte posset*) significantur philosophorum scholae; primum *Stoici,* deinde *Academia prima,* denique *Peripatetici. Mr.*

Sive in Academia vetere] Platonis in Academia prima successores fuerunt Speusippus, Xenocrates, Polemo; nam secundae Academiae philosophi, quorum auctor fuit Arcesilas, et tertiae, quorum auctor fuit Carneades, hi igitur de omnibus rebus dubitabant, quare eos excludit ex eorum numero, qui hanc disputationem probaturi sint. *W.* Cod. Cr. non habet *in* post *sive;* pro *manserunt* in Cod. H. legitur *mansuris.* In Cod. W. scriptum est *Theofrastus.* In Cod. M. scribitur:

Speusippo, Xenocrate, Polemone manserunt: sive Ari-
38. stotelem et Theophrastum, cum illis re congruentes, genere docendi paullum differentes, secuti sunt: sive, ut Zenoni visum est, rebus non commutatis, immutaverunt vocabula: sive etiam Aristonis difficilem atque arduam, sed jam tamen fractam et convictam sectam

cum specie sippo exnocrite pelimone sive aristotile et toofrasto dum illos congruenti. In Copp. Victt. b. est ut in Cod. H., ibidem *dum illos*, et *congruentes re*. Tum Codd. Cr. et W. *dum illos congruentis re*, Cod. H. *cum illis congruentes re*, quem verborum ordinem habet etiam Ed. Paris. *Mr.*

Xenocrate, Polemone m.] Exemplar S. Vict. *Xenocrate*, Crate, Polemone. Grut.

§. 38. *Paullum differentes*] Ed. Commelin., nescio unde, *genere docendi populum differentes*. Prave. Sed Graev. margini adscripsit *paululum*, et ita est in Edd. Crat. et Herw. *Mr.*

Rebus non commutatis immutaverunt *vocabula*] Eliens. Harleian. sec. et Med. exhibent, *rebus non commutatis*, commutaverunt *vocabula;* quod mihi quidem venustius videtur. Dav.

Rebus non commutatis immutaverunt vocabula] Iure hanc lectionem praefert Goer. Davisianae, nam *immutare* est *penitus mutare*, quod fecit Zeno. Lectionem probam exhibet Cod. H. cum Edd. Asc. 1. 2. Paris. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. Sturm. et Comm. In Cod. H. pro *commutatis* est *communicatis*, in Cod. M. *immutaverint*, ut in Edd. Ascc. Copp. Victt. b. cum Cod. H. hoc quoque loco conveniunt, exhibentes *communicatis*. — *Difficilem* dicit *atque arduam* Aristonis sectam, quia in rebus, quas Zeno dicebat indifferentes, (ita tamen, ut aliae sumendae aliae rejiciendae essent), nullum omnino discrimen esse voluit, ut diceret, inter vitam et mortem, bonam et malam valetudinem, omnino nihil interesse. Quare ejus sententia non multos invenit patronos. — Goer. pro *jam tamen*, cum in uno libro *jam* posteriore loco positum reperiatur *tamen* scribi vult absque *jam;* vel, si hoc servetur, *jam dudum*, quia Cic. de Fin. II. 13. 43. dixit *jam pridem contra eum desitum est disputare:* coll. de Off. I. 2. Sed mutatione opus non est. Neque enim *jam tamen* necessarium est ita intelligi, quasi *nuper* aliquid factum sit. In Cod. M. legitur *tamen fictam et convinctam*. Tum abest ab eodem *probantur*, quod a Turn. in Ed. Comm. itemque a Lamb. scribitur *probentur*. Copp. Victt. b. pro *indulgentes* exhibent *indulgentis*. *Mr.*

His omnibus haec quae dixi probantur] *Turnebo* placet *probentur;* cumque secuti sunt *Lambinus*, *Brutus*, et *Aldus* nepos. In fraudem viros hosce doctos id induxit, quod post illa verba, *laudari sua sponte posset*, colon vulgo pingatur. At ibi plena distinctio poni debuit, uti nos quidem fecimus; et tum demum recte stat MSStorum lectio. Dav.

§. 39. *Voluptatibus et doloribus*] Cod. Cr. habet inverso ordine *doloribus et voluptatibus;* in quo nullum, nec scriptum, nec editum, librum adsentientem habet. Ad verba *nihil enim opus est hoc loco litibus* tenendum, ea spectare ad Atticum, ut Epicureum, quocum nunc non vult disputare de hac quaestione. Quae vero antecedunt *etiam si vera dicunt*, ha-

secuti sunt, ut, virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa aequalitate ponerent) his omnibus haec, quae dixi, probantur. Sibi autem indulgentes, 39. et corpori deservientes, atque omnia, quae sequantur

bent quandam indulgentiam erga Epicureos, quasi dicant, etiamsi fortasse quibusdam in partibus de voluptate et dolore statuentes non errent. Pro vera Cod. M. habet *n̄a*, tum *mortulis finis* pro *hort. suis*. Pro *hortulis* scribitur in Cod. Cr. *ortulis;* in eodem et in Cod. W. et Copp. Victt. b. est *quoius* pro *cujus*. *Mr*. Vir doctus in Miscellann. Observatt. Amstel. Vol. III. Tom. I. p. 67. »Ciacconus: »*in hortulis suis jubeamus desi-* »*dere*. Praeferrem *delitescere*. »Sed locus non requirit emenda- »tionem.« *Cr*.

In hortulis suis jubeamus dicere] Placet *Petro Ciaccono* ut legatur *desidere* pro *dicere:* quomodo *Terentius* in Hecyra locutus est, *Frustra ubi totum desedi diem*. [Act. V. Sc. III. 2.] URSIN.

Cujus partem nec norunt ullam, neque unquam nosse voluerunt] Ita Codices; non *nec unquam*, ut vulgo. Scilicet Epicurei, magistro suo praeeunte, sapientem non πολιτεύεσθαι statuerunt. Vide *Menagium* ad *Laertii* X. 119. DAV.

Neque unquam nosse voluerunt] Ad locum a Dav. laudatum adde Gassend. de Philos. Epicuri II. p. 14. et 357. (p. 442. Ed. Hag. Com. 1659.) et Luzac. in Annott. post Orat. de Socrate Cive p. 55. *Cr*. Pro *facessant* Cod. H. habet *facessat ut*. Vid. Dav. notam proximam. Cod. M. *perturbationem* habet pro *perturbatricem*. De *Carneade* cf. Cic. de N. D. I. 2. ubi vid. nota 15. ed. nostrae minoris, Wyttenbachii Logic. Part. III. cap. 2. §. 8. *Exuremus* est in Ed. Vict. quod corrigitur in Copp. Victt. a. Pro *sileat* Cod. H. et Copp. Victt. b. *sileant;* pro *in haec* Edd. Ascc. *in has*. Ad vocem *facessant* Victorius in Copp. Nonium laudat p. 1340. [Ed. Ald. 1513.] *Mr*.

Paulisper facessant rogemus] Pal. quart. habet ad oram, *facessant* et absistant *rogemus*. GRUT.

Ibid. *Paulisper facessant rogemus*] Paris. Reg. et Balliol. *paulisper facessant* ut *rogemus*. Unde legi possit, *paulisper* ut *facessant rogemus*. Sed nihil mutandum, siquidem receptam scripturam servant alii Codices et *Nonius* in *facessere*. DAV.

Quae satis scite] Codd. Cr. et W. *scito*, Cod. H. *cito;* idem *viderentur* pro *videntur*. Cod. M. *in haec quaesito nobis;* idem *videantur* et *miscet et ruinas*. Scriptionem *nimias edet ruinas* servant reliqui nostri Codd. MSS., sed Edd. variant. In Ed. Par. abest *nimias* et scribitur *dabit ruinam*, in Edd. Car. Steph. Sturm. et Comm. *miras edet ruinas*. Antecedentia in Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. scribuntur: *Nam si invaserit in has, quae satis scite nobis instructae et compositae videntur rationes*, etc. In Copp. Victt. b. est *scito instructa et composita viderentur*. Reliquae vulgatam sequuntur. Graevius in nota MS. ad marg. Ed. Commel.: Lego ex MS.: *Nam si invaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita videntur, in tota feret ruinam*. — Mihi quidem satisfacit vulgata. Mox *placere* est in Cod. W. pro *placare*. *Mr*.

Videntur, nimias edet ruinas.] Turnebi Ms. *viderentur inferet ruinas:* Pal. quart. *videantur miscet et ruinas*. GRUT.

Ibid. *Composita videntur*, ni-

in vita quaeque fugiant, voluptatibus et doloribus ponderantes, etiam si vera dicunt, (nihil enim opus est hoc loco litibus) in hortulis suis jubeamus dicere, atque etiam ab omni societate rei publicae, cujus

mias *edet ruinas*] *Turnebi* liber, *composita viderentur, inferet ruinam.* S. Victoris, *composita videntur,* dabit *ruinas.* Hoc vero nullo modo placet; nam qui *dat ruinas*, ipse ruit idque menti *Ciceronis* omnino repugnat. *Virgilius* Aen. II. 310.

— *Jam Deiphobi* dedit *ampla* ruinam,
Volcano superante, domus —

Et XI. 612.

Continuo adversis Tyrrhenus et acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primique ruinam
Dant *sonitu ingenti* —

Claudianus Bell. Get. vs. 346.

Interdum glacie subitam labente ruinam
Mons dedit —

Porro pal. quartus habet, *composita* videantur miscet et *ruinas.* Sic etiam Paris. et Reg. nisi quod ii *viderentur.* Forte, *composita videntur*, miseras *edet ruinas.* Non male tamen legas, *miras ed et ruinas*, prout *Victorius* exhibuit. Vide *Lactantium* lib. V. cap. 14. 16. Dav.

Submovere non audeo] *Submoveremus* est in Cod. H. Vid. ad h. l. Lactant. Inst. Div. V. 16. 3—8. 10—10. coll. Augustin. de Civ. Dei II. 21. quae loca laudavit Goer. Post *audeo* in Codd. nostris nullum est lacunae signum; neque in Edd. Ascc. Crat. et Herw. In Edd. Car. Steph. Ald. Paris. Brut. et Comm. asterisci positi sunt; in Ed. Sturm. lacuna est, adscriptumque: *Multa desunt;* in Ed. Verb. et plerisque post eam interseruntur haec verba: *Desunt hic fortasse nonnulla de peccati conscientia et scelerum poenis.* Turnebus in Comm. ad calcem Ed. Par. de hoc loco ita: *Ullius* lego (pro *illius*). Quamquam et desertor, inquit, accusari possim, qui academiam novam, cui sectae addictus sum, nunc quadamtenus relinquam: sine tamen suffimentis, quibus veteres in expiatione utebantur, piaculo, cum levis aut nulla sit culpa, liberor. Cum tamen ante multa desint, quo id referatur, non satis liquet. In Ed. Gothofr. haec interponuntur: *Desunt hic fortasse nonnulla de peccati conscientia et de scelerum poenis, quas improbi apud inferos luunt.* Et ita est etiam in Ed. Lamb. Wagnerus vero argumentum eorum, quae interciderunt, simile fuisse existimat iis, quae a Platone de Legg. IV. p. 715. sqq. X. p. 906. Steph., a Porphyrio apud Stob. Serm. XXI. p. 184. et similibus veterum locis tractantur. Wytt. ad h. l. ita: Qui periit locus, ut apparet, fuit de expiatione maleficiorum per caerimonias quasdam sacras. In his erant suffimenta, de quibus vid. Festus in voce *suffimenta.* Conf. Ovid. in Fastis VI. 75. Propert. IV. 8. 85. Conferendus autem est praesens locus cum simili legum L. II. 10. et ad eandem sententiam revocandus. Engelbronnerus ad h. l. haec p. 38.: Hujus disputatiunculae principium interiit, in quo restituendo frustra elaborarunt eruditi; nam consulto mutilatum videtur, atque adeo antiquam et inveteratam ejus depravationem esse. Pars illa, quae in manibus est, satis ostendit, contra Epicureos maxime disputari, eosque omnes, qui justitiam nihil aliud esse statuerent, quam obtemperationem scriptis legibus et institutis populorum (quod idem statuit Callicles Sophista apud

partem nec norunt ullam, neque unquam nosse voluerunt, paullisper facessant, rogemus. Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem, exoremus, ut si-

Platonem in Gorgia) quique, quae sequerentur in vita aut fugerent, voluptatibus et doloribus ponderantes, utilitate omnia metienda ducebant, quibus nullum vitium vitandum censebatur, nisi judicio notatum, quosque poenae et supplicii metus, non ipsa turpitudo deterrebat ab injuriosa facinorosaque vita. *Mr.*

Cap. 14. *Nam et in iis sine illius suffimentis*] Ita editi a Victorio et Turnebo. Ea priores, *nam etiam sine illius suff.* quod et in Pal. quarto. quidam, *sine ullis.* Grut.

Ibid. *Nam et in* iis *sine* illius *suffimentis*] Paris. et Reg. *nam et in jus sine illius suffimentis.* Alii libri, *nam etiam sine illius,* vel *ullius, suffimentis.* Locus quidem mutilus est, ut quid praecesserit nesciamus; adeoque certam corrigendi rationem inire nequeamus. Suspicor tamen *Ciceronem* reliquisse, *nam et in iis sine* ullis *suffimentis expiati sumus.* Dav.

Nam et in iis etc.] Cod. W. a prima manu pro *illius* habebat *illis,* sed supra lineam adscripta est litera *i.* Pro *et in iis* Edd. Asc. Crat. et Herw. (sed in his posterioribus nonnisi in varr. lectt.) Sturm. est *etiam.* Haec verba *in iis* Goer. ad Mysteria Eleusinia refert, in quae Cicero et Atticus per Hierophanten (ad quem spectare dicit *illius*), sed *sine suffimentis,* fuerint initiati. In Cod. M. est: *nam et invisum illius sufficientis;* mox *ac vero seculis* et *finiunt* pro *luunt.* In Ed. min. Goer. scripsit *sine ullis suffim.* Pro *impietatum* Cod. H. habet *indietatum* ut Copp. Victt. b., pro *quae quondam* Cod. Cr. *quo quondam. Quondam* est i. q. nondum constitutis civitatibus; verbis *hodie* etc. tangit mores bello civili corruptos. *Mr.*

§. 40. *At vero scelerum* etc.] Inde ab hoc loco usque ad finem cap. 19., ait Wytt., exponuntur argumenta, quibus efficitur, jus esse a natura constitutum. *Primum* sumtum est a conscientia bene et male factorum; *secundum* sumtum est a contrario (*Quod si poena — improbi.*): si jus non est a natura constitutum, sequitur nullam esse improbitatem in criminibus, quae puniuntur, sed tantummodo imprudentiam; *tertium* (§. 41.): Iustitia non utilitate constat, sed sua ipsius honestate. Hinc fit, ut bonus homo, si scelere utilitatem consequi possit, ita ut semper lateat, tamen non sit facturus; *quartum* (§. 42. *Ita fit* —): Leges non sunt, nisi quae cum naturae lege consentiant: si leges essent, quae cum naturae lege non consentirent, consequeretur, jus non esse a natura constitutum. Atqui jus est a natura constitutum, ergo sequitur, leges non esse, nisi quae cum natura justi consentiant; *quintum* (§. 43.) Nisi justitia a natura exstitit, omnes virtutes interibunt. Atqui virtutes non interibunt: ergo justitia a natura proficiscitur. Hujus argumenti consectarium est initio cap. 16. Si verum esset, quod in antecedentibus confutatum est, bonum et malum constitui non natura, sed populorum jussis, cet., consequeretur, omnia vitia habenda esse pro virtutibus, certe pro factis cum lege consentientibus; *sextum* (§. 44.): Si res morales ab hominibus mutari possunt, sequitur, etiam res physicas ab hominibus mutari posse: atqui

leat. Nam si invaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita videntur, nimias edet ruinas. Quam quidem ego placare cupio, submovere non au-
14. deo. * * * Nam et in iis sine illius suffimentis expiati
40.

res physicae mutari non possunt, igitur neque morales; *septimum:* Honesta in virtute ponuntur, in vitiis turpia; quod in natura positum est; *octavum* (§. 45.): ex habitu, neque ex aliqua re externa, virtus judicatur; *nonum* (c. 17.): Virtutes logicae et veritas judicantur sua ipsae natura, non opinione; ergo etiam virtutes morales et ipsa honestas natura non opinione judicandae sunt; *decimum:* (§. 46. *nam ni ita*—) Beatitudo hominis per suam naturam judicatur, non aliorum opinione. Ergo virtus quae est effectrix beatitudinis, item per se judicatur, non aliorum opinione; *undecimum:* (§. 48.) Adversariorum argumentum refutatur, homines in sensibus corporis consentire (§. 47.) in judicio de rebus moralibus dissentire, ergo sensus corporis esse veros, res morales esse fictas; *duodecimum* (ib.): Viri boni ita judicant: ergo verum est; *tertium decimum* (c. 19.): Virtutes omnes recensentur, certe pleraeque, et ostenditur eas per se, sine praemio, expetendas esse; *quartum decimum:* Vitium est turpe, etiamsi non sequatur poena; *quintum decimum:* Virtus propter alias res esset expetenda, si quid esset melius virtute. Atqui nihil est melius virtute, ergo virtus propter se expetenda est. In virtute autem jus. Jus igitur in natura constitutum est, quia in natura constituta est virtus. *Mr.*

Ubi *sint*, *tamen persaepe falsa sunt*] Vulgo *ut sint tamen*, *persaepe falsa sunt.* At cum Codices dent, *ubi sit* vel *fit*, eorum ductu *Ciceronem* reformavi, commodamque posui distinctionem. Dav.

Ut sint tamen, *persaepe falsa sunt*] Male Ciceronem a Dav. esse reformatum nemo facile dubitabit. Nihil enim sanius ea lectione, quam vulgatam appellat Dav., quamque restituerunt Goer. et Sch. Eam praestant Edd. Ald. Car. Steph. Gothofr. Brut. Sturm. et Verb. Minus bene *ut sint*, *tamen* distinguitur in marg. Edd. Crat. et Herw., in quarum contextu est *ubi sunt*, *ficta tamen persaepe et falsa sunt*, ut in Edd. Asc. 1. 2. In Edd. Paris. et Commel. scribitur: *ubi sunt tamen*, *persaepe falsa sunt*, ut ediderunt Ern. Bip. et Wagn., quamquam hic in notis nostram lectionem probaverit. Lamb. *et*, *ut sint*, *tamen*, et ita vult Rathius. Goerenzii Ed. minor exhibet, ut margo Crat. et var. lect. Herw. Codd. nostri (excepto M. qui habet *nisi fictum*) *ubi fit*, *tamen.* De nostra constructione optime monet Goer. *ut* h. l. idem esse, quod *utut*, ita tamen, ut hoc solo cum indicativo, illud modo cum subjunctivo recte jungatur. Vid. etiam de nostro loco Ochsnerum ad Oliveti Eclogas Ciceron. pag. 71. sq. Wyttenbachius quoque Davisii rationem improbavit, quae librorum auctoritate plane destituitur. *Mr.*

Quam ut eos agitent] Haud aliter Aldus Nepos; sed in avi libris aliorumque non comparet *quam*, neque agnoscit ullum Ms. nostrum; nedum, ut praeterea habeat Lambini, *quam conscientia*, *ut eos ag.* Grut.

Ibid. Ut eos agitant insectanturque *Furiae*] Sic optime reposuit *Hadr. Turnebus:* nam repraesentant Codices, *agitent insectenturque.* Vide *J. Fr. Gronovium* Observ. III. 6. Dav.

sumus. At vero scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est. Itaque poenas luunt non tam judiciis, (quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt; ut sint tamen, persaepe falsa sunt) p. 164 a.
sed ut eos agitent insectenturque furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae,

Sed ut eos agitent insectenturque furiae] Ita in magno librorum et interpretum dissensu scribendum duximus cum Goer. et Sch. probante Ochsnero l. c., qui tamen Lambini rationem secutus est in contextu. Eandem emendationem Rathius protulit, rejecta et Lambini interpolatione et Davisii singulari exclamatione, merito ab ipso Turnebo in altera Ed. reprobata. Quamquam tertiam eam editionem rectius dixeris, nam in prima Ed. commentarii sui, quae nomen ejus non gerit in fronte, ad h. l. dicit: praefigendum est: *quam ut eos.* Schefferus lectionem *ut eos agitent* etc. constructione defendere voluit, haud inepte quidem. Ita enim ille: *Quam ut eos agitent:* illud *quam* libri veteres nulli agnoscunt. Itaque hic erit ordo verborum: *poenas luunt, non tam ut furiae judiciis eos agitent insectenturque, non* (scilicet tam poenas luunt) *ardentibus taedis, sic ut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu.* Sed videamus etiam libros. Codd. MSS. *ut eos agitent insectenturque* et ita Edd. Paris. Ald. Gothofr. Car. Steph. Brut. et Sturm. *quam* praepositum habent Edd. Ascc. Crat. Herw. et Ern. Ed. Comm. indicativum habet, qui tantopere placuit Davisio, et ita edidit etiam Verb., nihil monens, ut solet, sed additis notis Gruteri, Schefferi et Gronovii, quae in alia omnia abeunt. *Mr.* V. D. in Miscell. Obss. III. 1. p. 227: — »qui »(locus) sic scribi deberet: *Ita»que poenas luunt* (*non tam ju»diciis, quae quondam nusquam »erant, — falsa sunt*) *ut eos agi»tent insectenturque furiae* etc. »Ubi *ut* tantum valet ac *ita ut*, »quod Ciceroni valde familiare et »vulgo subjunctivum modum re»quirit.« Ad sententiam adhibe Taciti locum in Annalibus II. 26. »Vetustissimi mortalium nulla ad»huc mala libidine, sine probro, »scelere, eoque sine poena aut »coercitionibus agebant« etc. *Cr.*

Ardentibus taedis] Sic vulgo creditum. Vetus Poëta apud nostrum Acad. II. 28.

> *Caeruleae incinctae igni incedunt,*
> *Circumstant cum* ardentibus tedis.

Seneca Medeae vs. 13.

> *Adeste, adeste, sceleris ultrices Deae*
> *Crinem solutis squallidae serpentibus,*
> Atram *cruentis manibus amplexae* facem.

Livius VII. 17. *Sacerdotes eorum,* (Faliscorum et Tarquiniensium) *facibus ardentibus anguibusque praelatis, incessu Furiali, militem Romanum insueta turbaverunt specie.* Idem narrant alii. Vide sis et *Suetonium* Nerone c. 34. *Frontinum* Stratag. lib. II. cap. IV. 18. 19. et *Valerium Flaccum* Argon. IV. 412. De re ipsa fusius noster pro Sexto Roscio cap. 24. DAV.

Ardentibus taedis] Est hic gravis et ornatus locus, quo et in orationibus usus est Cicero, veluti in Or. pro Rosc. Amer. c. 24. et Or. c. Pison. c. 20. Imitatus est Aeschinem oratorem in Or. c. Timarchum c. 194. (pag. 180. ed.

fraudisque cruciatu. Quod si homines ab injuria poena, non natura arcere deberet, quaenam sollicitudo vexaret impios, sublato suppliciorum metu? quorum tamen nemo tam audax umquam fuit, quin aut abnueret a se commissum esse facinus, aut justi sui doloris causam aliquam fingeret, defensionemque faci-

Reisk. Orr. grr. Vol. III.) unde et alii scriptores Graeci eandem imaginem expresserunt. *W.* Aeschinis locus hic est: *Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἀπὸ θεῶν, ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ἀσελγείας γίνεσθαι· μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας, καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, Ποινὰς ἐλαύνειν καὶ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις· ἀλλὰ — ταῦτά ἐστιν ἑκάστῳ Ποινή. Mr.* Cf. quae in hanc rem ex operibus Gorii, Micalii, Uhdenii et Francisci Inghiramii de monumentis Etruscorum, sepulcralibus maxime, in medium protuli in Symbolica et Mythologia II. p. 956. sqq. ed. alter. *Cr.*

Fraudisque cruciatu] Ita dicitur cruciatus, quem propter sceleris conscientiam perferunt nocentes. Sic *dolorem cruciatumque vulneris* dixit *Agellius* V. 1. Adi et *Hirtium* Bell. Alex. cap. 55. Dav.

Fraudisque cruciatu] In Cod. Cr. est *fraudis cruciatu.* Ad vocem *quaenam* recte monet Hotting. ad Olivet. l. c. p. 73. eam h. l. esse i. q. *num ulla? Mr.*

Sublato suppliciorum metu] S. Vict. liber, *sublatos metu.* Et vero placeret, *sublato metu,* eiecto illo *suppliciorum,* quod mihi glossam resipit, quoniam praecesserat poena. Grut.

Ibid. *Sublato* judiciorum *metu*] Vulgo *sublato* suppliciornm *metu.* Nostram vero lectionem suppeditarunt Eliens. Harleian. pr. sec. et editio pervetus. Sic infra cap. 19. *Infamiaene metu non esse petulantes, an legum et* IUDICIORUM? Et paulo ante: *Poenas luunt non tam* IUDICIIS — *ut eos agitant insectanturque Furiae.* Equidem *Gruterum* non moror, qui, quoniam liber S. Victoris daret *sublatos metu,* legit *sublato metu,* vocemque mediam prorsus sustulit. Dav.

Sublato suppliciorum metu] Hac lectione nihil est certius, quod docet ipse Cicero, qui aliquot lineis interjectis iterum dicit: *quod si poena, si metus supplicii — deterret* etc. Quare merito neminem editorum obsequentem habuit Dav., quamquam ei aliquot libri suffragentur. A proba lectione stant Cod. H. Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Sturm. Commel. In Ed. Paris. nonnisi *sublato metu* legitur, quod favet Gruteri sententiae. *Mr.*

Quin aut abnueret *a se commissum esse facinus*] *Victorius* edidit, *quin aut* ob injuriam *a se commissum esse facinus;* eandemque scripturam pro varia lectione repraesentat Harleian. sec. Pessime. Dav.

Quin aut abnueret] Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. et H. *abnuerit* et ita Edd. Ald. et Br. sed perperam. Pro hac voce in Ed. Par. est *ob injuriam;* eadem verba, omisso *abnueret*, habet, sed ante *facinus,* Ed. Sturm. Pro *quin* in Cod. Cr. est *qui.* Cod. M. *quin ant aberrasset a se comm. esse facinus. Mr.*

A naturae *jure aliquo quaereret*] Haec est *Lambini* conjectura, quam recepit *Gruterus:* nam cuncti codices habent *a natura.* Lego *a natura* aut *jure aliquo quaereret.* Et tum demum

noris a naturae jure aliquo quaereret. Quae si ap-
pellare audent impii, quo tandem studio colentur a
bonis? Quod si poena, si metus supplicii, non ipsa
turpitudo, deterret ab injuriosa facinorosaque vita:
nemo est injustus; aut incauti potius habendi sunt
improbi. Tum autem, qui non ipso honesto move- 41.

recte cohaerent sequentia. *Victorius* edidit, *a natura* jura * aliqua *quaereret*. Quanam auctoritate fretus, nescio; nostri certe libri non favent. Dav.

A naturae jure aliquo] *Natura* est in omnibus libris nostris, excepta Ed. Comm. (itemque margg. Lamb. et Gothofr.) et post eas Verb. Ern. et recc. — Goer. in uno Cod. confirmationem quandam nostrae lectionis reperit, ubi est *a natura e jure aliquo*. Ed. Par. habet *jura aliqua* pro *jure aliquo*. *Mr*.

Quae si appellare] Sensus est: Si impii audent provocare ad jura naturae i. e. quaerere defensionem facinoris ab aliquo jure naturae, quo tandem studio haec jura colentur a bonis hominibus? *W*. Ernesto magis placet Turnebi explicatio, q. v. (propter sequens *colentur*). Mihi unice probatur Wyttenbachii ratio, quae est etiam Hottingeri l. c. p. 74. Cod. M. habet *quod si app.*; mox *quod poenas*. Pro *deterret* Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. *deterreret*, Sturm. *terret*. rell. cum Codd. *deterret*, nisi quod in Cod. M. est *teterret*. In Copp. Victt. b. scribitur *facinerosaque*. *Mr*.

Aut incauti potius] Sic Pall. sic S. Vict. ac Fabr. expressitque editio Victorii, aliae *at*, praeter Lambini, quae *sed incauti*. Pro arbitrio scilicet suo. Grut.

Ibid. At *incauti*] Sic Harleian. pr. editique nonnulli. Et recte quidem. Vulgo *aut incauti*; quod quamvis exhibeant cuncti fere Codices et editio *Victoriana*, tamen sententiam labefactat. Dav.

Aut incauti potius] Ita scripsimus ex Codd. H. et M. Edd. Paris. et Commel. cum Goer. et Sch. *Aut* haud raro ita a Cicerone ironice ponitur vid. de Div. II. 17. 38. et 27. 59. Schefferus volebat *ac*; Ern. et Hülsem. malebant *et* vel *atque*. Cicero, ne repeteret *injusti*, pro eo dixit *improbi*. Nostrae etiam sententia adstipulatur Ochsnerus l. c. p. 74. Copp. Victt. b. exhibent *ut incauti*. *Mr*.

Tum autem, qui non ipso etc.] *Qui* idem est ac *quicunque*. Pro *non* Cod. M. habet *nemo*, et post *honesto* addit *modo*. *Boni viri* pro solenni ordine *viri boni* dicitur h. l. in oppositione sive emphasi; de qua re dixit Beierus ad Cic. de Off. I. 7. 20. p. 46. qui et nostrum et plures in hanc rem congessit locos. Pro *callidi sumus* in Ed. Comm. est *callidissimus*, sed Graev. probam lectionem margini adscripsit; in Cod. H. scriptum est *callidi simus*, sed supra *si* litera *u* adpicta est; in Cod. M. *aliqua calidissimi simus*. Vict. in Copp. laudat Cic. ad Att. [VII. 2.] ubi est: *Intelligunt se de callido homine loqui, non de bono viro*. *Mr*.

Nam quid faciet is homo in tenebris] Pal. quart. *is* non *in tenebris*. Placeret magis, si transpositis verbis foret: *nam quid non faciet in tenebris*. Grut.

Quid faciet is homo] Cod. Cr. *homo is*; idem pro *nihil* illud scripturae compendium habet, quo *nisi* scribitur. Ad vocem *judicem* Graev. ad marg. ed. Commel. adscripsit: leg. *indicem*. Sed

mur, ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu; callidi sumus, non boni. Nam quid faciet is homo in tenebris qui nihil timet nisi testem et judicem? quid, in deserto quo loco nactus, quem multo auro spoliare possit, imbecillum atque solum? Noster quidem hic natura justus vir ac bonus, etiam collo-

praestat vulgata, quia, si testis et judex ponitur, index in teste continetur; si index ponitur, judex desideratur. *Vel judicem* scriptum est in Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr. Brut. Sturm. *Mr.*

Quid in deserto quo *loco, nactus quem multo* etc.] Vulgo *quid in deserto loco nactus, quem multo* etc. Sed voculam adjeci fide MSStorum Paris. et Reg. ac editionis *Victorianae:* distinctionem vero, sensu duce, commutavi. Dav.

Quid, in deserto quo loco nactus, quem] Pronomen *quo* recepissemus vel sola librorum a Goer. collatorum auctoritate; sed idem praestant etiam Codd. H. et M. Edd. Paris. et Commel. et Copp. Victt. b. Ad h. l. conferri etiam potest Plato de Republ. II. 3. p. 359. p. 61. Bekker. de Gyge pastore regnum Lydiae occupante; et Creuzeri Meletemm. I. p. 72. 73. In seqq. Cod. Cr. et Copp. Victt. b. *nil alterius* pro *nihil alterius*. Cod. M. hunc locum ita exhibet: *et judicem — deserto quo — apcius quem — spoliari — qui hac — injustus — qui vel alt. Mr.*

Facit et metitur] Sic vulgata; placetque prae *faciet et metietur*, quod in Victorio et Turnebo, quia videam in pal. quarto talem lectionem natam ex librariorum negligentia. Habet tamen pal. tert. item S. Vict. et Fabr. *faciet et emitietur*. Grut.

Ibid. *Faciet et metietur*] Vulgo *facit et metitur*. At cum Paris. et Reg. dent *faciet metietur;* Balliol. *faciet emetietur;* Harleian. pr. et Med. *facit et metietur;* non dubitavi quin reponendum fuerit, *faciet et metietur*, prout diserte repraesentant Eliens. et Harleian. sec. ab emendatrice manu. Id sane flagitant futuri temporis verba quae praecedunt et subsequuntur. Dav.

Faciet et metietur] In hac ego scriptione Ciceronis manum magis agnosco, quam in praesentibus *facit* et *metitur*. Accedit librorum auctoritas et a Dav. et Goer. collatorum et nostrorum, qui certe haud procul abeunt. In Codd. Cr. et W. est *facit et metietur*, in Cod. H. *facet et metietur*, in Cod. M. plane ut nos edidimus; cujus certe scriptor, ut jam monuimus, nihil ex ingenio novare et corrigere potuit. Copp. Victt. b. exhibent *fecit mētietur*, cui lectioni Victorius superscripsit $\overset{c}{c}$ [i. e. corrige] *facit emetietur*. Ibidem est *crede* pro *credo*. In Edd. Ascc. Crat. (quae *metitur* in marg. habet, neque vero, quod Goer. ait, nostram lectionem in contextu) Herw. est *faciet et demetietur*, in Ed. Paris. *faciet, emetietur;* in reliquis *facit et metitur*, excepta Ed. Commel., quae plane nobiscum facit. Eandem lectionem receperunt Goer. et Sch. — Pro *videtis* est *videns* in Cod. W. Pro *acturus* Lamb. habet *facturus; sit acturus* deest in Cod. M. Pro *ablaturum* Copp. Victt. b. et Cod. H. *oblaturum;* iidem cum Cod. M. *in natura* pro *id natura*, Ed. Par. *id etiam natura*. Cod. Cr. *id turpe natura*. Cod. M. *metuatur* pro *metuat* et in seqq. *in quo non modo. Mr.*

quetur, juvabit, in viam deducet; is vero, qui nihil alterius causa faciet, et metietur suis commodis omnia, videtis, credo, quid sit acturus. Quod si negabit, se illi vitam erepturum, et aurum ablaturum; numquam ob eam causam negabit, quod id natura turpe judicet, sed quod metuat, ne emanet, id est, ne malum habeat. O rem dignam, in qua non modo docti, verum etiam agrestes erubescant! Jam vero illud stul- 15. 42.

In qua non modo docti, verum etiam] Victor. et Turneb. non habent illud *verum*, et poterat abesse: sed cum fuerit in nostris omnibus, non ausus sum amovere. Grut.

Verum etiam] Miror sane, ex nullo adhuc libro enotatum esse *sed* pro *verum*, cum illud sit in nostris Codd. Cr. W. et H. et in Copp. Victt. b. Edd. autem veteres fere omnes habent illud *verum*, nisi quod ab Ed. Comm. abest, itemque ab Ed. Par., ubi scribitur *non modo ducti, etiam.* Sed Turneb. in Commentario primo correxit, ut nos exhibuimus. *Mr.*

Agrestes erubescant] Paris. et Reg. *agrestes* testes *erubescant.* Sed vox additicia ex temere repetitis postremis voculae praecedentis literis videtur nata: nisi forsan legi possit *agrestes* et rudes *erubescant. Minucius Felix* cap. 12. *Satis est pro pedibus aspicere, maxime indoctis, impolitis,* rudibus, agrestibus. Sic *rudem atque agrestem animum* dixit *Livius* VII. 5. Dav.

Agrestes erubescant] Ita Codd. nostri et Edd. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. Lamb. Sed. Cod. M. et Edd. Ascc. *agrestes testes erubescant* et plane ita corrigit Turneb. in comm. primo, cum in Ed. Par. sit *agressi testes erubescant. Mr.* Staveren ad Cornel. Nepot. Praefat. §. 2. Proxima : *Jam vero – legibus* adhibuit; sed ibi corrigendum, itidemque in Ed. Bardilina p. 4. Cic. de Legg. I. (pro II.) *Cr.* Victor. in Copp. laudat ad h. l. Xenoph. ἀπομν. Videtur significare I. 2. 44. sq. In Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. scribitur *stultissimum illud.* Vocem *illud* Edd. Ascc. omittunt. *Mr.*

Cap. 15. *Quae* sita *sint in populorum institutis*] Sic post *Lambinum* dedi; nec aliter exhibent nostri Codices. Vulgo *scita.* De re ipsa vide *Maximum Tyrium* Diss. 40. pag. 420. Dav.

§. 42. *Quae scita sint*] Mireris sane, quomodo Lambino et Davisio se commendare potuerit lectio non uno tantum nomine reprehendenda, cum nihil certius sit ea, quam pleraeque exhibent Edd. v. c. Ascc. Car. Steph. Paris. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. Sturm. Comm. Verb. etc. itemque tres Goerenzii Codd. Ita noster c. sq. princ. : *si haec suffragiis aut scitis multitudinis probarentur.* Ern., qui *sita* ferri posse credebat, quamquam ne latinum quidem, certe non Ciceronianum, est, dedit *scita*, conjecit *sancita.* Poterat laudare c. 16., ubi est: *cur non sanciunt, ut, qua mala, perniciosaque sunt, habeantur pro bonis?* sed pro hac inter tres lectiones fluctuatione, melius in proba substitisset, quod fecerunt Wagn. Goer. Sch. Contra Ernestum, qui, si *scita* legatur, deletum malebat *in*, commode laudat Wagn. L. II. c. 5. : *multa sciscuntur in populis.* Nostram lectionem praeferunt etiam Schefferus, Wyttenb. et Engelbronn.

tissimum, existimare omnia justa esse, quae scita sint in populorum institutis aut legibus. Etiamne, si quae leges sint tyrannorum? Si triginta illi Athenis leges imponere voluissent, aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hae leges justae haberentur? nihilo, credo, magis illâ, quam

l. c. p.50. Ad rem, quae in hoc capite tractatur, vid. Cic. de Rep. III. 11. p. 257. ubi est: »An vero »in legibus varietatem esse di»cunt: natura autem viros bonos »eam justitiam sequi, quae sit, »non eam, quae putetur? Esse »enim hoc boni viri et justi, tri»buere id quoique, quod sit quo»que dignum.« *Mr.*

Aut legibus. Etiamne, *si quae leges sint tyrannorum*] Paris. et Reg. *aut legibus etiam* an si qua elegissent *tyrannorum.* Lego *quae sita sint in populorum institutis, aut legibus* etiam. An, *si quae leges sint Tyrannorum?* Dav.

Etiamne, si quae leges sint tyrannorum?] Edd. Car. Steph. Ald. Gothofr. Brut. Sturm. Lamb. *si quae sint tyrannorum leges;* sed Codd. nostri eum verborum ordinem servant, quem edidimus cum Verb. Dav. Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch. Cod. M. *si qua elligissent tirapnorum.* In Cod. H. scribitur *sent*, supra *e* scripto *i;* in Edd. Asc. 1. et 2. Paris. Crat. Herw. et Comm. est *essent*, quod reponi volebat Rathius, cum *sint* sit »contra orationis reliquae »ductum.« Ita ille. Si esset in vivis, eum docerem, non esse nostram lectionem contra orationis reliquae ductum; nunc non opus videtur docere, quod nemo nescit. Uptonus ad Arrianum p. 259. scribi voluit: — *aut legibus, etiam, si quae leges sunt tyrannorum.* Mox in Codd. Cr. et M. est *triginta illa.* Cod. M. *unde idcirco*, pro *num idc.* Pro *hae leges justae* in una Ed. Comm. est *ea legis jussa*, quam secutus est, nihil, ut solet, monens, Morabinus. Graev. ad marg. Ed. Comm. adscripsit: Forte legendum: *eae legis jussa.* Sed in optimorum plurimorumque librorum consensu nihil desidero. Idem Graev. inter verba *ut Dictator* et *quem vellet* se in veteri libro positum reperisse ait: *qui esset.* Quod videtur glossatoris, quamquam ita etiam legatur in Edd. Asc. 1. et 2. Crat. et Herw. Neque enim, ut recte monet Goer., ad quemcumque, qui dictator futurus esset, ea lex pertinebat, sed, ut privilegium, solius Sullae causa lata est. Pro *nihilo, credo, magis illâ, quam* Gothofredus conjecit: *nihilo magis, quam illa, quam* etc. Frustra. *Mr.*

Nihilo, credo, magis illa, quam] *Lambinus* rescribendum conjecit, *nihilo magis* quam *illa, quam.* Nihil vero mutandum est: nam in auferendi casu ponitur *illa*, seque plena sic haberet oratio, *nihilo, credo, magis* justae haberentur *illâ, quam* etc. Dav.

Quam interrex noster tulit] *Hadr. Turnebus, Ant. Augustinus*, et alii *L. Valerium Flaccum* censent intelligi; de quo sic *Cicero* in Rullum Orat. XVII. cap. 2. *Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sullâ tulit, ut omnia: quaecunque ille fecisset, essent rata.* Huic tamen sententiae meam non adscribo. Nam lex, quam *Flaccus* tulit, de re praeterita fuit lata, Syllamque solum spectavit. Et sane πάντα, ὅσα διῴκησεν ὁ Συλλᾶς ὑπατεύων τε καὶ ἀνθυπατεύων, βέβαια καὶ ἀνεύθυνα ἐψηφίζοντο

Interrex noster tulit, ut Dictator, quem vellet civium, b. indicta causa impune posset occidere. Est enim unum jus, quo devincta est hominum societas, et quod lex constituit una; quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. Quod si justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum, et si, ut iidem dicunt, utilitate omnia

εἶναι, veluti testatur *Appianus* B. C. lib. I. c. 99. pag. 684. At ea lex, cujus hoc in loco meminit noster, Dictatori, quicunque demum futurus esset enormem potestatem concessit. Mihi tamen latet, quem voluerit *Cicero*, nec, ut opinor, superest apud Historicos rei memoria. Dav.

Ut dictator, quem vellet civium] Paris. *ut dictator* esset *quem vellet civium* Reg. *ut dictator* esset *quem* quam *vellet civium.* Forsan, *ut*, qui *Dictator* esset, *quem vellet civium.* Idem.

Ut dictator] Cod. noster M. ut Davisii Paris. *ut dictator esset;* quod favet Davisii conjecturae, *qui dictator esset.* Sed vide notam nostram praecedentem. *Mr.*

Indicta *caussa*] Tradit *Ant. Augustinus* de Legg. pag. 148. in veteri libro esse *vindictae causa.* Sed ea lectio male se habet, nec a nostris Codicibus agnoscitur. Paris. tamen et Reg. dant *ut dicta caussa.* Sed et illud perperam. Vide *Rad. Fornerium* Rerum Quotid. lib. V. cap. 7. Dav.

Ut dictator, quem vellet civium, indicta causa] Non debuit Dav. dubitare de hac lege ejusque auctore. Intelligit Cic. legem L. Valerii Flacci, A. U. 672. latam, qua lege L. Cornelius Sulla crearetur dictator ea potestate, ut, quae fecisset, omnia rata essent, possetque indicta causa, quem vellet civium, interficere. Vid. Cic. in Or. agrar. Lib. III. c. 2. pro Rosc. Amer. c. 13. Ern. in Clavi legum v. Valeria. Bach. Hist. Iurispr. Rom. II. 2. 72. Cicero vero nostro loco illius legis verba invidiosius interpretatus est, eo quod non nominatim appellat dictatorem, quasi ad quemcumque ea lex pertinuisset. Vid. notam nostram praeced. — Sch., notam Goerenzii, neque vero contextum inspiciens, scripsit Goerenzium dedisse *vel indicta causa.* Voluit quidem, sed operae non paruerunt. Nobis quidem non improbatur illa vocula addita, praesertim cum noster Cod. W. et Copp. Victt. b. exhibeant *vindictae*, Cod. H. *vindicta* supra scripto *e*, quod, cum punctum post literam *v*, qua *vel* significatur, evanuisset, addendum esse credebat librarius. *Mr.*

Et quod lex constituit una] h. e. id, quod una lex constituit, unum illud jus est, quod re vera est jus, nempe lex rectae rationis, absque qua lege nullum jus est a quocunque denique ac quantacunque auctoritate sanciatur. Scheffer.

Quae lex est recta ratio] Pro *est* in Codd. Cr. W. et H. et Copp. Victt. b. est *esset*, vett. Edd. vulgatam servant, quae bene se habet. Ad rem cf. supra I. 6. 18. et de N. D. I. 14. 36. Mox Cod. W. *si est injustus* pro *is est injustus*, tum Cod. Cr. *sive est et illa;* sola Ed. Commel. *sive illa est.* Ad seqq. Wytt.: *Nusquam* latinus postulat usus: semidocti subinde *nuspiam.* Vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 634. *Mr.*

metienda sunt; negliget leges, easque perrumpet, si poterit, is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore. Ita fit, ut nulla sit omnino justitia; si neque natura est, eaque, quae propter utilitatem constituitur, utili-
43. tate illa convellitur. Atque, si natura confirmatura jus non erit, virtutes omnes tollentur. Ubi enim liberalitas, ubi patriae caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero, aut referendae gratiae voluntas

Justitia est obtemperatio scriptis legibus] Hunc Graecismum, quo nomina a verbis orta casum verbi sui regunt, ex Plauto notavit Pareus in Mantissa Lex. Plaut. v. *verbalia* in *io*. *W*.

Utilitate omnia metienda sunt] Conf. Cic. de Off. III. 4. 18. et quos ibi laudat Beier. p. 211. In seqq. Cod. M. *et liget* pro *negliget;* pro *putabit* Cod. H. *putavit*. *Mr*.

Et *ea quae propter*] Omnes Codices *eaque propter*. Leg. *eaque* quae *propter* etc. Dav.

Si neque natura est, eaque, quae propter etc.] Ita dedimus cum Goer. et Sch. cum libri scripti non exhibeant, quod in vulgatis est, *et ea, quae*, sed *eaque*, et antiqui editi v. c. Ascc. Crat. et Herw. habeant *ea quae*. Sed singularis est lectio Ed. Commel. ubi legitur: *ut nulla sit omnino justitia sine natura: et ea quae propter* etc. Cod. H. ut eae, quas diximus, Edd. vett. Cod. W. in marg. *sinque.;* reliquae Edd. vulgatam sequuntur. Ad *eaque* subaudi cum Goer. *justitia*, et ad *utilitate illa* cum eodem *quae naturâ est*, tum non erit necessarium, librorum MSS. lectionem emendare, vel potius corrumpere, scribendo *alia*. Cod. M. habet: *natura eaque illa propter*. *Mr*.

Utilitate illa convellitur] Videtur aliquid desiderari: et ita legendum, *utilitate illa* sublata *convellitur*. Lamb.

Utilitate alia *convellitur*] Est a Victoriana, quippe Turnebi *illa*, quomodo et vulgata. Pal. tert. *ipsa*. Grut.

Ibid. *Utilitate* alia *convellitur*] Sic post *Victorium* dedit *Gruterus*. Sed Paris. Reg. Harleian. pr. sec. aliique plurimi Codices *utilitate illa:* unde *Lambinus*, voce suppleta reposuit, *utilitate illa* sublata *convellitur*. Ipse non invitus legerim, *utilitate* ULLA *convellitur*, quae quidem minima est mutatio. Haud male tamen rescribas, *utilitate ipsa;* uti diserte repraesentant Pal. tert. et Balliol. Dav.

Si natura confirmatum *jus non erit*] Vulgo *confirmatura;* prout etiam *Victorius* et *Aldus* nepos ediderunt. Ac ita sane dant Paris. Reg. et Ven. 1471. id tamen κακόφωνον est. Igitur eam recepimus lectionem, quam, ne libros editos memorem, praestant Eliens. Harleian. pr. sec. Balliol. et Med. Dav.

§. 43. *Atque si natura confirmatura jus non erit,*] Ita cum Goer. et Sch. restituendum duximus. *Atque* pro vulgato *atqui* orationis tenor postulat, idque est in compluribus Goer. libris et nostris Codd. M. et Cr. itemque in Edd. Sturm. et Commel. *Confirmatura* dedimus cum Goer. et Sch. ex quinque illius Codd. et Edd. Paris. et Commel. probo sensu, neque ita κανοφώνως, ut ea lectio a Ciceronis usu plane abhorrere videatur. Vide modo Wopkens. Lectt. Tull. I. 5. p. 21. sqq. Edd. Crat. et Herw. habent *non*

poterit exsistere? nam haec nascuntur ex eo, quod natura propensi sumus ad diligendos homines; quod fundamentum juris est. Neque solum in homines obsequia, sed etiam in Deos caerimoniae religionesque tolluntur; quas non metu, sed ea conjunctione, quae est homini cum Diis, conservandas puto. Quod 16.
si populorum jussis, si principum decretis, si sententiis judicum, jura constituerentur; jus esset latroci-

firmatum jus non erit. Cod. M. *confirmat nostra. Mr.*

Virtutes omnes tollentur — *caerimoniae religionesque* tollentur] Sic utrobique cum *Lambino* dedimus; nam vulgo legunt, *virtutes omnes* tollantur — *caerimoniae religionesque* tolluntur; nec abeunt Codices. DAV.

Virtutes omnes tollentur] Duo vocabula priora absunt a Codd. W. M. et H. Ad v. seq. Schefferus ita: Omnes libri habent *tollantur*. Suspicantur quidam *tollentur*. Mallem ego *tolluntur*. Sic enim statim post: *Sed etiam in deos caerimoniae religionesque tolluntur*, quod non procedit propter conjunctionem, tempora similia et modos postulantem, si hic legas *tollantur* vel *tollentur*. — Qua in re illud recte vidit, conjunctivum loco parum convenire, sed praecedente futuro futurum aptissimum est. Cod. M. *tollatur* et mox *bene vivendi*. At habent *tollentur* Edd. Ascc. Crat. Herw. (in his etiam scribitur *omnes virtutes*). Lamb. Infra autem *tolluntur* bene se habet, et est in Codd. Cr. W. H. M. in Edd. Ascc. Crat. Herw. Gothofr. Ald. Paris. Sturm. Brut. et Comm. In seqq. Cod. H. et Copp. Victt. b. pro *referendae* perperam habent *praeferendae. Mr.*

Ex eo, quod *natura*] Paris. et Reg. *ex eo*, qui *natura*. Legendum, *ex eo*, quia *natura;* prout exhibet Med. DAV.

Ex eo, quod natura] Hanc servavimus scriptionem, quamquam mox repetatur *quod*. Et ita libri nostri et scripti et editi omnes, nisi quod in Cod. H. et Copp. Victt. b. est *qui*. Pro *diligendos* Cod. W. *diligendo;* pro *religionesque* in Ed. Comm., nescio unde, legitur *religionesve*. Male. *Mr.*

Quod fundamentum juris est.] Haec eximie summis eloquentiae copiis explicat Maximus Tyrius Diss. XII. p. 132. ed. Markl. — ENGELBR.

Quas non *metu*, sed *ea conjunctione*] Paris. et Reg. *quas* metui *ea conjunctione:* reliqui Codices, *quas metu* et *ea conjunctione*. Rescribo *quas* non *metu*, at *ea conjunctione*, *quae est homini cum* Dis *etc.* DAV.

Quas non metu, sed ea conjunctione] Cod. M. *quas non metui ea*. Codd. Cr. W. H. Copp. Victt. b. *quas metu et ea conj.* Sed Edd. veteres recte ita, ut nos exhibuimus, nisi quod in Ed. Paris. est *etiam* pro *ea*. In seqq. pro *cum eis*, quod habent nostri Codd. Cr. et W. recepimus, quod volebat Davisius, *Diis*, cum in Edd. nostris vett. sit *cum deo*, in Edd. autem Veneta 1494. et Asc. 1. et 2. *cum deo, eis*. Lectionem *cum eis* praeter Davisium nulla videtur habere editio. *Mr.*

Si principum decretis] Engelbr. l. c. p. 39. not. c. ad h. l. ita: Non credo Ciceronem quidquam scripsisse de *Principum decretis*, sed haec postea fortasse adjecit

nari: jus, adulterare: jus, testamenta falsa supponere, si haec suffragiis aut scitis multitudinis pro-
44. barentur. Quae si tanta potestas est stultorum sententiis atque jussis, ut eorum suffragiis rerum natura vertatur; cur non sanciunt, ut, quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis ac salutaribus? aut cur, cum jus ex injuria lex facere possit, bonum
p. 165. a. eadem facere non possit ex malo? Atqui nos legem

tyrannidis Romanorum principum impatiens manus; aut potius etiam male sedula manus leguleji. — Schützius in sua Ed. p. 27. ad haec respondet: At *principum decreta* Cicero intelligere potuit *Senatus consulta*, vel, si hoc minus placeat, respicere potuit eas nationes, quae regum imperio parebant. — Bene quidem: sed Engelbronneri sententiae nonnihil illud favet, quod in Cod. nostro Cr. repetitum *si*, non legitur post *jussis*. Solebant videlicet librarii, si glossemata in contextum reciperent, additis particulis ea cum reliqua orationis serie connectere; quod in aliis Codd. factum esse suspicari possis, in nostro nondum factum existimes. Cod. M. habet: *principum jura constituerentur decretis judicium* etc. sed verba *j. c.* inducta sunt. *Mr.*

Cap. 16. *Testamenta falsa supponere*] Pal. quart. *subjicere.* Grut.

Testamenta falsa supponere] Vocem *falsa* uncinis incluserunt Goer. et Sch., quia Cicero dicere solet *testamenta supponere*, non addito adjectivo, v. c. Parad. VI. 1. Philipp. XIV. 3. 7. Nobis quoque suspecta est illa vox: sed in omnium librorum consensu a mutando abstinemus. *Mr.*

Quod si tanta potestas est stultorum etc.] Sic omnes quidem habent libri, sed his invitis has tres voces, *sententiis atque jussis*, delendas esse puto: vel sic legendum, *Quod si tanta potestas est stultorum, ut eorum sententiis, jussis, atque suffragiis rerum natura vertatur* etc. Omnino locus non est sincerus. Lambinus. Mihi recepta lectio facit satis. Nec video cur locus mendi suspectus habeatur. Dav.

§. 44. *Quae si tanta potestas est stultorum* etc.] Restituimus cum Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch. lectionem Codd. et Edd. vett., quam habent Cr. W. H. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. Paris. Ald. Crat. et Herw. (utraque in varr. lectt.) Brut. Sturm. Gothofr. Comm. et Verb. Est hoc loco *ἐπεξήγησις* eorum, quae proxime praecesserant, quaeque recte a *quod si* coeperant. Pro *potestas* legitur *potentia* in Codd. Cr. et W. in Edd. Ald., marg. Crat. et Herw., Car. Steph. (sed hic notat ex vet. libro *potestas*) Brut. et marg. Lamb. et Gothofr. Minus bene, ut quisque intelligit, qui utriusque vocabuli differentiam tenet: quamquam ex ipsa illa differentia, quam huic loco perperam adhibebant, ortus esse videtur librariorum vel correctorum error. Quod Lamb. verba *sententiis atque jussis* delenda censuit, in eo non satis attendit ad ironiam totius sententiae. Goer. autem, qui dicit Davisium illa verba pro suspectis habere, velleque Ciceronem *Δαυϊσιάζειν*, non legit Davisii adnotationem; alioquin dixisset, Lambinum velle Ciceronem *Λαμβινίζειν*, Davisium vero in recepta lectione acquiescere. Cf. ad rem

bonam a mala nulla alia nisi naturae norma dividere possumus. Nec solum jus et injuria natura dijudicantur, sed omnino omnia honesta ac turpia. Nam et communis intelligentia notas nobis res efficit, eas, quas in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. Haec autem in opi- 45.
nione existimare, non in natura posita, dementis est. Nam nec arboris nec equi virtus, quae dicitur, (in quo abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. Quod si ita est; honesta quoque et turpia

Hülsemanni Excursum II. *Ueber das Recht der Stimmgebung bei Griechen und Römern*, in ej. horum librorum versione, quae inscribitur: *Ueb. d. Prinzipien u. d. Geist d. Gesetze* (Lips. 1802. 8.) p. 398—406. Post *bonis et* pro *ac* est in Codd. Cr. W. et H. et in Ed. Commel.; pro *aut cur cum* in Cod. H. est *autem quum*, in Cod. W. et Copp. Victt. b. *aut cum;* in Cod. M. *cum illis ex — possit ut non eadem — aut qui.* Pro *naturae norma* in Codd. Cr. et W. Copp. Victt. b. legitur *naturali norma*, in Cod. H. *naturalin..* *Naturali* etiam legitur in Edd. Ald. et Brut.; denique in Ed. Comm. *possimus* pro *possumus*, ex errore typographi. *Mr.*

Jus et injuria natura dijudicantur] Plerique MSSti repraesentant *jus a natura dijudicatur.* Cum vero Paris. et Reg. exhiberent *jus et jura natura dijudicantur*, nos inde lectionem, quam damus, extudimus. Vulgo *jus et injuria* a *natura* dijudicatur. Dav.

Nec solum jus et injuria natura dijudicantur] Ita legendum est et sensu et more Ciceronis postulante. Libri haud parum variant. Cod. W. habet: *non solum jus a natura dijudicatur*, Codd. Cr. et H. *Nec solum jus a natura dijudicatur*, et ita Edd. Asc. Ald. Gothofr. Crat. Herw. Brut. In Edd. Car. Steph. Sturm. et Verb. est *nec solum jus et injuria a natura dijudicatur*, et ita dederunt Bip. Wagn. et Sch. nisi quod scripserunt *dijudicantur;* in Cod. M. est: *jus et jura natura dijudicantur.* Nobiscum faciunt Ern. (qui in notis *a* se delevisse ait, in contextu servavit) et Goer., qui de lectione hujus loci servanda accurate disputavit. Post *honesta* pro *ac* Codd. nostri Cr. W. et H. *et*, ut Copp. Victt. b. et Paris. *Mr.*

Nobis notas res efficit, *easque in animis nostris* inchoat] Sic Paris. Reg. et Med. Vulgo *inchoavit.* At Harleian. sec. Eliens. et Ascens. exhibent, *nobis notas res* effecit *easque in animis nostris* inchoavit. Perperam vero; nam tum demum sequi debuit: *ut honesta in virtute ponerentur*, non *ponantur*, ut habent omnes Codices. Locus tamen parum sincerus videtur. Forsan rescribendum, *Nam et communis intelligentia nobis notas* rerum effingit, eaque *in animis nostris inchoat* etc. Dav.

Notas nobis res efficit, *eas, quas inchoavit*] Ita dedimus cum Goer. et Sch. (nisi quod hic *nobis notas* vulgato verborum ordine scripsit), qui *eas*, *quas* cum Pearcio dederunt, *inchoavit* ex libris MSS. Cod. Cr. habet *effecit*, ut est in Edd. Asc. 1. 2. *Inchoavit* legitur in Codd. Cr. W. H.

natura dijudicanda sunt. Nam si opinione universa virtus, eadem ejus etiam partes probarentur. Quis igitur prudentem, et, ut ita dicam, catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa judicet? Est enim virtus perfecta ratio; quod certe in natura est.
17. Igitur omnis honestas eodem modo. Nam ut vera et

Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Neque vero Pearcius lectionis *eas*, *quas* auctor est; sed Turnebus, cujus notam vid. et in marg. Edd. Lamb. et Gothofr. jam legitur: fort. *eas*, *quas*. In Ed. Comm. est *eaque*, in marg. Graevius adscripsit: »*effecit*, *easque — inchoavit* Vet. »lib. et ita legendum.« Idque conjicit etiam Schefferus; qui verba *notas*–*efficit* ita explicat: notitiae illarum nobis dedit veluti semina et principia. — Quod sequitur *ut* non habet Cod. H., in quo scribitur item *ponuntur* pro *ponantur* et sic etiam Edd. Asc. 1. 2. Wagnerus, praeter necessitatem, ita corrigi vult locum nostrum: *Nam et communis intelligentia*, *quae notiones rerum efficit*, *eamdem in animis nostris inchoavit*, *ut* cet. *Mr.* V. D. in Miscell. Obss. III. 1. p. 228. legi vult: *efficit eas*, *quas in animis nostris inchoavit* (sc. natura), *ut honesta* etc. addens: »Origo idearum innatarum semper in hoc »libro adscribitur *naturae*, nunquam *intelligentiae*, ideoque, »quamvis ordinario Verbum refertur ad ultimum Nominativum casum, credo Ciceronem voluisse, »ut vocem *natura* ex praecedenti »sententia suppleremus, ceu Nominativum casum, qui hic regeret Verbum inchoavit.« Ibidem in nota subjecta alius V. D. ita: »Sed *communis intelligentia*, quam »alii *sensum communem* appellant, est a natura, quae nullo »docente (et ideo *communis*) profecta ab iis, quorum ex prima et »inchoata intelligentia genera cognovit, confirmat ipsa per se rationem et perficit. Ergo sive naturae sive intelligentiae primae »adscribas ideas illas innatas, »eodem redit: nam illa nobis res »notas efficit, et inchoatas perficit. Facile tamen patior *eas*, »*quas* legi, ut clarior sit sententia et superioribus congruat. A.« *Cr.*

Ea *autem in opinione*] Sic Paris. Reg. et editio *Victoriana*. Vulgo *haec autem* etc. Dav.

§. 45. *Haec autem in opinione*] Cum nihil habeat, quo se commendet Davisii lectio, vulgatam reduximus illa praestantiorem, ex Codd. Cr. Copp. Victt. b. W. H. et Edd. Car. Steph. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. Lamb. Comm. et recentioribus fere omnibus. Pro *posita* minus bene legitur *ponere* in Codd. Cr. W. H. et Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. et Sturm. Cod. noster M. tuetur *posita*. Post hoc vocabulum in Ed. Comm., nescio unde, intrusum est *vere*. Ad verba *equi virtus* etc. Engelbr. l. c. p. 40. not. a. laudat Plat. de Rep. I. p. 335. b. Steph. T. VI. p. 163. Bip. Cod. M. habet *arbores nec equus dicitur — opinionis ita est*, *sed in natura quid sit hon.* — Pro *abutimur* in Cod. Cr. scriptum est *arbutimur*. Verba *in quo* Scheff. explicat: *in qua re*, *si nimirum ita dicimus*. Ad vocem *abutimur* Wytt. ita: Nam virtus proprie tantum dicitur de animali rationali; igitur per abusum seu metaphoram dicitur virtus in arbore et equo. *Mr.*

Quod si est] Vulgo *quod si ita est*. At cum Paris. Reg. Eliens.

falsa, ut consequentia et contraria, sua sponte, non
aliena judicantur: sic constans et perpetua ratio vitae,
quae est virtus, itemque inconstantia, quod est vi-
tium, sua natura probabitur. Nos ingenia juvenum 46.
non item? at ingenia natura virtutes et vitia, quae
exsistunt ab ingeniis, aliter judicabuntur? An ea,
aliter quam honesta et turpia, non ad naturam re-
ferri necesse erit? Quod laudabile bonum est, in se

Harleian. pr. sec. Med. Ven. 1471. et editio pervetus exhiberent, *quid sit est;* nos dedimus, *quod si est*, ut *Victorius* etiam fecerat. Dav.

Quod si ita est] Codd. Cr. W. et H. et Copp. Vict. b. *quid sit est.* Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr. Brut. Sturm. Lamb. Comm. *quod si ita est.* Cujus scriptionis cum manifesta vestigia in Codd. MSS. lectione videremus, reduximus vulgatam scriptionem cum Ern. et Wagn., quam immerito et nulla addita ratione post Dav. rejecerunt Goer. et Sch. Nam quod ait Goer. rariorem dicendi esse formam a Dav. receptam, inde non sequitur, eam hic quoque locum habere. *Mr.*

Natura dijudicanda sunt] Perperam Cod. H. *naturae.* In Codd. Cr. et W. distinctio non est post *virtus*, sed post *eadem*, quam videlicet vocem ablativum casum esse non animadvertebant librarii. Ad. v. *catum* Graev. ad marg. Ed. Comm.: *cautum* vet. lib. (ita est in Edd. Ascc.), sed male. Cod. M. exhibet *et ita dicam cantum.* Idem in seqq. *et sua sponte contraria nam aliena — sed const.* Vocis *catus* origo, ait Wytt., est a Graeco verbo *κάω, κάζω*, quod frequens est Homero, v. c. Jl. *δ*, 339. *δόλοισι κεκασμένε.* Cf. nunc Cic. de Rep. I. 18. p. 54. ib. A. Maj. Idem Wytt. ad v. *ex ipsius habitu:* Prudens dijudicatur ex ipsius habitu i. e. quia habet prudentiam, non judicatur ex aliqua re externa, i. e. quia ab aliis habetur pro prudenti. Haec est significatio vocis *habitus*, Graecis *ἕξις*, de qua Aristoteles in Categorr. c. 5. et 6. Metaphys. IV. 20. et 10. In habitibus etiam censentur scientia et virtutes. Hinc Cicero sua sumsit de Invent. II. 9. 30. cf. ib. I. 24. 34. — Commode Goer. laudat Diog. Laert. Zen. (VII. 1.) 98. ubi est: *διαθέσεις μὲν αἱ ἀρεταί, ἕξεις δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα.* Non erat, quod Ern. in seqq. corrigeret: *quae certe in natura est; Quod* enim, ut recte vidit Goer., ponitur pro *ideo, quod.* Sed idem mirum in modum erravit, Wagnerum castigans, quem vocem *ex praepositionem affirmativam* appellavisse ait, cum ille in verbis praecedentibus recte *propositionem affirmativam* hanc inesse dixerit: *prudentia ex ipsius habitu et natura judicari debet.* Pro *ut cons.* in Edd. Ascc. est *et cons.* tum *sua sponte contraria.* In seqq. Cod. W. habet *non alia* pro *non aliena;* idem cum Codd. Cr. et W. mox *quae virtus est*, et ita Ed. Par. pro *quae est virtus.* Iidem Codd. pro *itemque* habent *item* (Cod. M. *iter*), adversantibus Edd. omnibus. Copp. Victt. *item quod*, superscripto *ae.* Tum Cod. Cr. *est* ante *vitium* omittit et *sua* ante natura. Denique Codd. nostri *probavit* pro vulgato *probatur.* Cum quinque Goerenzii libri idem habeant, duo autem *probabit*, nos, quod volebat Goer., fecimus, scripsimusque *probabitur*, quali futuro saepe

habeat quod laudetur necesse est. Ipsum enim bonum, non est opinionibus, sed natura. nam ni ita esset, beati quoque opinione essent. Quo quid dici potest stultius? Quare cum et bonum et malum natura judicetur, et ea sint principia naturae; certe honesta quoque et turpia simili ratione dijudicanda
47. et ad naturam referenda sunt. Sed perturbat nos
b. opinionum varietas hominumque dissensio; et quia

noster utitur. V. supra cap. XIV. 41. *Mr*. De *catus* vid. Görenz. ad Acad. II. 30. 97. *Cr*.

C. 17. *Nos ingenia juvenum non ratione, sed natura judicamus. Cur non item ab ingenita natura virtutes et vitia, quae existunt ab ingeniis, judicabimus? An ea aliter, quam honesta* etc.] Hunc locum partim scripturae veteris vestigia secutus, partim vocibus aliquot, quae suo loco motae fuerant, in ordinem redactis, in integrum restitui: quo facto ita facilem et planum reddidi, ut sine interprete ac doctore intelligatur. Unum praeterea desidero, ut pro *ratione* legatur *opinione*. Infra deinceps priorem negationis particulam, quod erat supervacanea, delevimus: alteram, immotam atque intactam suo loco reliquimus. Lamb.

Ibid. *Nos ingenia iuvenum, non item* etc.] Lambinus heic mirum ludit de corio Ciceronis. Quod nos repraesentamus, nititur auctoritate Victorii, quam antiquis libris sustentatam affirmavit Turnebus: cui quis fidem deneget? Grut.

Ibid. *Nos ingenia juvenum non item ad ingenia: naturâ virtutes et vitia, quae existunt ab ingeniis, judicabuntur? An ea non aliter? honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit?*] Sic post *Victorium* dedit *Gruterus*, et in vetustis Codicibus ita scribi testatur *Turnebus*. Commodus autem sensus ex hac lectione non potest erui. Nos igitur nostrorum librorum diversitates adponemus, ut felicioribus ingeniis non desit exercitatio. Paris. Reg. Balliol. et Harleian. sec. habent, *Nos ingenia juvenum non item ab ingenita* naturae (Harl. sec. *natura*) *virtute, sed vitia quae existunt ab ingeniis aliter* judicamus (Harl. sec. *judicabuntur.*) *An ea* non aliter (Balliol. *naturaliter*. Harl. sec. *non aliter quam*) *honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit.* Eliens. Med. et Harleian. pr. *Nos ingenia juvenum non item: at ingenia natura: virtutes et vitia quae existunt ab ingeniis alititer judicabuntur? An ea aliter* (Med. *an mea non aliter*) *quam honesta et turpia, non ad naturam referri necesse erit.* Mihi reponendum videtur, *Nos ingenia juvenum* confitemur *ingenita natura. Virtutes et vitia, quae existunt ab ingeniis, non ad naturam referri necesse erit?* Ex adnotatione marginali reliqua nata censeo; nam *honesta et turpia* non alia sunt quam *virtutes et vitia.* Nempe cum studiosus aliquis orae sui Codicis adleverat, *judicabuntur ingenia*, vel *judicamus ingenia, non aliter quam honesta et turpia;* haec tandem nonnihil mutata sunt et *Tullii* verbis admixta. Meam de salebroso hoc loco sententiam dixi. Quod si scopum non tetigi, satis sit voluisse. Dav.

§. 46. *Nos ingenia juvenum non item? etc.*] Ita scripsimus cum Goerenzio, diu multumque et librorum scriptione et doctorum

non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus: illa, quae aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper uno modo videntur, ficta esse dicimus. Quod est longe aliter. Nam sensus nostros non parens,

virorum conjecturis consideratis. Sensus, si ita scribitur, est expeditus: Verba a Codd. verbis fere non abeunt. Quamquam ego in hac lectione Ciceronis manum plane esse restitutam non praestierim; ad veritatem vero proxime eam accedere contendo. Sed judicent ipsi lectores. Nos enim et Codicum et Codd. veterum lectiones, itemque virorum doctorum conjecturas, quae ad manum sunt, exhibebimus: Cod. Cr. *Nos ingenia juvenum non item. At ingenia natura virtutes et sed vitia quae existent ab ingeniis aliter judicabuntur. An ea non aliter quam honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit.* Cod. W. *Nos — non item, ab ingenita naturae, virtute sed vitia quae existunt* — reliqua ut Cr. In Cod. H. est: *Nos - non item. At ingenuo natura virtutes et vitia quae existunt* — rel. ut Cr. Cod. M. et Edd. Ascc. *Nos ingenia juvenum non ratione ab ingenita naturae virtute: Sed vitia, quae existunt ab ingeniis, judicamus. An ea* - rel. ut Cod. Cr. et ita etiam Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Gothofr. in Ed. Par. est: *Nos ingenia juvenum non item ab ingenita natura virtute, sed vitia, quae existunt, ab ingeniis judicabuntur. an ea* - rel. ut Cr.; in Ed. Comm. est ut in Ed. *Grut.* cujus lectionem Dav. enotavit. Verb. Ern. ediderunt: *Nos ingenia juvenum non item ad ingenia: naturae virtutes* etc. rel. ut Gruterus. Copp. Victt. b. - *non item at ingenia natura virtutes et vitia.* — In Ed. Bip. est: *Nos ingenia juvenum natura judicamus; non item virtutes et vitia, quae exsistunt ab ingeniis, judicabuntur?* rel. ut Grut. — Brutus conjecit: *Nos ingenia juvenum non ratione, at ingenita naturae virtute, ut vitia, quae exsistunt ab ingeniis, judicamus. Schefferus* ad h. l. ita: Varie hic locus tractatus est. Lectio haud dubie optima, quam exhibuit Gruterus: *Nos*, inquit, *ingenia juvenum* sc. judicamus, (hoc enim ex seqq. huc trahendum) procul nempe ipsa sunt, *non ad ingenia* sc. juvenum judicamus ea, prout ipsis videntur. Num igitur, vult dicere, ad ingenia hominum *judicabuntur virtutes et vitia naturae* (videtur igitur Grut. scripsisse *naturae*, neque *natura*, ut eum dedisse ait Dav.) *quae* tamen *existunt* ac proveniunt *ab ingeniis*, prout ea bona sunt vel mala, prout virtute praedita aut vitiosa? *An ea* vitia *non aliter* judicabuntur? *An honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit?* Utique. — *Turnebus* in primo commentario ita: Legendum arbitror: *Nos tamen ingenia juvenum non item ab ingenita natura virtute, sed a vitiis, quae existunt ab ingeniis, judicamus.* Ut sit sensus: Cum ingeniis juvenum agnata virtutum seminaria, aut depravata disciplina aut perversa consuetudine postea intermori, et contraria subolescere vitia soleant: mali tamen judices sumus, si ea potius natura adolescentibus innata, quam rationem virtutesque putamus: aut si ingenia a vitiis, non item a virtutibus aestimamus. Quod sequitur, ita legendum: *An ea non aliter, quam honesta et turpia ad naturam referri necesse erit?* — *Graevius* ad marg. Ed. Comm. eam lectionem adscripsit, quam ex Edd. Ascc. enotavimus; additis verbis: locus corruptus.

non nutrix, non magister, non poeta, non scena depravat, non multitudinis consensus abducit a vero. animis omnes tenduntur insidiae, vel ab iis, quos modo enumeravi, qui teneros et rudes cum accepe-

Ern. hanc notam addidit: In h. l. valde variant libri, nec certa hic esse potest corrigendi ratio. Conjeci: sic *Nos* (ita expressum est) *ingenia juvenum ad ingenia*, sc. comparentes ingenia ingeniis, judicamus; sc. ex natura rei: *non item naturâ virtutes et vitia - judicabuntur. Wytt.* ad Davisii partes se adplicat. Goer. in Ed. min. Ernesti conjecturam recepit. *Wagnerus*, audacter sane, quod ipse fatetur, ita locum refinxit: *Nos ingenia juvenum nonne confitemur ab ingenita naturae vi esse? Virtutes autem et vitia, quae exsistunt ab ingeniis, judicabunturne ea aliter? Honesta et turpia non ad etc.* In qua scriptione nihil certius est, quam eam non esse a Cicerone profectam. Idem Wagn. in Ed. primi libri: *Nos ingenia juvenum nonne ad ingenitam naturae vim referenda censemus? — — Honesta igitur et turpia ad* etc. *Rathius*, de loci corruptione et variis lectionibus aliquid praefatus, ita legere nos jubet: *Nos ingenia juvenum non eadem ratione? at ingenia natura. Virtutes et vitia, quae existunt ab ingeniis, aliter judicamus? an ea aliter quam honesta et turpia? Non ad naturam referri necesse erit?* Nos, pergit R., ad Edd. pressius videbamur accedere, si ita locum hunc scriberemus, ut fecimus. Omnes enim mordicus tenent post nomen *juvenum* aut *non ratione* aut *non item.* Modeste, opinor, mutavi *item* in *eadem*, quod, qui unquam lectionis varietatem compararunt, facile concedent, ceterum adsumendum est ex superioribus *probamus. Probare* autem *eadem ratione* perinde dicitur, ac mox, *ratione simili dijudicare.* — *Schützius* denique, ut notae justo longiori finem imponamus, locum in Mss. variis additamentis corruptum existimat, quas se rescidisse credit ita scribens: *Nos ingenia juvenum natura; virtutes et vitia, quae exsistunt ab ingeniis, aliter judicabuntur? sin ea non aliter, honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit?* Placent haec sane, quod ad sensum. Sed si ita scripsisset Cicero, librorum ego Mss. corruptionem, et qua ratione oriri potuerit, non intelligo. *Mr.* V. D. in Miscell. Obss. III. 1. p. 225: »Hic corruptus locus sic, »meo judicio, debet corrigi: *Nos* »*ingenia juvenum n a t u r a j u d i*»*c a m u s: n o n i t e m virtutes* »*et vitia, quae existunt ab inge*»*niis judicabuntur?* In hac lectione »rejeci verba *ad ingenia*, et in»serui *judicamus* auctoritate trium »MSS. et loca verborum *natura* »et *non item* mutavi: et jam Cice»ronis sensus admodum clarus est: »*naturam sequimur, quando de* »*ingeniis juvenum judicamus; cur* »*non eadem methodo de virtuti*»*bus et vitiis judicabimus, quae* »*ex his ingeniis profluunt?* A. A.« *Cr.* Alius V. D. in Biblioth. Philol. Vol. I. p. 2. ait: »Non »adeo certam hujus loci corrigendi »rationem esse posse cum Ern. »facile consentimus: si nihil mu»tari fas sit, nostra conjectura »ita sunt singula verba disjungenda »atque interpretanda: *Nos ingenia* »*juvenum* (sc. natura, ex ipsorum »habitu, non ex aliqua re externa »judicamus) *non item ad* (vel *ac* »vel *ut*) *ingenia, natura* (miror »hanc lect. ab Ern. non esse re»ceptam) *virtutes et vitia — judi*»*cabuntur?* Quod si cui durior

runt, inficiunt et flectunt, ut volunt; vel ab ea, quae penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium: cujus blanditiis corrupti, quae natura bona sunt, quia dulcedine

»ea ipsis in priori membro videa»tur: *nos in non* mutato, omnis »oratio in interrogando versari potest.« *Mr.*

Quod laudabile bonum est]. Violentius egit Wagn. delens vocem *laudabile;* neque vero ego eam admodum desiderarem; certe non est de nihilo, quod contra eam Wagn. disputavit. Sed manum abstineo; neque etiam ex Cod. nostro *Cr.* receperim *et bonum*, in quo correctoris manum nemo non agnoscet. Satisfaciunt ea, quae Wytt. ad h. disputat: Bonum triplex est ex definitione. Peripateticorum, animi, corporis, rerum externarum; in his solum animi bonum laudabile bonum est. Copiose hanc doctrinam exposuit Aristoteles, veluti Magn. Moral. II. 6 Eudem. II. 11. conf. item Eth. ad Nicom. I. c. 5 et 12. Porro bonum ipsum varie definitur a philosophis. Stoici statuunt nil nisi honestum esse bonum; at Cicero h. l. Peripateticos secutus est. De Stoicorum sententia, quam item hic sequitur Cicero, exposuit de Fin. III. 8. Parad. I. de Off. II. 1. Goer. ad Stoicam rationem traxit sententiam, et nostrum locum ita explicat: i. e. *quod ad id attinet, quod bonum laudabile est;* quia videlicet hoc peculiare Stoici argumentum posuerint, *omne bonum esse laudabile*, quo sibi viam munirent ad probandum: *sola virtute homines beatos effici. Mr.*

Non est opinionibus sed natura] Sic etiam omnes pall. et Gulielmiani. vulgata nuper, *in opinionibus sed in natura.* Gruter.

Non est opinionibus, sed natura] Lectionem, quam reprobat Gruterus, reperi in Edd. Ald. Lamb. Gothofr. et Brut. Post *natura* in Ed. Crat. additur *insita*, quod ontiam videtur, cum aliquando aliquis verba sequentia *nam nisi ita*, compendiis scribendi usus, dupliciter sripsisset. Nec est quod cum Rathio duplae illud *in* recipiamus. et cum eodem ante *sed in* excidisse dicamus *situm.* Cod. M. *natura. nisi ita esset. Mr.*

Quia non idem contingit in sensibus] Ut nempe, ait Ern., alia alius dulcia et amara judicet. *Mr.*

Ficta esse ducimus] Vulgo *dicimus;* et ita quidem nostri Codices. Sed lectio, quam nos ex editione *Victoriana* sumpsimus, aptiorem sententiam facit: nam supra dixerat, *hos natura certos* putamus. Vide sis infra cap. 23. Dav.

§. 47. *Ficta esse dicimus*] Restituimus Codicum MSS. lectionem omnium, quam post Victorium et Sturm. mutaverant Dav. Ern. Wagn. et Sch. Neque enim illud *putamus* necessario h. l. postulat *ducimus. Dicere* enim saepissime apud Ciceronem est sentire, existimare, statuere, judicare. Et scribitur *dicimus* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Gothofr. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Commel. Verb. In seqq. in Cod. W. scriptum est *schena* pro *scena*, unde patriam librarii agnoscis. *Mr.*

Abducit a vero: animis omnes tenduntur insidiae] Victorius et Turnebus publicarunt, *abducit: at vero animis* cet. et sic fere Mss. nostri. nihil tamen muto. Gruter.

Abducit a vero. animis omnes] Ita libri nostri MSS. et recte. Sed in Edd. Ascc. Paris. Sturm. et Comm. lectio Victoriana est, mi-

18. hac et scabie carent, non cernimus satis. Sequitur
48. (ut conclusa mihi jam haec sit omnis oratio) id, quod ante oculos ex iis est, quae dicta sunt: et jus et omne honestum sua sponte esse expetendum. Etenim omnes viri boni ipsam aequitatem et jus ipsum amant, nec est viri boni, errare, et diligere, quod per se non

nus proba; reliquae cum Codd. MSS. conspirant. In seqq. Cod. M. *at vero ab his o. t. nisi die; turn quando* pro *cum*. Pro *enumeravi, qui* in Cod. H. est *enumero uide* (sic) *qui;* in Copp. Victt. b. *enumero unde qui: Mr.*

Cujus blanditiis corrupti — *non* cernimus *satis*] Harleian. sec. Med. editio pervetus, Alcens. et Victor. exhibent *corrupta;* cuncti vero Codices, *cernuntur*. Lege, *cujus blanditiis corrupti* ea — *non* cernunt *satis*. Videlicet animi. Dav.

Cujus blanditiis corrupti etc.] Male Ed. Sturm. utraque habet *corrupta*. In Cod. M. haec vocabula *sunt quia dulcedine*, tum *carent non cernimus*, denique *conclusa mihi jam* ita erasa sunt, ut vix aliquid ex iis appareat. Pro *quia* Cod. H. habet *qui a;* tum pro *carent*, *non cernimus* Codd. Cr. H. et W. *non carent*, *cernuntur*. Perperam. In Edd. Ascc. Crat. (haec vero in marg. habet *cernimus*), Paris. Herw. est; *carent*, *non cernuntur*. Ceterum male Goer. vocem *scabies*, quam recte explicat *titillationem*, Graeco vocabulo *γαργαρισμὸς* reddidit. Scribendum enim fuit *γαργαλισμός*. Illud quid significet, in vulgus notum est. *Mr.*

Cap. 18. Sit *omnis* oratio] Sic Paris. Reg. Eliens. Balliol. Harleian. sec. Ven. 1471. editio pervetus ac *Victoriana*. Recte. Ita supra c. 12. *Ex quo haec omnis nata est* ORATIO. Vulgo *ratio*, quo modo dant e nostris Med. et Harleian. sec. Dav.

Sequitur (*ut conclusa mihi jam haec sit omnis oratio*)] Haec verba nos cum Edd. Paris. Sturm et Bip. parentheseos signis circumdedimus. Idem fere fecit Goer. in ed. maj., his verbis inter duas lineas positis. Minus bene idem sequentia *id quod — dicta sunt* in Ed. min. uncinis inclusit, quae male in parenthesi posita sunt in Edd. Dav. Verb. Gothofr. Ern. Nobiscum facit Rathius in nota. Sed scripsimus cum Dav. *oratio* pro *ratio* ex Codd. nostris W. et H. et Edd. Ascc. Car. Steph. Paris. Crat. Herw. Goerenzius quidem perstringit Davisium dicens, male hoc esse factum, cum oratio demum in fine libri concludatur. Sed ipsum vocabulum *oratio* saepe ponitur a nostro pro argumentatione et ratiocinatione. Vide modo Wyttenb. ad Cic. de N. D. ed. Creuzeri nostraeque maj. p. 803. ib. Creuz. p. 167. et meas notas in ed. Cic. de N. D. minore ad III. 1. not. 4. coll. ad I. 37. not. 95. Quod vero Rathius offenditur verbis *quod ante oculos ex iis est*, *quae dicta sunt*, eaque ita, immutato ordine legi vult: *quod ante oculos est*, *ex iis*, *quae dicta sunt*, ut *ex iis* pendeat a *Sequitur*, addens: quis unquam dixit, *ante oculos ex iis est*, quamquam formula *ante oculos esse* nihil usitatius: in eo fere ridiculus est, cum non viderit, *ante oculos* idem esse, quod *perspicuum*, neque quemquam de latinitate formulae *perspicuum ex iis est* dubitare posse. Wytt. ad h. l. ita: sensus ita est accipiendus: ut conclusa mihi jam sit haec omnis ra-

sit diligendum. Per se igitur jus est expetendum et colendum: quod si jus, etiam justitia: si haec, reliquae quoque virtutes per se colendae sunt. Quid? liberalitas gratuitane est an mercenaria? si sine praemio

tio, i. e. ut finem imponam huic disputationi, sequitur, i. e. haec consequentia ex antecedentibus est colligenda, jus et omne honestum sua sponte esse expetendum. Verba *id quod — sunt* non sunt scholion annotatoris, sed ipsius Ciceronis dictum. *Mr.*

Nec est viri boni, errare] Verba *viri boni* Scheff. explicat: Viri sapientis, cati. Recte contra Wagnerum Goer. verbum *errare* explicat: a natura aberrare, et *diligere* etc.: propensiorem esse in ea, quae suâ naturâ non merentur. Quod vero idem cum verbo *diligere* Stoicum σεμνύνεσθαι ex Plut. de Stoicorr.Repugnn. p. 1039.(c.13. extr. p. 235. T. V. Wyttenb.) comparavit, in eo vereor, ut rectum viderit. Verba *per se igitur jus est expetendum* absunt a Cod. M. *Mr.*

Quod si jus, etiam justitia: sin ea, reliquae quoque virtutes] Vulgo, *quod si jus* est, *etiam justitia. Sic in ea reliquae quoque virtutes:* quae sensu carent. Paris. et Reg. *Quod si jus etiam justitia sit: in ea quoque reliquae:* quo modo fere *Victorius* etiam dedit. At Eliens. Med. Harleian. pr. et Ascens. exhibent, *quod si jus, etiam justitia: sic* et *reliquae quoque virtutes.* Non aliter Harleian. sec. et editio pervetus, nisi quod *justitiam* male repraesentent. Hinc autem sua quasi sponte nascitur ea, quam sequor, lectio. Sed et *Lambinus* ita rescribendum esse tantum non conjecerat. Dav.

Quod si jus] Vocem supervacaneam et sensum etiam turbantem, *est*, ejecimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch., neque eam agnoscunt Codd. Cr. W. et Edd. Asc. 1. 2. Ald. Crat. Herw. (sed hae duae et Asc. 2. habent *et justitia*) Gothofr. Car. Steph. Lamb. et Brut. *Mr.*

Si haec, reliquae quoque virtutes] Ita dedimus ex emendatione Wyttenbachii ad marg. Ed, Goer. min., quae scriptio parum discedit a librorum lectione. Codd. Cr. et W. habet *sic et reliquae quoque*, Cod. H. *sic in ea.* Priorem lectionem habent Edd. Ascc. Crat. Herw. Sturm. et Lamb. Posteriorem Edd. Commel. et Verb. In Edd. Car. Steph. Gothofr. Ald. et Brut. est *sic reliquae quoque*, in Ed. Par. *sit in ea, reliquae quoque.* Cod M. similiter: *sit in ea quoque reliquae.* Davisium immerito secuti sunt Bip. Ern. et Wagn. — Goer. autem et Sch. dederunt, ut Car. Steph. — *Sin*, ut recte monet Goer., nonnisi in oppositone poni potest. *Mr.*

Sic reliquae quoque virtutes etc.] Nihil haec sane scriptura videtur habere vitii: sed scriptura vetus alicujus suspicionem vitii commovere queat. Sic enim habent fere libri vett. *quod si jus, etiam justitia sit, in ea quoque reliquae virtutes.* Nonnulli sic: *quod si jus, etiam justitia. Sic in ea quoque reliquae virtutes.* Ex qua vitiosa scriptura fortasse ita legendum esse dicendum est, *Quod si jus, etiam justitia: si ea, reliquae quoque virtutes, per se colendae sunt.* Quod autem *Turnebus* ita vult legi, *Sic in ea reliquae quoque virtutes* etc. ferri non potest. Lamb.

Si sine praemio benigna *est*] Ita pal. quart.nam tert. *benignus*, et S. Victoris, neque aliter editio Turnebi. Grut.

Ibid. *Si sine praemio* benigna

benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis benignusque dicitur, officium, non fructum, sequatur. Ergo item justitia nihil expetit praemii, nihil pretii. Per se igitur expetitur: eademque omnium virtutum causa atque
49. sententia est. Atque etiam si emolumentis, non suapte

est, gratuita] Pal. tert. liber S. Victoris, Paris. Reg. et Balliol. *si sine praemio* benignus *est;* quod cum Syntaxi non congrueret, in MSStis recentioribus in *benigna* mutabatur. Legerim, *si sine praemio, est gratuita;* ut *benignus* ex versu proximo male sumi videretur: aut *si sine praemio*, benignitas *est gratuita;* quod ob sequentia magis probarim. De re ipsa vide *Senecam* de Benef. lib. IV. cap. 1. seqq. Dav.

Si sine praemio benigna est] Servavi cum Goer. et Sch. post Ern. et Bip. vocem *benigna*, uti scribitur in Cod. Cr. et est in Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Brut. Lamb. Sturm. Gothofr. In seqq. Cod. Cr. habet *nec dubium est* pro *nec est dubium. Mr.*

Liberalis benignusve *dicitur*] Ex *Lactantianis* Codicibus reponas oportet *benignusque.* Is scriptor hunc locum laudat Div. Inst. lib. VI. cap. 11., 14. Dav.

Liberalis benignusque dicitur] Ita dedimus cum Goer. ex Lactant. VI. 11. 14., cum particula *ve* disjungat potius, quam jungat. Engelbr. l. c. p. 41. ait: Ciceronem h. l. Lactantius satis inepte carpit, quod L. II. de Off. c. 15. scripsit: *Saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari esse impertiendum.* Ambiguitate vocis *idoneus* inductus injuria invehitur in haec Ciceronis verba. Lactantii aevo sicut et apud Iuris consultos *idonei homines* haud alii fere quam *boni* et *locupletes* dicebantur, ideo tanquam astutum et ἐπικούρειον hoc praeceptum reprehendit, quasi illis solis esset impertiendum, qui restituere possent, et persuasit, quod mirum, Turnebo Libr. III. Advers. c. 16. Sed *idoneos, indigentes* omnino dicit Cicero *probos homines, paupertate oppressos.* Haec Gronovius Lib. IV. Obs. c. 9. v. Bunemann. ad Lact. l. c. §. 12. nota T. *Idoneus* quid Iureconsultis significet, si quis nesciat, conf. Brisson. de Verb. Signif. in voce *idoneus*, et Facciolat, et Forcell. Lex. in voc. Antiqua significatio est ap. Ern. in Cl. Cic. s. v. Ex hoc exemplo discere possumus, quam non sit contemnenda diligens temporum notatio in definienda verborum potestate, quam plurimi neglexerunt Lexicographi. *Mr.*

Nihil exprimit *praemii*] Sic pal. quart. Fabr. editique a Turnebo. Vulgata *expetit.* Grut.

Ibid. *Nihil* expetit *praemii*] Vulgo *nihil* exprimit *praemii*, hoc est, extorquet: nec alio modo dant Pal. quartus, Fabric. Paris. Reg. et Balliol. Mihi tamen fidem non faciunt. Nam bene se habere nostram lectionem ex eo patet, quod subjungat, *Per se igitur* expetitur. Quin et eam praestant Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus, Ascens. et aliae. Dav.

Ergo item justitia nihil expetit praemii] In Cod. H. male scribitur *idem* pro *item.* Car. Steph. in varr. lectt. ex libro vetere habet *eadem.* Cod. M. *nihil exprimit justitia praemii.* In eod. Cod. est *eadem* pro *item*, ut in Edd. Sturm. et Paris. Servavimus autem scriptionem *expetit* cum Dav. Goer Ern. et Sch., quam praestant nostri Codd. Cr. et W.

natura virtus expetitur, una erit virtus, quae malitia rectissime dicetur. Ut enim quisque maxime ad suum commodum refert, quaecumque agit, ita minime est p. 166. a. vir bonus: ut, qui virtutem praemio metiuntur, nullam

et Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Sturm. Gothofr. Car. Steph. Lamb. Brut. Et probat etiam hanc lectionem Wytt. Neque tamen non addam Schefferi notam, qui ita lectionem *exprimit* defendit: idem est, ait, quod *extorquet*, praemii scilicet causa. Non intellexerunt vulgo hoc vocabulum, itaque ex eo fecerunt *expetit*. Noster in Orat. pro Quint. 14. 47. *Extorquendum est invito atque ingratiis; quod non debet, eripiendum atque exprimendum est; de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.* *Mr.*

Eadem omnium virtutum causa atque sententia est.] *Causa* idem est atque id, quod vulgo barbare *casum* dicunt; *sententia* dicit, quasi virtutes ipsae judicarent. Sensus est: omnium virtutum eadem est natura, eadem vox. *Wytt.* In seqq. Cod. H. habet *emolomentis*, et ita etiam paullo inferius. *Mr.*

Sua sponte virtus expenditur] Est a Victorii editione, cui accedit Turnebiana, nisi quod ea *suapte.* Minus recte: quod inde colligo, quod Mss. nostri quatuor exhibeant solum *suapte*, non etiam *sponte*, tanquam si utraque vox conflata esset in unam. vulgg. *sua natura virtus expetitur.* GRUT.

Ibid. *Non* sua sponte *virtus* expetitur] Vulgo *expenditur;* et ita quidem dedere *Victorius* ac *Turnebus.* Sed omnino repugnat ipsa res, et eam scripturam flagitat, quam nos ex Paris. Reg. Eliens. Harleian. pr. sec. Balliol. Ven. 1471. aliisque reducendam curavimus. Praeterea reticendum non est, in nostris omnibus legi *suapte* pro *sua sponte.* Nec aliter exhibebant *Gruteriani* quatuor. Hinc rescribi debet, *non suapte virtus expetitur. Suapte,* sponte. Vide sis *Is. Vossium* ad *Catullum* pag. 113. DAV.

§. 49. *Non suapte natura*] Ita cum Goer. et Sch. scripsimus ex Edd. Ascc. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Lamb. Brut. Gothofr. Sturm. In Codd. nostris MSS. non legitur *natura*, sed tantum *suapte*, nisi quod in Cod. M. est *sua parte*, quia videlicet scriba syllabam *pte* scripturae compendium esse existimabat; unus vero Goerenzii habet *nam*, quod ortum est ex compendio vocis *natura*, *nā*. In Ed. Par. est *non vi suapte.* Si ibi scriptum esset *si suapte vi*, posses suspicari, voculam *vi* in Codd. a primis vocis *virtus* literis esse absorptam. In Ed. Comm. est *suapte sponte;* Verb. Ern. Bip. et Wagn. ediderunt ut Dav. — Tum scripsimus *expetitur*, ut est in Codd. Cr. W. H. Edd. Ascc. Ald. Crat. Herw. Sturm. Car. Steph. Lamb. Brut. Gothofr. et Comm. *Schefferus* praefert *expenditur*, dicens: id est ponderatur, aestimatur, valor ejus examinatur, ad rem aliam, non ad ipsam. Sic usurpat Plautus quoque. Alii habent *expetitur* contra veteres codices. — Quod aliter se habere ex nostris libris apparet. — Pro *dicetur* in Copp. Victt. b. et Cod. Cr. est *dicitur;* quod, quamquam non praetulerim vulgatae, praestat tamen conjecturae Ernesti *dicatur*, quam a legitima temporum consecutione postulari existimabat. Cod. M. habet *dicuntur dicetur.* *Mr.*

Ad suum commodum refert] Hoc teneo; licet Paris. Reg. et Bal. dent *referat*, eodemque modo repraesentet *Lactantius* Div. Inst. lib. VI. cap. 12. 10. DAV.

Ad suum commodum refert]

virtutem, nisi malitiam, putent. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? ubi gratus, si non eum ipsum cernunt grati, cui referunt gratiam? ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deserendus et abjiciendus est, desperatis emolumentis et fructi-

Ita recte Codd. nostri MSS. et Edd. Paris. Ald. Crat. Herw. Lamb. Brut. Gothofr. Sturm.; solus Cod. M. cum Edd. Ascc. *referat*. Mox Cod. W. *minimum*, Cod. H. et Copp. Victt. b. *mihi me* pro *minime*. In Copp. Victt. b. est *virtutum* pro *virtutem*, quod sensum haberet, si legeretur *praemia*. Pro *metiuntur* Codd. Cr. et M. *mentiuntur;* pro *beneficus* Cod. W. *beneficiis;* uterque pro *benigne facit* habet *benefacit* et ita Edd. Ascc. Crat. (haec in marg. habet *benigne*) Herw. et Copp. Victt. b. *Mr*.

Si non eum ipsum cernunt grati, cui referunt gratiam?] Est a Pall. item Fabric. expressitque Aldus Nepos. neque recedunt Victorius aut Turnebus, nisi quod ii, *ipsi cernunt*. liber S. Vict. habet tantum: *si non eum ipsi cernunt grati? ubi illa* etc. ante cusi, *eum ipsum, cui referunt gratiam, ipsi cernunt grati?* Grut.

Ubi gratus, si non eum] Codd. Cr. et W. *ubi gratus, si non eum, cui* (W. *quui*) *referunt gratiam, ipsi cernunt grati.* Et hunc ordinem servant Edd. Ascc. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Sturm. Gothofr. Brut. Sed in Ascc. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Gothofr. et Brut. post *eum* additur *ipsum.* Cod. H. et Ed. Comm. habent: *eum ipsi cern. gr. cui r. gr.* et ita marg. Lamb. et Gothofr., itemque Cod. M., sed ibi est *ipsum.* In Cod. H. pro *cui* scribitur *quoi.* Ad vocem *cernunt* *Schefferus:* i. e. concernunt, respiciunt, considerant. *Wytt.* vero: i. e. spectant, hujus rationem habent, i. e. qui gratiam refert, debet spectare eum ipsum, cui refert gratiam, non spectare aliam utilitatem, veluti novae et speratae gratiae. *Mr.*

Ubi illa *sancta amicitia*] Pal. quart. *tibi ulla sancta,* quod non ita inficetum videri queat. Grut.

Toto pectore, ut dicitur] Haec laudat, et proverbii locum tenere monet *Servius* ad *Virgilii* Aen. IX. 276. Vide *Senecam* Epist. 3. Auctorem de caussis Corr. Eloq. capp. 3. 28. nostrum Fam. lib. X. Epist. 10. ad Attic. XIII. 12. at praecipue Tusc. II. 23. Dav.

Toto pectore, ut dicitur] Vid. de hac locutione proverbiali Erasmi et all. Adagia p. 120. coll. p. 251. Ed. Frcf. 1656. *Mr.*

Qui etiam *deserendus*] Lego *quinetiam deserendus.* Dav.

Qui etiam deserendus] Merito Dav., *quin etiam* conjiciens, neminem obsequentem habuit. *Mr.*

Per se expetenda sunt] Vulgo deest vox ultima; quam nos ex Paris. Reg. Balliol. et Med. adjecimus. Dav.

Per se expetenda] Parum attendit Dav. ad Ciceronis loquendi morem addito supervacaneo illo vocabulo *sunt;* quo loco, si addito verbo opus esset, non *sunt* addi deberet, sed *est*, ut recte monuit Goer. Pro seq. *quod* in Cod. H. legitur *quid*, itemque in Cod. M., qui habet etiam incommodum illud *sunt.* Pro *injustissimum* Edd. Asc. 1. 2. habent *justissimum. Mr.*

§. 50. *Quid vero de modestia*] Vocem *vero* cum in tribus suis Codd. MSS. non reperisset Goer.,

bus. Quo quid potest dici immanius? Quod si amicitia per se colenda est, societas quoque hominum et aequalitas et justitia per se expetenda. Quod ni ita 50.
est, omnino justitia nulla est. Id enim injustissimum ipsum est, justitiae mercedem quaerere. Quid vero 19.
de modestia, quid de temperantia, quid de continen-

delevit, nescio quid contra usum Ciceronis subodorans; quamquam *vero* in enumeratione et transitione non modo apud alios, sed etiam apud Ciceronem tam frequens sit, ut possim exemplis offerendis supersedere. Litem, credo, voculae non movisset, nisi a suis libris eam abesse animadvertisset, vel si Cicero scripsisset: *De modestia vero, de temperantia — quid dicemus?* Quod tamen perinde est. Pro *modestia* Cod. H. *molestia.* Sequentia: *quid de temp. quid de continentia*, a Cod. Cr. absunt. Idem in sqq. habet *peculantes? ante*, pro *petulantes*, *an*, et post *innocentes* est *vero ergo*, sed vocula *vero* punctis subscriptis spuria declaratur. Ad vocem *verecundia* Wytt. ita: dicitur a verbo vereri, veluti si veremur male facere, si veremur judicium virorum bonorum; sed pudor, pudicitia saepe junguntur; haec magis ad corpus, illa ad animum refertur. *Mr.*

Cap. 19. *Colligant? erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia*] Sic Victoriana et Turnebiana; neque aliter membranae S. Victoris, quam quod meliore forsan positu, *de pudicitia loqui.* Nihil hac lectione certius, ut nihil ineptius Lambiniana. Eâ potior est pal. quarti: *colligant, erubescunt. Pudet jam loqui quod pudicitia. Ac.* etc. ut fuerit ἀποσιώπησις. neque aliter tertius aut Fabr. quam quod ii, *loqui de pudicitia.* retro vulgata habebat: *erubescunt: et pudet impudica loqui. Ac.* Grut.

Ibid. *Ut rumorem bonum colligant? Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia*] Pal. quartus et nostri Codices locum sic legunt et distinguunt: *Ut rumorem bonum colligant, erubescunt? Pudet* jam (Harleian. pr. sec. Eliens. *etiam*, Med. *etiam jam*) *loqui de pudicitia.* Lectionem tamen quam, *Victorio* praeunte, dedit *Gruterus*, quamque firmat liber S. Victoris, alteri praeponendam puto, si modo rescribatur, *Erubescunt pudici etiam loqui de* impuditia. Nam *rubor ad improba verba suffunditur;* ut ait *Seneca* lib. II. de Ira cap. 2. Vide nostrum Phil. XI. cap. IV. pag. 828. Dav.

Erubescunt, et pudet impudica loqui] Sic legendum est etiam ex antiquae scripturae vestigiis: nam sic habent aliquot nostri libri veteres, *Erubescunt, et pudici pudicitia loqui.* Unde quis non videt, facile fieri posse, *erubescunt, et pudet impudica loqui?* quomodo editum est olim *a Colinaeo*, anno CIƆ. IƆ. XLV. Nihil igitur hic deest, quod putavit *Adr. Turnebus:* neque sermo de pudicitia habebatur. Lamb.

Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia] Locus, ut vides, controversus. Codd. Cr. W. et H. *et ut rumorem bonum colligant, erubescunt. pudet etiam loqui de pudicitia.* Ita etiam Edd. Ascc. Crat. Herw. Sed duae posteriores in varr. lectt. habent: *et pudet impudica loqui;* quae lectio est in contextu Edd. Ald. Car. Steph. Sturm. Gothofr. Brut. Cod. M. *erubescunt, pudet jam loqui de pudicitia.* In Edd. Paris. Commel. Verb. et rell. post hanc editum

tia, quid de verecundia, pudore, pudicitiaque dicemus? infamiaene metu non esse petulantes, an legum et judiciorum? Innocentes ergo et verecundi sunt, ut bene audiant, et ut rumorem bonum colligant? Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. Ac nimis istorum philosophorum pudet, qui nullum vitium
51. [vitare], nisi judicio ipso notatum, putant. Quid enim? Possumus eos, qui a stupro arcentur infa-

est, ut nos edidimus, nisi quod Goer. languidiorem fecit sensum et minus exquisite Ciceronem dicentem facit: *erubescunt pudici etiam impudica loqui.* Recte monet Sch. nostrum hoc velle: pudici adeo sunt verecundi, ut ne loqui quidem de pudicitia possint, nisi rubore quodam suffusi, scilicet quod hoc fieri non potest, nisi simul de impudicitia cogitetur. Schefferus ad h l. haec adnotavit: Repete post *erubescunt* ex superioribus *ergo*, nisi mavis (malumus sane!) contrariam sententiam haec inferre, quasi dicat, adeo hoc non faciunt, ut ruborem colligant, ut erubescant, etiam cum de pudicitia loquuntur. Ex pudore seu rubore, qui metu nullo imperari potest, sed ex natura ipsa oritur, colligit de pudicitia, ut ex effectu de causa, illam quoque existere nullo ex metu. Sed quomodo erubescunt loqui de pudicitia? Nempe quia pudicitia proprie loquendo intelligitur de corpore, cum sunt incorrupta et inviolata membra, quae honeste nominari nequeunt. Hoc modo Ovidius:

— nulla reparabilis arte
Laesa pudicitia est, deperit illa simul. —

Turnebus in primo commentario conjecerat: *et eos pudet impudica loqui.* Wagnerus, ad Goer. fere sensum edidit: *Erubescunt pudici etiam loqui de impudicitia.* Illum vero satis refutatum credo a Scheffero et Schützio. Wagneri lectio tolerabilior est, neque vero probanda. *Mr.*

Ac me nimis *istorum Philosophorum pudet*] Egregie hunc locum correxi ex pall. meis et Fabric. olim enim cusi, *ac me* nimirum *istorum* phil. Victorius abjecerat *nimirum*, neque comparet in codice S. Victoris. Cohaerent haec cum superioribus; neque quidquam deest, ut videbatur Turnebo. Grut.

Ac nimis istorum philosophorum pudet] Ita scripsimus cum Goer., deleto *me*, quod non agnoscunt sex ejus Codices et nostri Cr. et W., neque contradicit Cod. H. ubi legitur *ac mystorum*; ut in Copp. Vict. b. Cod. M. habet *ac minus.* Vocem *nimis* non habet Ed. Paris.; pro ea est *nimirum* in Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr. Sturm. Lamb.; *mirum* habet *Brut.*, unde cum Goer. suspiceris a Cicerone scriptum esse *nimium.* Ad v. *ac* Wagnerus: »Pro *ac* si legi posset *at*, neminem elegantioris latinitatis peritum id quidem poenitere debeat.« Quo quid dixerit, ipse viderit. Ad rem Wytt. ita: *pudet*, sc. Epicureorum, qui ita statuebant. *Pudet* eleganter dicitur h. l., quia modo agebatur de pudore et pudicitia. *Mr.*

Judicio ipso notatum] Haud aliter S. Victoris, item editi a Victorio et Turnebo. vulgata, *mulctatum.* Grut.

Ibid. *Nullum vitium vitare, nisi judicio ipso notatum,* putant]

miae metu, pudicos dicere, cum ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur? nam quid aut laudari rite aut vituperari potest, si ab ejus natura recesseris, quod aut laudandum aut vituperandum putes? An corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis; animi deformitas non

E nostris meliores Codices dant, *nullum judicium vitare, nisi vitio ipso* mutatum, *putant.* Sic et deteriores, nisi quod ii *multatum.* Sed se melius habet recepta lectio; et *notatum* quidem repraesentant liber S. Victoris, et editio *Victoriana.* Quin nec ipsa Latinitas haberi debet suspecta, licet *vitium vitandum putant* quam *vitare* sit usitatius. *Columella* R. R. lib. I. cap. 5. *Propter quae* censeo *ejusmodi* vitare *incommoda.* Et lib. II. cap. 22. *Cum tum otii quam negotii rationem* reddere *majores nostri* censuerint. Iterum lib. III. cap. 15. *Longius accersitam pinguem humum scrobibus* inferre censet. Adi sis et lib. IV. cap. 10. lib. VI. cap. 26. ac lib. VIII. cap. 13. Noster autem Epicureos tangit, de quorum sententia vide nos ad lib. II. Acad. cap. XLVI. Dav.

Qui nullum vitium [*vitare*], *nisi judicio ipso notatum, putant.*] Nihil mutavimus; non quod placeat vulgata, sed quia certam atque indubitatam ex multis, quae ad manum sunt emendationibus, habemus nullam. Videamus primum libros. Cod. Cr. habet: *qui nullum judicium vitare, nisi vitio ipso multatum putant.* Cod. W. eodem modo, nisi quod scribitur *mutatum;* Cod. H. *que ullum judicium vitare, nisi vitio ipso mutatum putant.* Copp. Vict. b. *q. n. judicium v. n. v. i. mutatum* p. In Cod. M. item est *mutatum vitant.* In Edd. Ald. Car. Steph. Gothofr. et Brut. est, ut in vulgatis, nisi quod *mulctatum* habent pro *notatum*, ex glossa manifesta. Crat. et Herw. in contextu habent *qui nullum judicium vitare, nisi vitio ipso notatum putant*, in varr. lectt. *initium vitare, nisi judicio ipso mulctatum p.* In varr. lectt. apud Car. Steph. est *nisi judicio ipso notatum.* Edd. Asc. 1. 2. cum Crat. et Herw. faciunt; in marg. Ed. Gothofr. est: forte *notatum*, unde mox sequitur *infamiae* et *vituperandum.* Vulgatam sequuntur Ed. Paris. Sturm. Commel. Verb. et recentt. Wagn. cum Dav. vulgatam, ut Graecismum, defendit; Goer. item eam verissimam esse contendit, sed tamen, sibi contradicens, in fine notae *vitare* ejectum vult, ut intelligatur: *qui nullum vitium, vitium putant, nisi* etc. Ego non minus dubito an Cicero ita dixerit (loci enim a Goer. laudati hoc non probant) pro: *qui nullum vitium esse putant, v. qui nihil in vitio v. vitiis ponunt*, quam Graecismum istum in Cicerone concoquo. Quare cum Wyttenbachio ad Davisii partes me applicarem, qui volebat *vitandum*, si tum depravationis causam intelligerem. Cum Goer. Beierus ad Cic. de Off. I. 13. 41. p. 103. *vitare* ejectum vult, ideoque illud vocabulum uncinis inclusit. Ego idem feci, nam re vera mihi in eo mendum inesse credo, sed ita ut alia vox substituenda sit. Quaenam vero, nondum exputo; neque enim satisfaciunt, quae in mentem venerunt, *tale* v. *capitale* v. *exitiale.* Rathius, Ciceronianus scilicet, non offenditur vulgata, ad *vitare* subaudiens *homines*, laudansque caput libri nostri XXI. extr. *quantum in ipso sit* etc. cujus loci

habebit? cujus turpitudo ex ipsis vitiis facillime perspici potest. Quid enim foedius avaritia, quid immanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abjectius tarditate et stultitia dici potest? Quid ergo? Eos, qui singulis vitiis excellunt aut etiam pluribus,
b. propter damna, aut detrimenta, aut cruciatus aliquos,

alia est ratio. Posse, addit, ambiguitatem tolli, si scribatur *vitari*. Utrumque egregie. Schützio ante *putant* excidisse videtur *rectum*. Fieri potest, quamquam mihi non videtur vero simile. — In seqq. Codd. Cr. W. et H. *qui stupro* pro *qui a stupro*, eosque sequuntur Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. Vulgatam, apud Cic., praefero. In Cod. H. est *arguentur* pro *arcentur*, plane ut in Copp. Victt. b. Cod. M. pro *dicere* habet *dcesse;* voluit fortasse *dicere esse* v. *esse dicere*, quod nemo desiderabit. *Mr.*

Infamia propter rei turpitudinem *consequatur*] Vict. editio *formidinem;* neque aliter S. Victoris volumen, aut pal. tert. restat tamen alterum in ceteris nostris. Grut.

§. 51. *Infamia propter rei turpitudinem*] *Formidinem* habet Cod. Cr. et Copp. Victt. b., *fortitudinem* Cod. H. Ex hac scriptione magis agnoscis originem lectionis *formidinem* quam ex lectione duorum librorum apud Goer. *torpidinem*. Haec orta est ex scribendi compendio: sed cum aliquando unus in describendo ita lapsus esset, ut aliud agens scriberet *fortitudinem;* alius hoc sensum non habere animadvertens, sapienter nempe, contrarium fortitudinis ponendum esse censuit. Fluctuat in hoc vocabulo lectio apud Cic. de N. D. I. 1. 1. in verbis: *quid est enim temeritate turpius?* ubi in plerisque libris est *fortius*. Vid. notas nostras in Ed. maj. pag. 8. Ed. min. p. 5. Schefferus ad h. l. haec: Haec obscura sunt. Quid enim vult *ipsa*? num ad infamia referri debet? Habebit ergo quandam emphasin, quam hic difficulter intelligo. Mallem ego referre ad *stupra*. Sensus est: Non possunt evitari stupra propter infamiae metum, quia prius facta sunt stupra, ea deinde notata infamia. Notata ergo infamia, non quod ante, quam fierent, decretum quoddam ea notanda statuisset, sed quod propter naturae suae turpitudinem infamia sequeretur. — Quod ad sensum bene. Sed *ipsa* non ad *stupra* referendum, sed ad *infamia*. Germanice reddas: *Da gerade die Inf.* — In marg. Edd. Gothofr. et Lamb. scriptum est: fort. *cum ipsa infamia rei turp. cons. Mr.*

Laudari rite aut vituperari potest] Ita fere plutearii nostri, nisi quod quart. et Fabr. *laudari a te.* Turnebus induxit e MSS. *laudare, Tite, aut vituperare potest.* Non sequor. Grut.

Nam quid aut laudari rite, aut vituperari potest,] Ed. Comm. *Nam quid aut laudare, Tite, aut vitupetare potes*, et ita se ex veteribus libris exhibere ait Turnebus in commentario. Neque vero Goer. ex suis tale quid notavit, neque ex nostris aliquis (nisi Cod. H. in voce *Tite*) adstipulatur. Nomen *Tite*, si plures libri adsentirent, non rejecerim (quamquam *rite* abesse vix, ac ne vix quidem, potest); reliqua, *laudare* — *vituperare potes*, adspernor cum Davisio. *Mr.*

Si ab ejus natura recesseris] Ita nostri aliquot, unus tamen et alter, *eo nat. recesserit*, quod

miseros esse dicimus, an propter vim turpitudinemque vitiorum? quod item ad contrariam laudem in virtute dici potest. Postremo, si propter alias res 52.
virtus expetitur, melius esse aliquid, quam virtutem, necesse est. Pecuniamne igitur? an honores? an formam? an valitudinem? quae et, cum adsunt, perparva sunt; et quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest; an (id quod turpissimum dictu

admisit Vict. et Turneb. neque improbem. GRUT.

Si ab ejus natura recesseris] Cod. W. in contextu habet *ab eo*, sed in marg. adscriptum est *ejus*. Nobis non magis, quam Goerenzio probatur lectio *recesserit*, quam sola ex nostris exhibet Ed. Paris. Edd. Asc. 1. 2. *si ab eo recesseris*. Copp. Victt. b. *si ab eo natura recesserit*. *Mr.*

Percipi *potest*] Harleian. sec. et editio pervetus, *perspici potest*, quemadmodum *Lambinus* edidit. DAV.

Perspici potest] Postliminio reduximus cum Ern. Goer. et Sch. lectionem *perspici*, quae est in tribus Goer. itemque in duobus nostris Codd. MSS. (Cr. et W.) in Copp. Victt. et Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Brut. Gothofr. Sturm. Non prospere cessit Wagnero et Hülsemanno defensio lectionis Davisianae. Nostra explicatione non eget. *Mr.*

Quid infamius *libidine*] Vulgo *immanius*. At cum non desint vitia, quae libidine sint *immaniora*, lubens Eliensem nostrum sequor. Paulo ante: INFAMIAE *ne metu non esse petulantes?* Et iterum: *Cum ipsa* INFAMIA *propter rei* (stupri) *turpitudinem consequatur*. *Terentius* Andr. Act. II. Sc. VI. 12.

— *Dum licitum est ei, dumque aetas tulit,*
Amavit: tum id clam: cavit ne unquam infamiae
Ea res sibi esset —

Lactantius Epit. cap. 62. *Libido — et periculum parit, et* INFAMIAM *generat*. Sic enim ex MSto Bonon. legendum. Hinc libidinem *pudoris et* FAMAE *debellatricem* vocat idem Div. Inst. I. 9. DAV.

Quid immanius libidine] Placet quidem Ernesto et Wytt. Davisii correctio; Wagneri autem defensio lectionis vulgatae mihi cum Goer. et Sch. ita probatur, ut lectionem librorum tantum non omnium restituendam censuerim. Recte enim ille, mirum, ait, videtur, Dav. et Ern. necessarium duxisse, ut legeretur: *infamius;* quum Cic. jam hoc agat, ut infamiam ex naturae turpitudine et foeditate ortam confirmet. Quid igitur inanius et ineptius facere potuisset, quam, ut infamiam principii loco poneret, unde turpitudo oriretur, quum contrarium potius vellet. *Immanius* est in Codd. Cr. W. H. et Edd. quae ad manum sunt, omnibus. Wytt. in scholis ait, esse, qui corrigant *insanius*, cujus ego lectionis nullum animadverti vestigium. Post *ergo* erasum est *eos* in Cod. M; ab eodem abest *quid abj. tarditate*. Post *miseros* abest *esse* a Codd. Cr. et W. et Copp. Victt. b. itemque ab Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. et Lamb. Ad verba *vitiis excellunt* Wytt. haec: »Est dictio rarior: ita tamen locutus est Nepos in Alcibiade »c. 1. dicit: *nihil eo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus.*« — Et hoc quidem

est) voluptatem? At in ea quidem spernenda et repudianda virtus vel maxime cernitur. Videtisne, quanta series rerum sententiarumque sit, atque ut alia ex alia nectatur? quin labebar longius, nisi me
20. retinuissem. Q. Quo tandem? libenter enim, frater, ad istam orationem tecum prolaberer. M. Ad finem

loco dici potest esse ζεῦγμα, cum virtutibus vitiisque adjungatur. Sed plane in malam partem sumitur *excellere* ab ipso Cicerone in Pisonem c. 38. 94. *Mr.*

Quod item ad contrariam *laudem* in virtutem *dici potest*] Paris. Reg. et Balliol. *Quod item* a contrario *laudem in virtutem dici potest.* Sic in Ven. 1471. nisi quod illa *virtute.* Lego, *quod item* e contrario *laudem in* virtutem *dici potest.* Dav.

Quod item ad contrariam laudem in virtute dici potest] Cod. M. *a contrario.* Merito rejecit Goer. Davisii conjecturam *e contrario,* ut minime Ciceronianam loquendi formam. Sed quod idem lectionem Commel. Dav. Ern. et Wagneri, quae est etiam Codicis M., *in virtutem* recepit, quod item fecit Sch., et commendavit etiam, scribens: dicuntur haec curtatius, pleniori oratione sic scribenda: *a contraria parte in virtutem, ad eam laudandam, dici potest:* in hoc, quod ad sensum, me adsentientem habet; quod ad scriptionem ego contendo, Ciceronem h. l. rariore constructione, ipsi tamen usitata, usum esse *in virtute* pro *de virtute,* ut est in Codd. MSS. et in Edd., quae ad manum sunt, omnibus. Ita Cic. Epp. ad Fam. III. 8. *Non dicam plura, ne, in quo te objurgem, id ipsum videar imitari.* Idem ad Att. II. 1. eodem Verbo usus: *Quod me — de Pompeji familiaritate objurgas.* Quod si vero dicat aliquis, aliam esse verbi *objurgandi constructionem,* aliam verbi *dicendi;* hoc ipsum legat vocabulum eadem, qua nostro loco, constructione, de Orat. II. 61. 248. *Quod idem in bono servo dici solet*, ubi eodem jure, si Goerenzium audis, corrigas *in bonum servum,* i. e. *ad eum laudandum.* De duplici praepositionis *in* constructione nuperrime monuit Censor quidam Jenensis, 1822. 115. p. 422. *Mr.*

Postremo *si propter*] Sic pal. quart. et Fabric. expressitque item Victorius aliique, vulgata, *Nam si propter.* Grut.

§. 52. *Postremo si propter*] Pro *postremo* legitur *nam* in Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. et H. et in Edd. Car. Steph. Ald. Crat. Herw. Lamb. Brut. Gothofr. et Sturm. Sed *nam* non bene h. l. continuaret orationem. Reliqui libri habent, ut nos edidimus. De constructione, quae sequitur, *melius esse aliquid, quam virtutem* vid. Epistolas Socratt. Sodal. Philomath. p. 263. Pro *honores* in Cod. Cr. est *honorem,* in Cod. W. *homines,* errore ex scribendi compendio orto. Cod. M. *atque quam diu*, ut Edd. Asc. 1. 2. Tum Cod. Cr. *afutura.* W. *affutura,* idem *sunt* pro *sint.* *Mr.*

Id *quod turpissimum*] Vulgo praetermittitur *id;* quod nos ex MSStis revocavimus. Dav.

Id quod turpissimum dictu est] Nihil certius est hac lectione, quam non repudiare debebant Ern. Bip. Wagn. et Sch. Praestant vocem *id* Codd. Cr. W. H. Copp. Victt. b. Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Gothofr. Lamb. et Comm. Vid. quae de formula *id quod* monuit Beier. ad Cic. de Off. II. 23. 83. qui nec

bonorum, quo referuntur, et cujus [apiscendi] causa
sunt facienda omnia: controversam rem, et plenam
dissensionis inter doctissimos, sed aliquando tamen
judicandam. Att. Quî istuc fieri potest, L. Gellio 53.
mortuo? M. Quid tandem id ad rem? Att. Quia me
Athenis audire ex Phaedro meo memini, Gellium,
familiarem tuum, cum proconsule ex praetura in
Graeciam venisset, Athenis philosophos, qui tum
erant, in locum unum convocasse, ipsisque magnopere

nostri loci oblitus est. Pro *at in ea* Cod. Cr. perperam *an in ea*, Cod. W. pro *Vi detisne* habet *videsne*. Male utraque Ed. Sturm. *Sed videtisne*. *Mr.*

Atque ut ex alio *alia netantur*] Legi debet, *Atque ut ex* aliis *alia nectantur;* vel, *Atque ut ex* alia *alia* nectatur. Dav.

Ut alia ex alia nectatur] Nimis diu contra Grammaticorum regulas et Ciceronis usum lectio vulgata libros occupavit. Quare nos ad mentem Goerenzii locum in contextu refinximus, quamquam id neque ipse fecerit, neque post eum Schützius, Wagnerus autem loco, cujus alia est ratio, vulgatam defendere voluerit. Inspectis omnibus similibus Ciceronis locis nullum, qui vulgatum adhuc verborum ordinem et numeros mutatos tueretur, reperimus. Cf. Beier. ad Cic. de Off. I. 7. 22. In fine capitis in Cod. Cr. est *retinuisset*. Ad verba: *quin labebar longius* Wytt. haec: i. e. atque adeo provehebar longius, i. e. aberrabam quasi a proposito. *Mr.*

Ad istam orationem] Codd. Cr. W. H. et Copp. Victt. b. *cum ista oratione*, Codd. Cr. et W. *tecum prolabor ad finem bonorum, quo* etc. Prior lectio est etiam in Edd. Ald. Brut. et marg. Lamb. et Gothofr. *Mr.*

C. 20. *Et cujus* apiscendi *caussa*] Est a Victorio, nam Turnebus *asciscendi*. prius publicati verbum illud non habebant, neque extat in Pal. tertio, nam quart. *asciendi*, Fabr. *ascendi*. Grut.

Et cujus [*apiscendi*] *causa sunt facienda omnia*] Uncinis inclusimus vocem controversam. Permulti enim scripti (in his nostri Cr. et W., nam in Cod. H. aderat *asciscendi* a prima manu, sed deletum est) et Edd. (Ascc. Paris. Ald. Crat. Herw. Gothofr. Brut. ex nostris) vocem istam plane omittunt, neque ego illud vocabulum Ciceronianum esse credo, quamquam hodie tribus locis, a Victorio videlicet inductum, apud nostrum compareat. In marg. Gothofr. et Lamb. et apud Car. Steph. et Comm. est *asciscendi;* Sturm. et Gebh. ediderunt, quod Car. Steph. se in vetere libro reperisse ait, *adipiscendi*, quod praeferrem, nisi istam vocem plane delendam censerem, utpote assutam, ne sententia vaga esset. Sed in his libris, a Cicerone non ad unguem elaboratis, facilius fero sententiam vagam, quam vocabula correctoris manum prodentia. Voce antiqua *apisci* ego Ciceronem nunquam usum esse existimo, qui in talibus verbis composita semper praefert, nisi consulto, ut in iis nostrorum librorum capitibus, quae leges continent, ἀρχαΐζει. Cod. M. habet *et cum jus ascindi*, idem mox *alii* pro *aliquando;* Copp. Victt. b. habent *jam* pro *tamen*. Rathius praefert *adipiscendi*, laudatque de Fin. III. 6. 22. *ut adipiscamur principia naturae*, et

auctorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum. Quod si essent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere; posse rem convenire: et simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid convenire. M. Joculare istud quidem, Pomponi, et a multis saepe derisum. Sed ego plane vellem me arbitrum inter antiquam
p. 167. Academiam et Zenonem datum. Att. Quo tandem
a. istuc modo? M. Quia de re una solum dissident, de

IV. 17. 46. *in summa bonorum, ut is, qui eam adeptus sit* etc. Schefferus conjecit *nanciscendi;* quod ad sensum bene; sed si in libro aliquo illud reperirem, in glossis ponerem. Cod. H. pro *controversam* est *controversia*[ri] sic), in Copp. Victt. b. *controversiarum. Mr.*

§. 53. *Qui istuc fieri potest*] Cod. W. *Quid*, Cod H. *qui*, suprascripto *quo*. Pro *istuc* scribitur *istud* in Edd. Ascc. Paris. Crat. Herw. Comm. et Sch.; pro *Gellio* in Cod. H. *Gelli;* in Cod. M. *vel Gelli. Mr.*

Quî *tandem id ad rem?*] Sic recte Paris. et Reg. Vulgo *quid.* Dav.

Quid tandem id ad rem?] Restituimus *quid* cum Sch.; ita enim est in Codd nostris Cr. M. W. H. et Edd. Ascc. Paris. Gothofr. Ald. Crat. Herw. Sturm. Lamb. Brut. Comm. etc. neque optime sonant duae interrogationes se excipientes, ab eadem voce incipientes. Sensum autem meliorem exire, si scribas *qui*, nemo facile dixerit. In sola Ed Gothofr. omittitur vocula, *id*, quod est procul dubio typothetae lapsus. *Mr.*

Quia me *Athenis*] Vulgo *quoniam Athenis,* prout etiam *Victorius* edidit. At cum Eliens. et Harleian. pr. dent *quia Athenis;* Paris. autem et Reg. *quam Athenis;* eam lectionem recipiendam putavi, quam praestant Harleian. sec. Med. et Balliol. Dav.

Quia me Athenis] Cod. H. et Copp. Victt. b. *Quam Athenis.* Edd. Paris. et Verb. *Quoniam Ath.* reliqui MSS. et Edd. vett. omnes recte *Quia me Ath.* In seqq. Cod. Cr. *proconsul* pro *proconsule.* Vid. not. Turn. Idem Cod. cum W. et H. mox *venisset et,* quatuor apud Goer. *venisseque. Proconsul* legitur etiam in Edd. Paris. Ald. Crat. Herw. Brut. Gothofr. Sturm. Car. Steph. Tum in Cod. H. pro *convocasse, ipsisque* legitur *convocasset ipse isque.* Copp. Victt. b. *ipse iisque.* Cod. M. *vocasse — magno opere,* mox *alii* pro *aliquando* et *militibus* pro *in litibus. Mr.*

Posse rem convenire] Forsan interserendum, *posse rem* tum *convenire.* nam est in pal. quart. *cum,* in tert. *cum eo*, in S. Vict. *et convenire;* aliquid latet, aut videntur mox expungenda, *si posset inter eos aliquid convenire.* Grut.

Ibid. *Posse rem convenire*] Paris. Reg. Harleian. pr. sec. Med. et Balliol. additis duabus voculis, exhibent, *posse rem* cum eo *convenire.* Forsan *posse rem* inter eos *convenire.* Dav.

Posse rem convenire] Codd. Cr. et W. item post *rem* addunt *cum eo* itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. Ad h. l. Wytt. ita: Eleganter opponitur sequenti: i. e. *si* posset inter eos aliquid convenire, i. e. ipsam rem posse componi, si modo philosophi id pa-

ceteris mirifice congruunt. Att. Ain' tandem? una de re solum est dissensio? M. Quae quidem ad rem 54 pertineat, una: quippe cum antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo juvaremur in vita, bonum esse decreverint; hic, nisi quod honestum esset, nihil putarit bonum. Att. Perparvam vero controversiam

terentur. — Ex hac explicatione; qua nihil est verius, apparet, quam mala fuerit Manutii (v. not. seq.) suspicio et quam incommoda sit Davisii correctio, qua recepta Cicero balbutiret. Neque Wagn., neque, qui ejus sententiam probat, Goer. ad vim vocis *aliquid* attenderunt, alioquin non dixissent additum *si posset — convenire* esse ipsam ejus qui se arbitrum offert, loquentis formulam. Ceterum in Cod. M. est *vel* pro *illis*, mox *eos ad aliquid*, et pro *aliquid* est *aliquod* in Codd. Cr. et W. et in Copp. Victt. b. *Mr.*

Pollicitum] Foedum Glossema sequebatur in omnibus libris, *si posset inter eos aliquid convenire;* quod scriptus liber non habet nec omnino sententia postulat: itaque delevimus. P. MANUC.

Si *posset inter eos aliquid convenire*] Haec expunxit *Manucius*, et expungenda censuit *Gruterus*. Quin et in Harleian. pr. desunt, una cum septem vocibus, quae praecedunt. Sed unicam hujus omissionis causam dedit τοῦ *convenire* repetitio. Cum reliquis igitur MSStis haec vocabula retineo; levi tantum mutatione rescripserim, UTI *posset inter eos aliquid convenire*. DAV.

Iocularc istud quidem] Ita pro *istuc* scripsimus cum Goer. et Sch. ex Cod. W. et Edd. Ascc. Herw. Crat. Ald. Paris. Car. Steph. Lamb. Brut. Sturm. et Commel. Ad verba *arbitrum — datum* Wytt. haec in scholis: Est dictio juris, eaque festive adhibita: quia Gellius item controversias philosophorum ex ratione juris componere voluerat. In seqq. quoque *istud* post *tandem* pro *istuc* dedimus ex Cod. M. et Edd. Crat. Herw. Comm. cum Goer. et Sch. In prioribus Edd. Ascc. pro *vellem* habent *vel vellem*. *Mr.*

Ain tandem? una de re est] Sic Turnebiana: quippe Victorii, *Ain tandem? una non est solum dissensio?* et habet utraque lectio fautores Mss. GRUT.

Ibid. *Ain' tandem? una de re est solum dissensio?*] Paris. et Reg. *an niterer ne una esset solum dissensio.* Forsan, *an inter eos de una re est solum dissensio?* DAV.

Ain' tandem? una de re solum est dissensio] Ita scripsimus cum Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Paris. Sturm. cum Schützio, nisi quod, cum *est* a Cod. W. abesse vidissemus, transposuimus eam voculam post *solum*. Reliqui libri valde variant. In Codd. Cr. et W. Attici haec sunt verba: *Tantumne una de re est solum dissensio, quae quidem ad rem pertineat:* cui respondet M. *una*, *quippe* etc. In Cod. H. est: ut in Copp. Victt. b. *Tantumne una de re — pertineatur.* In Edd. Ascc. Crat. Herw. Lamb. et Gothofr. legitur: *An tandem una de re est solum dissensio? M. Quae qu.* etc. in Cod. M. *An intererit ne esset solum d.* mox: *omnes quisquam n̄am esse.* Ad vocem *una* Wytt. est item, ait, facete dictum: una res, quae ad rem pertineat. *Antiqui* i. e. antiqua Academia. *Mr.*

Hic nihil, nisi quod honestum esset, putaverit bonum] Vel sic legendum, vel, ut vulgo; *hic, nisi quod honestum esset, nihil puta-*

dicis, ac non eam, quae dirimat omnia? M. Probe quidem sentis, si re, ac non verbis dissiderent. Att.
21. Ergo assentiris Antiocho familiari meo (magistro enim non audeo dicere), quocum vixi, et qui me ex nostris paene convellit hortulis, deduxitque in Academiam perpauculis passibus. M. Vir iste fuit ille quidem pru-

verit bonum. Nam quod *Turnebus* ait negantem vocem *nihil* abesse a vett. libris, neque desiderari; nugas agit. Neque me movent petita e Columella et Solino exempla, quia sunt mendosa. Lamb.

Ibid. Nihil *putarit bonum*] Vox *nihil* abest Mss. nostris quatuor; et vero non admisit Victorius, indicavitque Turnebus, non agnosci a libro suo veteri. et sic interdum loqui antiquos ostendit exemplis. Consulatur. Grut.

Ibid. *Hic, nisi quod honestum esset*, nihil *putarit bonum*] *Nihil a Victorianis, Gruterianis* nostrisque Codd. abest; et sic interdum loqui scriptores autumat *Turnebus.* Ejus tamen calculo meum non adjecerim: e locis enim, quos statuminandae suae sententiae profert vir eruditus, excidit, ut opinor, particula negans. Eadem mens est *J. Fr. Gronovii* ad *Livium* xxxiv, 16. Vide tamen Cortium ad Sallustii Jugurth. c. liv. p. 661. Fieri tamen posse censet, ut *Cicero* scripserit, *Hic, nisi quod honestum esset*, negarit *bonum.* Non accedo: dubioque procul recta est lectio vulgata; nisi forsan alio verborum ordine malis, *hic nil, nisi quod* etc. Ut absorpta sit a sequente vox secunda. Dav.

§. 54. *Nihil putarit bonum*] Abest quidem vox *nihil* a Codd. nostris Cr. W. H. et Copp. Victt. b. sed exhibent eam Edd. Car. Steph. Lamb. Comm. Gothofr. et tres Goerenzii Codd. MSS. Sed etiam sine libris recipienda fuit illa vox, quae salva latinitate, quidquid ex Columella afferat Turnebus, abesse non potest. Wyttenbachius etiam ad marg. Ed. Goer. min., ubi *nihil* uncinis inclusum est, merito adscripsit: male. *Mr.*

Perparvam vero controversiam dicis, ac non eam, quae dirimat omnia] Lectio controversa. nam edidit Victorius, *parvam vero controv. dicis. at nona* quae dirimat omnia.* Turnebus adhaeret vulgato, nisi quatenus reposuit *parvam*, quomodo et pal. tertius, at enim quart. *perparum vero controversiae dicis.* Cic. *An non eam quae dirimat omnia.* S. Victoris liber:* *Perp. vero contr. dicis ac noscam omnia quae derivat omnia.* Grut.

Ibid. Parvam *vero controversiam*] Vulgo *perparvam.* At cum Paris. et Reg. exhibeant *parum vero controversiam;* nos eam sequimur scripturam, quam recepit *Victorius*, quamque praestant Eliens. Balliol. Hasleian. pr. sec. aliique Codices. Dav.

Perparvam vero controversiam] Restituimus cum Goer. et Sch. *perparvam*, quamquam nostri quoque Codd. MSS. *parvam* (Cod. M. *pār* Copp. Victt. b. *parum*) exhibeant; idque ideo, quia in Edd. vett., quarum editores codices MSS. adhibuerunt, constanter fere legitur *perparvam*, v. c. in Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr., tum quia in Codd. ea vox scripturae compendio scribi solet *pparvam*, unde facile obliterari potuit prius *p*. In Cod. H. pro *ac* est *sat*, quod ortum est ex ultima prioris vocabuli litera et lectione *at*, quae

dens et acutus, et in suo genere perfectus, mihique, ut scis, familiaris; cui tamen ego assentiar in omnibus, necne, mox videro; hoc dico, controversiam totam istam posse sedari. Att. Qui istud tandem 55.
vides? M. Quia si, ut Chius Aristo, dixit, solum bonum esse, quod honestum esset, malumque, quod

non praestat nostrae In Cod. M. legitur *an*. In Copp. Victt. b. *dicissat*. *Mr*.

Ac non eam, quae dirimat omnia] Sic recte nostri MSSti: nam qui de bonorum malorumque fine dissentiunt, in reliquis rebus parum conveniant necesse est. Noster Acad. II, 43. *Omnis ratio vitae definitione summi boni continetur; de qua qui dissident, de omni vitae ratione dissident*. Cum tamen liber S. Victoris exhiberet, *Ac noscam omnia quae derivat omnia; Gulielmius* rescribendum conjecit, *ac non communia quae diribat omnia*. Sed ludos facit vir ille doctus, dum ex vitiosissimo Codice non disparem fabricatur emendationem. Dav.

Ac non eam, quae dirimat omnia] Lectionem Cod. H. v. in not. praec.; in eodem legitur *derimat*, tum *sentirent* pro *sentis* et mox *desiderent* pro *disiderent*. *Derimat* est etiam in Copp. Victt. b., itemque *sentirent* et *dissiderent*. Pro *ac non eam*, ait Schefferus, in antiquis libris est *ac non aquae*, in aliis aliter, nec licet divinare facile veritatem. — Imo vero non opus est divinandi arte. Frustra Ernestus ex vett. Edd. *dissident* praefert lectioni *dissiderent*, quia videlicet tempora non congruant. At illud *sentis* idem valet quod *dixisti* vel potius: *probe quidem ego te sentire dicerem, si — dissiderent*. Neque Goer. aliquid novandum esse existimavit, neque Schützius, sed Wagnerus, nihil monêns, Ernestum secutus est. *Dissiderent* est in Edd. Paris. Ald. Car. Steph. Crat. Herw. Gothofr. Brut. Sturm. Lamb. Commel. Vid. quae hanc in rem disputat Heind. ad Cic. de N. D. I. 22. 61. et ad eundem locum nostram notam in Ed. min. p. 41. Creuzerus in Ed. maj. p. 98. *Mr*.

Assentiris Antiocho] Cod. Cr. *Anthioco*. Philosophus hic fuit Academicus temporibus Ciceronis, qui ita ad partes Stoicorum inclinabat, ut dicatur στόαν in Academiam deduxisse. *W*. Idem ad verba *ex nostris* etc. haec: i. e. ex schola Epicuri, quae in horto habebatur, me quasi arborem abstraxit propemodum, id enim significat v. *convellere*. Pro *nostris* est *postris* in Cod. H. *Mr*. *Perpauculis passibus* est exquisitum genus dicendi, in quo subaudiendum *deficientibus*. Ratio haec est Graecorum. *W*.

Cap. 21. *Fuit ille quidem prudens*] Si obtemperandum Mss. nostris omnibus, abjicienda dictio *quidem*, ut fecit P. Victorius. Grut.

Ibid. *Perpauculis passibus*. M. *Vir iste fuit ille prudens*] Codices fere sic distingunt, *perpauculis passibus vir iste*. M. *Fuit ille prudens*. At hoc modo *vir iste* voces sunt omnino supervacaneae. Quid igitur? Rescribas velim, *perpauculis passibus*. M. *Vir*, tite, *fuit ille prudens;* ut Atticum Tullius adloquatur. Vulgo sane legitur, *Vir iste fuit ille quidem prudens*. Sed vocem penultimam delevi, quod eam nesciant *Victoriani*, *Gruteriani* nostrique MSSti. Dav.

Vir iste fuit ille quidem] Nihil hac lectione melius, in qua prae-

turpe, ceteras res omnes plane pares, ac ne minimum quidem, utrum adessent, an abessent, interesse, valde a Xenocrate et Aristotele et ab illa Platonis familia discreparet, essetque inter eos de re maxima, et de omni vivendi ratione dissensio. Nunc vero, cum, quod decus antiqui summum bonum esse dixe-

ter necessitatem Davisius vocem *iste* propter sequens *ille* mutari voluit in *Tite*. Ita enim saepius Cicero. Vid. modo Beier. ad Cic. de Off. I. 37. 95. ubi est: *sic hoc—totum illud quidem est cum virtute confusum*, Pejus etiam Dav. delevit *quidem*, quod ante *tamen* in hac constructioue abesse nequit, quamquam desideretur in Codd. nostris Cr. W. M. et H. Sed est in Edd. Asc. 1 et 2, Ald. Gothofr. Paris. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Lamb. Sturm. Comm. In Codd. Cr. et W. scribitur: *perpauculis vir iste. Fuit ille prudens*. Goerenzium in exemplis ad h. l. afferendis dissimillima confundere merito contendit Beier. l. c. In priore Ed. Goer. Davisii lectionem receperat. Rathius Wagnerum, qui in nostra lectione nescio quid injucundi subodoratur, edocere vult, verba *vir iste* esse nominativum absolutum. In Copp. Victt. b. scribitur: *Viriste futile quidem Mr*.

Mihique ut scis familiaris] *Car. Stephani* vetus, *Mihique* fuit, *ut scis, familiaris*. Dav.

Mihique, ut scis, familiaris;] Vocem *fuit* etiam inserunt Cod. M. (ubi omittitur *ut scis*) Edd. Asc. 1 et 2, Crat. Herw. et Sturm. Sequens *ego* abest a Cod. Cr., qui item voces *in omnibus* suo loco omittit easque post *dico* inserit. Idem post sedari *Marci* nomen posuit, postquam omnia inde a verbis *Ergo assentiris* Attico assignaverat. Mr.

Quin istuc tandem vides] Est a Victorii editione, cui adstipulatur Fabricianus. etiam pal. quart. nisi quod is praeterea, *tandemne*. Grut.

Ibid. *Qui istuc tandem vides*?] Sic optime dat Harleian. pr. et sic olim dedit *Lambinus*. Vulgo *quin istuc*. Illa vero ratio respondendi modo, quem Marcus adhibet, haud convenit. Dav.

§. 55. *Qui istud tandem vides*?] Probam lectionem *qui* exhibet Cod. noster Cr. itemque Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Gothofr. Car. Steph. Brut. Comm. *Istud* pro *istuc* scripsimus ex Cod. M. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Paris. et Comm. In Cod. M. est *istud octandum vides*, quod monstrum lectionis ortum est ex duplici scriptione *istud* et *isthoc*. Schefferus, qui Gruteri lectione *quin* offendebatur, hanc notam ad h. l. adposuit: τῷ *quin* respondere *quia* ego nusquam observavi. Puto compendium scripturae corrupisse locum et pro *quin* legendum esse *quinam*. — Quod ad sensum bene; sed contra usum Ciceronis. Verba *quia si* etc. Cod. Cr. Attico tribuit. Wytt. ad v. *qui* haec: Habèt quodammdo vim ellipticam, quasi dicatur: Quis tu es, ut (qui) illud videre possis? *Mr*.

Solum bonum esse diceret, *quod honestum*] Pall. nostris, item Gulielmianis non adest illud *diceret*, habetque quart. ac Fabr. *esset*; infra quoque *interesset*, pro *interesse*. de qua scriptura deliberent, quibus plusculum est otii. Grut.

Ibid. *Quia si, ut Chius Aristo dixit, solum bonum esse* diceret] Ultimam vocem nesciunt omnes MSSti, tam *Gruteriani* et *Gullielmiani*. nec in alia re distant a vul-

runt, hic solum bonum dicat; itemque dedecus, quod illi summum malum, hic solum; divitias, valitudinem, pulchritudinem, commodas res appellet, non bonas; paupertatem, debilitatem, dolorem, incommodas, non

gatis, nisi quod eorum nonnulli dent, *solum bonum esset*, et paullo post, *utrum adessent an abessent*, *interesset*. Forte sic constituendus est locus, *Quia si*, *ut Chius Aristo*, DICERET *solum bonum esse*, *quod honestum esset* etc. DAV.

Quia si, *ut Chius Aristo*, *dixit*, *solum bonum esse*, *quod*] Ita scribentes librorum MSS. omnium, neque nostris exceptis, lectionem restituimus, quam nemo, credo, sollicitavisset, nisi vocem *dixit* cum nomine *Chius Aristo* conjunxissent fere omnes, a quo nomine distinctione minore sunt sejungenda, ut nos post Goer. et Sch. fecimus. Abest etiam illud *diceret* post *bonum esse* ab Edd. Asc. 1 et 2. Sed in priore verba *ut* — *dixit* minus bene in parenthesi ponuntur. Verum jam vidit Schefferus qui ita ad nostrum locum: Illud *diceret* abest a plerisque veteribus, in quibus legitur *esset* et mox *interesset*. (Plane ita Cod. M.) Puto scripsisse nostrum: *Quia si*, *ut Chius Aristo*, *dixit solum bonum esse*, *quod honestum esset*, et postremo: *abessent*, *interesse*. Vitium ex eo natum, quia τὸ *dixit* referebant ad proximum Aristo; hinc mox alii ex *esse* fecerunt *esset*, alii adjecerunt *diceret*. Τὸ *dixit* non tam ad Aristonem, quam ad Zenonem refere debemus, de quo ab initio locutus est. Goer. in ed. min. scripserat: *Quia si*, *ut Chius Aristo*, *dixisset* etc. — Pravum illud *esset* et *interesset* in nullo ex libris nostris legitur; sed a Cod. Cr. abest *ne* post *ac* et in Cod. H. scribitur, ut in Copp. Victt. b., *nimium* pro *minimum*. Verba *et Aristotele* Cod. W. nonnisi in margine habet. *Mr.*

Et ab illa *Platonis familia*] An igitur Xenocrates et Aristoteles e Platonis familia non fuere? Certe fuerunt. Vide sis Acad. I, 6, 9. Paris. ac Reg. exhibent *et ab* illo *Platonis familia*. Proculdubio reponendum, *et ab* OMNI *Platonis familia* etc. DAV.

Et ab illa Platonis familia] Nihil mutandum esse et voce *illa* veterem Academiam significari, recte monuit Goer. Pro *illa* Codd. H. et M. habent *illo;* et pro *essetque* Cod. Cr. *esseque*. *Illo* est etiam in Copp. Victt. b. *Mr.*

Nunc vero, *cum*, *quod decus antiqui*] Ita scripsimus cum Goer. et Sch. auctoritate duorum (neque vero *sex*, quos Sch., obiter inspecta Goerenzii nota, enumerat) librorum MSS. apud Goer. moti, quamquam, praeter eos, omnes fere Edd. vulgatam servant: *cum decus*, *quod*. Nam, quod Goer. ait, in plurimis Edd. vett. deesse *quod* post *decus*, id nos in nulla factum deprehendimus. Mutavimus vero lectionem vulgatam, quia Codd. MSS. eam non agnoscunt. In Codd. W. M. et H. et in Copp. Victt. b. legitur *quod decus*, *quod antiqui*, in Cod. Cr. *quod decus antiqui*. Unde *quod* ante *decus* ponendum, et *cum* excidisse judices. In Cod. M. legitur *antiquissimum bonum;* mox *dixerant*. *Mr.*

Itemque *dedecus*] Vulgo *item dedecus*. Nos fidejussores habemus Paris. Reg. Harleian. pr. sec. Eliens. Med. et editionem *Victorianam*. DAV.

Itemque dedecus] Ita Codd. nostri omnes et Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Paris. et Comm. Sed pergit Cod. Cr. *illum* (omisso *quod*) *solum* (in marg. ab ead.

malas; sentit idem, quod Xenocrates, quod Aristoteles; loquitur alio modo. Ex hac autem non rerum,
b. sed verborum discordia controversia nata est de finibus: in qua quoniam usucapionem XII tabulae intra

manu *summum*) *malum hic solum.* Vocem *quod* omittunt etiam Codd. M. W. et H. et Edd. Asc. 1. et 2. Paris. et Comm. eamque delevit Goer., merito, ut credo, non obsequente Schützio.. Cod. M. *appellat* pro *appellet*, ut Edd. Asc. 1. 2. Pro *incommodas res, non malas* Edd. Asc. 1. et 2. *incommoda*, *non mala;* et ita etiam Edd. Crat. (neque vero, ut Rathius dixit *commoda — non bona — incommoda, non mala*) et Herw. Et ita legi volebat Rathius addens: non facile memineris, nostrum in his de Philosophia libris ita (videlicet *res commodas* etc.) loqui. — Cur Cicero philosophus ita loqui non possit vel nolit, cum Cicero orator dixerit pro Cluent. 59. 161. *in rebus incommodis*? In seqq. pro *nata est*, Codd. W. et H. *est nata;* Cod. M. *parta est.* Voluit credo *orta est.* *Mr.*

Inter quinque pedes esse voluerunt] Haud secus editi omnes ante Victorium. is publicavit, *intra q. p. esse noluerunt;* quomodo legi voluerat Alciatus; cujus rationes ex Aggenio videantur tit. Cod. Finium reg. nostrae scripturae accedunt pall. et cod. S. Victoris, item Fabricianus, imo et Turnebi veteres, qui item consulatur hoc loco. Grut.

Ib. *Usucapionem* 12 *tabulae* intra *quinque pedes esse* noluerunt] Vulgo *inter quinque pedes esse voluerunt.* Et ita quidem nostri Codices, nisi quod Paris. et Reg. *voluerint.* Editionem tamen *Victorianam* sequor, cui manifeste favet ipsa Lex. Voluit enim ut, inter vicinorum praedia finibus constitutis, quinque pedum spatium, quod usucapi non posset, relinqueretur. Vide sis *Andr. Alciatum* de quinque pedum praescript. col. 445. et *D. Gothofredum* ad Cod. lib. III. Tit. 39. leg. 5. Idem.

Ib. Esse voluerunt] Recte *noluerunt* legit JConsultorum princeps *Alciatus* in libello de quinque Pedum praescriptione: et paulo post. *sed* nos *tres arbitri*. P. Manucius.

In qua quoniam usucapionem etc.] Notabimus h. l. nonnisi librorum diversitates; de rebus ipsis in Excursu I. ad calcem libri locuti sumus, ibique varias variorum sententias attulimus. Codd. W. et M. et Copp. Victt. b. habent *ususcapionem* H. *ususcapione;* iidem cum Cod. Cr. *inter* pro *intra.* Copp. Victt. b. *voluerint*, Codd. Cr. et W. *voluerunt*, quod utrumque ex vetere libro enotavit etiam Graev. ad marg. Ed. Comm. Et ita est in Edd. Asc. 1. et 2. Crat. (quae in contextu habet *usucaptionem* in marg. *usucapionem*) Herw. Paris. Car. Steph. Sturm. Gothofr.; *inter — noluerunt* est in Edd. Paris. Lamb. Brut. et in Cod. H. Post *Mamilia* Dav. omisit *lege*, nisi forte in sola Rathii editione editoris incuria excidit. Nullus liber eam vocem omittit, quamquam variant admodum. In Codd. Cr. W. et H. est *nec Manilia lege singulis;* in Cod. M. *nec Manulia* (vides originem depravationis) *singulis legibus, — res arbitrii si vis.* In Edd. Asc. 1. et 2. Crat. (in contextu; nam in marg. est uti nos edidimus cum Edd. Ald. Sturm.) marg. Gothofr. et Herw. legitur *nec Manilia cum singulis lege*, in Ed. Paris. *nec Manilia singuli lege*, in Edd. Gothofr. et Lamb. *nec Mamilia lege singuli;* (ita enim volebant hi, quamquam in nostris exemplaribus expressum sit *Manilia*) In utriusque marg. in

quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus; nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. Q. Quamnam igitur sententiam 56.
dicemus? M. Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iisque parere. Q. Praeclare, frater, jam nunc

seqq. est etiam: *sed e XII tres arbitri.* In Ed. Brut. *ne Manilia lege singuli*, sed Brutus in nota *nec* scripsit, et *Mamilia* ex Victorio et Lambino praefert. In seqq. Codd. nostri *res* pro *tres.* Ed. Asc. 1. *sed ex his res arbitri si jus rogemus.* Ed. Asc. 2. *sed cum his te arbitro si vis agemus;* Ed. Crat. in contextu, ut Ed. Asc. 2. itemque Ed. Herw., sed in marg. est, ut nos edidimus, et ita Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Gothofr. Sturm. Denique Ed. Paris. habet *sed nos tres arbitri fines regemus;* quod non displicet, cum XII tabulae, ad quae verba *ex his* referri debent, paullo remotius sint positae. Ed. Comm. omnia plane habet, ut nos exhibuimus, nisi quod eam quoque pravum *Manilia* occupat. Victorii emendationem *Mamilia* probat noster Cod. H. In Copp. Victt. b. est: *Mamilia lege singulis, sed ex his res a. f. r. Mr.*

Nec Manilia cum singulis] In Veneto hic locus, ut videtur, multo integrior ita reperitur, *Nec manilia lege singuli, sed ex iis tres arbitri finis regemus.* Cam.

Ibid. *Mamilia lege*] Sic Fabr. et S. Victoris, item vet. liber Claudii Puteani: alluduntque literae pal. tertii. in quo Manubia. vulgati olim *Manilia.* Grut.

Ibid. Mamilia *legè*] Alii *Manilia.* Receptam vero lectionem tenent Paris. Reg. aliique nonnulli Codices; eaque mihi certissima videtur, cum de terminis agrorum lex fuerit Mamilia. Vide *Frontinum* de Limit. Agror. p. 40. et *Aggenum Urbicum* p. 55. *P.* quidem *Merula* de Legg. c. 11. §. 2. et *J. V. Gravina* p. 190. statuunt hanc legem a C. Mamilio tribuno plebis, cujus meminit *Sallustius* B. J. cap. 44. latam, viro *Limitanei* cognomen indidisse. Revera tamen C. iste Mamilius, non *Limitaneus*, sed *Limetanus*, vocabatur; et ab antiquioribus, ut puto, temporibus huic familiae *Limetani* cognomen erat tributum. Dav.

Sed e 12 tres arbitri fineis regemus] Sic legendum esse primus, quod sciam, vidit Ranconetus, cum vulgo legatur, *Sed ex iis tres arbitri.* Antiqua, et vera scriptura a librariis, aut sciolis corrupta. Hanc autem emendationem lex ipsa 12 tabularum comprobat, cujus sunt verba: *De confinio agrorum vicini ne jurganto: sed tres arbitri fineis reguntо.* Lamb.

Ibid. *Sed ex iis tres arbitri*] Pall. *his.* S. Victoris *hiis.* Fabr. *iis.* Victorii editio exclusit illud, *ex iis* supposuitque *nos.* verum argute finxit Ranconnetus de priore, *sed ex XII.* tres arb. ut monuit Turnebus lib. IV, Advers. c. 24. quod statim in contextum admisit Lambinus. quam bene ipse viderit. Consulatur tamen et Cujacius libro V. Observat. c. 21. ubi et propugnat emendationem hanc Aemarianam. Grut.

Ibid. *Ex iis arbitri fines regemus*] Paris. Reg. aliique plures libri dant *ex his tres arbitri finis regemus.* Celeberrimus autem JConsultus *Aemarus Ranconetus* (ut auctor est *Turnebus* Advers. IV, 24.) legit *e 12 tres arbitri fines regemus.* Sic etiam magnus ille *Cujacius* Observ. V, 21. et sic

a te verba usurpantur civilis juris et legum; quo de genere exspecto disputationem tuam; nam ista quidem magna dijudicatio est, ut ex te ipso saepe cognovi. — Sed certe res ita se habet, ut ex natura vivere, sum-

edidit *Lambinus*. Mutatio sane est exigua, mentique *Ciceronis* congrua. Receptam tamen lectionem nullus equidem moveo; cum pronomen ad 12. tabulas, quarum supra meminit noster, commode queat referri. *Festus* in *Vindiciae*: *Et in duodecim*, Si vindiciam falsam tulit, rei sive litis praetor arbitros tres dato. Vide *Jac. Raevardum* ad LL. XII. Tabb. cap. 6. Dav. Sed *ex XII* vult etiam *Mazochi* l. in Excursu laud. *Cr.*

§. 56. *Quamnam igitur sententiam dicemus?*] Haec verba, usque ad *parere* Cod. Cr. Marco attribuit. In Codd. Cr. et W. est *quanam igitur sententia*, vulgato videlicet errore lineola literam *m* singnificans bis omissa est. In Edd. Crat. et Herw. est *Quam igitur*. In Cod. M. *quoniam*. Tum recepimus ex uno Goerenzii Cod. M. cum eodem et Schützio *dicemus*, pro *dicimus*, quod placebat etiam Ernesto; isque eam lectionem aliquantum firmatam credidit lectione Ed. Ven. 1494. *demus*, quam praebent ex nostris Edd. Asc. 1. et 2. et Herw. *Mr.*

Quos Socrates pegerit, *iisque parere*] Est a Turnebi scriptis, neque secus S. Vict. liber. praeteritum scilicet a *pango* notatum Prisciano. editi olim *pepigerit*. Grut.

Ibid. *Pegerit*] Fixerit: nam *pangere significat figere*, prout testatur *Festus*. Hanc sane praeteriti perfecti formam dant liber S. Victoris, Paris. Reg. Harleian. sec. et Balliol. eamque veteribus usitatam fuisse docet *Priscianus* lib, X, col. 894. (cap. V. §. 32. p. 495. Krehl.) Dav.

Quos Socrates pegerit] Cod. W. *Socratis*. In voce prisca *pegerit* quamvis consentiant libri nostri MSS. omnes, vix tamen a corrigendo hac voce manum abstinuimus, utpote ab hoc Ciceronis sermone aliena; praesertim cum scribendi compendio genuina lectio *pepigerit* facile potuerit obliterari. Eam exhibent Edd. Asc. 2. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. Gothofr. et Graevius ita ad marg. Ed. Comm. legendum esse monet, cum in vet. libro reperisset *peregerit*, ut est in Ed. Asc. 1. Nam quod monent Goer. Hülsemann. et Wagn., Ciceronem his solennem arbitrii formulam eleganter ad rem suam transtulisse, cum *pegi* in usu judiciali obtinuisse videatur (coll. Auct. ad Herenn. II. 13.); id ferrem in oratione recta, et formula quasi ipsa judiciali prolata; in oratione obliqua, a Cicerone ex sua sententia elatâ, non placet. Cod. M. *pricitusque parere*. *Mr.*

Iisque parere] Lego *pareri*. Dav.

Iisque parere] Non male Dav. ad rationem Grammaticam. Neque vero correctione hac opus esse recte monuit Goer., cum saepe passiva et activa sic infinite jungantur. In Cod. H. male legitur *parare*. Pro *praeclare* in Cod. Cr. est *Paa celare*. *Mr.*

Exspecto disputationem tuam] Pal. quart. et Fabr. *dubitationem*. Grut.

Exspecto disputationem tuam] Ex duobus Gruteri et duobus suis Codd. recepit Goer. *dubitationem*, quod est etiam in Cod. nostro M. In quo ei parere nolui. Non quod hoc stare non posse contendam, sed quia nihil est causae, cur displiceat vulgata, quam habent reliqui Codd. MSS et Edd. vett. ad unam omnes. Vulgatum autem proprium apud Ciceronem de hac re

mum bonum sit, id est, vita modica et apta virtute perfrui: aut naturam sequi, et ejus quasi lege vivere, id est, nihil, quantum in ipso sit, praetermittere, quo minus ea, quae natura postulet, consequatur,

esse vocabulum, putidum sit exemplis allatis probatum ire. — Ad verba: *magna dijudicatio est* Wytt. haec: sc. de finibus inter Philosophos judicare, quod Cicero postea fecit in opere de Fin. bon. et mal. Pro *res ita* in Codd. Cr. W. et H. est *ita res*, et ita est in Edd. Paris. et Comm. Cod. M. *res infra se — ut et ex nat. viveret.* Copp. Victt. b. ut priores Codd. *ita res.* Sejunximus haec omnia inde a *sed certe* usque ad *lege vivere* cum Goer. et. Sch. signis, ut majoris, et negligentioris etiam, parentheseos speciem habeant. Quo facto non opus est, ut cum Dav. octo ultima verba uncinis includamus. Scripsimus autem contra Codd. MSS. auctoritatem *habet* pro *habent* cum Ern. Wagn. Goer. et Sch., cum Cicero hac in locutione uti soleat singulari numero; idem fecerunt Bip. — Ad verba *apta virtute* (pro quibus in Codd. Cr. W. M. H. et in Ed. Paris. male est cum Copp. Victt. b. *aperta virt.*] Wytt. haec: i. e. vita, quae apta est, connexa, suspensa a virtute. Ita dicitur *aptus ab aliquo.* — Vid. Wytt. ad Cic. de N. D. p. 719. Ed. Cr. et nostrae maj. — Minus bene Schefferus conjungit *vita modica et apta* i. e. conveniente, usibus videlicet necessitatibusque, non affluente nimis, neque nimis tenui, ea igitur *vita perfrui cum virtute.* Sequentia: *aut naturam sequi* etc. laudat Beier. ad Cic. de Off. L. III. Excurs. III. p. 428. q. v. — Pro *et ejus* Cod. H. habet *ejusque* itemque Copp. Victt. b. Cod. M. *naturam sed cum ejus sit* et *idem* pro *id est.* *Mr.*

Inter haec velit virtute] Scriptus. S. Vict. *virtutem*, ex quo facit Gulielmius, *virtutum.* Grut.

Ibid. *Quod inter haec velit* virtute *tanquam lege vivere*] Lambinus edidit *e virtute;* at cum liber S. Victoris exhiberet *virtutem*, *Gulielmius* emendabat *virtutum tanquam lege vivere.*. Ipse, ne quid dissimulem, has octo voces delendas puto, quae, nisi fallor, ex ora Codicum in verba *Ciceronis* irrepserunt. Otiosae certe sunt; quapropter uncinis cinctae prodeunt. Dav.

Quod inter haec etc.] Paullo longior ad h. l. est nota Rathii, neque vero indigna visa est, quam repeteremus, cum rem ipsam et argumenti rationem spectet, cujus intelligentiorem nonnunquam se praebuit vir ille, quam sermonis Ciceroniani. Quod etiam ex ea, quam in fine proposuit, conjectura apparet. Ita autem ille: »Lambinus *e virtute vivere*, ut supra »*ex natura vivere.* Equidem nec »ajo ita legendum esse, nec nego: »nam mentem Tullii non adsequor, »ne scio quidem, quid sibi h. l. velit *quod*? quid *inter haec*? Pearcius, cum mox *qua propter* non »magis quadrare videatur, duo ista »*inter haec*, hic delet et ad sequentia trahens ita rescribit: *quod* »*velit virtute — vivere. Inter* »*haec dijudicari nescio* etc. et sic »sententiam restituisse opinatur. »Felicem hominem! Vix locus integer est. Capite vigesimo extremo »Marcus vult *arbitrum* se inter »antiquam Academiam et Zenonem »datum, aitque, controversiam totam istam *posse sedari*, modo »terminis, quos Socrates pegerit, »pareatur. Ad haec Quintus, exspectare se de jure potius civili »disputationem, nam illam de finibus magnam esse. Id Marcus concedit, additque suam de tota re »sententiam his verbis: *Sed certe*

quod inter haec velit virtute tamquam lege vivere.— Quapropter hoc dijudicari nescio an nunquam, sed hoc sermone certe non potest, si quidem id, quod suscepimus, perfecturi sumus. Att. At ego huc decli-
22. nabam nec invitus. Q. Licebit alias: nunc id aga-
57. mus, quod coepimus, cum praesertim ad id nihil per-

»*res ita se habet, ut ex natura vivere summum bonum sit.* Nam haec verba cum Manucio et Lambino *Marco* danda sunt, non *Quinto*, ut ex orationis serie facile apparet. [Car. quoque Steph. Sturm. et Brut. ea verbo *Marco* adsignant.] Quae post haec sequuntur, *Quapropter hoc dijudicari* etc. multo majori difficultate laborant. Nam vel *Marci* sunt, vel *Quinti*. Si *Marci;* sibi ipse repugnat: nam supra controversiam istam sedari posse ait, hic nescit, an nunquam. Sin *Quinti;* non minor repugnantia est, si quidem proxime superiora: *Sed certe res ita se habet — lege vivere* eidem obstinate tribuere velis. Tertium itaque reliquum est, ut superiora Marco, et haec Quinto adscribas. At ex Marci verbis non sequitur, causam istam vix posse dijudicari. Hinc colligo, ante haec *qua propter hoc* cet. excidisse, quae Quintus contra diceret, atque ad haec ipsa referri *qua propter.* Equidem operam in lacuna supplenda haud ludam, satis fuerit indicasse. Totum autem locum sic scribi malim: *Q. Quamnam igitur sententiam dicemus? M. Requiri placet terminos — iisque pareri. Q. Praeclare — — — ut ex te ipso saepe cognovi. M. Sed certe res ita se habet* — [*quod inter haec velit virtute tanquam lege vivere*]. *Q.* * * * *Qua propter hoc dijudicari nescio an numquam possit. M. Hoc sermone certe non potest — Att. At ego — invitus. M.* Licebit *alias; nunc id agamus, quod coepimus. Q. Quum praesertim* — cet.« In his, quae extremo loco ut a Quinto dicta ponuntur, nemo facile Ciceronis dialogorum rationem agnoscet. Neque tamen attentionem non merentur, quae Rathius exposuit, dubia.

Faciliorem vero medicinam loco adhibet Wyttenbachius, qui haec dictavit in scholis: *Inter haec* sc. quae natura postulat, vivere virtute, i. e. secundum virtutem, tanquam secundum leges. Sed haec dicendi ratio requirit *intra* pro *inter*, ut Cicero scripsisse videatur: *intra haec — vivere.* — Pro haec legitur *hoc* in Codd. Cr. et H. Verba *Sed certe res* Hülsemannus quoque Marco attribuit, ut fecit Rathius. *Mr.*

Quapropter *hoc dijudicari*] Cum Quintus, quid ex sua sententia summum sit bonum, posuerit; mirarer equidem, si res ob eam causam dijudicari non posse videretur. Nonnulli Codd. *et per haec,* Paris. et Reg. *ac per hoc.* Fortassis *at vero hoc dijudicari* etc. Dav.

Quapropter hoc dijudicari] Codd. W. et H. et Copp. Victt. b. *Qua per hoc.* Cod. M. *ac per hoc.* Cod. W. *dijudicare,* ultimae literae superscripto *i. Mr.*

Nescio an nunquam] Vulgo *umquam.* Lectionem vero, quam recepi, dat Med. a prima manu, nec aliter *Lambinus* edidit. Ac merito quidem. Nam *nescio an,* ut satis notum, valet *fortassis,* et in se dubitationis vel modestioris adfirmationis rationem continet. Sic noster ac *Quinctilianus* passim. Sic

tineat haec de summo malo bonoque dissensio. M. Prudentissime, Quinte, dicis. Nam quae a me adhuc dicta sunt * * * Q. Nec Lycurgi leges, nec Solonis, neque Charondae, neque Zaleuci, nec nostras XII tabulas, nec plebiscita desidero: sed te existimo cum populis, tum etiam singulis hodierno sermone leges vivendi et disciplinam daturum. M. Est hujus vero 58.
disputationis, Quinte, proprium id, quod exspectas:

et *Livius* II. 2. III. 60. et *Terentius* Adelph. Act. IV. Sc. V. 33. Dav.

Nescio an nunquam] Codd. nostri Cr. W. et H. pravum illud *unquam* habent, quod etiam sine libris fuit corrigendum. Goer. *nunquam* invenit in duobus suis Codd. MSS. *Nunquam* legitur etiam in marg. Ed. Gothofr. videlicet ex Lambino. Ad sensum explicandum Wytt. haec: Credo nunquam posse dijudicari sc. disputationem de finibus bonorum et malorum. Profecto hoc non potest dijudicari, si quidem disputationem de legibus, quam suscepimus, perficere volumus. — Quae explicatio si vera est, ut est, unum ex Rathii, quae attulimus, dubiis sublatum est. *Mr.*

Perfecturi sumus] Ita scripsimus cum Goer., ut sensus exigit habentque Codd. nostri Cr. W. et H. itemque Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Paris. Car. Steph. Sturm. et Comm. A verbis *siquidem id* in veteri libro Tullium loqui notavit Graevius ad marg. Ed. Commel. *Mr.*

Cap. 22. *Huc declinabam nec invitus*] Idem liber [S. Vict.] *invitiis*, quod probabat Gulielmius dictum, sicut *ingratiis*. Grut.

§. 57. *Quod coepimus, cum praesertim*] Codd. M. et W. *quod cepimus, quod praesertim.* In Cod. H. item bis scribitur *quod*, ut in Copp. Victt. b. Ad verba *nihil pertineat* Wytt. haec: i. e. Quaestio de fin. bon. et mal. non pertinet ad haec, i. e. ad disputationem de legibus: omnes enim philosophi in doctrina de legibus, universe quidem, consentiunt. *Mr.*

Nam quae a me adhuc dicta sunt, e media philosophia ducta sunt] Omissa fuerant haec a scriptore aliquo librario, dum a *dicta sunt*, similitudine deceptus, transit ad *ducta sunt*. Cetera, quae hic deinceps sequuntur, ab aliquo, opinor, litterarum studioso excogitata, et ad oram unius codicis veteris adscripta sunt: deinde a scriptore quasi Ciceronis verba, in contextum orationis translata, quae tamen delere non sum ausus. Lamb.

Nam quae a me adhuc dicta sunt] In libris nostris MSS. lacunae signum non est, neque in Edd. Asc. 1. et 2. Crat. et Herw. Ceterum in Ed. Lamb. non modo verbis *e media philosophia ducta sunt* expletur lacuna, sed sequuntur haec: *Tu autem alicujus civitatis leges fortasse desideras.* Quae certe non incommode excipiuntur a Quinti verbis, quae apud eum ita adjuncta sunt: *Equidem nec Lycurgi* etc. Vir doctus in Bibl. Philol. l. c. »Non sufficiunt, ait, ad h. l. explendum, »quae Lamb. suggerit in Ed. Dav. »Plura deesse videntur, quibus Cic. »hoc fortasse professus sit, quae »a se adhuc dicta sint, ad illud »constituendum jam sufficere, a »natura jus etc. Verum ab hac »disputatione omnino initium fuisse »faciendum; siquidem non unius »civitatis leges jussu populi con-

p. 168. a. atque utinam esset etiam facultatis meae! Sed profecto ita se res habet, ut, quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum, ab ea vivendi doctrina ducatur. Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia; a cujus amore Graeco verbo philosophia nomen invenit: qua

»stitutae, sed eae explicandae »sint, quibus omnes omnino gentes »obedire debeant.« Goerenzius hanc lacunam eo Lactantii loco explendam censet, quem ad calcem horum librorum ex L. V. 8. primum in fragmentis posuimus. *Wytt.* ad h. l. ita: Pauca exciderunt. Quaedam Edd. addunt: *e media philosophia ducta sunt.* Cicero potius tale quid scripsisse videtur: *Nam quae adhuc a me dicta sunt, in optime constitutis civitatibus, apud sapientissimos legum latores, Lycurgum, Solonem, aliosque valuerunt et fere e media philosophia ducta sunt.* Quae magis placent Goerenziana ratione. Wagnerus tale quid desiderat: *Recte dicis, ad hanc, quam agimus, causam illam de summo bono et malo dissensionem nihil pertinere: nam quae a me adhuc dicta sunt, per se, omissa illa disputatione, ostendunt, jus esse in natura et ad omnes pariter pertinere, neque unius cujusdam legislatoris auctoritate demum sanciri.* — Talibus in rebus simplicissima quaeque maxime se commendant. — Copp. Victt. pro *cum populis* exhibent *cum philosophis.* Edd. Ascc. *legem vivendi.* Ceterum in Cod. Cr. a verbis *sed te existimo,* neque vero h. l., Quintus loqui incipit. In eod. est *neque Solonis* pro *nec Solonis;* in Cod. W. *Charonidae,* in utroque *Seleuci* pro *Zaleuci.* Cod. M. *Ligurgi — salois — carente — Seleuci.* Postremum nomen est etiam in Edd. Asc. 1. et Sturm. utraque; *Zeleuci* est in Ed. Ald. in reliquis est *Zaleuci.* Copp. Victt. b. item *Seleuci.* De duobus posterioribus Wytt. praeter ea, quae Turn. in comm. attulit, haec monuit: Aetas eorum certo definiri non potest: tamen videtur incidere in aetatem A. C. 650 — 570. Quaedam eorum feruntur fragmenta. Fuerunt, qui eos omnino nunquam fuisse dicerent. Eruditissime de iis disputavit Bentlejus in Diss. in Phalarin. p. 337 — 363. Ed. Lips. et nuper Heynius in Opuscc. Acadd. T. II. Add. Hülsemanni Excurs. III. l. c. p. 406—410. *Mr.*

Daturum esse. M. *Hujus vero disputationis, Quinte, proprium est id*] Vulgo *daturum.* M. Est *hujus vero disputationis, Quinte, proprium id.* Sed nostram lectionem firmant Paris. Reg. Balliol. Ven. 1471. et Ascens. eaque sine dubio melior est. Vide *Casp. Scioppium* Susp. Lect. IV. 20. Dav.

§. 58. *Daturum. M. Est hujus vero disputationis, Quinte, proprium id, quod*] Ita cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. restituimus lectionem librorum MSS. plurimorum, nostrorum quoque Cr. W. et H. et ita est in Copp. Victt. b. Edd. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Verb. Neque longe abeunt Ed. Asc. 1. Paris. et Comm. ubi scribitur *daturum esse. M. Est hujus* etc. et Edd. Car. Steph. Gothofr., quae pro *vero* habent *vere,* reliqua plane, ut nos edidimus. Cod. M. *daturum esse, hujus vere disput., Quinte, proprium est.* Scribitur etiam *vere* in Edd. Lamb. Brut. Sturm. Paris. Ald. et Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. *utinam*

nihil a Diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum vitae datum est. Haec enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus: cujus praecepti tanta vis tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur.

etiam esset. Copp. Victt. b. *si profecto.* In Cod. W. pro *utinam esset etiam* est *etiam esset etiam;* in Cod. Cr. *quod* pro *quoniam.* In Cod. M. *atque interesset — sic prof. se res habet.* *Mr.*

Ita fit mater omnium bonarum rerum sapientia] Vulgo *ita fit* ut *mater omnium bonarum* artium *sapientia* sit. Lectionem vero quam damus exhibent Paris. Reg. et editio *Victoriana.* Quin et *rerum,* non *artium,* vox in reliquis nostris comparet et in *Car. Stephani* vetere. Dav.

Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia;] Bene ex optimis libris Ciceronis manum restituit Goer. quem secutus est Sch. Nos eandem lectionem reperimus in Codd. Cr. W. H. in Edd. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. nisi quod in his Edd. est *artium* pro *rerum.* Accedunt Asc. 1. et 2. Crat. et Herw. ubi *sit* ponitur post *rerum,* quod nobis quoque faciendum visum est, ut appareat, quomodo ab ultima vocis *sapientia* litera absorberi potuerit praepositio *a* ante *cujus,* quae abest a multis libris a Copp. Victt. b. et a nostris Codd. Cr. et W. Vocem *sit* nostro loco habet etiam Cod. W. Lectionem *rerum* pro glossemate *artium,* quod male reduxerunt Ern. et Wagn., habent nostri Codd. Cr. W. H. M. Edd. Asc. 1. et 2. Crat. (haec in marg. habet *artium*) Herw. Paris. Sturm. et Comm. In Cod. H. est *bonarum omnium* pro *omnium bonarum.* in Cod. M. *ita sit mat. o. b. r. sapientia, cujus* etc. Commode Rathius laudat Cic. de Or. III. 57. *omnis rerum optimarum cognitio — philosophia nominatur.* Sed debuit scribere de Or. III. 16. 60. *Mr.*

Philosophia nomen invenit] Engelbr. l. c. p. 44. ad h. l. ita: Hujus inventorem nominis Pythagoram accepimus; nam ante Pythagoram omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, *sapientes* et habebantur et nominabantur, idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem. Quem Phliuntem Peloponnesi urbem venisse ferunt, et cum Leonte principi Phliasiorum, docte et copiose disseruisse quaedam: cujus ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret: at Pythagoram artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum: admiratum Leontem novitatem nominis quaesivisse, quinam essent Philosophi, et quid inter eos et reliquos interesset? Pythagoram autem respondisse, hos se appellare sapientiae studiosos. v. Cic. Tuscul. Disp. V. 3. ib. Davis. et auctt. a Dav. laudati. *Mr.*

Qua nihil a Dîs immortalibus uberius — datum est] Imitatur *Platonem* in Timaeo pag. 533. quod et alibi fecit. *Augustinus* C. D. lib. XXII. cap. 22. *Nec hominibus, inquit* Tullius, *ab his* (Diis) *aut datum est donum melius, aut potuit ullum' dari,* nempe, quam philosophia. Vide nos ad Tusc. I. 26. et ad Acad. I. 2. Dav.

Haec enim nos] Vulgo *haec enim* una *nos.* Sed penultimam vocem nesciunt Paris. et Reg. Idem.

Haec enim una nos] Mirum in

59. Nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum, putabit; tantoque munere Deorum semper dignum aliquid et faciet et sen-

modum Dav. Codicibus suis Paris. et Reg. mancipatus apparet, addit enim illis jubentibus superflua, delet necessaria. Vocem *una* immerito ejectam postliminio reduximus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. ex Codd. nostris Cr. W. H. Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr. Paris. (ab hac vero abest *enim*) Ald. Brut. Lamb. Sturm. et Comm. Recte autem monet Ern. *una* servandum esse, quia sequitur *res omnes*, ut sit elegans oppositio. Ad seqq. *nosmet ipsos nosceremus — qui se ipse norit — cum se ipse perspexerit* — §. 62. *quam ipse se noscet — qui se ipsi velint nosse* egregia est nota Ochsneri ad Ciceronis Eclogas ab Oliveto quondam editas (ed. 2. Turic. 1820. p. 33. sq.), de constructione pronominis *ipse*, in posterioribus scriptoribus a Ciceronis usu discedente, et de eo, quid intersit, utrum *ipse* cum verbi casu componatur, an cum persona verbi, quasi ejus appositio, casu Nominativo efferatur. Pro *nosceremus* male Codd. H. et M. *doceremus*. *Mr.*

Tanta vis et *tanta sententia est*] Vulgo *tanta vis, tanta sententia est*. Sed particulam copulantem nos ex Paris. Reg. aliisque Codd. adjecimus. Dav.

Tanta vis, tanta sententia est] Facere non potui, quin languidam particulam *et* cum Goer. et Sch. ejicerem, cum eam a plerisque Codd., et Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Car. Steph. Paris. Ald. Brut. Gothofr. Lamb. Sturm. et Comm. abesse animadvertissemus. De constructione *est, ut ea — tribueretur*, quae adversari videtur Grammaticorum praeceptis, locuti sumus ad cap. 20. extr. Pro *cuipiam* in Codd. H. et W. est *quoipiam* pro *cuipiam*, qualia nonnunquam monenda visa sunt, ut appareat, libros nostros, quamquam aevo recentiore scriptos, ex valde vetustis fuisse descriptos. In Cod. Cr. est *deo Delphico* pro *Delphico deo*. — Ad verba qui *se ipse norit* Rathius omnes Edd. vett. usque ad Camerarium *ipsum* exhibere vere monuit. Sed nihil certius est, quam lectionem *ipse* nihilo minus ex Codd. MSS. esse depromtam. Eam praestant nostri Codd. Cr. W. (Cod. H. proxime accedit, in quo calami lapsu scribitur *ipso*) Copp. Victt. Edd. Ald. Car. Steph. Paris. Lamb. Brut. Sturm. et Comm. — In seqq. Codd. Cr. et W. habent *sentiet se habere* ordine minus probo, cui ex Edd. vett. accedunt nonnisi Ald. Car. Steph. Lamb. Sturm. et Brut. *Mr.*

Ingeniumque *in se suum*] Deleta syllaba Gulielmius tentabat *geniumque*, non male. Grut.

§. 50. *Ingeniumque in se suum*] Mericus quoque Casaubonus, hunc nostrum locum laudans ad Antonin. Philos. p. 383. sq. Ed. Gatak. (Traj. 1698. form. max.) ait: *genium*, fortasse, sed fortasse tantum, dico. — Quodsi *ingenium* cum Goer., uti debet, intelligas ut *ingenitam divinam vim*, optime se habet omnium librorum lectio. — Tum cum Goer. Sch. et Ochsnero l. c. post *dedicatum* interpunximus, videlicet ut jungatur cum voce *simulacrum*, neque cum voce *ingenium*. Cod. H. et Copp. Victt. b. habent *dicatum* pro *dedicatum* et mox Cod. H. *sententiet* pro *sentiet*. *Mr.*

Perspexerit totumque tentarit] Ernestus, nescio quod *ὕστερον πρό-*

tiet; et, cum se ipse perspexerit totumque tentarit, intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam: quoniam prin-

τερον subodorans, inverti volebat sententiam scribique *tentarit totumque perspexerit;* quasi *totum tentarit* i. e. *pertentarit* non majus etiam quid significet, quam perspexerit. Neque igitur Cicero a Wagnero excusandus quasi fuit exemplis Homeri et Virgilii, et suo ipsius, quia scilicet infra §. 62. dicat *factaque et consulta fortium et sapientum;* quasi *facta* non sit ad *fortium*, et *consulta* ad *sapientum* referendum, sed utrumque substantivum ad *fortium*, et Cicero illos *agere* prius, deinde *consulere* dixerit! Recte rem expediverunt Goer. et Ochsnerus l. c. p. 35. Hic vero in mox subsequentibus *ad obtinendam adipiscendamque* ὑστερολογίαν esse existimat, quamquam ea nonnisi in ipsius horum verborum interpretatione insit. *Mr.*

A natura subornatus] Forte, *sua ornatus*, inquit Gulielmius, sed libri nihil variant, et bene explicat Turnebus. Grut.

Ibid. *A natura subornatus*] Sic Reg. aliique Codices, nisi quod Paris. mendose repraesentet, *a natura sub* natura *ornatus.* Verum *Jano Grutero* placuit, *a natura* sua *ornatus.* MSStorum lectionem videtur habuisse suspectam, quod *subornatus* de teste per fraudem submisso fere diceretur, nec in mentem esset alia vocis significatio. Verum enimvero simpliciter *instructus* bonis auctoribus *subornatus* vocatur, ut multis exemplis ostendit *J. Fr. Gronovius* ad *Senecae* Epist. 24. quibus adde *Frontinum* Stratag. lib. II. cap. 4. 18. Alioquin ea, cujus memini, conjectura parum loco convenit; siquidem nemo *a natura sua ornatus* in vitam venit, sed dotes nostras ab omnium parente sive Deo singuli recipimus. Dav.

A natura subornatus] Recte Ochsnerus l. c. vocem *subornatus* de innatis virtutum seminibus commode et proprie dici censet. — In seqq. scripsimus cum Ern. Goer. Sch. ex Cod. nostro M. *principia* et cum Goer. et Sch., quod Rathio quoque placebat, *illustratis* i. e. excultis vel potius *enodatis.* Priorem emendationem Ern. dedit ex Edd. Ven. 1494. Mediol. et Asc.; ex prima videlicet, altera enim habet *principio.* Placet ea lectio etiam Ochsnero. *Illustratis* autem reperimus in Cod. H. et Ed. Commel. Verba *adumbratas intelligentias* Beierus ad Cic. de Off. III. 19. 76. p. 325. rectene Goerenzius, de *ideis innatis* cogitandum esse, negarit, se dubitare ait propter illa Fin. V. 21. 59. ext. coll. Cic. de Off. III. 12. 52. (ubi v. Beier. p. 274.) ubi praedicantur *principia naturae.* E. Tusc. I. 24. 57. de Divin. I. 57. 131. concludit, Stoicis probatam fuisse Platonis illam ἀνάμνησιν, de qua vid. Stallbaum. Prolegg. ad Phileb. p. XXVI. LXXIII. Est autem ille locus de Fin hic: *Dedit* (*natura*) *talem mentem, quae omnem virtutem accipere posset, ingenuitque sine doctrina notitias parvas rerum maximarum, et quasi instituit docere et induxit in ea, quae inerant, tanquam elementa virtutis. Sed virtutem ipsam inchoavit: nihil amplius.* Wytt. ita in scholis: Hae sunt notiones illae innatae, quas Deus nostris mentibus indidit, quasque Stoici item ut Epicurei tuebantur, ortas tamen ex perceptionibus rerum externarum, per corporis sensus factis. At Platonis aliae erant innatae no-

cipia rerum omnium, quasi adumbratas intelligentias, animo ac mente conceperit; quibus illustratis, sapientia duce, bonum virum, et ob eam ipsam causam
23. cernat se beatum fore. Nam cum animus, cognitis
60. perceptisque virtutibus, a corporis obsequio indul-

tiones, ex prioribus vitis in hanc vitam ab ipso nascenti homine allatae. Graece dicuntur a Stoicis et Epicureis ἔννοιαι et προλήψεις, quorum prius notat interiorem cogitationem, alterum anticipationem. Has e Stoicorum ratione Cic. memorat cap. huj. libri 12. 16. et h. l. Acad. II. 10. de Fin. III. 10. V. 21. *Mr.*

Animo ac mente] Cicero haec saepe jungit, ut notet totum illud, quod *animam* dicimus: ac *mente* quidem significat rationem, facultatem cogitandi; *animo* impetum, voluntatem, facultatem appetendi. Ingenium seu animus cujuscunque hominis est ipsius Deus, et tanquam simulacrum Dei summi colendum. Nam praestantissima animae pars, mens, habebatur decerpta esse ex divina natura, ejusque quasi particula, et ipse homo factus ad similitudinem Dei. Vid. infra I. 26. item nostra annot. ad Plutarch. Quaest. Platon. prodita in Bibl Crit. Vol. III. P. 1. p. 13. sqq. *W.* Cap. seq. initio Cod. Cr. habet *corporibus* pro *corporis*, et pro *cum animus* in Codd. W. et H. est *quod animus*. Prior tamen in marg. habet *quom*, quod item est in Cod. Cr., unde natus est error. *Mr.*

§. 60. *Nam cum animus — est appellata Prudentia*] Quatuor virtutes significantur; *temperantia* inde ab his verbis: *a corporis obsequio — oppresserit : fortitudo* proximis verbis, *omnemque — timorem effugerit : justitia* his: *societatemque — religionem susceperit.* Nam justitia est vel erga homines, vel erga deos: tali ratione perspectis rebus exacuitur ingenii acies ad bona eligenda et mala rejicienda, quae virtus est prudentia. *W.* Ceterum de octies in hujus capitis principio repetita particula *que* vid. *Elvenich.* in Adumbratione legum artis Criticae verbalis. Bonnae. 1821. 8. p. 87. — Pro *nam cum* in Copp. Victt. b. est *nam quod. Mr.*

Cap. 23. *Labem aliquam decoris*] Sic recte *Victorius* et *Gruterus* edidere: nam nostri Codices. Ven. 1471. editt. pervetus, Ascens. et *Lambin.* habent *labem aliquam* DEDECORIS. Perperam vero; nam *labes decoris* est vitium, quo corrumpitur et imminuitur decus. Dav.

Sicut labem aliquam dedecoris] Non erat, quod sensui vel sententiae loci timeret Davisius, contra librorum MSS. omnium fidem scribens, ex Victorii videlicet correctione, *decoris*, qui neminem, nisi Car. Stephanum, Verburgium, Ernestum et Wagnerum (qui firmare etiam eam conjecturam voluit), obsequentem nactus est. Habet tamen etiam *decoris.* Cod. M. omnium fere corruptissimus. *Mr.*

Societatemque caritatis coierit cum suis etc.] Sic legendum est, non, ut vulgo, *societatemque carnis ejecerit* etc. nam locutio haec Latina non est. Nemo enim Latine sciens ita loquitur, *ejicere societatem carnis*, ut quidam ἀλάζων nugatur, pro exuere vitia, quae ex contagione corporis exsistunt, aut removere se a contagione corporis. Deinde omnes codices veteres habent partim mendose *conicerit*, partim emendate *coierit*, nulli, *ejecerit.* Cetera praeterea

gentiaque discesserit, voluptatemque, sicut labem aliquam dedecoris, oppresserit, omnemque mortis dolorisque timorem effugerit, societatemque caritatis coierit cum suis, omnesque natura conjunctos, suos duxerit,

quae a vulgata lectione discrepant, recta sunt, et germana *Ciceronis*, et ex antiqua scriptura expressa. Lamb.

Ibid. *Societatemque caritatis* coierit *cum suis* etc.] Non est istuc a conjectura Turnebi, ut autumat Mich. Brutus, sed a libris veteribus: neque aliter etiam Victorii editio, nisi quod ea, forte typothetae errato, *conjecerit;* quomodo tamen exemplar S. Victoris. Pal. quart. habebat ad oram *caritatis tenuerit.* Grut.

Ibid. *Societatemque caritatis coierit*] Ita *Turnebum*, *Car. Stephanum Lambinumque* secutus edidit *Gruterus.* Nostri vero Codices repraesentant, *societatemque carnis ejecerit;* nisi quod in Harleian. pr. sit *objecerit;* in Paris. autem et Reg. pro varia lectione, *caritatis. Societas* tamen *carnis* est locutio mere Christiana, adeoque *Ciceroni* non adserenda, licet id ausus sit *J. M. Brutus.* At *societatem caritatis coire* latinissime dicatur. Attamen cum liber S. Victoris et editio *Victoriana* dent, *societatemque caritatis conjecerit; Car.* vero *Stephani* vetus, *societatemque conjecerit charitatis;* mihi reponendum videtur, *societatemque caritatis* confecerit. Eo ducunt etiam reliqui MSSti, quod agnosces, si teneas compendiariam scribendi rationem. Dav.

Societatemque caritatis coierit cum suis] Valde variant nostri quoque libri, quamquam nihil est vulgata certius, quae a Turnebo profecta est, videlicet ab eo in libris veteribus reperta. Cod. Cr. *societatemque carnis ejecerit*, Cod. W. *societatemque carnis coegerit*, in marg. autem *ejecerit*, Cod. H. *societatemque charitatis coegerit.* Cod. M. *societatemque charitatis ejecerit quo cum suis omnibus quod natura suos conjunctos.* Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. Par. Gothofr. Ald. Brut. cum Cod. Cr. faciunt; Edd. Car. Steph. Lamb. Comm. (ad cujus marg. Graevius eam lectionem ex vetere libro adscripsit, quae est in Cod. nostro Cr.) habent, ut nos edidimus, Ed. Sturm. *societatemque conjecerit charitatis.* Copp. quoque Victt. a. exhibent *caritatis;* in Copp. Victt. b. legitur: *caritatis coegerit cum suis omnibusque natura conjunctos suos duxerit. Societatem coire*, omisso *in*, Cicero dixit de Nat. Deor. II. 48. 123. ubi in quibusdam Codd., ex correctione videlicet, est *societatem contrahere.* Alia exempla sunt Or. Philipp. II. 10. 24. pro Sexto Rosc. Am. 34. 96. — Tum pro *cum suis, omnesque natura conjunctos* in Cod. Cr. legitur: *tum suis omnibusque natura conjunctos*, in Cod. W. *cum suis omnibusque natura conjunctos*, in Cod. H. *cum suis omnibusque natura conjectos.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *tum omnibus se natura conjunctum duxerit*, Edd. Paris. Gothofr. Ald. Brut. Cod. Cr. idem Crat. in marg.; sed Car. Steph. Lamb. Sturm. et Commel. ut nos edidimus, utque sensus flagitat. Ed. Car. Steph. in Lectt. varr. ex libro vetere: *societatemque conjecerit charitatis cum suis omnesque* etc. Cod. M. *suscepit et excernit illam.* Cod. H. pro *puram* habet *piram. Mr.*

Suis *omnibusque natura* conjunctos] *Suis conjunctos* non video quo sensu legatur. Rectius videretur *sibi.* P. Manuc.

Ibid. Prava lectione deceptus

cultumque Deorum et puram religionem susceperit, et exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem, ad bona deligenda et rejicienda contraria; (quae virtus ex providendo est appellata Prudentia;) quid eo dici
61. aut excogitari poterit beatius? Idemque cum coelum,
b. terras, maria, rerumque omnium naturam perspexe-

P. Manucius pravam finxit emendationem. Omnino recta est, quae nunc obtinet, lectio; licet alteram plerique MSSti repraesentent. Dav.

Ad bona eligenda] Sic Paris. Reg. et Harleian. sec. Vulgo *deligenda*. Dav.

Ad bona deligenda] Hanc lectionem, immerito a Dav. rejectam, cum Ciceroni in his rebus frequentissimum sint *deligendi* et *delectus* vocabula, firmant Cod. noster Cr., Edd. Crat. Herw. Paris. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. et Comm. Vid. ad h. l. Ochsner. l. c. p. 37. qui suam sententiam a nostra non sejunxit, laudavitque Heusingerum ad Corn. Nep. Agesil. I. 3. qui, *deligitur*, inquit, qui ex pluribus, sed idoneis; *eligitur*, qui ex promiscua multitudine legitur. In Ed. Gothofr. est *diligenda;* sed voluisse Gothofredum *deligenda* credo. Ad seqq. *quae virtus — prudentia* quod ad rem cf. Beier. ad Cic. de Off. I. 43. 153. p. 302. Mox Cod. M. *quid de eo dici*. *Mr*.

Aut cogitari] Vulgo *aut excogitari*. Non ita bene. Nostram certe lectionem repraesentant Paris. Reg. Harleian. sec. Med. et editio *Victoriana*. Dav.

Aut excogitari] Reduximus lectionem, quam et codices nonnulli servant et multae Edd. vett., ex nostris Ald. Car. Steph. Lamb. Brut. Sturm. *Rogitari* est in Cod. M., in eodem *potuerit*. *Cogitari* glossam esse, primus vidit Matthiae ad Catil. II. 4. 7. idemque existimat Beier. ad Cic. de Off. III. 8. 36. p. 243. qui *non excogitari*, ait, idem est ac si dicas: *non cogitari*, *ne si fingere quidem volueris*. Coll. Or. III. 45. 179. Mox pro *idemque* in Codd. nostris Cr. W. H. M. est *eidemque*, neque sensu neque ulla Ed. vet. adstipulante. Scripsit Dav. *caelum* pro *coelum;* de cujus scriptionis differentia vid. Grotefend. Gr. Lat. T. II. §. 131. Pro *rerumque omnium* Cod. H. et Copp. Victt. b. *omniumque rerum;* pro *generata* Cod. M. *gravata;* pro *recurrant* una Ed. Comm., nescio unde, habet *reditura;* tum pro *in iis* in Codd. Cr. et W. est *in his;* et W. paullo inferius *penem* pro *paene*. *Mr*.

§. 61. *Prenderit*] Ita scripsimus ex more antiquo, de qua re accuratius disputavit et Grammaticorum praecepta attulit C. L. Schneiderus in Gramm. Lat. Elementarl. I. p. 187. sqq. Ex nostris Codd. nonnisi Cr. habet *prehenderit*. Sed *prenderit* est in Codd. W. H. et Edd. Goer. et Sch., quorum ille eam scriptionem in sex Codd. reperit. *Mr*. cf. Mai ad Rempubl. p. 356. ed. Stuttg. *Cr*.

Popularem alicujus definiti *loci*] Illud *definiti* deerat olim impressis; revocavique ex Victoriana et Turnebiana; quod extaret alioquin in membranis S. Victoris. Grut.

Ibid. *Seseque non* unius *circumdatum moenibus loci*] Vulgo *seseque non* unis *circumdatum moenibus*, popularem alicujus definiti *loci*. Sed *unius* est in Codicibus; iisdemque *definiti* non agnoscitur. Reliquas vero sordes nesciunt, planeque, sicut dedimus, exhibent Paris. et Reg. *Seneca* de Tranquill. cap. 3. *Nos non* unius

rit, eaque unde generata, quo recurrant, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale et caducum, quid divinum aeternumque sit, viderit, ipsumque ea moderantem et regentem paene prenderit, seseque non unius circumdatum moenibus loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis, agnoverit; in hac ille magnificentia rerum, atque in hoc conspectu et cognitione naturae, Dii immortales! quam ipse se noscet! quod 62.

urbis moenibus *clausimus, sed in totius orbis commercium emisimus, patriamque nobis mundum professi sumus.* De re ipsa vide nos ad Acad. lib. I. cap. 5. DAV.

Seseque non unius circumdatum moenibus loci] Ex nostris quidem Codd. MSS. nullus hanc lectionem habet, sed post Davisium in tribus suis reperit Goer., eaque nobis quoque videtur certissima. Firmatur eadem nostro Cod. M. nisi quod in hoc pro *unius* perperam scribitur *nimis*, quod, cum antiquitus litera *i* absque puncto scripta fuerit ab inscito librario, cum totidem habeant hae voces lineas rectas, facile potuit inferri. In Copp. Victt. b. est *non omnis.* Cod. Cr. *seseque non viris circumdatum moenibus popularem alicujus loci.* Ita etiam Cod. W. nisi quod *unis* habet pro *viris.* Cod. H. *seseque non omnis circumdatum moenibus popularem alicujus definitio locis et* (pro *sed*). Vides inde, Davisium errasse, qui vocem *definiti* a Codd. plane abesse existimaret, apparetque, pravam scriptionem in contextu inde ortam esse, quia aliquando aliquis ad marginem sui libri ad hunc locum adscripsit *definitio;* (quales notulae marginales infinitae sunt in Cod. nostro Cr., nonnullae in Cod. W.) quo vocabulo ab inscito quodam homine in seriem verborum recepto, et prudentiore, scilicet, correcto, vulgata lectio sensim prodiit. Vulgatam, quam profert Dav. in nota, habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Sturm. et Comm. Eandem, sed ommiso vocabulo *definiti*, Edd. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. et Brut. In seqq. Cod. H. habet *cognitionem* pro *cognitione*, et pro *Dii immortales* scribitur ibidem *dum minor tales*, qui error, ut permulti ejusmodi, et is, quem modo notavimus, inde ortus est, quia literae *i* non superscriptum reperiebat punctum librarius plane indoctus. *Mr.*

§. 62. *Quam ipse se noscet,*] Non bene interrogandi signa vulgo ponuntur post *noscet* et *amplissima.* Prius delevit Dav. reposuitque non melius post *Pythius.* Sch. nonnisi alterum servavit. Nostram rationem non est quod vel defendamus vel probemus; eandem jam secutum esse Ochsnerum l. c. p. 38. video. In lectione variant libri et editi et scripti, quamquam interpretes nihil adnotaverunt. Cod. H. *quam si ipse noscet*, Codd. Cr. et W. *quasi ipse se nosset.* Copp. Victt. b. *quam se ipse nosset.* Cod. M. *atque conspectu et cognitione dum mortales quasi ipsi nos — praecepit potius quam quisquam contempnet quisquam despiciet quisquam.* Asc. 1. *ipse quam se nosset*, Asc. 2. *ipse quam se noscet* et ita Edd. Crat. Herw.; Edd. Paris. et Comm. *quam se ipse noscet;* Ed. Venet. *quasi ipse nosset*, reliquae nobiscum faciunt. Pro *Pythius* in Cod. W.

Apollo praecepit Pythius; quam contemnet, quam despiciet, quam pro nihilo putabit ea, quae vulgo di-
24. cuntur amplissima! Atque haec omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, veri et falsi judicandi scientia, et arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, et quid sit cuique contrarium. Cumque se ad civilem societatem natum senserit, non solum illa subtili disputatione sibi utendum putabit,

scriptum est *Phitius;* pro *ea, quae* in Cod. Cr. est *eaque. Mr.*

Quae vulgo ducuntur *amplissima*] Vulgo *dicuntur;* et ita nostri quoque Codices. Praestat tamen ea lectio quam nos ex editione *Victoriana* recepimus. Quin et ita *Lambinus* exhibuerat. Adi nos ad cap. 17. Dav.

Dicuntur amplissima] Non erat, quod Dav. contra Codd. MSS. fidem, Victorii conjecturam, quae est in Copp. Victt. a. addita voce: *fort.*, secutus, reciperet *ducuntur*, cum *dicuntur* aeque probum sit et eodem fere sensu, quo illud, usurpetur. Ex nostris libris nullus consentit cum Victorio praeter Edd. Ald. et Lamb. *Mr.*

Cap. 24. *Quasi sepimento aliquo vallabit disserendi ratione*] Habet a Stoicis, qui *εἰκάζουσι τὴν φιλοσοφίαν ἀγρῷ παμφόρῳ, οὗ τὸν μὲν περιβεβλημένον ΦΡΑΓΜΟΝ εἶναι τὸ λογικόν.* Vide *Laertium* VII. 40. quaeque *Menagius* ad eum locum notavit. Adi sis et *Achillem Statium* Observ. lib. I. cap. 2. ac *D. Petavium* Dogm. Theol. Prol. tom. I. cap. 4. §. 7. 8. Dav.

Quasi sepimento aliquo] Adde locis a Dav. laudatis Sext. Empir. adv. Math. VII. p. 374. ed. Fabr., ubi Fabricius nostri quoque loci memor fuit. Codd. H. et M. *disserendi rationes*, et ita etiam Copp. Victt. b. *Mr.*

Veri et falsi judicandi scientia et arte quadam intellegendi etc.] In libris MSStis ita legitur, *veri et falsi judicio, scientia et arte quadam intelligendi* etc. Ursin.

Ibid. *Veri et falsi* judicandi disciplina et *scientia*] Vulgo *veri et falsi* judicio, *scientia.* Sed cum *Ascensius* et *Victorius* dederint *veri et falsi* judicandi *scientia;* Paris. autem, *veri et falsi* judicia dici et *scientia;* Reg. denique, *veri et falsi* judicia disciplina et *scientia;* nos veram lectionem non difficulter eruimus. Adludit vero noster ad Logicae definitionem, quae Stoicis est *ἐπιστήμη ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων.* Vide *Diogenem Laertium* VII. 62. Dav.

Veri et falsi judicandi scientia] Quae praeter rem et necessitatem invexit Davisius vocabula *disciplina et*, receperuntque Ern. et Wagn., ea cum Goer. et Sch. exulare jussimus, eamque reduximus lectionem, quam praestant Edd. Asc. 2. Paris. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Lamb. Comm. In Codd. Cr. et W. itemque in Ed. Gothofr. est *veri et falsi judicio, scientia;* in Cod. H. *veri et falsi judiciaum de scientia;* in eodem pro *sequatur* est *sequantur* et pro *cuique* est *quoique.* Cod. M. *judicia dici et scientia.* Copp. Victt. b. *juditiam de.* Ad verba *fusa latius perpetua oratione* Schefferus ita: »Non placet »satis illud *perpetua*, suspicorque »a glossa esse.« Non, credo, offendisset vir doctissimus si scriptum esset *fusa latius atque perpetua oratione*, neque ita *ἀσυνδέ-*

sed etiam fusa latius perpetua oratione, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros; qua praecepta salutis et laudis apte ad persuadendum edat suis civibus; qua hortari ad decus revocare a flagitio, consolari possit afflictos, factaque et consulta fortium

τως adjectiva juxta se posita essent. Sed intelligenda illa verba ita, ac si scriptum esset: *perpetua oratione eaque* (i. e. *quae sit*) *latius fusa.* Ceterum bene notavit Ochsnerus l. c. p. 39. *fusam* orationem opponi *pressae*, *perpetuam* s. continentem *concisae.* Wytt. ad verba: *illa subtili disputatione* haec dicit: i. e. dialectica disputatione sapiens quidem utetur in civili societate administranda, sed adhibebit perpetuam orationem i. e. continuam, cohaerentem, non syllogismis intercisam, sed oratoriam. Ad eundem locum Engelbronner. l. c. p. 34. ita: in ipso *sermonis* vocabulo *conjunctionis* nomen inesse egregie, ut omnia, ostendit J. Luzac. in praef. Edit. Fragmm. Callim. p. 31. cf. de N. D. II. 46. *Mr.*

Qua praecepta salutis et laudes *apte ad persuadendum edat suis civibus*] Jam dixerat, *Qua* laudet *claros viros;* ut iterata *laudum* mentio supervacanea videatur. Lego, *qua praecepta salutis et* voces *apte ad persuadendum* etc. Dav.

Qua praecepta salutis et laudis] Non magis intelligo, cur Dav. lectionis optimorum librorum ne mentionem quidem fecerit, quam cur Ern. in ea non acquieverit, quippe quam se recepisse dicit, dum melius quid inveniatur. Putidum sit docere, quam saepe et apud optimos scriptores et apud nostrum *laus* dicatur pro *re laudabili* et *virtute.* Legitur autem *laudis* in Codd. nostris W. H. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Lamb. Sturm. Car. Steph. Gothofr. Brut. Comm. Morab. Ern. Wagn. Bip. Quare non erat, quod Goer. et Sch. dicerent vulgo legi *laudes*, quam lectionem Rathius nonnisi apud Victorium et in Ed. Ven., ego nonnisi in Ed. Verb. reperi. Cod. Cr. habet *laydis.* In seqq. pro *hortari* Cod. Cr. habet *hortam*, idem pro *consolari* exhibet *consulari*, et *factam* pro *factaque.* Copp. Victt. b. *revocari* pro *revocare.* Tum *sapientium* scribitur ad Grammaticorum regulas (v. C. L. Schneider. Lat. Gramm. Formenl. I. p. 246 — 250.) pro *sapientum*, in Codd. Cr. W. H. Sed omnes, quas inspicere licuit, Edd. in lectione *sapientum* conspirant, minus usitata; in libro autem V. de Fin. c. 19. 53. scribitur *sapientium*, eodem consensu, ubi nihil neque mutant neque monent interpretes. Sequens *cum* desideratur in Cod. Cr. et pro *cum tot* est *quom tot* in Cod. H. In Cod. M. est *prodesse* pro *prodere*, tum *tot restant haec* pro *tot res tantaeque sint. Mr.*

Eaeque *in homine inesse*] Vulgo *quae inesse in homine:* At cum Paris. et Reg. dent *heeque;* nos eorum fidem secuti sumus: cumque iis, quod ad ordinem verborum spectat, faciunt alii MSSti. Forte tamen cum Balliol. det *Quae cum tot restant haecque in homine inesse perspiciantur*, ad ejus ductum optime reponi queat *quae cum tot res tantaeque in homine inesse perspiciantur.* Dav.

Quae inesse in homine] Nulla plane fuit causa idonea, cur Dav. glossema aliquot librorum suorum,

et sapientum, cum improborum ignominia, sempiternis monumentis prodere. Quae cum tot res tantaeque sint, quae inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi velint nosse; earum parens est educatrixque sapientia. Att. Laudata quidem a te graviter et
63. vere. Sed quorsus haec pertinent? M. Primum ad

ut lectionem a Cicerone profectam, reciperet. Nostram lectionem tuentur Codd. nostri Cr. W. H. Edd. Ald. Car. Steph. Lamb. Sturm. Brut.; neque abeunt Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm., in quibus legitur *quae in homine inesse*. Pro *ipsi* in Ed. Comm. errore typographi est *ipse*, ut paulo superius *sortium*, pro *fortium*, quod Graev. margini adpinxit. Cod. M. habet *inspiciatur — se ipsis*. Rathius ex Ed. Ven. profert *ipsos*, idque praeferre videtur. Immerito. Cod. Cr. habet *vellint* pro *velint*. In Attici, quae sequuntur, verbis, quod tam abrupte inferuntur semper nescio quid offensionis mihi se obtulit, quam minus sentirem, si scriptum esset: *Laudata ea quidem* etc. Cod. M. omittit *graviter*. *Mr.*

Quorsus hoc pertinet] Vulgo *quorsum haec pertinent*. Sed cum Paris. et Reg. exhibeant *quo rursus hoc pertinet*, veram lectionem facile vidimus, eamque prior dedit *Victorius*. Quin et *quorsus* in Eliens. et Harleian. sec. diserte legitur. Dav.

§. 63. *Quorsus haec pertinent?*] Cur veriorem dixerit suam lectionem Davisius nemo facile dixerit; sed veram et probam esse nostram, quam tantum non omnes libri habent, nemo non videt. Quare Goer. eam, nihil monens restituit, eumque secutus est Sch. A Davisii tamen partibus stant Edd. Asc. 1. 2. Paris. et Comm. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb. est *quorsum* pro *quorsus*. Cod. M. *quo rursus hoc pertinet?* *Mr.*

Non enim erunt] Pro *erunt* in Cod. H. et Copp. Victt. b. est *sunt*, in Cod. W. vox *erunt*, in contextu omissa, supra lineam adscripta est. Idem pro *libenter* habet *lubenter*. Editi nihil variant. Cod. M. habet *erunt ubi ea fuerint unde illa manarunt*. Cod. Cr. pro *cujus* habet *quovis*, quod ortum est ex scriptione *quojus*, quam repraesentant Codd. W. et H. *Mr.*

Quaeque me quicumque sum effecit] Pal. tert. et S. Vict. *mecum:* unde Gulielm. *me eum*, non inepte. Grut.

Ibid. *Quaeque* me eum, *quicumque sum*, *effecit*] Sic recte *Victorius* exhibuit; eoque, quod etiam vidit *Gulielmius*, ducunt Pal. tert. liber S. Victoris, Reg. et Balliol. qui *mecum* repraesentant. Vulgo *eum* praetermittunt. Dav.

Quaeque me eum, *quicunque sum*, *effecit*] Cod. Cr. *quaeque me quemcunque sum, eff.*, Codd. W. et H. *quaeque me*, *quicunque sum*, *eff.* et ita Ed. Asc. 2. Ald. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr. Lamb. Comm. Nostram lectionem exhibent Edd. Paris. et Sturm. Copp. Victt. b. *efficit*. Cod. M. *mecum quicur efficit*. Wytt. ad h. l. haec: Saepe hoc profitetur Cic. se, quidquid valeat in eloquentia aliisque disciplinis, debere Philosophiae; veluti in Oratore ab initio affirmat, se totum ex Academia exstitisse (cap. 3. 12.): ibi enim ita loquitur: *fateor me oratorem non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse.* Et pluribus locis Cic. ita

ea, Pomponi, de quibus acturi jam sumus; quae tanta esse volumus: non enim erunt, nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima. Deinde facio et libenter, et, p. 169 a.
ut spero, recte, quod eam, cujus studio teneor,

disputat, ut affirmet, Philosophiam esse fundamentum et procreatricem omnium artium et doctrinarum. — Ceterum egregia haec est ac paene divina sapientis virtus ac beatitudo, ejusque secundum Stoicos et Platonicos praestantia continetur tribus illis scientiae partibus, Physica, Ethica, Dialectica; et similiter a Cicerone laudata est aliis locis, quos conferre operae pretium est: Tusc. V. 24. et sq. de Fin. III. 21. — Pro *possum* Cod. H. habet *sponsum*, et plane ita Copp. Victt. b. *Mr.*

Enimvero facis et merito et ipse] *Et ipse* non est in MSto. Alii *et recte* legunt. URSIN.

Vero facis, et merito, et ipse cet.] Est a Victorian. edit. cui accedit cod. S. Victoris, etiam Pal. quart. nisi quod is *Vere*. Turnebus publicavit: *Enimvero facis* etc. quod secutus est Aldus Nepos. nam Lambinus antiquum obtinet; multa de suo interspargit. GRUT.

Ibid. Vero *facis et merito* et ipse] *Et ipse* non agnoscuntur ab Ursin. et Balliol. Pal. autem quartus habet, *vere facis*. Legendum censeo *jure facis et merito*. *Juvenalis* Satir. II. 34.

Nonne igitur jure ac merito *vitia ultima fictos*
Contemnunt Scauros et castigata remordent?

Pseudo-Cicero in Orat. antequam iret in exilium cap. 2. *Jure et merito possum ego vos ad defensionem meae salutis adhortari.* Vide sis et verum *Ciceronem* Catil. III. 6. DAV.

Vero: facis et merito, fuitque] Ita dedimus cum Sch.; ejicienda enim visa sunt vocabula *et ipse*, ad quae minime cum Ernesto subaudierim *facio*, qui tamen et ipse de veritate eorum vocabulorum dubitat. In parvula editione Goer. pro iis dedit *reapse:* ubi merito Wyttenb. ad marg. adscripsit *unde?* Nam Cicero hoc loco minime ita dicere voluit. Ita autem Wytt. ad h. l.: *Vero* significat affirmationem, *profecto*, *omnino*. — Male igitur Schellerus in Praec. Styli T. I. p. 467. *vero facis* conjungit, et explicat *recte facis*. Libri valde variant, ut fere semper, ubi glossemata illata sunt. Codd. Cr. et W. et Copp. Victt. b. habent: *Re vera facis et merito et ipse, fuitque;* Cod. H. *Recte vera facis* etc. unde aliquis conjiciat: *Recte vero facis* etc. Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. (haec in marg. habet ut Codd. Cr. et W.) Herw. Sturm. et Car. Steph. *Vere facis et merito et ipse, fuitque.* Cum Codd. Cr. et W. faciunt Edd. Ald. Paris. Brut.; itemque Edd. Lamb. quae textum Lambinianum in marg. rejectum habent, et Ed. Gothofr. Gothofredus haec adnotavit. »Haec duo *et ipse* a »quibusdam absunt. Alii legunt »*et recte.*« Una Ed. Sturm. 1. (altera enim habet *et ipse*) nescio unde exhibet: *et merito ipsius*. in Ed. Lamb. est *Vero facis et merito et recte fuitque.* In marg. al.: *Enimvero* (ita Commel. et vetus Caroli Stephani) *facis et merito et recte fuitque;* al.: *Tu vero facis et merito et recte* etc. Rathius plane, ut nos fecimus, locum edi voluit, eumque eodem, quo nos, modo explicat. *Mr.*

Faciundum] Fuisse istud in veteribus scriptis, inde collegi

quaeque me eum, quicunque sum, effecit, non possum silentio praeterire. Att. Vero: facis et merito, fuitque id, ut dicis, in hoc sermone faciundum.

quod esset in pal. quart. *facundius*. Grut.

Faciundum] Ita Codd. nostri: sed Edd. nostrae vett. ad unam omnes *faciendum*. Nobiscum faciunt Dav. Verb. Ern. Wagn. Goer. Sch. Cod. M. habet *facundius*. *Mr.*

M. TULLII CICERONIS

DE

L E G I B U S

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Cum jus omne vel divinum sit, vel humanum; divini autem prima sine dubio debeat esse cura: ab hoc merito initium fecit Cicero, totamque Religionem hoc libro constituit. Repetit totam disputationem ab aeterna illa et summa lege, quae est ratio divina et humana, apta ad vetandum et jubendum. c. 4. Proponit deinde ipsam legem, e legibus Numae et moribus Romanis ductam, c. 8. 9. praemisso, Platonis more, prooemio de legis laudibus, et quidem propriis generis sui. c. 7. Reliqua autem pars libri versatur in ista lege explicanda et tanquam suadenda, ut, quibus de causis quaeque legis pars placeat, intelligatur. In quo non solum Platonem aliosque Graecos philosophos imitatur, qui de legibus scripsere v. III. 5. 6.; sed etiam consuetudinem magistratuum Romanorum, qui in ferendis rogandisque legibus, primum de laude et necessitate legis in universum disserebant, deinde a praecone, scriba subjiciente, recitari legem jubebant, mox docendo, explicando, rationibusque afferendis eam suadebant, atque, hoc demum facto, populum discedere et, datis tabellis, in sua quemque tribu suffragium ferre jubebant III. 4. in fin. — Ern.

---

1. ATTICUS. Sed visne, quoniam et satis jam ambu-
1. latum est, et tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus et in insula, quae est in Fibreno, (nam Liri opinor illi alteri flumini nomen esse) sermoni reliquo demus operam, sedentes? M. Sane quidem; nam illo loco libentissime soleo uti, sive quid mecum ipse cogito, sive quid aut scribo, aut
2. lego. Att. Equidem, qui nunc potissimum huc vene-

Cap. 1. *In Fibreno*] Pall. S. Vict. et Fabr. *Fibrino*, quomodo etiam partim fuisse in veteri suo testatus est Turnebus. sed infra tamen c. 3. accedunt vulgato. Grut.

In Fibreno] *Fibrino* est etiam in Cod. H.; Cod. M. habet in prioribus et hoc loco: *sed vis quoniamne estatis — et tibi dedi initium — in fribinora opinor — nomen est*. Lectionem *est* habent etiam duo Goerenzii Codd. *Mr.*

Nam opinor illi alteri flumini nomen esse] Paris. et Reg. dant *nomen est*. Lego, *nam opinor*, ID *illi alteri flumini nomen* EST. *Terentius* Andr. Act. I. Sc. I. 58. *Nam Andriae illi* ID *erat nomen*. *Livius* VII. 26. ID *enim illi deinde cognominis fuit*. Vide sis et VIII. 15. Dav.

Nam Liri opinor illi alteri flumini] Fort. *Nam opinor illi alteri flumini id nomen esse;* ut ad Fibrenum referatur. Vel: *illi alteri flumini Liri nomen esse*. *Cr.* Ego cum Cr. posteriorem emendationem necessariam existimavi, sed nomen reposui cum Schützio post *nam*, ubi in Cod. W. legitur *ut*, in quo aliquis fortasse nominis amissi vestigium agnoscat, nisi malit male sedulam glossatoris manum agnoscere, qui ad verbum *opinor* addiderit *ut* vel supplendi loci vel explicandi causa. Goer., item vocem *Liri* desiderans, eam poni volebat loco vocabuli *illi*. Brutus dedit: *nam id opinor* etc. Rathius volebat: *Nam, opinor id illi* etc. addens: »*Id* ab Aldo nep. est; pro eo »Lambinus dedit *hoc*.« Ern. quoque vel *id* vel *hoc* ante *illi* desiderabat. Pro *flumini* est *fluvii* in Edd. Crat. Herw. et Ascens. 2. Quod sequitur vocabulum, *reliquo*, abest a Cod. M., qui item omittit prius *sive*. *Mr.*

Sive aut scribo aut lego] Est a Victorio. nam editi, *sive* aliquid *scribo*, quod in solo Pal. tert. quartus enim *sive aliud quid*. S. Vict. *sive aut quid*, quomodo et Fabr. Grut.

Ibid. *Sive aut scribo aut lego*] Eliens. Harleian. pr. sec. Pal. tert. et Balliol. exhibent *sive* aliquid *scribo*. At S. Victoris, Fabric. Paris. et Reg. *sive* aut quid *scribo*. Quod bene se habet. Dav.

Sive quid aut scribo aut lego] Ita dedi cum Ern. Bip. Wagn. et Sch. — Goer. dedit ex novem Codd. *sive aut quid*, quam verborum positionem librorum auctoritas melius, quam ejus de hac re disputatio, videtur defendere. In Codd. Cr. H. et W. est *sive aliquid scribo*, et ita Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Paris. Ald. Car. Steph. Sturm. Lamb. Brut. Comm. Gothofr. Unus Oxon. et noster M. habent: *sive aliud quid scribo*. *Mr.*

§. 2. *Nunc potissimum huc venerim*] Vulgatur passim, *nunc*

rim, satiari non queo; magnificasque villas et pavimenta marmorea et laqueata tecta contemno. Ductus vero aquarum, quos isti nilos et euripos vocant, quis non, cum haec videat, irriserit? Itaque, ut tu paullo ante, de lege et de jure disserens, ad naturam referebas omnia; sic in his ipsis rebus, quae

primum, sed alterum est in pall. in Fabr. et S. Vict. exhibuitque olim Victorius ac Turnebus; sed metuerunt sequi ad unum omnes, Sturmius, Camerarius, Lambinus, Aldus Nepos, Brutus, vellem scire caussam. GRUT.

Ibid. *Nunc* potissimum *huc venerim*] Sic post *Victorium Turnebum*que dedit *Gruterus*, eandemque lectionem nostri Codices repraesentant. Ex re tamen ipsa patet Atticum nunquam prius Arpini fuisse; quapropter eam recepi scripturam, quam dudum admiserant *Ascensius*, *Lambinus*, *Aldus* nepos, aliique. DAV.

Nunc potissimum huc venerim] Recte hanc lectionem defendit Goer. dicens *nunc potissimum* poni pro *hoc laetissimo anni tempore;* qua lectione recepta non impeditur, quo minus Atticus *primum* Arpini fuerit. *Potissimum* est in Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. H. M. Edd. Paris. (in qua Turn. in annott. *primum* ex Ald. praetulit; in altero commentario nostram lectionem probavit) Comm. Verb. Sch. Nobiscum facit etiam Engelbr. l. c. p. 46. Vocem *huc* omisit Cod. Cr. — *Mr.* — Plato in Phaedr. p. 229. p. 6. Bekkeri: *ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τῆς ἡμέρας. Cr.* Quales intelligat correctores Beierus ad Cic. de Off. I. 31. 110. p. 237. sq., qui pro *non queo*, ut in isto Officiorum loco, reponi voluerint vel reposuerint *nequeo*, equidem me nescire fateor, cum omnes, qui ad manum sunt, libri et MSS. et Edd. exhibeant *non queo*, neque aliquem ex commentatoribus quidquam sive immutasse sive tentasse videam. Duo tamen Codd. apud Goer. habent *nequeo*, quos Beierum intellexisse existimo. *Mr.*

Pavimenta marmorea] Cod. M. *paramenta*. — *Pavimentum* est a verbo *pavio*, quod est a Graeco verbo *παίω*, quatio, inde: solum lapide aliave dura materia firmatum ac solidatum. Vid. Plinius Hist. Nat. Lib. 36. cap. 25. p. 756. Hard. item Cic. in Paradox. III. 3. *W.* — Engelbr. l. c. p. 46. »Romanorum, ait aedificandi in»saniam cum saepe notant vete»res, tum etiam Tullius de Legg. »L. III. c. 13. ib. Turneb. in »Comm. Cicero pro Milone c. 20. »De tectis caelatis, laqueatis vid. »antiquus poeta apud Tullium Tusc. »Disp. Lib. I. c. 35. et III. c. 19.« *Mr.*

Et laqueata tecta] Pall. et Fabr. *illaqueata*, neque nimium recedit S. Vict. unde Gulielmius, *et* illa *laqueata*. GRUT.

Ibid. *Laqueata tecta*] Pall. Fabric. Paris. Reg. et Balliol. *illaqueata tecta;* qua de caussa *Gulielmius* reposuit *illa laqueata tecta.* At pronomen omnino *παρέλκει*, vulgatamque lectionem recte servant Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Ven. 1471. et editio pervetus. Antiquus Poëta apud *Ciceronem* Tusc. I. 35. III. 19.

— *Astante ope barbarica,*
Tectis *caelatis*, laqueatis.

Noster in Verrem lib. I. cap. 51. *Videt undique* tectum *pulcherrime* laqueatum. Pariter *laqueata tecta* dixit *Horatius* lib. II. Od. XVI. 11. DAV.

Laqueata tecta] Tectum est

ad requietem animi delectationemque quaeruntur, natura dominatur. Quare antea mirabar, (nihil enim his in locis nisi saxa et montes cogitabam; idque ut facerem et orationibus inducebar tuis et versibus:) sed mirabar, ut dixi, te tam valde hoc loco delectari: nunc contra miror, te, cum Roma absis, usquam po-

duplex, interius et exterius; h. l. interius significatur, quod in cubiculis, conclavibus, item in templis oppositum est pavimento et solo, Graece ὀροφή. Vid. notae nostrae ad Selecta Princ. Historr. p. 356. *Lacunar* dicitur contracte *laquear*, quod est ejusmodi tectum e tignis vel trabibus ex intervallo juxta se invicem dispositis, quae intervalla dicebantur *lacus* et *lacunae*, atque varie ornabantur vel pingendo, vel inaurando, vel velis ductilibus tegendo, omnino diversis modis ad mirificam magnificentiam instruebantur. Vid. Ennius apud Cic. Tusc. Lib. I. c. 35. Seneca Epist. XC. Suetonius in Vit. Neron. c. 31. Ex ejusmodi laquearibus noctu in conviviis pendebant lychni. Vid. Virg. Aen. L. I. v. 726. alia etiam videantur apud Ern. in Clavi Ciceroniana. *W.* — »Cur, ait Scheffferus, *laqueata* dicta isthaec tecta? A laquearibus, ait Servius, »quae sunt idem cum lacunaribus, sic dictis a lacu, i. e. trabium seu tignorum interstitio, »ut censet Vossius. Sed illud trabium interstitium in tectis aedium etiam vulgarium. Disponuntur quippe trabes suis intervallis, eis postea adduntur tabulae ubique. Qui igitur sic dicantur tecta non vulgaria? Mallem ego derivare a *laqueis*, quia »tecta illa velut laqueis Maeandrisque erant ornata, qui prominebant »extra planum alia aliaque figura »Effigiem expressit Serlius [neque »vero *Servius*, ut scripsit Verb.; »Serlius enim 1575. Francofurti »ap. Wechel. edidit Architecturae »LL. VII. form. max. *Mr.*] Architecturae suae lib. IV. c. 12. ubi »videas, et, quid velimus, facile »intelligas.« *Mr.*

Quos isti Nilos et Euripos vocant] Sic jam olim edidi, *Victorium* et libros veteres secutus. Et tamen noster ἀλαζὼν et βάσκανος scribit se ita edidisse, *Victorium* secutum. Neque id hoc uno loco fecit, sed sexcentis. Quid huic homini facias? aut quo eum nomine appelles? Lamb.

Ibid. *Quos isti Nilos et Euripos vocant*] Sic Mss. nostrorum quadriga; erueratque ex suis Victorius ac Turnebus. antea erat, *tubos et euripos.* Grut.

Ibid. *Nilos et Euripos*] Cicero ad Quintum Fratrem III. 9. *Imagines enim istae et palaestra et piscina et* NILUS *multorum Philotimorum est, non Diphilorum.* Quin et apud *Plinium* H. N. lib. XXXII. §. 8. cum *Victorio* legerim, *E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Caesaris* NILIS, quamvis editi libri *villis* etiamnunc adhaereant. Praeter *Hesychium*, *Lampridium* in Heliogabalo cap. 23. aliosque plures, Euriporum sic meminit *Longus* Pastor. lib. I. pag. 3. *Διείληπται (Μιτυλήνη) ΕΥΡΙΠΟΙΣ ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ.* *Seneca* Epist. LV. p. 189. *Platanona medius rivus* — EURIPI *modo dividit.* Vide sis et Ep. LXXXIII. p. 341. et XC. pag. 405. Dav.

Nilos et euripos vocant,] De Nilis et Euripis vide Turnebi comm. — Plin. Epist. I. 3. »*Quid πλατανὼν opacissimus? quid Euri- »pus viridis et gemmeus?* Ubi

tius esse. M. Ego vero, cum licet plures dies abesse, praesertim hoc tempore anni, et amoenitatem hanc et salubritatem sequor; raro autem licet. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit ita. Att. Quae tandem ista causa est? M. Quia, si verum dicimus, haec est mea et hujus fra- 3. b.

Cod. Pragensis in ed. Titzii V. D. Pragae, 1820. quid *platanus opacissima?* De Euripo adde iis, quae in Annott. ad Cic. de N. D. III. 10. p. 524. [et p. 780. a Wytt.] ed. nostr. excitata sunt, locum singularem Aeschinis contr. Ctesiphont. p. 66. Steph. p. 44. Bekker. ibiq. Scholiast. — Hinc etiam Maeandri, qui dicuntur, in parietibus cubilium, sepulcrorum vasorumque picturis. *Cr.* — Nili dicebantur in ejusmodi villis aquae ductus seu fossae canales, ex majore fossa ad diversos locos ductae. *Euripus* est nomen freti angusti inter Euboeae insulae urbem Chalcidem et Boeotiae Aulidem, per quod maris aestus continuo fluxu reciprocatur. Cf. Cellar. Geogr. ant. L. II. c. 13. Ad hujus similitudinem faciebant aquarum ductus in villis. — *Isti* dicitur per contemtum i. e. isti magnificarum villarum amatores. *W.* — *Nilos* legitur in Codd. nostris MSS., sed *tubos* est in Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. (haec in marg. habet *nilos*), Ald. Car. Steph. (qui vero ex vetere libro laudat *nilos*) *Brut.* (qui item in nota praefert *nilos*) et Gothofr. *Cubos* est in Copp. Victt. b. — Pro *irriserit* in Cod. Cr. legitur *miserit*. *Mr.*

De lege et de jure] Vulgo *et jure.* Sed illam praepositionem suppeditarunt Paris. Reg. Harleian. sec. et editio Victoriana. Dav.

De lege et de jure] Servavimus et ex librorum MSS. Editionumque vett. auctoritate et ex Ciceronis usu alterum *de* cum Goer. et Dav., quod male ejecerunt Ern. Bip. Wagn. Schütz. Tuentur illam vocem fere omnes Goerenzii libri (qui in nota perperam *legibus* scripsit pro *lege*); itemque Codd. Cr. H. Copp. Victt. b. Edd. Paris. et Comm. — Pro *requietem* Edd. Asc. 1. 2. *quietem.* *Mr.*

Quare antea mirabar] Cod. W. *ante;* Ed. Comm. sola, nescio unde, *quare admirabar.* In seqq. in Cod. W. inde a *idque* usque ad *delectari* omnia desunt. In Codd. H. et M. pro *idque* scribitur *itaque,* quod ferri posset pro *et ita.* Pro *orationibus* Goer. in Ed. min. edidit *rationibus*, in cujus margine Wytt. adscripsit leg. *orationibus.* Idem vero in scholis ad h. l. dictavit: »Cicero videtur scripsisse *narrationibus.*« Sed ut *oratio*, quod supra monuimus (et ad Cic. de N. D. I. 37. p. 167. ed. maj. III. 1. extr. p. 495. Wytt. ib. pag. 803. ad III. 40. itemque nostrae ed. min. p. 66. inprimis pag. 182.) a nostro haud raro usurpatur pro *ratio* quod hic locum vix habet; ita *orationem* etiam poni pro expositione quacunque eorum, quae mente concepimus, haud difficile foret probatu, nisi vel Lexica exemplorum farraginem suppeditarent. Quare non erat quod de *orationibus*, in quibus Cicero patriae regionis asperitatem memoraverit, ex deperditis judicandis loqueretur Goerenzius. De asperitate Arpini loquitur Cic. ad Att. II. 11. extr. *Mr.*

Sed mirabar, ut dixi] Cod. Cr. *duxi.* Perperam. De constructione hac, ubi post parenthesin sermoni

tris mei germana patria; hinc enim orti stirpe antiquissima sumus: hic sacra, hic genus, hic majorum multa vestigia. Quid plura? hanc vides villam, ut nunc quidem est, latius aedificatam patris nostri stu-

interrupto continuando et absolvendo additus *sed*, et alii monuerunt et nuperrime Beier. ad Cic. de Off. I. 30. 105. p. 229. sq., qui nostri quoque loci memor fuit. *Mr.*

§. 3. *Hoc tempore anni*] i. e. aestivo et magnis caloribus. Cf. Cic. Epist. ad Q. Fratrem III. 1. prc. *W.* — Rescripsimus cum Goer. et Sch. *amoenitatem hanc*, cum Dav. pronomen post salubritatem reposuisset, ut est in Codd. nostris MSS. et Edd. vett. plerisque. Nostrum ordinem, eumque magis Ciceronianum, sequuntur Grut. Verb. Ern. Bip. Wagn. — Scheff. ad vocem *salubritatem* haec: »quae non est ubique in caloribus aestivis. De aestivo enim tempore hic sermonem esse et alii censent et discas licet ex lib. I. c. 5.« *Mr.*

Sed nimirum me alia quoque causa delectat] Pal. quart. *sed nimium ex alia quoque* etc. ut videatur rescribendum, *sed nimium me ex alia quoque.* Grut.

Quae te non attingit ita] Gulielmius inclinabat in *Tite.* Idem.

Ibid. *Quae te non adtingit* ita] *Gulielmius* reponebat, *quae te non attingit*, *Tite.* Satis quidem ingeniose; nam vox ultima loco non videtur convenire. Eam tamen expungendam puto, quippe quae, nisi fallor, ex finalibus litteris vocabuli praecedentis, et initiali sequentis, duxit originem. Dav.

Quae te non attingit ita] Rathius rescribi jussit: *quae te non ita attingit.* Sed omnium librorum ordinem stare posse dubium non est. Sed moverunt virum Gulielmi et Davisii notae, itemque Ernesti, qui *ita* ex syllaba finali verbi *attingit* et prima verbi sequentis natum esse existimabat. *Ita* ego non cum Goer. pro *valde* positum dixerim, sed elliptice pro *ut me.* Nunc, lecta Handii censura editionis Goerenzianae (in Ephemeridibus litt. Jenensibus 1810. 72.) admodum placet Handii suspicio, conjicientis: *Sed nimirum me — — quae te non attingit.* Att. *Itane? quae tandem ista* (H. scripsit *illa*) *causa est?* coll. Or. pro Cluent. 65. 182. *Mr*

Si verum dicimus] Mihi placeret *dicemus* vel *didicimus.* Sed omnes nostri renituntur. Dav.

Si verum dicimus] Durius hoc est, ait Ern., pro: si verum dicere volumus. — Multo melius Wagn., qui elegantius potius et concinnius h. l. dictum esse ait, quam: *si verum dicere volumus:* quae phrasis ad voluntatem magis, quam ad actum referri deberet. Davisii ratio non plus habet, quo se commendet, quam Ernesti dubium. Ita Cic. Orator. c. 6. 21. *Vel utriusque, si verum quaerimus, potius expers.* — Hülsemannus explicat: Si veram meam sententiam dicere licet. *Mr.*

Orti stirpe antiquissima: hic sacra, hic gens] secutus sum pal. quart. et Fabr. exemplar. hactenus cusi, *antiq. sumus*, voce supervacua. ceterum monendus lector, pall. praeterea scribere, *hinc* sacra, *hinc* gens. de quo ipse cogitet licet. Grut.

Hinc enim orti stirpe antiquissima sumus] Restituimus vocem *sumus* immerito a Grutero ejectam, post Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch., eamque praestant Codd. nostri MSS. (praeter Cod. M.) septem Goerenzii, et Edd. vett., quae ad manum sunt, omnes. Pro *hinc* ante *enim* est *hic* in Codd.

dio; qui, cum esset infirma valitudine, hic fere aetatem egit in litteris: sed hoc ipso in loco, cum avus viveret, et antiquo more parva esset villa, ut illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum. Quare inest

Cr. et W. et Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Minus bene; hoc enim loco *hinc* desideratur, in seqq. *hic*. In Ed. Comm. est *hic gens*, *hic sacra*, inverso ordine. De vi vocis *stirps* et similibus vid. Sigon. ad Liv. IV. 1., qui etiam hunc locum adhibuit, ita scribens: *hic orti stirpe antiquissima sumus.* Ad haec Wytt.: Nam Tullii a Tullo, Volscorum principe, orti putabantur. Vid. Plutarchus in Vita Cic. ab init. Silius Italic. VIII. 406. sq. Et Tullum Hostilium regem vocat suum gentilem Cic. Tusc. Lib. I. c. 16. *Mr.* — De *sacris* est locus classicus L. II. c. 8. 9. et Cic. de Off. I. 17. 55. ib. Beier. p. 131. sq. *Cr.* — Familiae et gentes privata sua sacra habebant; ut tamen non novos aut peregrinos deos colerent. *W.*

Hic gens] Ita quidem Med. At reliqui omnes *genus*, quod eodem redit: igitur optimorum Codicum fide sedes ei sua restituitur. Dav.

Hic genus] Praeter Ed. Comm. reperimus etiam *gens* in Cod. M. et Ed. Verb. Sed optime se habet *genus*. Vide modo, Lexicon Iuridicum vv. *genus* et *gens*, p. 503 — 506. *Mr.*

Hanc vides villam] Dictio *vides* non comparet in codice S. Victoris. et mox destituitur illo *Curiana* quod sequitur. Grut.

Lautius aedificata] Pal. tert. *latius*, quod malebat etiam Turnebus, ob sequens *parva*. Idem.

Ibid. Latius *aedificatam*] Vulgo *lautius*. Sed melior est lectio quam damus, eo quod statim subjiciat Tullius, *Antiquo more* parva *esset villa;* quemadmodum *Turnebus* etiam vidit. *Macrobius* Saturn. lib. II. c. 11. *Hujus Hirrii villam, quamvis non amplam aut* latam, *constat propter vivaria quae habuit quadragies sestertio venundatam. Seneca* Conf. ad Helviam c. 9. *Quo* latius *vicos porrexerint — hoc plus erit quod illis caelum abscondat. In eam te regionem casus ejecit, in qua* latissimum *receptaculum casa est. Claudianus* in Rufinum I. 214.

Turba salutantum latas *tibi perstrepit aedes.*

Minucius Felix cap. 32. *Et cum homo* latius *maneam, intra unam aediculam vim tantae Majestatis includam?* Accedit quod nostram rationem diserte firmant Pal. tert. Med. et Ven. 1471. Dav.

Latius aedificatam] Huic lectioni, quam merito post Gruterum amplexi sunt Dav. Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch., ex nostris Codd. favet solus M.; sed quinque Goerenzii, et, quam Ern. inspexit, Ed. Ven. 1471. Opponitur *latius aedificata* villa *parvae*, quae prior fuit eodem loco, ut legimus in seqq. — Pro *aedificatam* est *aedificata* in Codd. H. et M., Cod. W. habet *mei* pro *nostri;* et duabus vocibus *in firma* pro *infirma*. *Mr.*

Ut illa Curiana] De ea vid. Turnebi comm. Adde Plutarchum in Catone maj. cap. 2. init.: *Ἦν δὲ πλησίον αὐτοῦ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μανίου Κουρίου τοῦ τρὶς θριαμβεύσαντος ἔπαυλις. Mr.* — Fuit villa M' Curii Dentati, qui primus fuit consul ex hac familia plebeja a. u. 463., Samnitium victor, quorum legatos, aurum offerentes, repudiavit. Vid. Cic. Parad. VI. 2. *W.*

Quare inest nescio quid] Cod. Cr. *Quere* pro *quare*, idem cum

nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse delectet: si quidem etiam ille sapientissimus vir, Ithacam ut videret, immortalitatem scribitur repudiasse.

2. Att. Ego vero istam tibi justam causam puto,
4. cur huc libentius venias, atque hunc locum diligas.

Codd. W. H., marg. Ed. Crat. Edd. Gothofr. Brut. Ald. Vict. (sed Copp. Victt. a. nobiscum faciunt.) *id est* pro *inest*, proquo Edd. Asc. 1. 2. Crat. (in contextu) Herw. habent *idem*, utroque vitio ex scribendi compendiis orto. *Mr.*

Quo me plus] *Quo* non jungendum cum *sensu meo*, sed per se notat: *ut me eo plus* etc. *W.*

Hic locus fortasse delectet] S. Vict. antiquus codex, *electet.* quod placuit Gulielmio. Grut.

Ille sapientissimus vir] Pariter de Orat. I, 44. Patriae *tanta est vis et tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum adfixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret Dion Chrysostomus* Orat. XIII. p. 220. Ulixes, *ὥς φησιν ὁ ποιητής, ἐπεθύμει κάπνον ἰδεῖν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ γῆς ἀνιέντα, εἰ καὶ δέοι παραχρῆμα ἀποθνήσκειν· καὶ οὔτε τὰ πρότερον ἔργα παρεμυθεῖτο αὐτὸν, οὔτε θεὸς καλὴ καὶ ἀγαθὴ* (Calypso) *περὶ πολλοῦ ποιουμένη, ὥστε ὑποσχέσθαι ποιῆσαι αὐτὸν ἀθάνατον* etc. Respiciunt ad *Homeri* Odyss. A, 56. seqq. Dav.

Ille sapientissimus vir] Locis a Turn. et Dav. laudatis adde Odyss. H. 219 — 225. Ovid. ex Ponto I. 3. 33 sqq.

Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
Fumum de patriis posse videre focis.

Cf. etiam Virg. Eclog. 1. 83. et Aeschylus in Agamemn. 548. (540). Ceterum observari debet comparationis elegantia alia etiam; scilicet, quemadmodum dulcis est Ciceroni germana patria, ut suam esse sibique caram nunquam negaverit, ita totus hic tractus erat asperior, ut nil in his locis nisi saxa et montes cogitaret Atticus (v. paullo superius); cf. Cic. ad Att. II. 11., in quo *rupestrem* [Engelbronneri est hoc vocabuli monstrum.] Ithacam egregie simul referebat. *Engelbr.* l. c. p. 11. — Ceterum in uno Cod. Cassel. post *vir* additur glossa *Ulixes*. *Mr.*

Cap. 2. §. 4. *Ego vero tibi istam justam causam puto*] Pal. tertio non adest *justam*, quod mire laudaret alius quis, at ego nil muto. Grut.

Ego vero istam tibi] Dedimus hunc verborum ordinem cum Dav. Goer. et Sch., quem, paullo concinniorem, exhibent duo Goerenzii libri, et una ex Edd. vett. quas ille contulit. Quod eum vero in compluribus esse Edd. vett. contendit, ejus ego rei in omnibus, qui ad manum sunt, libris nullum reperi vestigium. Rathius vulgatum ordinem, *tibi istam justam causam* haud insuaviorem esse ait quam *idem quidem*, Acadd. I. 9. aut *quidem idem*, de Divin. I. 49. extr., aut similia. Mihi quidem universe hoc capitis initium, septem verbis disyllabis sese excipientibus compositum, Ciceroni imprudenti excidisse videtur. Pro *libentius* scribitur *lubentius* in Cod. Cr. *Mr.*

Vere dicam] Cod. Cr. *Verum dicam*, quod est correctoris, qui *vere dicam* pro *dicam enim, quod verum est* dici nesciret. Sed ipse noster de Orat. II. 4. 15. *Sed tamen, vere dicam, quaevis mallem fuisset, quam ista, quam di-*

Quin ipse, vere dicam, sum illi villae amicior modo factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es. Movemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia. Me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque

cis. Quare facessat etiam Rathii conjectura, scribere jubentis *ut vere dicam;* quamquam Cicero in Verr. Act. II. L. IV. 69. 177. (ita enim fuit citandus locus) dixerit: *et, vere ut dicam, de te futurum est judicium.* — Mox pro *illi villae* legitur *ipsi villae* in Edd. Car. Steph. Crat. Herw. Paris. Ald. Lamb. Brut. Gothofr. Sturm. Comm. Perperam. Sed reliqui et Codd. nostri MSS. *illi* servant. Codd. W. et H. et Copp. Victt. b. habent *amicitior*, pro *amicior*, Cod. Cr. omittit *modo* cum Car. Steph., qui tamen *modo* in varr. lectt. ex vetusto Cod. enotavit. *Mr.*

Movemur enim nescio quo pacto] Ad rem cf. notam primam ad Creuzeri Orat. de Civitate Athenarum. Lugd. Bat. 1809. p. 61. Ut Latini dicunt *nescio quo pacto*, ita Graeci *οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον.* Vid. v. c. Platonis Phaedr. p. 227. p. 4. Bekker. Adde ad loca in illa oratione laudata Cic. pro. Plancio 33. 81. — In seqq. Cod. M. habet *aut audivimus aut adsunt vestigia me et quidem. Mr.*

Ipsae illae nostrae Athenae] Codd. Cr. W. *illae ipsae*, nullo plane libro addicente. *Mr.* — Titus Pomponius cognomen Attici invenerat a diuturno in ea urbe domicilio. Abundabant etiam Athenae operibus artium, de quibus sunt Pausaniae duo libri priores. *W.* — Paullo inferius pro *posthac* Cod. M. habet *potius hoc*, mox *pone* pro *paene* et *et quidem* pro *equidem;* in Edd. Asc. est *Et equidem;* et paulo inferius *sed istud* pro *sed illud. Mr.*

Incunabula] Per metaphoram dicuntur origines familiae et gentis; proprie est lectulus, culcita, pulvinar, in quibus ponitur infans, ipsae fasciae, quibus involvitur; at *cunae* sunt ipsae vas ligneum, sive alterius materiae, cui lectus cum infante imponitur. *W.*

§. 5. *Idem ego te accipio dicere Arpinum*] Omnes servant libri hanc lectionem, nisi quod a Cod. M. abest *idem.* Neque vero virorum doctorum conjecturis intactus mansit locus. Primus eum aggressus est Lamb. scribens *quem ego te* etc. Schefferus conjecit: *idem ego te accipio dicere ac Arpinum.* Wagnerus deletum volebat totam parenthesin, ut prorsus inutilem, quippe cum Atticus probe sciverit, hanc esse villam Arpinatium, eamque esse partem municipii Arpini. — Hoc dicere velle certe ineptum erat: Sed alius est loci sensus, ut videbimus. Rathius, »hac lectione »nihil, ait, ineptius videtur. Equi»dem scribo (et velim, ne fallar) »*hunc locum* (*eandem ego te* »*accipio dicere Romam*) *ger*»*manam patriam esse vestram.* »In v. *eandem* nomen anticipatur »patriae, ut cap. 3. in v. *quem* »(quae est lectio Davisii), *Thya*»*mis Epirotes.*« Nolo immorari huic commento confutando, in quo, quamquam *voluerit ne fallatur*, lapsus est, sive sensum, sive rationem grammaticam spectes. Goerenzius correxit, levi, ut ait, manu, *id enim*, ut *id* ad sequens substantivum, ex graecismo, referatur; *enim*, ut saepissime, parenthesi inserviat. Quo facto hanc,

antiquorum artibus delectant, quam recordatione summorum virorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus; studioseque eorum etiam sepulcra contemplor. Quare istum, ubi tu es natus, plus

credo, vult exire sententiam: *hunc locum germanam esse patriam vestram* (*id*, i. e. *eam* v. *ita*, *enim te accipio dicere Arpinum*). Mihi quidem ea emendatio non justo loco inferre videtur Graecismum. Handio l. c. Goerenzii emendatio recipienda videtur. Schützius dicit: »Non male. Sed tamen vulgatum »defendi potest hoc sensu: *idem* »(nempe *germanam patriam*) *au-* »*dio te saepius etiam dicere Ar-* »*pinum esse, non solum hanc* »*villam Arpinatem.*« Sed cum *germanam patriam* sequatur, non antecedat, in parenthesi ad ea verba respicere, vel potius prospicere, ratio grammatica vetat. Hoc vult noster: Fundum Arpinatem esse quasi partem Arpini municipii, de quo cap. I. ita loquitur: *hic sacra, hic genus* (i. e. in hoc municipio habeo gentilitatem; quare cave corrigas *hinc*), *hic majorum multa vestigia*. Ergo fundum Arpinatem ipsum, ut Arpini partem, Arpinum dicere solebat. Quare, si quid mutandum, ego malim: (*quem item ego te accipio dicere Arpinum*). *Mr.*

Numquid duas habetis patrias?] Pal. tert. *numquid? duasne habetis patr.* quart. et Fabr. *Quid? duasne habetis p.*? editi, *nunquid vos duas h.* quod pronomen in nullo est nostrorum exulatque editone Victorii. Grut.

Ibid. *Numquid duas habetis patrias? anne est illa una patria communis?*] Balliol. et Pal. tert. *Num quid duasne habetis patrias? An est una illa* etc. Fabric. Paris. Reg. et Ven. 1471. *Quid? duasne habetis patrias? an est una illa patria communis?* Sic et Pal. quart. nisi quod nec in eo nec in Med. nostro vox *illa* compareat. Lego, *Quid? duasne habetis patrias? an* non *est una patria communis?* Roma certe passim *communis patria* dicitur. *Cicero* in Rullum c. 32. *Contra hanc* Romam, communem patriam *omnium nostrum, illa altera Roma quaeretur*. Vide, si nescis, *Joan. Savaronem* ad *Sidonii Apollinaris* lib. I. Epist. 5. et *Henr. Lindenbrogium* ad *Censorini* cap. 16. Dav.

Numquid duas habetis patrias?] Libri nostri MSS. nihil variant, nisi quod in Cod. M. est *quid*, et scribitur *duasne*, in Codd. W. H. scribitur *nunquid;* sed *numquid* vel *nunq. vos* scribitur in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Ald. Paris. Sturm. Comm. *Mr.*

Anne est illa una patria] Sic ed. Turnebi et vetus S. Vict. nam vulgatis deest *ne*. Victorius publicat: *estne una illa patria.* pal. quart. habet, *an est illa patria*, sine *una*. Grut.

An est una illa] Ita scripsimus cum Goer. et Sch. post Ern. qui malebat *an non*. Wytt. idem sentiebat ita scribens: »Excidit particula *non;* legendum *annon* »*est illa una patria communis?* »Significat ipsam urbem Romam, »quasi dicat: an vero est illa »Roma non una omnium patria »communis?« Optime quod ad sensum. Sed *an* poni pro *aut*, *ἤ*, cum respondeat praecedenti *numquid*, nuperrime monuit Beierus ad Cic. de Off. I. 15. 46. p. 117. Neque vero hic v. d. cum Goer. et Heusingero facit, illo Offiiciorum et nostro loco *an* dici pro *an non*, sed *an non*, ut necessarium in Off. l. c., cum Ern. scripsit. Codd. nostri eam firmant

amabo posthac locum. M. Gaudeo igitur, me incunabula paene mea tibi ostendisse. Att. Equidem me cognosse admodum gaudeo. Sed illud tamen quale est, quod paullo ante dixisti; hunc locum (idem ego p. 170. a.

lectionem, quam nos exhibuimus, nisi quod in Cod. Cr. deest *est*. Lectionem *una illa* pro *illa una* reperimus etiam in Edd. Paris. et Comm., habentque septem Codd. Goerenzii cum nostris Cr. W. et H. *An* habent veteres nostrae Edd. omnes praeter Paris. et Commel. *Una illa* est etiam in Copp. Victt. b. *Mr.*

Sapienti illi Catoni] Hic est Cato major, cujus unus superest liber de re rustica, quem Cicero inducit loquentem in libro de Senectute, cujusque vitam et a Corn. Nepote et a Plutarcho conscriptam habemus. Hic natus in municipio Tusculo Romam venit, munera cepit, eamque quasi alteram patriam nactus est. *W.*

Et illi et omnibus municipibus] Cod. M. *ut illi*. Quod si placeat, scribi possit: *ut illi, ita omnibus*. Sed nihil mutandum. *Mr.* *Municeps* est civis municipii, i. e. urbis, cujus civibus civitas Romana, ac proinde jus capiendorum munerum datum erat. Vid. Gell. Noctt. Att. L. XVI. c. 13. *W.* *Communicipibus* legitur in Cod. M. De Catone vide nunc Cic. de Rep. I. 1. p. 3. *Mr.*

Unam naturae, alteram civitatis] Paris. et Reg. exhibent *unam natura civitatis*. Lego *unam natura, alteram civitatis*. Sic Tyrtaeus *Platoni* de Legg. lib. I. pag. 566. G. dicitur *ΦΥΣΕΙ μὲν Ἀθηναῖος. Λακεδαιμονίων δὲ ΠΟΛΙΤΗΣ.* Et *Vulcatius Moschus exul, in Massilienses receptus, bona sua Reip. eorum, ut* PATRIAE, *reliquerat*. Verba sunt *Taciti* Ann. IV, 43. DAV.

Unam naturae, alteram civitatis] De hoc loco vid. Excurs. II. ad calcem libri. — In seqq. Codd. Cr. et W. et Copp. Victt. b. *quom est tusculi natus*, Cod. M. *cum esset Tusculanus*. *Mr.*

Itaque cum ortu Tusculanus *esset*, civitate Romanus, *habuit alteram*] Alii sic, *cum* ortus Tusculana *esset*, civitatem Romam *habuit, alteram loci patriam, alteram juris*. CAM.

Ibid. Ita *cum ortu*] Vulgo *itaque cum ortu*. Sed Paris. Reg. Med. et Balliol. eam quam damus praestant lectionem. DAV.

Cum ortu Tusculanus esset] Codd. Cr. et W. habent *ortu Tusculus*, Cod. H. *ortus Tusculano*. Copp. Victt. b. *ortu Tusculanos*. Tum Cod. Cr. *esset, esset civitate Romanus*, Cod. H. et Copp. Victt. b. *civitatem Romam*. Lectionem minus probam *itaque* pro *ita* non agnoscunt Codd. sex Goerenzii, nostri Cr. W H. et Ed. Comm. *Mr.* — De hoc loco cf. Chladen. de Gentilitate IX. 5. p. 107. sq. *Cr.*

Ut vestri Attici — sic nos etc.] Infinita fere est hujus loci in libris varietas. Nos, quae in notis subsequentibus reperiuntur, non repetemus, sed tantum librorum Goerenzii et nostrorum lectiones enotabimus; de re ipsa in Excursu III. locuturi. Codd. Cr. et M. *ut nostri*, tres Goerenzii *Actici*; tum Codd. Cr. W. H. M. *eosdem migrare*. Cod. Cr. *artu* et Cod. W. *arctu* pro *astu;* W. et M. *omnis* pro *omnes*. Cod. Cr. *et symphrātidem et atticis*, Cod. W. *et simphrantidem et atticis*, Cod. M. *omnisse conferre se jussit et siphrātidem ex atticis*, Cod. H. *et sinis erant idem et atticis*. Gud. 2. ap. Goer. *etym infrantidem*. Gud. 2. ap. eund. *et simphrand* superscripto *it*, ejusd. Dresd. 1.

te accipio dicere Arpinum) germanam patriam esse vestram? numquid duas habetis patrias? an est una illa patria communis? Nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum. M. Ego me

et symphrantidus. Copp. Victt. a. *et simfrantidem.* Copp. Victt. b. *simphrantidem et.* Ed. Asc. 1. *eosdem migrare — omnis — et symphrantidas ex atticis*, in marg.: »*vel potius συμφρεάτιδας.*« Ita etiam Asc. 2., sed Edd. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Gothofr. pro *symphrantidas* habent *symphradas.* Lectio marginalis Ascensianae primae est etiam in Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. in varr. lectt.—In Edd. Car. Steph. Sturm. Lamb. Comm. et marg. Gothofr. legitur *et Sunii erant iidem et Attici* (Car. Steph. et Lamb. etiam *eos demigrare*); quos secuti sunt Morab. Verb. Grut. Ern. Bip. Wagn. (tres autem posteriores receperunt Manutii *postquam*) Goer. *priusquam — eos demigrare — et simul φράτορες iidem et Attici*, Schütz. *postquam Theseus eos demigrare — et suae φρατρίας. erant iidem et Attici.* Handius, Goerenzianae editionis Censor Ienensis, (1810. 72.) Goerenzii rationem probat; neque ego eam improbo. Quae praeter haec dicenda sunt vid. in Exc. III. *Mr.*

Ut vestri Attici, priusquam Theseus eos demigrare ex agris, et in astu, quod appellatur, omnes conferre sejussit, et Symphrantidem et acticis: sic nos etc.] Sic duo veteres libri, a quibus minimum ceteri dissentiunt. Mendum tollere et integritatem loco restituere conatus est homo doctrina insigni *Hadrianus Turnebus;* et litterarum similitudinem imitatus legendum putavit, pro *et Symphrantidem et acticis*, *et Sunii erant iidem et Attici.* Qui licet ab antiqua scriptura non longe discesserit, veritatem tamen fortasse non attigit. Quo enim teste probatur, et Sunios fuisse eosdem et Atticos, priusquam a Theseo ex agris in unam urbem cogerentur? Sunium in Attica promontorium satis notum incolae tamen Atticae regionis, in qua duodecim oppida fuere, non ab uno Sunio potius quam a reliquis nomen capere debuerunt. Quamquam nec Sunium inter ea video nominatum: nam duodecim illa oppida sic a *Strabone* appellata [lib. IX. pag. 609. p. 377. ed Tzchuckii] Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleusis, Aphydna, Thoricus, Brauro, Cytherus, Sphettus, Cephissia, Phalerus. Itaque verius, ut mihi videor, legendum opinor, *et Symfratoras esse ex Atticis;* id est ut qui erant antea et dicebantur Attici a regione, in unam urbem congregati, tribuum societate jungerentur. *Φρατρία* enim tribus, unde *φράτορες*, quo verbo usus est *Aristophanes* in Pluto, et *Aristoteles* Polit. II. Inde *Συμφράτορες.* Illud quoque *priusquam Theseus* mutandum credo, et reponendum *postquam Theseus.* Nam cum hic *Cicero* loquatur de duabus patriis, *naturae* una, *civitatis* altera; *naturae* qualis Catoni Tusculum fuit, Arpinum Ciceroni; *civitatis*, qualis utrique Roma; quomodo ad hanc sententiam pertinet exemplum Atticorum, *priusquam* ex agris in urbem se conferrent, id est, cum unam tantum naturae patriam haberent, illam alteram civitatis adepti nondum essent? P. MANUCIUS.

Ibid. *Priusquam Theseus eosdem migrare ex agris*] *Paullus Manucius* legit, *postquam Theseus eos demigrare ex agris.* Et ad primae voculae mutationem quod attinet, cum eo facit *Petr. Faber*

hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias; unam naturae, alteram civitatis: ut ille Cato, cum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. Ita, cum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus; habuit alteram loci patriam, alteram juris: ut vestri Attici, priusquam Theseus eos demi-

ad Acad. II, 36. posteriorem vero *διόρθωσιν* recepêre *Turnebus* et *Lambinus*. Malim *postquam Theseus* eos demum *migrare ex agris*. Rem sic narrat *Valerius Maximus* lib. V. c. III, 3. ext. *Detrahe Atheniensibus Thesea; nullae aut non tam clarae Athenae erunt: siquidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit, separatimque et agresti more viventi populo amplissimae civitatis formam atque imaginem imposuit.* Ne plura veterum loca cumulem facit *Joan. Meursius:* is enim hoc, ut solet, accurate praestitit in Thesei sui cap. 17. DAV.

In Astu] Athenas. Videas licet interpretes ad *Corn. Nepotis* Themist. cap. 4. IDEM.

Symphradas] Satis notum est Thesea tradi primum auctorem popularis administrationis fuisse in Attica, et coëgisse regionis illius incolas in unam urbem, cum ante per suos quosdam popolos, id est, *δήμους* per agrum Atticum sparsi essent: etsi sunt qui ad Menesthea hoc factum referant. Sed in populari administratione *φρατρίαι* gentilitatis quaedam fuere conjunctiones, quibus familiae conservarentur. Itaque legendum *συμφράτιδας* vel *συμφάτριδας* (nihil enim interesset) plane statuerem, si inducere animum possem, ut hoc verbo esse usos veteres crederem. Nam eos qui essent quasi gentiles, id est, *τῆς αὐτῆς φρατρίας*, *συγγενεῖς* nominasse reperimus, non *συμφράτιδας*. Et hujus tamen etiam vocabuli origo manifesta illa quidem est; nec forma, ut existimo, omnino aliena. Sed etiam hoc in medio, de quo amplius quaeratur, relinquamus. Nam, quod quibusdam *εὐπατρίδας* placuit, vereor ne mutatum audacius existimari possit. CAM.

Ibid. Et Sunii *erant iidem* et *Attici*] *Sunii* vox duabus mihi de causis suspecta est; primum quod a Sunio Suniensis deduci debebat non Sunius: deinde quod in omnibus veteribus libris *Symphradites*, licet mendose, pro *Sunii* scriptum reperitur. Quid si *Symphratores* legas? et ita exponas Tribules Athenis, priusquam Theseus etc. cum ex ea tribu nomen habuisse in qua censebantur, tum Atticos etiam eosdem nominatos fuisse. Verbi gratia, *Δημοσθένης Παιανιεὺς Ὀλόρου*. URSINUS.

Ibid. Et Sunii *erant iidem* et *Attici*] Sic a multis annis editur. Attamen ne minime quidem dubito quin vitiosa sit haec lectio: nam, quod *Ursinus* etiam notavit, non *Sunii*, sed *Σουνιεῖς*, erant dicendi. *Stephanus: Σούνιον*; *δῆμος Λεοντίδος φυλῆς — Ὁ δημότης, Σουνιεύς*. *Ascensius* repraesentavit *Symphratides ex Atticis*, unde *συμφρεάτιδας* finxit, *Joach.* vero *Camerarius συμφράτιδας* vel *συμφάτριδας*. *Paullus* denique *Manucius* conjecit, *συμφράτορας esse ex Atticis.* At harum vocum nulla satis est Graeca, et *civis Atticus* Atheniensem denotat, ut ex Comicis aliisque liquet. Vide *Platonem* de Legg. I. 1. p. 595. G. Harleian. pr. exhibet et *symphaantidem* et *acticis:* reliqui et *symphrantidem*, vel et *sui phrantidem*, *ex Atticis.* Cogitabam *et sui vici*, vel *pagi*, *erant iidem*, *et Attici:* nec a sen-

grare ex agris, et in astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit, et Sunii erant φράτορες iidem et Attici: sic nos et eam patriam dicimus, ubi nati, et illam, qua excepti sumus. Sed necesse est caritate eam praestare, quae reipublicae nomine universa civitas est: pro qua mori, et cui nos totos dedere, et

su forsan aberrabam; licet quae fuerit Tullii manus, ῥητῶς dici non queat. Certe tradunt scriptores Atticam *vicatim* et κατὰ κώμας ante Thesei tempora fuisse habitatam. Adi *Valerium Maximum* lib. V. cap. III, 3. et *Isocratem* in Helenae Encom. pag. 311. Dav.

Ibid. Et Sunii erant iidem et Attici] Est a Victoriana et Turnebiana; quam imitatae sunt quoque aliae. prius erat, *et symphradas ex Atticis*. De qua lectione consulatur et Camerarius et *P. Manutius*. nam mss. nostri mirifice variant, alludunt tamen admodum emendationi illi duumvirorum. Grut.

Sic nos et eam patriam dicimus] Ita dedimus cum Goer. et Sch. post Ern. et Wagn. et ita Codd. W. et M., omnes Goerenzii et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Paris. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm. Comm. Bip. *Ducimus* post Victorium dederunt Grut. Dav. Verb. — In seqq. Ed. Sturm. utraque male habet *charitatem; Mr.*

In qua reip. nomen et *universae civitatis est*] Vel sic legendum, ut edidi; vel ita, ut emendatum est in codice Memmiano, *quae populi Rom. universi civitas est.* Lamb.

Qua reip. nomen universae civitatis est,] Pal. tert. *quam* R. P. tert. *quae* reip. *nomen universae civitatis* adepta est. Lambinus, *in qua reip. nomen et univ.* annotat tamen extare in Memmiano, quae populi Romani *universi civitas* est. Nostram lectionem recepere Victorius, Turnebus, Manutii. Grut.

Ibid. Qua Reip. nomen universae civitatis est] Palatinorum unus habuit, *quae Reip. nomen universae civitatis* adepta *est*. Alius e Pall. Balliol. Paris. Reg. et Harleian. sec. dant, *quam R. P. nomen universae civitatis est*. Lego *quae populi Romani est*. P. R. populum Romanum, R. P. rempublicam denotat; unde factum ut hae voces passim confundantur. At olim non *nomen universae civitatis*, sed *nomen immensae civitatis* scriptum videtur, idque fuit glossa. In codicibus certe manu exaratis *universus immensi* locum saepissime tenet. Dav.

Quae rei publicae nomine universa civitas est] Sic scripsimus ex emendatione Wyttenbachii, qui in scholis addit: Eandem sententiam expressit Cic. de Offic. I. 17. praecipue §. 57. 58. *Sed cum omnia rationi animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior, quam ea, quae cum re publica est unicuique nostrum.* — Ubi cf. Beier. p. 136. Goerenzius ab emendando manus abstinuit, cum infinita paene corrigendi facultas praebeatur, nulla vero conjectura satisfaciat: cujusmodi sunt: *quae Reipubl. nomine universae est; quae Reip. Romanae universae civitas est.* Igitur ea verba in glossemate posuit, Schützius plane ejecit. Quod probat Handius in censura editionis Goerenzianae. Ern. se nullam, quae satisfaceret, correctionem reperisse fatetur. Wagnerus Lambini correctionem in notis, nihil monens, amplexus est; in contextu nolens, ut videtur, vulgatam reliquit. Ad

in qua nostra omnia ponere et quasi consecrare debemus. Dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit, quam illa, quae excepit. Itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo.

illud *in qua*, (ut recte monet Goer.) ex Ciceronis more requirebatur certe *inest* pro *est*. Codd. MSS. (praeter M., quod notavimus) et Edd. vett. in vulgata conspirant, quam non facile quis commode explicaverit. *Mr.* — Cf. etiam Schütz. Lex. Cic. in *caritas*, ubi (praeter Cic. de Off. I. 17.) de Orator. II. 27. laudatur ad usum vocis *passivum* confirmandum. *Cr.*

Pro qua mori] Cod. H. *amori*. Tum Cod. Cr. *omnia nostra*, contra Ciceronis usum. Ibid. in seqq. legitur *ea est* pro *est ea* Edd. Ascc. *esse hanc meam* pro *hanc esse meam*. Quae sequuntur: *Itaque ego hanc meam esse patriam prorsus nunquam negabo*: haec ut glossam censerem, Goerenzii rationibus non sum permotus; Bene enim cohaerent cum praecedentibus. Nam cum dixerit: *dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit*, fatetur quidem, se, ut civem Romanum, Romam praeferre, seque, si quis interroget, cujas sit, Romanum esse potius dicturum, quam Arpinatem; neque vero, pergit, ego unquam negabo, hanc (Arpinum) meam esse patriam, in qua natus sum. Post *negabo* in Codd. MSS. et Edd. vett. sequuntur haec: *dum illa sit* (Codd. Cr. et W. Copp. Victt. b. *sit illa*) *major*, *haec in ea contineatur. Habet civitates duas*, *sed unam illam civitatem putat*. Edd. Ascc. *Sed illas unam c. p.* Copp. Victt. b. *sed illas et unam*, *illam c. p.* Posteriora, ut vides ex nota Camerarii quae sequitur, jam dudum merito pro inepto glossemate habita, eaque jam ejecta sunt in Ed. Paris. 1538. quae habet primum Turnebi commentarium; itemque in Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Gothofr. Sturm. Brut. Sed priora habent usque ad Wagnerum omnes, ejecerunt autem, ut inepta, Goer. et Sch. quos sequi non dubitavi, praesertim cum et absint a nonnullis libris MSS. et lectio ipsa in iis libris, ubi sunt, non sit constans. Ernesto jam fuit hic locus admodum suspectus, neque quid sani ad eum defendendum attulit Hülsemannus. *Mr.*

Habet civitates duas, sed illas unam civitatem putat] Haec verba plerique libri non habent. Et recte quidem. Nam quis non videt inculcata esse in contextum disputationis *Ciceronianae* de diligentis lectoris annotatiuncula, qui veluti summulam illius sibi in margine annotasset? Id quod et alibi accidisse animadvertimus. Camer.

Ibid. Et haec in ea contineatur] Pal. abiiciunt *et* et potest abesse. Aldus senior post *haec* novum orditur sermonem; item Victorius. At enim Turnebi editio attexuit, *contineatur*, *quas jus habet civitatis*, *et unam illam civitatem putat*, Camerarii vero, *contineatur. Habet civitates duas sed illas unam civitatem putat.* quorum verborum nullus apex in mss. nostris. Grut.

Ibid. Haec in ea contineatur]. Vulgo *et haec*. Sed conjunctionem delevi, quod eam libri non agnoscant. Post has autem voces in Paris. Reg. Eliens. Balliol. et Harleian. pr. adjicitur, *Habet civitates duas, sed unam* illam *civitatem putat*. Sic etiam Med. Harleian. sec. et Ven. 1471. nisi quod melius *illas*, non *illam*, repraesentent. Haec autem glossema sunt apertissimum; cujus generis exempla protulimus ad *Caesaris* B. G. II. 33. et ad *Hirtii* Bel. Alex.

3. Att. Recte igitur Magnus ille noster, me audi-
6. ente, posuit in judicio, cum pro Balbo tecum simul diceret, rem publicam nostram justissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conservatores exstitissent: ut jam videar adduci, hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam. Sed ven-

cap. 63. Quin et ea *Gruterus* a suis Codicibus abesse testatur. *Hadr.* quidem *Turnebus* edidit, *haec in ea contineatur*, *quae jus habet civitatis*, *et unam illam civitatem putat.* Acumen autem Criticum frustra vir doctissimus exercuit, cum librariorum additamenta nonnihil mutata verbis intulit Tullianis. Dav.

Cap. III. §. 6. *Recte igitur Magnus ille noster*] i. e. Cn. Pompeius Magnus, qui simul cum Cicerone Lucium Cornelium Balbum in judicio defendit. Ciceronis adhuc exstat oratio. *W.* Pro *audiente* Cod. W. *audiende.* Ad v. *posuit* Graevius in marg. Ed. Comm.: *ponere: dicere.* — Quod jam dixit Turn. *Mr.*

Cum pro Ambio] Quis hic *Ambius* fuerit, ignoratur: neque pro eo Ciceronem aut Pompeium dixisse comperimus; utrumque autem pro Balbo, pro quo extat luculenta *Ciceronis* oratio. Itaque reposui *Balbo*, approbante *Maffaei* libro scripto. P. Manuc.

Ibid. Cum pro Balbo tecum] *Manucii* fidem secutus, sic edendum curavi; qui se ita scriptum reperisse in *Maffaei* libro testatur. Nam libri alii veteres habent partim *pro Ambio*, partim *pro Avidio.* Unde *Turnebus* noster conjecturam fecit legendum *pro Gabinio.* Alii, *pro P. Oppio:* alii *pro Ampio* malunt legi. Lamb.

Ibid. Cum pro Avidio *tecum*] Malui istud, quia placuit Victorio, quem scio usum libris edecumatae antiquitatis; sicque extat in membranis *S. Victoris;* nam pall. servant vulgatum *Ambio.* Sunt, qui legant *Albio* sunt, qui Balbo, quod haerere in Maffaeano asseveravit *P. Manutius.* nec deest, qui legat *Oppio*, aut *Ampio*, vel denique *Appio.* Turnebus divinabat *Gabinio.* Grut.

Ibid. Cum pro Balbo] Vulgo *pro Avidio*, quod firmat *Car. Stephani* MS. At nostri Gruterianique *pro Ambio.* Cum autem *Maffaei* liber *pro Balbo* repraesentet; hanc equidem lectionem cum *Manucio Lambinoque* lubens recepi: nam Pompeium pro Balbo dixisse patet ex *Ciceronis* Orat. pro eodem cap. 1. Dav.

Cum pro Balbo] Codd. quoque nostri *Ambio.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. *Ambio*) habent *Albio;* Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Comm. Gothofr. *Ambio;* Edd. Paris. Sturm. 2. Verb. *Avidio*; Sturm. 1. *Audio.* Lamb. et rell. *Balbo.* — In seqq. pro *justissimas*, Copp. Victt. b. *justissimam.* A Cod. eod. abest *duo*, a Copp. Victt. b. et Cod. H. *sui.* Ad v. *huic municipio* Wytt. haec: »i. e. Arpino habendam esse »gratiam, quod ex eo exstitissent »duo rei publicae Romanae con»servatores, alter Caius Marius, »qui Cimbros et Teutones devi»cit, alter M. T. Cicero, qui rem »publicam ex Catilinae conjura»tione liberavit.« *Mr.*

Ut jam videar adduci, *hanc quoque — esse patriam tuam*] Non male se habet haec lectio. Paris. tamen Eliens. Med. et Harleian. pr. habent *ut jam* videam *adduci.* Forsan rescribendum, *ut jam* videam me *adduci; hanc quoque — esse patriam tuam.* Dav.

Ut jam videar adduci] *Vi-*

tum in insulam est. Hac vero nihil est amoenius: ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et divisus aequaliter in duas partes latera haec alluit, rapideque dilapsus cito in unum confluit, et tantum com- b. plectitur, quod satis sit modicae palaestrae, loci. Quo effecto, tamquam id habuerit operis ac muneris, ut

deam quidem nostros quoque Codd. occupat, et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Brut. Sed hoc me non movet, ut cum Dav. *videam me probem.* De hac constructione monuit Rath. ad Cic. de Divin. I. 18. p. XVIII. sq. Pro *ut jam* Cod. H. et Copp. Victt. b. *utinam;* vocem *jam* omittit Cod. M. Tum dedimus cum Goer. *procrearit* pro *procreavit*, ex Codd. nostris Cr. W. et H. et Copp. Victt. b. assentientibus Edd. Asc. 1. 2., quae habent *procreaverit.* Schützius quoque, ut ex annotatione ejus videmus, Goerenzium sequi voluit, sed in verborum serie reliquit *procreavit.* Pro *patriam* Cod. W. habet *causam,* sed punctum huic voci superscriptum est, quo mendum inesse declaratur. Tum post *patriam* delevimus *tuam*, quod sensum turbat, quia, ut recte ait Goer., ambigue ponitur *patria* quasi sit: *patriae instar nobis esse judicandum.* Et abest ea vox a tribus Goerenzii Codd., qui eam primus omisit, et Schützium assentientem nactus est. Verba *Sed ventum* etc. in Cod. Cr. Marco adscribuntur, quem verbis *Est vero ita* excipit Atticus. Non multo melius ab Ern. et Sch. haec Quinto tribuuntur, quia videlicet Ern. supra cap. I. §. 2. servavit *primum* pro *potissimum. Mr.*

Sed ventum in insulam est] Cod. Cr. non habet voculam *in. Mr.*

Ut *enim hoc quasi rostro*] Omnino reponendum, *Etenim hoc quasi rostro* etc. Dav.

Ut enim hoc quasi rostro] Pro *finditur*, quod unice verum est, Cod. M. habet *scinditur* et ita Edd. Asc. 1. 2.; Ed. Comm. *fingitur*, Ed. Verb. *funditur.* Ernestus et Goer. in ed. min. probarunt Davisii *etenim*, hic in orationis seriem recepit. Sed in ed. maj. recte vulgatam restituit, dicens *ut* esse mirantis, quod item vidit Rathius. *Mr.* Ad hanc metaphoram de fluminibus adhibe Eustathium in Odyss. XIII. vs. 408. p. 524. Basil. *ἧς (Ἀρεθούσης) λέγεται καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἐρᾷν, καὶ τὸ ἐκ Πελοποννήσου τέμνοντα ἕως καὶ εἰς Σικελίαν πέλαγος, παρ' ἐκείνην φοιτᾷν, γλυκὺν ἐραστὴν ἁλμυρῷ θαλάσσης ὕδατι ἀμιγὲς τὸ ῥεῖθρον φυλάσσοντα.* Ad rem cf. Kelsall in the Classical Journal nr. XLVI. p. 270. sqq. *Rostrum* dicitur quod alibi *lingua, cervix,* docente J. Fr. Gronov. Diatrib. in Statii Silvv. p. 295. sq. ed. Handii. *Cr.*

Latera haec alluit] Cod. Cr. *litera.* Cod. M. pro *alluit rapideque* habet *aliud impediteque. Mr. Dilabi* recte dicitur Fibrenus, quia bifariam labitur, i. e. insula illa in medio relicta, duplici torrente praeterfluit. *W. Quod satis sit* dicitur pro *quantum satis sit.* Lamb. edidit *quoad s. s.* Sed ipse noster Tusc. V. 32. *his apposuit tantum, quod satis esset nullo apparatu.* Alios legere *quantum* scribitur in marg. Edd. Lamb. Gothofr. et Verb. sed recte monet Rathius, illud nusquam reperiri. In seqq. pro *habuerit* Cod. M. *habuit. Mr.*

Operis ac muneris] De hac formula et similibus vid. Schwarz. ad Plin. Paneg. cap. LXXV. pag. 372. *Cr.* Pro *efficeret* habent *ef-*

hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem, et, quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius, Liremque multo gelidiorem facit. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim; quod in Phaedro Platonis facit Socrates.

fecerit septem Goerenzii et nostri Codd. Cr. et H.; in Cod. W. est *efficerit*, in Cod. M. *effeceret*, in Copp. Victt. b. *effecirit*. Tum Cod. H. post *praecipitat* lacunam habet, quasi absit *se*. Ad hunc usum vocis *munus* vid. Cic. de Div. I. 32. 71. *Mr.*

Quasi in familiam patriciam venerit] Neque Goerenzii et Schützii auctoritate, neque librorum trium, in quibus est noster Cod. Cr., permotus sum, ut vulgato verborum ordine relicto scriberem *patriciam familiam*. Quod enim dicit Goer., vim sententiae adjectivo adhaerere, id valeret ad verborum ordinem mutandum in oppositione expressa, veluti: *ex plebeja in patriciam familiam*. Hoc vero loco *familiam patriciam* idem valet, ac si dicat: *in familiam, quae sit patricia*; neque vero id vult: *in patriciam familiam, neque vero in plebejam*. Et servant reliqui libri omnes vulgatum ordinem. In talibus rebus nonnunquam, quod pace viri cl. dixerim, argutatur Goerenzius. — Cod. M. habet *infamariam*. Ed. Ald. *patriam*. De forma Accusativi *Lirem* vid. Schneider. Lat. Formenlehre I. p. 215. sq. *Mr.* — Eleganter h. l. Tullius *venerit*, quod alibi dicitur *adlegi* in patriciam familiam s. inter patricios. Sueton. Othon. cap. 1. Vitell. cap. 1. et saepiuscule in marmoribus v. c. ap. Gruter. p. 393. 6. Gud. p. 3. 9. 125. Plura exempla collegit Marini in Atti de' Fratelli Arvali II. p. 804. *Cr.*

Amittit nomen obscurius] Hujusmodi est illud Ovid. Fast. Lib. IV. v. 337. de duobus fluviis, Tiberi et Almone:

Est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit ab amne minor. *W.*

De recentiore horum fluminum appellatione vid. ad Turneb. comment. add. — Pro *ullum* Copp. Victt. b. et Cod. H. *illum*, a Cod. M. hoc vocabulum plane abest. Pro *attigi, cum* Cod. H. *atticium*. Ed. Asc. 2. *flumen unquam attigi*. *Mr.*

Quod in Phaedro Platonis facit Socrates] *Plato* in Phaedro pag. 338. Ἥγε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. Ad hunc locum noster respicit. Dav.

Quod in Phaedro Platonis facit Socrates] Locus Platonis est in Phaedr. p. 230. Steph. p. 8. sq. Bekker. Ibi Socrates, nudis pedibus fluvium Ilyssum ingressus, similiter de ejus geliditate dicit. — Adde Cic. Epist. ad Quint. Fr. I. 3. *Ego ex magnis caloribus — in Arpinati, summa cum amoenitate fluminis, me refeci ludorum diebus*. *Cr.* Mox pro *est vero ita* Cod. M. habet *est nec ita*. *Mr.*

Sed tamen huic amoenitati — Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit.] Necesse est ut fluvius fluvio comparetur, non flumen amoenitati: itaque *Petrus Ciacconius* ita putat legendum, *Sed tamen huic amoenitate — Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit*. In Oratione pro Deïotaro [cap. 10.] *Quam nemini in illa caussa studio et*

M. Est vero ita: sed tamen huic amoenitati, quemadmodum ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit. Q. Est ita, ut dicis. Cave enim putes Attici nostri Amaltheo pla- 7.

cupiditate concedere. Ergo Thyamis ille Epiri fluvius Fibreno non concedet amoenitate. Paullo post: *M. Quorsum istuc?* legendum videtur. *Att. Quorsum istuc?* nam persona proxima *M.* est. Et infra, *A* pueris enim, *Quinte, didicimus*, si in jus vocet, *atque ejusmodi alias, leges nominare.* Discebant enim pueri, ut alibi *Cicero* ait, leges XII Tabularum tanquam carmen necessarium: erat autem lex XII. Tabb. hujusmodi, *Si in jus vocet, si morbus aevitasve vitium escit* etc. *Agellius* lib. XX. cap. 1. Et legem tunc, ut etiam nunc, JCti ex primis ejus verbis notabant sic, L. SI. IN. JUS. VOCET. URSIN.

Ibid. Quam *ex Quinto saepe audio*] Inepte, si ad amoenitatem referatur. Potius referendum videtur ad id quod sequitur de Thebano Epirote, et pro *quam* legendum *quemadmodum.* Quam vocem ita scimus a librariis nonnullis apice superimposito contrahi solere, ut interdum vel *quam* vel aliud simile, potius quam *quemadmodum*, significare videatur. P. MANUC.

Ibid. Thyamis Epirotes] Sic restituit hunc locum *Adr. Turnebus* Adversar. lib. XI. cap. 16. LAMB.

Ibid. Thebanus *Epirotes*] Nihil variant nostri, quam quod S. Victoris *Thenanus*, Turnebus lib. XI. Advers. cap. 16. emendat *Thyamis*, quod recepit in contextum Lambinus. GRUT.

Ibid. Sed tamen huic amoenitati, quam *ex Quinto saepe audio,* Thebanus *Epirotes tuus* ille *nihil opinor concesserit*] Quasi Marcus *ex* Quinto discendam putarit suorum praediorum amoenitatem! Hanc, ut opinor, ἀτοπίαν sensit *P. Manucius;* quapropter legit, *quemadmodum ex Quinto saepe audio; Lambinusque* simul ac *Aldus* nepos sic ediderunt. Sed a Codicibus nimium quantum recedit ista conjectura. Quinetiam *Hadr. Turnebo* Advers. XI. 16. et *Pet. Ciacconio* placet *Thyamis Epirotes.* Thyamis autem est Epiri fluvius; et eleganter, ut putant, Thyamis Fibreno, amnis amni, comparatur. At non tam flumen cum flumine, quam fundus cum fundo confertur; iis igitur accedo quibus arridet *fundus Epirotes,* totumque locum ita rescribo, *Sed tamen huic amoenitati,* QUEM *ex Quinto saepe audio* FUNDUS *Epirotes tuus,* TITE, *nihil, opinor, concesserit.* De fundi potestate vide Digg. lib. 1. Tit. XVI. leg. 211. DAV.

§. 7. *Sed tamen huic amoenitati, quemadmodum* etc.] Ita scripsimus cum Schützio, qui recte secutus est Manutium et Lambinum. Quomodo enim opus sit, ut Marcus a Quinto amoenitatem Fibreni *audiat* i. e., si Goerenzio credimus, *laudatam audiat*? Goer. enim nescio quam elegantiam in hac verbi *audire* significatione deprehendit, quae, quamvis adferat locum ex II. Acadd. 2. 4., non inest in verbo, sed in tota loci sententia. *Quemadmodum* pro *quam* scripserunt etiam Aldus nepos et Alemannus, probavitque Brutus; neque vero, si scribitur *quemadmodum*, verbum *opinor* otiosum est, ut existimabat Wagnerus. *Thyamis* recepimus post Lamb. Wagn. Bip. Goer. et Sch. probante Wyttenbachio in Scholis. Habebat enim Atticus multos in Epiro fundos, in iisque amoe-

tanisque illis quidquam esse praeclarius. Sed, si videtur, considamus hic in umbra, atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, revertamur. M. Praeclare exigis, Quinte; (at ego effugisse arbi-

nissimam villam Amaltheum vel Amaltheam, per quam dilabebatur fluvius Thyamis. Aliam expromsit sententiam Turnebus in primo ad hos libros commentario, ubi »Si »nihil est mendi, ait, aut *The-* »*banus* fundi nomen est, qui in »Epiro erat: aut, quod melius »forte, nomen proprium est. Quam- »vis, si quid audendum est, liben- »tius *Eros*, cujus in Epistolis ad »Atticum saepe mentio est: aut »*Erotes*, ut in epistola quadam »lib. 15. ad Atticum, hic legerim. »Vide num *fundus Epirotes* le- »gendus sit.« Ern. se ad Davisii sententiam applicat, dicens: »Da- »visius malebat *quem — fundus* »*E. i. t.* [Dav. *tuus, Tite*], cui »aptius est *Epirotes*, quod non »videtur flumini satis convenire, »et, ut sequentia docent, magis »fundus cum fundo, quam fluvius »cum fluvio comparatur.« Rathius totum locum ita refingi volebat: *Sed tamen huic amoenitate, quem ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille* etc. Primam emendationem cum Goer. non necessariam dixerim, alteram, *quem*, non plane rejecerim. *Quem audio*, ait R., sic h. l. dicitur, ut I. 1. *saepe a me lectus.* — *Amoenitate* vult etiam Corradus in Quaestura p. 350. ed. Ern. — *Thebanus* habent Codd. nostri et Edd. vett. omnes. Pro *Epirotes* in Cod. W. scribitur *Epyrotes*, in Cod. M. *vel* pro *nihil*, ibid. mox *est enim ita — Attice noster.* Cod. W. *diceris* pro *dicis*, sed literis *er* puncta subscripta sunt. In Cod. Cr. item legitur *Attice noster*. In toto hoc loco Hülsemannus violenter versatos esse viros doctos judicat, quippe qui, ut omnia intelligere viderentur, librorum MSStorum consentientes lectiones mutaverint. — Tale quid saepe factum esse non nego. Sed in nominibus propriis quantum quotiesque a librariis omnibus peccetur, non opus est, credo, ut doceam. — Ad formulam *Est ita, ut dicis*, cf. Cic. de Rep. I. 10. p. 30. *Tum Scipio, sunt ista, ut dicis;* ubi vid. A. Maj. *Mr.*

Emathio] Ita pal. tert. nam quart. *Emachio*. Turnebi vetus *Emathyro*, emendabat idem *Amaltheo;* propter ea quae scribit Cicero 1. ad Atticum; idque in contextum receperunt Lambinus, Aldus Nepos, alii. Grut.

Ibid. Attici nostri Amaltheo] Vulgo *Emathio;* nec aliter plerique Codices. Quin et reliqui non longe discedunt, qui vel *Ematicio* vel *Emathyro* repraesentant. Nos vero jure doctissimum *Turnebum* sequimur, quod fecerunt etiam *Lambinus, Aldus* nepos, et alii. De Amaltheo vide lib. 1. ad Atticum Epp. 13. et 16. Dav.

Amaltheo] Cod. Cr. *ematio*, H. *emathyo*, Copp. Victt. b. *Ematheo*, W. et M. *emathio*. Edd. vett. ut duo posteriores, nisi quod Edd. Ascc. 1. 2. habent *Aemathio*, Ed. Comm. *Amalthio*, quam scriptionem praefert Goer., cum omnes libri MSS. in *i* consentiant et Cic. graecum *ει* promiscue per *e* et *i* transferat. Et scribit certe v. c. in Ep. ad Att. 1. 16. *Ariopagus*, mox *Aratio* et similiter saepissime. *Amaltheo* dederunt etiam Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch.; *Amalthaeo* male Morab. In seqq. Cod. M. *ex quo* pro *ex qua*. *Mr.*

Et tibi nihil horum deberi potest] Puto non longe a veritate abesse lectionem quam subjeci, SED *tibi nihil horum deberi potest.*

trabar:) et tibi horum nihil deberi potest. Q. Ordire igitur: nam hunc tibi totum dicamus diem.

M. *A Jove Musarum primordia,* —

sicut in Aratio carmine orsi sumus. Q. Quorsum

Jocatur enim *Cicero;* ut dicat promissorum esse valde memorem fratrem et ea solere exigere, neque pati ut diutius debeantur. Sic etiam secundam Tusculanam clausit: *Cras ergo ad clepsydram;* (*sic enim dicimus*) *sed tibi hoc video non posse deberi.* CAMER.

Et tibi horum nihil deberi potest] Cod. W. *ubi* pro *tibi*, quae vocabula facillime permutabantur, cum literae *i* non inscriberetur punctum. Vocem *et* non esse sollicitandam recte monuit Goer., quia ponatur in affirmatione pro *sane.* Cur vero dixerit, Davisium voluisse *sed*, cum plane nihil de lectione mutanda monuerit, nescio; nisi forte Camerarii notam Davisio tribuit. Edd. Asc. 1. 2. habent *nihil eorum*, Copp. Victt. b. *nihil horum. Mr.* Exquisite hoc dictum est, pro: *Tu es acerbus exactor debiti, ut tibi primo quoque tempore hoc debitum solvere debeam.* Vid. Cic. ad Att. Lib. IV. Epist. 2. *Itaque oratio juventuti nostrae deberi non potest. W.*

M. *Ab Jove musarum primordia* etc.] Sic legendum est, non ut vulgo, *majore musarum primordio* etc. quam lectionem tueri, desipere est. Non est autem haec, quam secutus sum, *Turnebi* conjectura, aut emendatio: sed ita jam impressum fuerat a *Colinaeo* viginti novem abhinc annos. LAMB.

Ibid. M. *A Jove Musarum primordia*] MSSti corruptissime dant *majore Musarum primordio.* Sic et *Ascensius* edidit; ut *Victorius* locum primus emendasse videatur. Nec sane res fuit admodum difficilis. *Aratus φαινομένων* initio:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα —

Huc respicit *Quinctilianus* Inst. Orat. X. 1. *Aratus*, inquit, *ab Jove incipiendum putat;* eademque verba leguntur apud *Theocritum* Eidyll. XVII. 1. *Gregorius* Nazianzenus Orat. 1. *Τάξις ἀρίστη παντὸς ἀρχομένῳ καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι.* Pariter Charondas sanxit *τῶς βουλομένως καὶ πράττοντάς τι ἀπὸ Θεῶν ἄρχεσθαι*, quod tradit *Stobaeus* Serm. 42. p. 289. Vide sis Interpretes ad *Virgilii* Eclog. III. 60. et Aen. XI. 301. *Th. Gatakerum* ad *Antonini* VI. 23. ac *Macrobium* in Somn. Scip. 1. 17. DAV.

A Jove Musarum primordia] Codd. quoque nostri in prava lectione, *Majore musarum primordio*, conspirant, nisi quod omnium corruptissimus M. habet *majorem missarum* (en monachum de *missa* somniantem) *primordia.* Prava tamen illa lectio defensorem nacta est Brutum, qui, laudata Turnebi emendatione pergit: »Sed idem »tamen censeo non male vulgatam lectionem retineri posse. »Etenim et *ab Jove ordiri* et *majore primordio* ordiri in eandem »dici sententiam et recte et ordi»ne posse intelligo.« Nostram lectionem jam exhibent Edd. Paris. Sturm. Lamb., marg. Gothofr. Comm. et eandem plane se in vetere libro reperisse testatur Car. Steph., cujus editioni parum sibi exploratae, immerito, ut jam monuimus, debitam negavit laudem Ernestus. *Mr.* Cicero adolescens latine vertit carmen Arati, quod hodieque Graece totum exstat, Latine ex versionibus Ciceronis et altera, postea facta, Germanici Caesaris partim. *W.* Cf. nunc Cic. de Rep. I. 14. p. 42. Ad rem vero

istud? M. Quia nunc itidem ab eodem et a ceteris Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda pri-
8. mordia. Q. Optime vero, frater: et fieri sic decet.
4. M. Videamus igitur rursus, priusquam aggrediamur ad leges singulas, vim naturamque legis, ne, cum referenda sint ad eam nobis omnia, labamur

consimilis est locus ibid. I. 36. p. 92. sq. *Imitemur ergo Aratum, qui, magnis de rebus dicere exordiens, a Jove incipiendum putat. L. Quo Jove? aut quid habet illius carminis simile haec oratio? S. Tantum, inquit, ut rite ab eo dicendi principia capiamus, quem unum omnium deorum et hominum regem esse omnes docti indoctique uno ore consentiunt. Mr.*

Sicut in Aratio carmine] Paris. et Reg. *sicut in* narrationis *carmine.* Lege, *sicut in Aratio* NOS *carmine orsi sumus.* Dav.

Sicut in Aratio carmine] Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sturm. Brut. Gothofr. habent *Arati*, Edd. Ern. Bip. Wagn. *Arateo.* Cod. H. Edd. Paris. Lamb. Comm. Dav. Verb. *Aratio.* — Pro *itidem* Cod. H. *item*, eamque vocem plane omittit Cod. M. Copp. Victt. b. habent *idem.* Vocem *a* ante *ceteris* non habent Codd. Cr. W. Edd. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm.; sed praestat reliquorum librorum lectio. Cod. Cr. habet *ceteris aliis diis*, supervacuo glossemate in orationis seriem recepto. *Mr.*

Cap. 4. §. 8. *Ne cum referenda sint*] Male Cod. Cr. *cum ne.* Vocem *referenda* interpretatur Wyttenb. *accommodanda*, *dirigenda.* Pro *sint* Goer. in duobus libris invenit *sunt*, quod hoc in contextu non esse dicit contemnendum. Quod si vero ea sunt contemnenda, quae plane non sunt latina et grammaticae legibus adversantur, illud *sunt* quam maxime est contemnendum, et vel invitis libris esset corrigendum, si in Ciceronis hunc orationis contextum irrepsisset. Una Indicativi excusandi ratio esset, si Goer. diceret *quum* h. l. idem esse, quod *quandoquidem.* Vid. Schelleri Gramm. Lat. major. p. 650. et J. G. Vossium de Arte Gramm. L. VII. p. 226. qui laudat Cic. ad Fam. 13. 24. Sed hoc ipsum, quod singularia quaedam loca laudari debent, ut probetur, ita dici posse, satis est argumenti, ex uno libro MS. ejusmodi locutionem non esse commendandam. *Mr.*

Labamur interdum errore sermonis, *ignoremusque vim* sermonis *ejus*] *Sermonis errore labimur.* Tusc. V. 19. Ne quid aliud dicam, mihi parum credibile fit, *Tullium* ita balbutisse, ut vocem *sermonis* in tam paucis verbis repeteret. Lege, supervacuo vocabulo deleto, *labamur interdum errore, ignoremusque vim sermonis ejus. Modestinus* Digg. lib. XXXIII. Tit. II. leg. 19. *Si eo proposito fecit, ut alter nudam proprietatem haberet,* ERRORE LABITUR. *Valerius Maximus* lib. VI. cap. 1. 4. *Cum praesertim non libidine, sed* errore lapsus *videri posset.* Pari modo *labi per errorem* dixit noster ad Quintum Fratrem III. 9. Dav.

Labamur interdum errore sermonis] Uncinis liberavimus vocem sermonis, ut fecerunt Wagn. Goer. et Sch., quamvis Davisii rationem probaverit Ern. Ambiguitas enim oriretur; quae major etiam fieret, si in seqq. pro *quo* reciperes Wagneri conjecturam *qua*

interdum errore sermonis, ignoremusque vim sermonis ejus, quo jura nobis definienda sint. Q. Sane quidem, hercle, et est ista recta docendi via. M. Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatum, nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quid-

(sc. *lege*). Nam unusquisque hoc, quod recte monuit Goer., ad *vim* traheret. Repetitionem autem vocis *sermo* ne improbes, cf. Cic. de N. D. II. 30. ib. Cr. p. 328. Wytt. haec verba ita explicat: »i. e. ne cum vulgo *loquamur*, et »legem aut jus appellemus illud, »quod vulgo sic appellatur, nec »re vera est.« — Pro *jura* Cod. M. *nra* i. e. *natura* v. *nostra*. Pro *sint* Crat. Herw. Brut. habent *sunt Mr.*

Sane quidem, hercule, est ista recta docendi via] Vulgo *sane quidem, hercule :* et *est ista* etc. Nos Paris. et Reg. sequimur. DAV.

Sane quidem, hercle: et est ista etc.] Primum restituimus ex Codd. nostris Cr. W. et H. et Copp. Victt. b. Edd. Paris. et Comm. antiquiorem scriptionem *hercle*, quod item fecit Goer. ex quatuor suis. Tum reddenda erat Ciceroni particula *et*, immerito a Dav. ejecta. Est enim ex usu Ciceronis, et servatur a libris MSS. et Edd. tantum non omnibus. Abest ea vocula nonnisi ab Asc. 1. Sturm. et Cod. M. Pro *recta* Ed. Asc. 2. habet *recte*. Pro nomine *Marci*. Cod. W. habet vocem *Tu;* quod vocabulum ex male lecto scripturae compendio ortum est. Alibi autem in hoc Cod. nomina colloquentium non sunt adscripta. *Mr.*

Legem neque hominum ingeniis etc.] Vide supra lib. I. cap. 6. DAV.

Legem neque hominum ingeniis] Pro priore *neque* Cod. M. habet *ne*, pro posteriore *nec*, in Cod. W. scribitur separatim *ingeniis*. Vox *aliquod* abest a Cod. Cr.; pro *sed* in Cod. H. est *quod*, ut in Copp. Victt. b. Ad v. *aeternum quiddam* Wytt. haec: i. e. lex naturae, de qua dixit Lib. I. cap. 6. In hanc rem praeclarus est Plutarchi locus, quem latine versum laudavit Engelbr. p. 22. nos Graece exhibebimus. Est in libro *Ad principem ineruditum* cap. III. p. 91. Opp. T. XII. ed. Hutten. *Τίς οὖν ἄρξει τοῦ ἄρχοντος; ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων,* (*ὥς φησι Πίνδαρος* — cf. Pind. Fragmm. ed. Heyne T. III. 1. p. 76—80.) *οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένος, οὐδέ τισι ξύλοις, ἀλλ' ἔμψυχος ὢν ἑαυτῷ λόγος, ἀεὶ συνοικῶν καὶ παραφυλάττων, καὶ μηδέποτε τὴν ψυχὴν ἐῶν ἔρημον ἡγεμονίας. Mr.*

Ita principem legem] Cod. W. *Itaque*, cui nullus liber adstipulatur. Cod. H. *dicebat* pro *dicebant*. Evanuerat videlicet lineola literae *a* superscripta. Verba *ratione cogentis* cum Goer. ex usu formulae *ratio cogit* [cujus plane alia est ratio] ita interpretatus esset: »Facientis, ut omnes, qui »ratione sunt praediti, quae sunt »rationis, necessario probare et »sequi teneantur« — merito eam interpretationem improbavit Beierus ad Cic. de Off. III. 5. 23. p. 219. »Imo satis, dicens, sententiam su»am ipse Tullius modo ante decla»raverat: legem esse aeternum quid»dam, quod *universum mundum* »*regeret* imperandi prohibendique »sapientia. Intelligitur ergo *divi»na necessitas*, i. e. naturalis vis, »ratione praedita, omnium rerum »dominans. V. Lactant. I. 5. 20.

dam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut
p. 171. a. cogentis aut vetantis Dei. Ex qua illa lex, quam Dii humano generi dederunt, recte est laudata: est enim ratio mensque sapientis, ad jubendum et ad deterren-

»sq.« Engelbronnerus qui l. c. p. 25. sine dubio ex memoria laudavit locum nostrum, scribens *jubentis* pro *cogentis* quia in fine cap. scribitur: *apta ad j u b e n d u m et ad vetandum.* Ceterum ille ad nostrum locum haec adnotavit: »Cf. Diog. Laërt VII. 8. Euseb. Praep. Evang. Lib. XV. cap. 15. Cic. de N. D. I. 14. 15. — *Ὅτι δὲ ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεύς ἐςιν, οὐδὲ τοὺς αντίποδας λέληθε· πανταχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν· καὶ Διὸς δ ἐτελείετο βουλή· τὸν Ὅμηρον εἰρηκέναι, φησὶν, ὀρθῶς, ἐπὶ τὴν εἱμαρμένην ἀναφέροντα, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν, καθ' ην πάντα διοικεῖται.* Verba sunt Plutarch. de Repugn. Stoic. XXXIV. p. 385. T. XIII. Opp. ed. Hutt. Ceterum Stoicos de deo magnifice omnia sensisse et dixisse, ex eorum reliquiis colligere licet et luculenter apparet ex illo eximio uno omnium maximeque sublimi Cleanthis Hymno. Multa argute commentus est Moshemius, in notis ad Cudworthi Syst. intellectuale, ut divinitatem ejus deprimeret. Sed dicere vix possum, quam frigidum mihi omne illud acumen acciderit, postquam animus ex lectione Cleanthis Hymni incaluisset.« Cf. etiam ad h. l. Cic. de Rep. III. 22. p. 251. *Mr.*

Ex qua *illa lex — recte est laudata*] Prius illud pronomen nec ad *mentem* nec ad *legem*, ut videtur, sensu commodo referri potest. Itaque legerim *ex* quo *illa* lex — *recte est laudata.* Vide lib. II. ad Attic. 10. et infra cap. 5. Dav.

Ex qua illa lex etc.] Vid. nostrum librum I. c. 6. et 7. — Mox Cod. M. *quam de h u m a n o g e n e r e.* Pro *jubendum* Cod. Cr. *videndum*, tum Cod. M. *detrahendum;* Cod. autem Cr. omittit *idonea.* Quarum lectionem cave unam probes. Pro *tactus* glossam *tractatus* habent in verborum serie Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., sed in lectt. varr. habent eaedem lectionem probam. In Cod. M. scribitur *aliquotiens*, tum *venis. Mr.*

§. 9. *Ne aestus nos consuetudinis absorbeat*] Eleganti metaphora dicitur de fluxu et refluxu maris, quibus homines inviti alluuntur. *W.* Laudat Vict. in Copp. a. Ciceronis Brut. [c. 81. extr.] ubi est: *Sed hunc quoque a b s o r b u i t aestus quidam insolitae adolescentibus gloriae.* — Pro *a parvis enim* Copp. Victt. b. Codd. H. et W. habent *Apertius enim*, Cod. M. *Apparuisse mihi.* Cod. Cr. *Aptius* Verba ita explicat W. i. e. *a prima pueritia didicimus formulas legum, veluti hanc.* — Ita noster infra II. 23. *Discebamus enim pueri XII., ut carmen necessarium, quas jam nemo discit. Mr.*

Si in jus vocat *atque ejusmodi alias; leges* etc.] secutus sum pal. quart. neque abibat tertius, nisi quod is, *atque ad ejusmodi* etc. quid quod sic quoque praecierit mihi Aldus avus et Nepos; ut nimirum Tullius principium modo legis laudarit. Sequentes editiones adjecere: Vocat atque eat, *ejusmodi* etc. quo ICtis nonnullis crucem fixerunt. Certe Cajacius lib. VII. Observ. c. 16. legere

dum idonea. Q. Aliquoties jam iste locus a te tactus 9.
est: sed ante quam ad populares leges venias, vim istius caelestis legis explana, si placet; ne aestus nos consuetudinis absorbeat, et ad sermonis morem usitati trahat. M. A parvis enim, Quinte, didicimus, SI IN JUS VOCAT, atque ejusmodi alias, leges nominare.

capitur, VOCAT, NEI EAT. Carrio contra defendit alterum lib. II. Emendat. cap. 12. *atque* enim idem esse, quod *statim*, quod ipsum triginta aliquot ante annos prodiderat Turnebus. GRUT.

Ibid. Si in jus vocat, *atque ejusmodi alias leges nominare*] Sic edidit *Gruterus*. Codices autem fere dant, *si in jus vocat, atque eat*, vel *ad*, *ejusmodi leges alias vocare.* Unde *Victorius* MSStorum lectionem tantum non exhibens edidit, *Si in jus vocat atque eat*, *ejusmodi leges alias nominare.* Sic et *Lambinus*, nisi quod *ejusmodi alias leges* dederit. *Iac.* vero *Cujacius* Observ. VII, 16. reponendum suspicatur, *si in jus vocat nei eat: ejusmodi* etc. Ipse legerim SI IN JUS VOCAT, ATQUE EAT, *ejusmodi* alia, *leges nominare.* Voces litteris majusculis expressae verba sunt legis Decemviralis. Vide *Jac. Raevardum* ad XII. Tabb. c. 5. *Car. Sigonium* de judiciis I, 18. et *Joan. Vinc. Gravinam* de Jure Natur. pagg. 227, 228. *Atque*, quod *Turnebus* monuit, hoc in loco *statim* significat; et hanc illius particulae vim dudum notârunt *Agellius* X, 29. *Servius* ad Georg. I, 203. et *Nonius*. Adi sis etiam *Casp. Scioppium* Susp. Lect. lib. III. Epist. 8. et *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* XXVI, 39. DAV.

Si in jus vocat etc.] Vide ad h. l. excursum nostrum quartum ad calcem libri. *Mr.*

Et hoc et *alia jussa*] Vulgo et *haec.* Sed recta est ea ratio, quam suppeditant Paris. Reg. Eliens. Harleian. pr. sec. et editio pervetus; noster enim respicit ad illud scitum, *si in jus vocat*, *atque eat;* cujus antea meminerat. DAV.

Et hoc et alia jussa] *Hoc* pro *haec* habet MS. Guelf. et alii apud Davisium, idque res postulat: refertur enim ad illud unum: *Si in jus vocat. Ern.* Lectionem *haec* reperi in nullo Cod. MS. nisi in Cod. M. Septem quoque Goerenzii probam lectionem servant. Sed in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Comm. Lamb. Gothofr. Verb. est *haec*, quod tuetur Hülsemannus, sed rationibus minus idoneis. *Mr.*

Vim non *habere*] Vulgo deest particula negans, nec eam nostri Codices agnoscunt. Nihilo tamen minus auctoris mens suadebat, ut editiones *Victorii Turnebique* sequerer: *Tullius* enim vim, de qua loquitur, non a legibus scriptis, sed a mente divina, deducit. *Aristoteles* Polit. lib. III. cap. 9. *Ὁ νόμος συνθήκη, καὶ, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυήτης ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' ΟΥΧ ΟΙΟΣ ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας.* Similiter *Aristo* Chius: *Leges*, *inquit*, *ut faciamus quod oportet* NON EFFICIUNT, et *quid aliud sunt quam minis mixta praecepta*? Apud *Senecam* Epist. 94. p. 445. DAV.

Vim non habere] Abest particula *non* a Codd. nostris, quamquam salvo sensu abesse non potest. Goer. eam reperit in uno Cod., nos in Edd. Paris. et Comm. — In seqq. Cod. H. et Copp. Victt. b. exhibent *civitatium*, de qua Genitivi forma jam supra monuimus. Ad vocem *Dei* intellige, *Jovis*, cu-

Sed vero intelligi sic oportet, et hoc et alia jussa ac vetita populorum, vim non habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi: quae vis non modo senior est, quam aetas populorum et civitatum, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei. Neque enim esse mens divina sine ratione po-

jus nomen ponitur in fine capitis. *Mr.*

§. 10. *Neque enim esse mens* etc.] Recte monet Wagn., hanc de Deo notionem inter Graecos inde a Socrate promulgari coepisse, laudans Morgensternii V. Cl. librum de Platonis Re publica p. 150. — 155. Wagnero etiam vox *divina* post *ratio* praeter necessitatem suspecta visa est. Quae sequitur vox *esse* ponitur post *mens divina* in Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. et H. Vett. Edd. in vulgato ordine conspirant. *Sanciendis* est jubendis et vetandis. *Sancire* autem legem, est eam addita poena firmare. Cf. quod laudavimus Lexicon Iurid. p. 1042. sq. Pro *habere* est *habet* in Copp. Victt. b. Pro *sanciendis* Cod. M. habet *sanctiendis*, idem mox omittit *nec* et pro *hostium* exhibet *oi* quod significare videtur *omnium*. Tum Cod. Cr. *asisteret;* idem *a tergo*, omisso *que*, pro quo in Cod. W. est *quoque*. Pro *juberet* Cod. M. *jubet*. *Mr.*

Idcirco minus Coclitem illum *rem gessisse* tantam *fortitudinis*] Videtur legendum *tantae fortitudinis*, ut est in MSSto. Ursin.

Ib. Sic et Med. noster. At perperam. Lego vero, *Coclitem* illam *rem*, prout etiam *Victorius* edidit. Dav.

Coclitem illum] Horatii Coclitis factum a Cicerone etiam Parad. 1. 2. in exemplum memoratur. Scriptionem *illam* merito cum Goer. improbat Sch. Pro *Coclitem* in Cod. M. ridicule legitur *Codicem*, ibidem *regere* pro *rem*, denique *tantae* pro *tantam*, quod item est in sex libris apud Goer., et Copp. Victt. b. neque tamen commendandum fuit ab Ursino. Cod. Cr. habet *gesisse*, Cod. W. *gessxisse*. Ut h. l. dicitur *fortitudinis lege*, ita graece ἀνδρίας νόμῳ. — Pergit Cod. M. *nec non regnante — erit probe scripta*, ab eodem abest *Sextus* et pro *Tricipitini* legitur ibidem *tripiñe*. Pro *regnante Tarquinio* in Ed. Paris. est *regn. Sex. Tarquinio*, in Ed. Comm. *regn. L. Tarquinio*. Cod. W. *illam* non habet ante *legem*, sed idem exhibet *Sex. Tarquinius ille;* ultima tamen vox puncta habet subscripta. In seqq. Cod. H. *profecti rerum natura*, omisso *a*. Pro *quae* in Cod. M. est *qui*. Ad rem cf. supra I. 6. *Mr.*

Quae non tum demum] Vulgo *denique*. Nos MSStis Paris. et Reg. paruimus. Dav.

Non tum denique] Restituimus lectionem librorum MSS. tantum non omnium, eamque exquisitiorem. Unus noster Cod. M. habet *demum; Denique* est in Codd. Cr. W. H., in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw., in Edd. Car. Steph. Paris. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm. Comm. Praetulerunt idem Verb. Ern. Wagn. Goer. et Sch. itemque Ochsnerus in notis ad Oliveti Eclog. Cic. p. 70. Locis ab eo laudatis, videlicet Tusc. I. 13. III. 31. de Fin. I. 19. III. 22. extr. de Sen. 23. ad Qu. Fratr. I. 1. 10. de Universo 6. 8. de Invent. I. 14. bis. Adde de Orat. II. 77. 315. Pro *incipit* Cod. W. *incepit*. *Mr.*

Orta autem est] Ita scripsimus ex Copp. Victt. b. Codd. W.

test, nec ratio divina non hanc vim in rectis pravisque sanciendis habere: nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, a tergoque pontem interscindi juberet, idcirco minus, Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege atque imperio, putabimus: nec si regnante

et H., ut legitur etiam in Edd. Cod. Cr. Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Gothofr. Sturm. ponitur post *simul*, in reliquis nostris post *orta*. Goer. et Sch. cum abesse vidissent voculam istam in duobus Codd. MSS., plane abjecerunt eam. In quo vereor, ut aures usu Ciceroniano tritos potius, quam memoriam, quae illius voculae omissae exempla suppeditabat, consuluerint. Ad sententiam explicandam Wytt. haec: »Hoc non ita accipiendum est, ac si mens divina et summus Deus aliquando orti fuisse existimentur: sed dicitur per metaphoram, hanc legem *aeque aeternam* non magis ab initio ortam esse, quam ipsum Iovem. Hic enim solus ab omni aeternitate fuit, et ad omnem aeternitatem erit, mundumque creavit, qui est civitas deorum et hominum. Hoc est Stoicorum placitum.« In fine capitis Cod. Cr. perperam *ad evitandum, ratio est recte summi Iovis*. *Mr.* *Summi Iovis* i. e. ὑπάτου Διός, solemni formula. Cf. Spanhem. ad Callimach. Hy. in Iov. p. 71. v. 91. Est haec in fine cap. Chrysippi sententia q. v. apud Cic. de N. D. I. 15. 40. p. 70. ed. nostr. ubi vid. Annott. p. 67—70. Add. Baguet de Chrysippo p. 207. *Cr.*

Cap. 5. §. 11. *Ut quod est rectum, verum quoque sit*] Paris. Reg. et Eliens. *verumque sit*. At perperam. Mihi tamen, fateor, suspecta est lectio recepta; non enim id egit Marcus, ut *rectum* esse *verum* probaret, sed ut recti legem demonstraret sempiternam. Qua de causa velim legas, *ut quod est rectum*, AETERNUM *quoque sit*. DAV.

Ut, quod est rectum, verum quoque sit] *Verum* pro certo et stabili dici, jam Wopkensius monuit Lectt. Tull. p. 154. Ita *veritas* dicitur eodem sensu apud Cic. de N. D. I. 15. p. 70. ed. maj.: *sempiternam rerum futurarum veritatem*. Idem sentiunt Rath. Wagn. Hülsem. Goer. et Sch. — Wyttenb. de h. l. ita: »*Rectum* et bonum refertur ad actiones: *verum* refertur ad cogitationes. Igitur *rectum* i. e. juris, justi, aequi, officii, fontes positi sunt in vero, et ejusdem sunt necessitatis et aeternitatis. *Honestum*, tanquam genus, continet tres partes, verum, pulchrum, bonum: et huic omnia, quatenus appetenda aut fugienda sunt, subjiciuntur. Vid. Stoicorum decretum apud Cic. de Fin. Lib. III. cap. 8. item apud Senecam Epist. 118. extr. In communi quoque sermone *verum* usurpant pro *recto* et *justo*. Vid. interpretes Horatii Lib. I. Epist. 7. in fine, ad illud: *Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est*.« Pro *verum quoque* Codd. Cr. W. H. et M. habent *verumque*; sed Edd. vett. recte in vulgata conspirant. In Copp. Victt. h. est *verum sit*. — Quod sequitur *aut* ante *oriatur* abest ab Edd. Paris. et Comm. contra Codd. MSS. auctoritatem. *Mr.*

Item, cum in homine est, perfecta est in mente sapientis] Locus haud parum vexatus, quod vides ex notis Turnebi, Lambini, Gruteri et Davisii; nos plures etiam

Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura, et ad recte faciendum impellens, et a delicto avocans; quae non tum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tum,

lectiones afferemus; sed prius videndum de libris. *Item* habent Codd. nostri omnes, itemque Edd. vett. Vocem *in* omittit Cod. W.; vocem *est* post *perfecta* non habet Cod. H. In Edd. Asc. 1. 2. haec ita leguntur, ut nos edidimus, sed nulla addita distinctione; Edd. Crat. et Herw. nostram quoque distinctionem habent, quod item fecerunt Ern. Dav. Wagn. Goer. et Sch. Post *perfecta* posuerunt distinctionem minorem Car. Steph. Ald. Sturm. Gothofr. Brut. Rath. Sed in Ed. Paris est: *item quod in homine est, perfectum est in mente sapientis.* Ibique Turneb. in commentario primo: »Legendum: *ita quod in homine est perfectum, est in mente sapientis:* ut sit sensus: quemadmodum lex omnium praeclarissima, »divina, est in mente summi numinis: ita quoque humana in »mente sapientis. In aliis legitur: »*Ita quae in homine est perfecta, est in mente sapientis.* Quae lectio etiam placet.« In Ed. Comm. legitur: *item cum in homine est perfectum in mente sapientis.* Lambini lectionem vides in ejus nota. Brutus, qui post perfecta distinguit, haec addit: »Ego lectionem »vulgatam retineo. Nihil enim verius esse videtur, quam eum »hominem sapientem esse, in quo »homine perfecta lex absolutaque »est, quae eadem est sapientia habenda.« Schefferus ait: »Sententia haec est: sicut summa lex »est in mente divina, ita eadem »est in mente sapientis summa perfectaque, quando est in homine.« Verb. cum Grutero edidit: *item, cum in homine est perfectum, est in mente sapientis.* Rathius, Sturmii distinctionem (quam apud eum solum reperiri existimat) probans, ita sensum explicat: »Summa haec »lex, si in homine non inchoata »ponitur, sed perfecta, in mente »sapientis est.« Idem Aldum exhibere ait: *item quod in homine est perfectum, est in mente sapientis.* Wagn. nostram lectionem ita explicat: »i. e. eodem modo, »quum in homine lex est, ea perfecta reperitur in mente sapientis. Cf. I. 6.« Quam ego explicationem verissimam puto. *Mr.*

Cum in homine est perfecto, et in mente sapientis] Sic legendum necessario est: nam vulgata, *cum in homine est perfecta, est in mente sapientis*, ferri non potest et qui eam tuentur, λήρους ληροῦσι, μᾶλλον δὲ παραφρονοῦσι. Lamb.

Ibid. Cum in homine est perfecta, est in mente sapientis] Haec est lectio recepta, quam et mire probat Turnebus, reperique in Pall. et Fabr. ipse edidit, *est perfectum in mente.* Quod et exstat in S. Vict. expressitque editione sua P. Victorius. Lambinus multa interjicit de suo, et nobis ludos facit. Grut.

Ibid. Ita *cum in homine est,* perfecta *est in mente sapientis*] Vulgo, *Item cum in homine est perfectum, est in mente sapientis.* Lectionem et distinctionem, quam damus, praestant Paris. et Eliens. quibus accedunt reliqui fere MSSti. Idem vult noster, quod sic extulit, I, 6. *Lex est ratio summa insita in natura — Eadem ratio, cum est in homi-*

cum orta est. Orta autem est simul cum mente divina. Quamobrem lex vera atque princeps, apta ad jubendum et ad vetandum, ratio est recta summi Jovis.

Q. Assentior, frater, ut, quod est rectum, verum 5.
quoque sit, neque cum litteris, quibus scita scribun- b.
tur, aut oriatur aut occidat. M. Ergo, ut illa divina 11.

nis mente confirmata et confecta, Lex est. Non igitur erat cur *Lambinus* emendaret, *item, cum in homine est perfecto* et *in mente sapientis.* Renituntur enim Codices, nec res ipsa talem mutationem postulat. Dav.

Varie et ad tempus descripta populis favore etc.] Sic uno consensu. Vict. et Turnebus, secutusque est Aldus Nepos. Nam Lambinus adhaesit vulgatae, *variae et ad tempus scriptae, populi favore.* Pal. quart. exhibet *variae et ad tempus descriptae, populi favorem magis quam legum nomen tenent*, cui et suus quoque sensus. Grut.

Quae sunt autem varie et ad tempus] Cod. W. non habet *et*, idem cum Codd. H. et M. *variae* et cum Codd. iisdem *descriptae populi;* in Cod. Cr. est *scriptate populi* [an voluit: *scripta e populi favore magis quam re —? Cr.*] *Variae* et *scriptae*, seq. dist. min., tum *populi* est in Edd. Asc. 1. (sine dist.) 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Brut. Car. Steph. Lamb. Gothofr. In Ed. Paris. est, ut nos edidimus, itemque in Ed. Comm., nisi quod haec habet *variae.* Gebhardus dedit: *quae sunt autem varie et ad tempus descripta populi, s i favore magis*, etc. et ita etiam Verb. Ern. Wagn. Goer. et Sch. cum Dav. faciunt *varie — descripta populis*, servantes. Engelbronnerus l. c. p. 12. subtimide conjecit: *Quae sunt — descripta populis j u s s a. favore etc.* collato loco §. 11. *et injusta populis j u s s a descripserint. Mr.*

Favore magis quam re *legum nomen tenent*] Equidem censuerim, si scita, quae memorat noster, vel alia quacunque de caussa leges *vocantur*, ea *re* legum *nomen* tenere. Lego *favore magis quam* jure *legum nomen tenent.* Qui MSStos trivere, *quam jure* in *quam re* non difficulter posse mutari nôrant. Dav.

Favore magis, quam r e, legum nomen tenent] Solus Ern. probavit Davisii emendationem, eamque ingeniosam appellavit Goer. Neuter tamen eam recepit. Et merito. Ut enim h. l. *re* ponitur pro *re vera* et *favori* opponitur, ita noster de N. D. III. 21. 53. *qui hos*, ait, *deos ex hominum genere in caelum translatos non r e, sed o p i n i o n e esse dicunt.* Vocem *re* omittit Ed. Ven. 1492. et Cod. noster M. *Mr.*

Constat profecto etc.] Cod. H. *constant.* Pro *civitatumque* Cod. M. *civitatisque*, idem habet *et quietam*, ut est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm. et pro *hominum* est *omnium* in Edd. Ald. Lamb. Gothofr. Sturm. Brut. et Car. Steph. *Mr.*

Conditas *esse leges*] Paris. et Reg. *initas.* Vulgo *inventas.* Nec ea sane vox est incommoda. Sic *inventoris juris* dicit *Amm. Marcellinus* XXVII, 9. et *legum repertores* Quinctilianus Inst. Orat. II, 16. Siquidem vero *conditas* praestant Eliens. Balliol. Med. Harleian. pr. sec. et editio pervetus; non est cur illam lectionem rejiciamus. *Livius* III, 34. *Tum legibus condendis opera dabatur.* Pariter in Codice *Justinianeo* lib. I. Tit. XIV. leg. 3: *Leges — missae*

mens summa lex est, item, cum in homine est, perfecta est in mente sapientis. Quae sunt autem varie et ad tempus descripta populis, favore magis, quam re, legum nomen tenent: omnem enim legem, quae quidem recte lex appellari possit, esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent. Constat profecto

a nobis ad venerabilem coetum oratione conduntur. Vide sis et ejusdem Tituli leg. 12. Dav.

Inventas esse leges] Restituimus *inventas* cum Ern. Wagn. Goer. (ex tribus Codd.) et Sch., cum Cicero nullo alio loco *condere leges* dixerit, quamquam ejus rei saepe fuisset occasio. *Conditas* est in Codd. Cr. W. et H.; *initas* in Cod. M. *Inventas* est in Edd. Paris. Comm. Grut. Verb. Ceterae Edd. in voce *conditas* conspirant, quam cum Goer. glossam esse, ex seriore loquendi usu receptam, existimamus. Ad rem conf. Cic. de Rep. IV. 3. p. 276. sq. *Mr.*

Qui primum ejusmodi etc.] *Sanxerunt* pro *sanxerint* male exhibent Edd. Car. Steph. Ald. Sturm. Brut. Lamb. Gothofr., cum tamen mox in eodem sermonis contextu recte servaverint *descripserint.* — *Ostendisse*, ait Wytt., est i. q. *promisisse*, quod mox dicitur *polliciti professique sint.* — Pro *ea se* legitur *se ea* in Ed. Comm.; minus bene. *Mr.*

Quibus illi *adscriptis susceptisque*] Pall. et Fabr. et S. Vict. *illis ascriptis*, notavitque Gulielmius, *a* litteram puncto signatam. Mihi edita satisfacit. Grut.

Quibus illi] *Illis* etiam reperi in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In Ed. Verb., nescio an operarum errore, est *illa. Mr.*

Quibus illi adscriptis *susceptisque*] *Lambinus* reponit, *quibus illi ascitis* vel *acceptis*, *susceptisque.* Nec prior ejus conjectura displicet. Cum tamen Pall. Fabric. S. Victoris, Balliol. aliique libri dent *illis ascriptis*, mihi potius legendum videtur *quibus illi* subscriptis *susceptisque*, id est ratis habitis, et assensu confirmatis; haec enim est Methaphorica *subscribendi* potestas *Columella* lib. I. cap. 2. *Quod si voto fortuna* subscripserit, *agrum habebimus salubri coelo. Valerius Maximus* lib. IV. cap. III, 9. *Atque huic animi ejus judicio Q. Fabius Gurges, N. Fabius Pictor, Q. Ogulnius* subscripserunt. Vide, si placet, ejusdem libri cap. VII. 4. et lib. VIII. cap. XII, 6. ext. Dav.

Adscitis] Ita post Ern. Bip. Wagn. Goer. (qui hanc lectionem in Cod. Brux. reperit) et Sch. dedimus ex conjectura Lambini. Libri nostri in vulgata conspirant, nisi quod in Cod. Cr. separatim legitur *a scriptis.* Pro *honeste beateque* Cod. M. *honeste beneque*, Edd. Paris. et Comm. *honesti beatique*, quae videtur esse Turnebi correctio, quamquam nihil de corrigendo loco monuerit. Pro *sanctaque* est *sancitaque* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. Sed duae posteriores in lectt. varr. habent vulgatam. *Mr.*

Eas leges videlicet nominarunt] Paris. Reg. et Med. *nominarent;* ac ita *Victorius* edidit. Mihi sane perplacet recepta lectio, si modo reponas, *Ea leges videlicet nominarunt.* Dav.

Eas leges videlicet nominarunt] Non me movet neque Davisii auctoritas, neque Rathii disputatio, ut contra omnium librorum auctoritatem et optimorum scriptorum usum *ea* reciperem. Quam rem cum suo more satis copiose

ad salutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam et beatam, inventas esse leges; eosque, qui primum ejusmodi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque viverent: quaeque ita composita sanctaque essent, eas leges vi-

tractaverit Wopkensius Lectt. Tull. p. 31, non est, quod plura addam; laudabo tantum Wassium et Cortium ad Sall. Cat. 7. et ipsum Rathium ad Cic. Acad. I. 9. ubi videlicet ad Ciceronis verba *hanc illi ideam appellabant* adnotavit: *i. e. hoc illi εἰδέαν appellabant.* Quasi vero haec sit emendatio! Vide modo Goerenzium ad eundem locum, qui est apud eum Acad. I. 8. 30. p. 49. sq. — Pro *nominarunt* est *nominarent* in Codd. Cr. W. H. M. Edd. Asc. 1. 2. Paris. et Comm. Perperam. *Mr.*

Injusta populis jussa descripserint] *Iussa*, ait Ern., glossam sapit, atque delendum, saltem *jura* corrigendum videtur. — Wagnerus dicit: »*jussa* bene habet: nam et »*scita*, quae item populi demum »subfragiis fiunt, paullo ante auctori »et latori legis tribuit. Causa hujus »novi usus est in brevitate, quam »toto hoc libro sequitur Cicero, »quum alioqui fusius dicendum »fuisset: *qui injusta descripserint*, »*quae deinde populus suis subfragiis jusserit.*« In quo ego certe Ciceronis manum non agnoscerem. Goerenzius Ciceronem *jura* non scripsisse credit, quia videlicet ab ejusmodi oxymoris abhorreat. Egone huic credam, an ipsis Ciceronis exemplis, quorum satis magnum numerum collegit G. I. Vossius in Institutt. Oratt. L. V. c. 12, 7. p. 409. sq. ex Laelio, Bruto, Philippicis, Verrinis, Catilinariis et Divinatione? Haec certe probant Vossium l. c. dicere potuisse: Cicero hoc schemate gaudet. Ego vix manum abstinui a corrigendo. *Mr.*

Quam polliciti professique sint etc.] Pro *quam* Cod. H. *quom*; pro *quidvis* Cod. Cr. *quid jus*, cujus erroris origo manifesta est. *Mr.*

Et juris legendi] Ita Turnebi editio. Nam Victorii et *vim legendi*, communis lectio, *juris colendi*; cui assentitur pal. tert. sed quart. habet *et jurulenti*. GRUT.

Ibid. *In ipso nomine legis interpretando inesse vim* et *sententiam justi* et *juris* legendi] Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. aliique Codices multi dant *justi* et *juris* COLENDI. Sed editionem *Turnebianam* merito secutus est *Gruterus*. Accedunt fere Pal. quart. Paris. et Reg. in quibus est *justi* et JURULENTI. Supra I. 6. Legem *illi Graeco putant nomine a suum cuique tribuendo apellatam; ego nostro a* legendo: *nam ut illi aequitatis, sic nos* DELECTUS *vim in lege ponimus*. QUOCIRCA *G. J. Vossium* scripsisse mireris in Etymologico, »LEX, ut Cicero I. de »Leg. et Varro V. de L. L. testa»tur, ita dicta, quia *legi* soleat, »quo omnibus innotescat.« Et *Varro* quidem lib. V. L. L. pag. 59. ait, *Leges etiam, quae* lectae et *ad populum latae, quas observet.* Sed quod de *Tullio* confirmat, *παρόραμα* quidem est *ἄλλων ἐπ' ἐσθλῶν* facile condonandum; nam in *Legis* etymo noster adhibet *legere*, quatenus *eligendi* vis ei tribuitur. DAV.

In ipso nomine legis interpretando] Cur *interpretando?* ait Ern., immo *in ipso nomine legis* inest vis justi. »Sed bene Wytt. »*interpretando*, ait, i. e. expli-

delicet nominarunt. Ex quo intelligi par est, eos, qui perniciosa et injusta populis jussa descripserint, cum contra fecerint, quam polliciti professique sint, quidvis potius tulisse, quam leges: ut perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim
12. et sententiam justi et juris legendi. Quaero igitur a te, Quinte, sicut illi solent; Quo si civitas careat, ob eam ipsam causam, quod eo careat, pro nihilo

»cando, quum explicationi etiam »etymologia adhibetur, inest vis »et sententia i. e. significatio le- »gendi juris et justi, i. e. voca- »bulum *lex* oritur a verbo *legere*, »i. e. eligere, delectum habere.« Quae est etiam Goerenzii sententia et Schützii. In eandem sententiam disputavit Engelbr. l. c. p. 29. Pro *legendi* male in multis libris est *colendi*, videlicet in Codd. W. et H. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Brut. Lamb. Gothofr. Car. Steph. In Cod. Cr. est *colenda;* Ed. Paris. habet *et vim legendi*, ut Cod. Gud. 2. apud Goer. Ed. Comm. et reliquae inde a Dav. habent, ut nos edidimus. — Pro *illi* Cod. M. *isti*, idem *quod* pro *quo*. *Mr.*

§. 12. *Quo si civitas careat* etc.] Interrogatio habet exquisitiorem compositionem, quia caput rei et interrogationis in fine positum est; quod si in initio ponatur, sententia magis perspicua fit. *W.* — Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *quod si quo civitas careat et ob* etc. Unde conjecit Rathius: *quo si qua civitas careat*. Praeter necessitatem. Verba *quod eo caret* omittuntur in Cod. M. suo loco et reponuntur post *habenda sit*. Cod. H. pro *nihilo* habet *nihil*.— Pro *id estne* Codd. Cr. et H. *idemque*, Cod. W. *idemne*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed utraque haec in varr. lectt. recte *id estne*) videlicet ex male intellecto scripturae compendio. Pro *numerandum* legitur *numeranda* in Cod. M. Post haec Rathius nos legere jubet *ac in maximis quidem*. Quod non magis est necessarium, quam superius *qua*. *Mr.*

Est *ne ob* id *ipsum habenda nullo loco*] Vulgo *anne ob ipsum*. Nostri Codices *ne ob ipsum*. *Victorius* edidit *estne ob ipsum*. Nos editionem *Lambinianam*, jubente latinitate, sequimur. Dav.

Anne ob id ipsum] Obsecutus sum Goerenzio *anne* restituenti pro *estne*, quod in enunciato, negationem innuente, recte [sed minus latine] ait non poni. Et habent *anne* Cod. M. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Sturm. Brut. Gothofr. In Codd. Cr. et W. est *ne*, in uno Cod. H. *estne*. Alterum vero quod facere nos jubet Goer., videlicet ut deleamus *id* ante *ipsum*, quodque ipse fecit, in eo merito non obsequentem nactus est Schützium, qui respicit ad ea, quae modo praecesserunt, *ob eam ipsam causam*, ubi nemo, credo, voci *eam* salvo sensu litem movebit. Quem enim laudat Goer. locum libri nostri 14. 35., ejus alia est ratio. Quae autem loca Wopk. attulit Lectt. Tull. p. 292. ea vel sunt controversa, vel non requirunt additum pronomen demonstrativum, vel, ut sint vera, placere tamen non possunt, quia latinitati adversantur, quae Ciceroni restituenda est, ubi tam facili opera fieri potest. Wytt. quoque probabat additum h. l. *id*. Handius Goerenzianae editionis censor Jenensis (1810. 71.),

habenda sit, id estne numerandum in bonis? Q. Ac maximis quidem. M. Lege autem carens civitas, anne ob id ipsum habenda nullo loco? Q. Dici aliter non potest. M. Necesse est igitur, legem haberi in rebus optimis. Q. Prorsus assentior. M. Quid, quod multa 13. perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quae

probat Goerenzii rationem, ut unice veram. *Mr.*

Habenda nullo loco] Idem est, quod modo dictum erat *pro nihilo habenda.* Est Graecismus *μηδαμοῦ εἶναι*, *nusquam esse*, pro nihili esse, contemni, nihil numerari. *W.* Mox Cod. M. *assentiam*, idem omittit *multa perniciose* et exhibet *asciscuntur.* Codd. Cr. W. et H. et Copp. Victt. b. *perniciosa — pestifera*, et ita Edd. Lamb. Gothofr. Ald. Car. Steph. Brut. Tum Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *leges non attingunt*, ut Ed. Asc. 1. — *Legis nomen non attingunt* est i. q. adeo non sunt leges, ut ne legis quidem nomine appellanda sint. *Mr.*

Quam si latores aliquas concessu suo sanxerint] Locus suspectus, in quo mihi *hiscendi est nulla potestas*, ut loquitur *Lucretius:* nisi dicamus ita videri legendum, *quam* si *leges aliquas perniciosas concessu suo sanxerint:* vel sic, *quam si latas aliquas perniciosas concessu suo sanxerint:* vel sic *quam si latores taleis aliquas concessu populi sanxerint?* Lamb.

Ibid. *Quam si* latores *aliqua* concessu *suo sanxerint*] Legit Gulielmius, *latrones consessu suo*, quod verum videtur: certe praeponendis tribus quatuor coniectaneis Lambini; eodem modo conjecit Lipsius lib. II. Antiq. Lectt. cap. 2. p. 115. Grut.

Ibid. *Latrones aliqua consessu suo sanxerint*] Sic feliciter emendavit *Just. Lipsius* Antiq. Lectt. II. eique conjecturae merito subscripserunt *Janus Gulielmius* et *Jac. Gronovius.* MSSti repraesentant, *latores aliqua*, vel *aliquas*, *concessu suo sanxerint*, quod sensum non parit idoneum. Dav.

Quam si latrones aliqua consessu suo sanxerint] Nostri quoque Codd. in prava lectione *latores* conspirant. Vocem *si* omittit Cod. M.; pro *aliqua* est *aliquas* in Codd. Cr. W. H. sed Cod. M. habet *aliqua*, ut est in Edd. Paris. et Comm. *Consensu* in nullo libro veteri legitur; sed ejusmodi est Lipsii conjectura, ut assensum ei non facile aliquis deneget. Pro *sanxerint* est *sanxerunt* in Edd. Sturm. 1. 2. Lectionem vero *latrones* neque Gulielmo deberi, qui natus est a. 1555., neque Lipsio, a. 1547. nato, inde apparet, quod jam Turnebus in commentario primo, a. 1538. edito, hanc notulam apposuit: *Quidam*, *Quam si latrones aliquas consensu, habent. Mr.*

Nam neque medicorum etc.] Cod. Cr. *nec.* — *Possint* dedimus cum Goer. et Sch., quod ille reperit in tribus Codd. MSS., cum imperfectum tempus ad rationem grammaticam minus probari possit. Hoc sentiens recepit Sturm. in Ed. 1. *possunt*, quod item in marg. Edd. Lamb. et Gothofr. ut conjectura adscriptum est. Pro *quae* in Cod. M. est *qua*, ibidem *peritique* pro *imperitique.* In Codd. Cr. et W. est *imperiti*, omisso *que*, unde probabiliter aliquis conjiciat, vocabulum hoc ex margine, ubi interpretandae voci *inscii* inserviebat, in orationis seriem irrepsisse. Pro *conscripserint* est *conscripserunt* in Copp. Victt. b. Codd.

non magis legis nomen attingunt, quam si latrones
p. 172. a. aliqua consessu suo sanxerint. Nam neque medicorum praecepta dici vere possint, si quae inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint; neque in populo lex, cuicuimodi fuerit illa, etiamsi perniciosum aliquid populus acceperit. Ergo est lex, ju-

Cr. W. H. et M. — Edd. vett. recte in vulgata conspirant. *Mr.* Scholiastes Platonis in Gorgiam p. 89. (ad Cod. Bodlej — Clark. p. 374. b.) *θαυμάζειν, ἐὰν ὁ κατ' ἐπιστήμην ἰατρικὰ εἰδὼς ἔσθ' ὅτε καὶ παρὰ τὸν σκοπὸν τῆς οἰκείας ἐπιστήμης ποιεῖ δειλητήρια* (leg. *δηλητήρια*) *διδοὺς, καὶ κατ' ἐκεῖνο ἀνίατρος ὤν. Cr.*

Neque in populo lex, cuicuimodi fuerit illa, etiamsi perniciosum aliquid populus acceperit] In antiquo est, *Neque in populo lex, cui quid mali fuerit illa, etiam si perniciosum* etc. Ursin.

Ibid. *Cui quid mali fuerit ulla*] Probatur Veneta scriptura, *cuicuimodi fuerit illa.* De vocabulo autem *cuicuimodi* supra diximus. Sed *Cicero* nunc vult, legem perniciosam, quamvis praeclare perlata atque etiam libenter a populo accepta sit, legem tamen dicendam non esse. Camer.

Ibid. *Cuicuimodi fuerit illa*] In omnibus nostris est *cui quid mali fuerit ulla*, vel *illa.* Veram lectionem primus restituit *Petr. Victorius* in lib. III. ad Atticum Epist. 22. Ei corruptioni locum dedit inusitatior paullo vox *cuicuimodi;* de qua vide *Franc. Hotomannum* in Orat. pro S. Roscio cap. 34. et *J. Fr. Gronovium* ad *Agellii* II. 8. Dav.

Neque in populo lex etc.] Cod. Cr. *nam* pro *neque.* — Ern. ad h. l.: »*etiam* ante *si* sine dubio »delendum est.« Idem sentiebat vir doctus in Miscell. Obss. IV. 3. p. 330. Wagnerus vel hoc vult, vel, quod potius ei videtur, *etiam, si* separatim legendum, ut hic exeat sensus: »neque fieri potest, »ut lex, sive justa sive injusta »decernat, etiam tum, si perniciosum adeo aliquid populus acceperit, tamen pro vera lege habeatur.« — Rathius locum sic legi vult: *Neque etiam in populo lex* (repete *ἀπὸ κοινοῦ vere dici posset*) *cuicuimodi fuerit illa, si perniciosum aliquid populus acceperit.* Goer. in ed. min. et maj. verba *etiam — acceperit*, ut spuria, uncinis inclusit. Nimis cupide, Wyttenbachio judice: qui ita ad h. l. in scholis: »Non sunt »inducenda haec verba tanquam »additamentum annotatoris; verbum *acceperit* [pro quo Goer. »desiderat *asciverit*] proprie dicitur de populo, qui legem accepit sponte, non vi, non ut ei »lex obtrusa sit: ita est in seqq. »§. 14.« Audacius etiam Schützius omnia, quae sunt inter *neque* et *acceperit*, ab aliquo adjecta esse existimat, qui putaret illi *neque* ante *medicorum* respondere debere alterum membrum a *neque* incipiens. Ego non dico me admodum desideraturum verba ista; sed si omnia, quae abjecta non desideres, in veterum libris deleta velis, tum licentia grassabitur, neque limitibus poterit circumscribi. — Pro *cuicuimodi* nostri quoque libri MSS. Cr. W. et M. *cui quid mali*, unus vero Cod. H. Victorii conjecturam plane confirmat, ubi ista vox recte legitur *cuicuimodi*, quod exhibent etiam Copp. Victt. b.; unus Goerenzii habet *cui quimodi*, alius *cuimodi*, alius *cujusmodi.* Probam lectionem habent Edd. Car. Steph. Paris.

storum injustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

Q. Praeclare intelligo: nec vero jam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne ap- 6.

Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Eam Wytt. explicat: »*cuicuimodi* dici»tur elegantius et exquisitius pro: »cujuscunque demum modi fuerit.« Pro *illa* est *ulla* in Codd. Cr. W. in varr. lectt. ap. Car. Steph. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Sturm. Tum Cod. M. *perniciosum accesserit. Mr.*

Justorum injustorumque distinctio] Sc. *et hominum et factorum.* Est enim in legis nomine significatio eligendi. Vid. supra cap. 5. et lib. I. c. 6. — *Expressa:* Omnes humanae leges, si vere nomine legis appellandae sunt, debent esse expressae ex lege naturae: veluti numi legitimi debent esse expressi ex archetypo seu forma et sigillo publice constituto. *W.* Pro *expressa* est *expressam* in Codd. Cr. et W.; pro *ac tuentur* est *et tuentur* in Edd. Asc. 1. 2. *Mr.*

Non modo habendam, sed ne appellandam quidem] De hac constructione, nostrum quoque locum laudans, accuratius multisque exemplis allatis, monuit Beier. ad Cic. de Off. III. 29. 105. p. 382. sq. *Mr.*

Cap. 6. §. 14. *Igitur Titias* et *Appuleias leges nullas putas?*] Ubi mendosum aliquid in libris occurrit, primum inspicere diligenter soleo veteres libros, non modo ut litteras omnes, sed ipsam etiam litterarum formam considerem, quo facilius mendi originem deprehendam; deinde si scriptis etiam in libris veritas obscuratur, ad conjecturam confugio, quae magnam saepe lucem attulit; ut hic, nisi fallor. Nam cum in antiquo libro viderem *Tucias* et *Appuleias leges*, putavi suam loco integritatem restitui, si legeretur *Titias* et *Appuleias;* minime dubitans quin eae significentur leges, quas S. Titius et L. Appuleius Saturninus, invita nobilitate, plebis commodo et voluntati servientes, pertulerunt; quas postea Senatus, quod non modo parum utiles Reip., verum etiam exitiosae viderentur, sustulit. Historiae testimonia requirentur. Haec sunto. *Cicero* pro C. Rabirio perduellionis reo [Cap. IX.] *Sext. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus est. Et Valerius Maximus* lib. VIII. cap. 1. *Sext. quoque Titium similis casus prostravit. Erat innocens: erat, agraria lege lata, gratiosus apud populum: tamen, quia Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota concio oppressit.* Libro etiam de Oratore secundo [cap. xi.] hic noster: *Nam et testimonium saepe dicendum est, ac nonnunquam etiam accuratius; ut mihi necesse fuit in Sext. Titium, seditiosum civem et turbulentum. Explicavi in eo testimonio dicendo omnia consilia consulatus mei, quibus illi tribuno plebis pro Rep. restitissem, quaeque ab eo contra Remp. facta arbitrarer, exposui.* Cum igitur constet eodem tempore et amicissimos et tribunos pl. malarumque legum latores fuisse Titium et Saturninum; et cum in antiquo libro scriptum esse videam *Tucias;* non dubito, quin mihi hoc studiosi libenter tribuant, ut *Titias* reponam. P. Manuc.

Ibid. *Igitur Tutias* et *Apuleias*

14. pellandam quidem. M. Igitur tu Titias et Appuleias leges nullas putas? Q. Ego vero ne Livias quidem. M. Et recte, quae praesertim, uno versiculo senatus, puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cujus vim explicavi, neque tolli neque abrogari potest. Q. Eas tu igitur leges rogabis videlicet, quae numquam

leges etc.] Secutus sum lectionem vulgatam; à qua nihil discrepat antiqua: non quod probem, sed quod nihil certi videam, in quo acquiescam. Malim tamen legi, *Tu igitur Sulpicias* et *Apuleias* etc. vel, ut *Pithoeus* Advers. lib. II. cap. 2. *Igitur Turias* et *Apuleias.* Lamb.

Ibid. *Ergo tu Titias et Apulejas*] Scriptura ista vera est; neque aliter codex S. Vict. et ii quos excussit P. Victorius; nisi quod is unitâ dictione *Tutias.* Male, rescribendum enim fuerat veteri ratione litterarum, *tu TIas,* quod valeret *tu Titias.* Bis enim legendum illud *TI* maiusculum; suppeditantque exempla Pandectae Florentinorum. Cur *tu* arbitratus sim requiri, facit responsio Quinti; *Ego vero* etc. Petr. Pithoeus lib. II. Advers. subsec. cap. 2. inclinat reponere *Turias* aut *Torias.* Videantur ibidem rationes ejus minime frivolae. Grut.

Ibid. *Igitur* tu Titias *et Apuleias leges*] Emendatiores MSSti *igitur Tutias;* unde lectionem, quam retinemus, bonis, ut opinor, avibus extudit *Ant. Augustinus.* Eum vide de Legg. pagg. 135. 145. Dav.

Igitur tu Titias et Appulejas leges nullas putas?] Cod. Cr. *igitur tucias et apulegias,* W. *ig. tucias et appulejas,* Cop. Vict. et H. *tucias et apuleias,* M. *tricias et apuleas.* Edd. Asc. 1. 2. Car. Steph. Crat. Herw. Ald. Brut. Gothofr. *ig. tu seias et Apuleias.* Edd. Paris. Sturm. et Comm. *ig. Tutias et Apulejas.* Reliqui ut Dav. Male Rathius in Ed. Davisiana omisit *putas. Mr.* — *Titiae* leges, latae a Sexto Titio, tribuno plebis a. u. c. 654., ad plebem adversus patres incitandam. Vid. Ernestus in Clavi Ciceroniana. *Apulejae* sunt leges latae a Lucio Apulejo Saturnino, tribuno plebis, item ad plebem adversus patres incitandam a. u. c. 652. Conf. Bachius in Hist. Jurisprud. Rom. L. II. c. 2. §. 63. *W.* De legibus Thoriis vid. Appianum de B. C. I. 27. et Schweighaeuser ad eum Annott. p. 688. sqq. De Appulejis videsis eundem Historicum B. C. I. 29. et cf. Ciceron. de N. D. III. 30. ubi: de auro Tolosano, et consule Bachium in Hist. J. R. II. 2. 55. et 63. p. 166. 169. ed. 6. cum de Liviis legibus, tum de Appulejis disputantem. *Appulejus* autem et *Appuleja* geminata litera scribamus oportet, si audiamus viros doctos, quorum sententias laudavit ad Appuleji Metamorph. p. 1. Franc. Oudendorp. et inspice numos ap. Eckhel in Sylloge I. p. 80. et cf. ejusdem D. N. V. Vol. V. p. 140. ut ne plura commemorem. Sed tamen in Gaji Institutt. Comm. III. §. 122. codice quater deinceps scriptum invenerunt viri docti: *lex Apuleja. Cr.* Scriptionem per *p* geminatum firmat etiam Cod. noster W. Et scribitur *Appuleja* in Lexico, quod laudavimus, juridico p. 1249. de Livia vid. ib. p. 1273. sq. de Titia p. 1289. *Mr.*

Ego vero ne Lenias *quidem*] Veneti *Livias.* Camer.

Ibid. *Ego ne* Livias *quidem*] MSSti fere *Levias* aut *Lenias.* Sed recte *Livias* emendarunt:

abrogentur. M. Certe, si modo acceptae a vobis duobus erunt. Sed, ut vir doctissimus fecit Plato, atque idem gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de republica conscripsit, idemque separatim

earum enim lator fuit M. Livius Drusus, Tribunus plebis. Illas *uno versiculo Senatus sublatas* dicit *Cicero*, quod *consilio Philippi consulis* fuerint abrogatae. Vide sis infra cap. XII. et *Ant. Augustinum* de Legg. pagg. 104. 105. DAV.

Ibid. *Ego vero ne Livias quidem*] Prius dixerat, *igitur tu Titias et Apuleias leges nullas putas?* Unde pro consueta loquendi formula dicendum fuit *ego vero Livias etiam.* Sed *nullas* resolvas oportet in *non ullas*, nam ex negativis in orationis membro proximo deduci solet affirmans significatio. Vide lib. II. cap. 27. et *J. Fr. Gronovium* Observ. lib. IV. cap. 2. DAV.

Ego vero ne Livias quidem.] Codd. Cr. W. *nec Levias quidem*, M. *ne Levias quidem*, H. et Copp. Victt. b. *ne Leivias quidem.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *ne Lenias quidem;* reliquae, ut nos exhibuimus. — De hac loquendi forma, quae est σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, loquitur Wopkens. Lectt. Tull. p. 48., ubi noster quoque locus laudatur. Pro *senatus* est *senatis* in Copp. Victt. b. *Mr.* *Liviae* sunt leges M. Livii Drusi, tribuni plebis, boni civis, qui suscepto tribunatu ad senatus auctoritatem tuendam a. u. 632. leges tulit populares, quibus plebs a Gracchorum studio avocata est. Vid. Cic. de Orat. I. 7. III. 1. Bachius in Hist. J. R. II. 2. §. 55. *W.*

Et recte, quae praesertim] Vocem *et* non habet Cod. M. in eodem pro *quae* legitur *quem;* quod si scivisset Rathius, pro sua conjectura supervacanea, *quum*, laudavisset procul dubio. *Uno versiculo*, quod vulgo dicunt *una linea*, recte explicat Ern. formula illa notissima: *Videant consules, ne quid res publica detrimenti capiat.* Vid. cj. indic. Leg. in Clav. Cic. p. 29. Pro *sint* in Cod. W. est *sunt*, pro *rogabis* est *abrogabis* in Cod. M. *Arrogabis* est in contextu Edd. Crat. et Herw. (in varr. lectt. est *rogabis*), et in Ed. Asc. 2.; prima habet ut Cod. M. *abrogabis. Rogare legem*, ait Wytt., i. e. eam in populo proponere; quia magistratus comitia habens populum rogabat, an vellent eam legem; si lex placeret, populus eam *accipiebat* i. e. probabat, assumebat. *Mr.*

Certe si modo acceptae etc.] *Certis* legitur in Cod. M., in Cod. W. *e duobus*, et *nobis* pro *vobis* in Cod. M. Scripsimus *vobis duobus* pro *duobus vobis* cum Goer. et Sch. Bip. Ern. Wagn. et Grut. ex Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. *Mr.*

Sed, ut vir doctissimus fecit Plato, atque idem gravissimus etc.] Malim sic legi, deleto verbo *fecit; Atque ut vir doctissimus, Plato, atque idem gravissimus, omniumque princeps, de rep. conscripsit: idemque separatim de legibus ejus: item mihi credo esse faciendum* etc. Quod autem *Turnebus* legit, *qui princeps de rep. conscripsit*, quosdam libros veteres secutus, ferri non potest: nam falsum est Platonem *principem*, id est, primum de rep. scripsisse, cum multi ante eum scripserint, ut ex *Aristotele* intelligere licet. LAMB.

Ibid. *Ut vir doctissimus* fecit *Plato atque idem gravissimus* philosophorum *omnium*, qui *princeps de Rep. conscripsit*] *D. Lambinus* reponit, *ut vir doctissimus*

de legibus ejus, id mihi credo esse faciendum, ut, priusquam ipsam legem recitem, de ejus legis laude dicam. Quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse video; cum quidem illi non studii et delectationis, sed rei publicae causa leges civitatibus suis

Plato atque idem gravissimus omniumque princeps de Rep. conscripsit. Et vox quidem *philosophorum* deest in Eliens. et Harleian. sec. ac editio pervetus exhibent *omniumque princeps.* At vocabulum quartum, quod expungendum censuit vir ille doctus, in omnibus libris comparet. Revera non est cur a vulgata lectione discedamus, quam praestant *Car. Stephani* vetus, Paris. Reg. Balliol. et Ven. 1471. nam *principem Platonem de Rep. disseruisse* testatur noster infra III. 6. Dav.

Sed, ut vir doctissimus fecit Plato] Pro *Plato* in Cod. M. h. l. et paullo inferius legitur *p̄plo*, et *id* pro *idem.* Handius l. c. existimat, Platonis nomen fortasse glossatori cuidam vel interpreti deberi. Voces *philosophorum* et *qui* omittit Cod. Cr.; *qui* item abest a Cod. W. et in Cod. H. legitur *quae.* In Cod. M. scribitur *seperatim*, ut est in Ed. Davisii Rathiana. Ed. Asc. 1. habet *omnium et princeps.* Ed. Car. Steph. *gravissimus omniumque princeps;* sed idem Car. Steph. ex vetere Cod. eam, quam nos exhibemus, lectionem enotavit. Edd. Brut. et Ald. ut Car. Steph. cum Lamb. Gothofr., qui item nostram lectionem habent in marg. Ed. Sturm. *philosophorum, qui omnium princeps.* Reliquae nihil variant. *Cum scripsit* pro *conscripsit* est in Edd. Car. Steph. (qui nostram lectionem in varr. lectt. exhibet) Ald. Brut. tum Lamb. et Gothofr. qui item nostram lectionem in margine habent. Vocem *ejus* omisit Sturm.; nulla, credo, nisi sua, auctoritate. *Mr. Plato — princeps:* i. e. Plato praecipuus est omnium, et inter primos et antiquissimos eorum, qui de re publica scripserunt; non, ut omnium primus, nec ante eum quisquam, hoc fecerit. Ante Platonem Pythagorei scripserunt de hoc argumento, veluti Hippodamus περὶ πολιτείας et Archytas περὶ νόμου, quorum libri citantur a Stobaeo. *W.* Fuit etiam operis Heraclitei περὶ φύσεως altera pars λόγος πολιτικός. Vid. Fabr. Bibl. Gr. T. I. p. 800. Ed. 3. *Mr.*

Id *mihi credo esse faciendum*] Lege *ita*, vel, ut *Lambinus* voluit, *item mihi credo esse faciundum.* Sin hoc in loco Codicum scripturam retinendam putes, antea reponendum, *quod vir doctissimus fecit Plato.* Certe dicatur oportet, vel ut fecit Plato, ita mihi faciendum; vel *quod fecit Plato, id mihi faciendum.* Dav.

Id mihi credo esse faciendum] Codd. Cr. et H. *faciundum*, Cod. M. *facundum.* Male intellexit locum Lamb. neque melius Ern. et Dav., quorum ille: *id* non con»venit τῷ *ut*, cui respondere de»bet. Credo legendum esse *item*, »ut supra dixit Cicero: sic visum »etiam Lambino.« Recte jam Wagn. animadvertit, *id* non cum comparativa *ut*, sed cum subsequente conjunctione *ut — recitem* [debuit scribere *ut — dicam*] arctius esse connectendum. In eo vero erravit, quod Ciceronem h. l. ideo noluisse *idem* dicere contendit, quia isto vocabulo jam aliquoties his versibus usus fuerit. Imo vero noluit scribere *idem*, quia sequuntur ea, quae ipsi facienda viden-

conscripserunt. Quos imitatus Plato videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. Q. Quid quod Zaleucum 15.
istum negat ullum fuisse Timaeus? M. At Theophra-

tur. De ea re vide disputantem Beierum ad Cic. de Off. I. 1. p. 2. sq.; quem locum, egregie scilicet, contulit Rathius, hanc notulam scribens : Cic. Off. I. 1. *Ut ipse conjunxi — id tibi censeo faciendum. Mr.*

Zaleucum et Charondam] Cod. Cr. *Charundam*, W. *Caronidam*, Copp. Victt. b. H. *Charonnidam*, M. *Charomadam*. De viris illis cf. etiam Heynii Opuscull. Acadd. Vol. II. Commentt. I — VI. p. 3 — 120. Wolfii Prolegg. ad Homerum p. LXVII. sq. Ephori Fragg. p. 67. ed. Marx. et Goeller de situ Syracus. ad Timaei Fragg. nr. LV. p. 259. sq.: De his Zaleuci et Charondae prooemiis vid. Richter in Fabricii Bibl. Graec. Vol. II. p. 6. sqq. et p. 12. sqq. ed. Harles. *Cr.* — Laudat Vict. in Copp. a. Plutarchum, cujus locus est Ed. Hutten. T. X. p. 202. *Mr.*

Cum quidem illi etc.] Noluimus cum Sch. ex uno Cod. recipere κακόφωνον illud *quamquam quidem*, quod Goer. primus in orationis seriem intrusit. Neque vero id κακοφωνίας evitandae causa fecimus, quippe qui sciamus, Ciceronem etiam *quamquam quoniam* (de Orat. I. 60. 254.) et similia scripsisse: sed quia bene se habet illud *cum* vel *quum* (Cod. Cr. *quom*), si recte intelligatur; videlicet ut sit i. q. *et tum quidem, quum — scripserunt*. Neque igitur necessarium est, ut verbum in conjunctivo modo ponas, quod fieri debere existimabat Goer., *cum* nonnisi pro *licet* h. l. poni posse contendens. — Pro *quidem* Cod. M. *quidam;* vocem *non* omittit Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. habent *quum etiam quidem. Mr.*

Civitatibus suis conscripserunt] Sic Reg. Balliol. Med. Harleian. pr. Ascens. et Ven. 1471. Vulgo *scripserunt*. DAV.

Civitatibus suis conscripserunt] Recepimus *conscripserunt* cum Dav. Goer. et Sch. quod Goer. in septem Codd. reperit, nos in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Scripserint* est in Edd. Sturm. et Comm. et in marg. Edd. Lamb. et Verb. — Pro *minis* in seqq. Cod. M. habet *unius. Mr.*

Hoc quoque legis putavit *esse*] In aliam sententiam pedibus it *Seneca* Epist. XCIV. p. 446. *Non probo*, inquit, *quod Platonis legibus adjecta principia sint: legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur; velut emissa divinitus vox sit. Jubeat, non disputet.* (Sic interpungunt editiones *Lipsii, Gruteri Gronoviique*. Pessime. Tu distingue, *quo facilius ab imperitis teneatur. Vel ut emissa divinitus vox sit*, jubeat, non disputet) *Nihil mihi videtur frigidius, nihil ineptius quam lex cum prologo* etc. Harleianus quidem primus habet, *hoc quoque legis* disputavit *esse*. Sed male, contraque quam volunt reliqui Codices. DAV.

§. 15. *Quid quod Zaleucum* etc.] De hoc loco vide disputantem censorem editionis Wagneri Halensem: *Allg. Lit. Zeitung* 1806. N. 15. p. 114. De Timaeo v. Vossium de Historr. Grr. I. 12. extr. *Mr.* — Adde de Z. et Ch. Heynii Opuscull. Acadd. II. p. 17 — 73. »Legum Locris a Zaleuco scriptarum »fragmenta« — et ejusdem »Legum Charondae fragmm.« ibid. p. 74 — 120. *Cr.*

Sentontia; meliorem multi nominant] Lipsius lib. II. Variar. c. 11. labem huius sententiae au-

stus auctor haud deterior, mea quidem sententia melior multo, nominat: commemorant vero ipsius cives, nostri clientes, Locri. Sed sive fuit, sive non fuit, nihil ad rem. Loquimur quod traditum est.

ferre conatur, rescribendo, *sententia melior*, *eum multis commemorat*. Ingeniose. Turnebus monuit alios legere, *sententia melior*, *multi memorant*. Grut.

Ibid. *At Theophrastus auctor haud deterior mea quidem sententia: meliorem multi nominant*] Haec est Codicum lectio, quae tamen parum sana videtur et sincera. *Lipsius* Var. Lect. lib. II. cap. xi. emendat, *At Theophrastus auctor haud deterior*, *mea quidem sententia melior*, *eum multis nominat*. Ipse malim, *At Theophrastus*, *auctor haud deterior*, *mea quidem sententia* melior, eum et *multi nominant*. Nam quod ait noster Epist. ad Atticum VI. 1. *Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur jacet Theophrastus*, *si id a Timaeo tuo familiari reprehensum est*? De Zaleuco et Charonda vide quae disputavit eruditissimus et acutissimus *Bentleius* Diss. de Phalaride pagg. 334. 362. seqq. Adi sis et virum summis encomiis dignissimum *J. A. Fabricium* Bibl. Graec. lib. II. cap. 14. Dav.

At Theophrastus auctor haud deterior] Secutus sum Schützii sententiam et lectionem, quam ipse excogitavit, antequam virum quendam doctum in Obss. Miscell. IV. 3. p. 330. idem conjecisse animadverteret. Sed videamus librorum lectionem et aliorum interpretum sententias. Codd. Cr. W. et H. ut Dav. edidit (vid. inscriptionem notae proxime antecedentis); Cod. M. *aut* pro *haud* et *in ea* pro *mea*. Cum illis faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. et aliae vett. excepta Commeliniana, ubi sic: *At Theophrastus auctor haud deterior*, *mea quidem sententia*, *melior: eum multi nominant;* — Schefferus: »Ego, ait, censeo »scripsisse Tullium: *At Theo-*»*phrastus*, *auctor haud deterior*, »*mea quidem sententia meliore* »*eum vultu nominat*. Meliorem »Theophrasti vultum appellat in »respectu ad Timaeum, qui per »invidiam et odium de veteribus »plerisque pessime locutus est. »Ob quod ipse quoque ab omni»bus deinde odio est habitus. Ut »sic *melior* in Theophrasto possit »intelligi *vultus*, sive quod in eo »non appareret invidia, sive quod »pudore nullo ex objectione calum»niae cogeretur suffundi, quod »utrumque fuit in Timaeo.« Ernestus ad h. l.: »Haec vitiosa »sunt. Legendum: *mea quidem* »*sententia melior*. *eum* (sc. Za»leucum) *multi nominant:* de re »vid. et ad Att. VI. 1. Idem, quod »Theophrastus, tradidit Aristote»les L. II. de opt. statu civitatis »c. 10. ubi v. Camerarius.« Pearcius conjecit: *at Th.*, *auctor haud deterior mea quidem sententia*, (*meliorem multi*) *nominat:* ut post vocem *multi* verba *censent esse* subintelligantur. Quam conjecturam recepit Alemannus. Wagnerus conjecit: *melior*, *et multi eum nominant*. Hülsemannus: *meliores* (sc. auctores h. e. fide digniores) *multi nominant*. Goerenzius in ed. minore, probante Rathio, dedit: *mea quidem sententia melior etiam multo*, *nominat*. Quod magis placet, quam quod in Ed. maj. dedit: *Ait Theophrastus*, (sc. fuisse Zaleucum) *auctor haud deterior*, *mea quidem sententia;* — *meliorem multi nominant:* — *comm.* etc. ut conjecit Wopkensius Lectt. Tull. p. 40. Probarem equidem hanc

Sit igitur hoc a principio persuasum civibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos, eaque, quae gerantur, eorum geri judicio ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri, et, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri, piorum- 7. b.

lectionem, et, ut facillimam medicinam, recepissem, nisi particulam adversativam desiderarem. Quare aliquando conjeci: *At ait Theophr.* etc. servatâ in reliquis vulgatâ, ut non lateat *ait* in *at*, sed post hanc vocem simillimam exciderit. Handius l. c. sanum esse locum ait contra Goerenzium, et ad *deterior* supplet *est*, quod abesse posse dicit, cum sequatur *mea quidem sententia.* Denique (ut finem imponamus notae justo longiori) Censor, quem laudavimus, Halensis l. c. verba: *Quid quod — Timaeus?* Attico tribuit, collata, quam Dav. laudat, ad Atticum epistola, et Marcum ita facit respondentem: *At Theophr. auctor haud deterior, mea quidem sententia, familiari tuo* (sc. Timaeo), *et multi nominant.* Ingeniose. *Mr.*

Commemorant vero etc.] Rathius pro *vero* conjecit *de eo.* Male. Pro *clientes* Cod. Cr. *dicentes*, cujus erroris causa manifesta est. Tum scribitur *lucri* pro *Locri* in Copp. Victt. b. Codd. W. H. et M. Ad *commemorant* subaudi *fuisse Zaleucum. Locri* dicebatur ipsa urbs in Bruttiis, ad sinum Locrensem (Ern. Clav. in Ind. Geogr.); haec erat in clientela Ciceronis, eoque patrono utebatur in negotiis publicis, Romae peragendis. Hoc vero loco *Locri* dicitur de incolis, ut de N. D. II. 2. p. 215. ed. maj. *Atque etiam cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo proelio devicissent. Mr.* — De hoc patronatu et de ejusmodi clientelis cf. van Dale ad Marmora antiqq. IX. p. 773. et Scipione Maffei in Istoria diplomatica p. 37. seqq. *Cr.* In fine capitis pro *quod* est *quo* in Copp. Victt. b. et Codd. W. et M. *Mr.*

Cap. 7. *Hoc jam principio persuasum*] Vulgo *hoc* a *principio persuasum. Victorius* edidit *hoc* jam a *principio persuasum.* Nos Paris. aliosque Codices sequimur. Noster de Div. II, 35. *Et si divinationis opinione* principio *constitutum sit.* Sic alibi passim. Vide Tusc. II, 22. Dav.

Sit igitur hoc a principio] Cod. H. habet *si.* Restituenda autem visa est post Grut. Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch. vocula *a*, quam praestant Codd. Cr. W. H. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. rell. Ejecimus autem otiosum *jam*, quod et vagam habet sedem in Codd. MSS. et plane abest a nonnullis optimae notae apud Goer. Saepissime quidem ea voce noster in transitionibus utitur; tum vero ab ea incipere solet periodum. Vid. Tursellin. de Particul. p. 337. ed. Schwarz. In Or. pro Balbo 13, 31. est *jam inde a principio romani nominis.* Sed cave ex hoc loco, cujus plane alia est ratio, nostrum corrigas. *Mr.*

Dominos esse] Plato de Legg. V. p. 726. a. τὴν αὐτοῦ ψυχὴν μετὰ θεοὺς δεσπότας — τιμᾶν δεῖν κ. τ. λ. Phaedon. p. 62. b. Phaedr. p. 273 — 274. p. 95. Bekker. p. 338. Heindf. hujusq. annot. *Cr.* Vox *esse* abest a Cod. M.; pro *ac* est *et* in Cod. W. *Mr.*

Vi, ditione, ac numine] Est a Turnebiana. quippe Victoriana omisit illud *vi*, quod nec in Pal. quart. Vulgata, *judicio, numine.* Grut.

Ibid. *Geri ditione ac numine*]

16. que et impiorum habere rationem. His enim rebus imbutae mentes haud sane abhorrebunt ab utili et a vera sententia. Quid est enim verius, quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem, ut in se ratio-

Vulgo *geri* vi, *ditione ac numine*, prout etiam *Turnebus* edidit. At multi Codices habent *geri* judicio *ac numine*. Pal. autem quartus, Med. Victor. aliique nonnulli lectionem, quam damus, exhibent. Dav.

Eorum geri judicio ac numine] Restituimus cum Goer. et Sch. lectionem librorum MSS. tantum non omnium (noster enim M. habet *geri dictione atque numine*) et Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Et optime se habet *judicio*; contra ea Turnebi lectio idoneis vel exemplis vel rationibus firmari non potest. Pro *ac* scribitur *atque* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Comm. Paris. Pro *eosdemque* est *eosque* in Cod. M. ut in Edd. Ascc. 1. 2. in Cod. W. inverso ordine scribitur *hominum genere*. Verba *quid agat* omisit Rathius in sua editione Davisiana, qua scilicet nihil est correctius. Tum scribitur *religiones colat* in Edd. Car. Steph. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm. In seqq. Cod. Cr. habet *ac impiorum*, Cod. M. *at impiorum*. *Mr*.

Abhorrebunt ab utili et a vera sententia] Pall. *utili ac vera sent.* Grut.

Ibid. *Ab utili* ac *vera sententia*] Vulgo *ab utili* et a *vera sententia*. Nos Palatinis, Paris. et Med. morem gessimus. Dav.

Et a vera sententia] Haec est lectio Codd. MSStorum nostrorum et Editionum veterum, quae ad manum sunt, omnium, nisi quod Lamb. habet *et vera*. Recte ejectam praepositionem reduxerunt Goer. et Sch. *Mr*.

Quid est enim verius etc.] Cod. H. pro *arrogantem* habet *abrogantem*. Tum Cod. Cr. cum Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. habent *mentem et rationem*, et Cod. M. *esse* pro *inesse*. *Mr*. Hoc argumentum elegans et populare tractat item Cic. de N. D. I. 31. p. 141. ed. Cr. et jam Socrates usurpavit apud Xenophontem, Mem. Socr. I. 4. 8. *W*.

Aut ut ea] Vocem *ut*, quae abest ab Edd. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm., servant Codd. nostri MSS. omnes, Edd. Asc. 1. 2. Paris. et Comm., sed pro *aut* est *an* in Cod. M. et Edd. Asc. 1. et 2. Nostram lectionem cum Paris. et Comm. receperunt post Gruterum omnes. Nostrum locum laudat Beierus ad Cic. de Off. I. 4. 13. p. 29. argumenti causa, q. v. *Mr*.

Summa ingenii ratione] Nescio quid sibi velit *ingenii ratio*. Lego *summa ingenii* contentione. Dav.

Summa ingenii ratione] Wagnerus haec ita explicat: i. e. quae cogitandi vis ingenio a natura insita et arte ac meditatione subacta sit; laudatque Minuc. Fel. Octav. p. 130. [c. 17. §. 8. p. 52. ed. Cellar.] *intelligi sine summa sollertia et ratione non possunt*, quem ex Cicerone hausisse existimat. Rathius correxit: *summa ingenia — comprehendant*, ex Plauto, ut ait, ubi Capt. I. 2. 62. est: *ut saepe summa ingenia in occulto latent!* Quasi vero Plauto ad tale inventum opus sit! Ceterum mihi non magis, quam Davisio, probatur lectio vulgata, et pro *ratione* malim vel *acie* vel *intentione*. Quae sequuntur: *comprehendat, nulla ratione* omittuntur in Codd. Cr. et W. oculo scriptoris aberrante. *Mr*.

Nulla ratione moveri putet?]

nem et mentem putet inesse, in caelo mundoque non putet? aut ut ea, quae vix summa ingenii ratione comprehendat, nulla ratione moveri putet? Quem vero astrorum ordines, quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensium temperatio, quemque ea, quae gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse

Plato in Gorgia p. 507. 508. p. 133. Bekkeri: *φασὶ δὲ οἱ σοφοὶ — καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν καὶ φιλίαν καὶ κοσμότητα καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν οὐδὲ ἀκολασίαν.* Sapientes autem illos Pythagoreos inprimisque Empedoclem dicit ad h. l. Scholiastes p. 129. Ruhnken. cujus verba cum corrigere vellet, corrupit ad h. l. Heindorf. p. 210. *Cr.* Pro *mensium* est *mensum* in Copp. Victt. b. *Mr.*

Quae gignuntur] Cic. de Off. I. 7. 5. — *quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari.* Pro *non* Cod. M. *ut;* ad v. *cogant* Cod. Cr. in marg. *vel cognoscant*, videlicet in verborum serie est *cōgant*, quod cum legeret librarius *congant*, illam scilicet medelam excogitavit. Codd. H. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Sturm. Comm. habent *cogunt. Mr.*

Hunc hominem omnino numerari *quî decet*] Vulgo *numerare. Victorii* editio prae se fert *numerari neque decet.* Med. *numerarique decet.* At Eliens. recte dat *numerari quî decet?* quo modo *Turnebus* imprimendum curavit. DAV.

Hunc hominem omnino numerari qui decet?] Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. habent *numerare*, quod aeque probum, ac *numerari*, existimat Wagn. Sed est tamen passivum loco nostro accommodatius, quod est in reliquis libris. In multis etiam proba lectio *qui* obliterata est voce *neque.* Est tamen *qui* in Copp. Victt. Codd. Cr. W. (Cod. M. habet *numerarique*) Edd. Paris. Ald. marg. Crat. et Herw., Lamb. Gothofr. Brut. Car. Steph. Comm. *Mr.*

Cumque omnia etc.) Est argumentum Stoicorum: natura universi est omnibus rebus praestantissima: ergo habet praestantissimas facultates: praestantissima facultas est ratio et prudentia: ergo in natura universi est facultas rationis et prudentiae. *W.*

Praestent iis, quae sunt] Ita dedimus Goerenzio monente et ratione grammatica postulante; idem dare volebat Schützius, sed conjunctivum *sint* in orationis serie reliquit, qui occupat libros omnes. In libris MSS. hic locus valde turbatus est. Codd. Cr. et W. habent *praesentiisque sint*, Cod. M. *praesentisque sint;* Cod. H., ut vulgo editur: *praestent iis, quae sint.* Pro *expertia* est *experti* in Codd. Cr. W. H. M., et pro *nefasque sit* in Cod. Cr. *nec easque sint*, Cod. W. *nequeasque sint*, in marg. *nec eas*, Cod. H. *nequeas dicere*, Cod. M. *ne easque sit d.*, quae scriptio, quamvis sensu careat, ad veram lectionem proxime accedit. *Mr.*

Utiles esse autem] Dedimus hunc verborum ordinem cum Goer. et Sch. qui Ciceroni frequentissimus est, ex Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Paris. Ald. Sturm. Brut. Lamb. Gothofr. Comm. et ita est in Cod. H. Vulgo *utiles autem esse.* cf. Beier. ad Cic. de Off. I. 3. 9. et in pri-

cogant; hunc hominem omnino numerari quî decet? Cumque omnia, quae rationem habent, praestent iis, quae sunt rationis expertia, nefasque sit dicere, ullam rem praestare naturae omnium rerum; rationem inesse in ea confitendum est. Utiles esse autem opiniones has, quis neget, cum intelligat, quam multa fir-

mis ad I. 36. 131. p. 269. Cod. M. habet *ut illis esse aut opiniones.* Vocem *has* non habet noster Cod. M. eamque plane abesse posse censet Goer., ut sint haec notione communi expressa. Ego sincerum puto vocabulum, quamquam transponitur etiam in Codd. Cr. W. H. Copp. Victt. b. Edd. Paris. Comm. et Dav. ante *opiniones. Mr.*

Quantae salutis sint foederum religiones] Est a mss. nostris quatuor, neque aliter Victorius aut Turnebus, quos et secutus Manutius Nepos. Grut.

Ibid. Quantae saluti *sint foederum religiones*] Vulgo *salutis*, et ita Codices; huicque lectioni patrocinatur *Turnebus.* Editionem tamen *Lambinianam* sequor, quod aliter loqui non soleant Auctores. *Livius* V, 47. *Quae res* saluti fuit. Idem xxxi, 37. *Saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit. Curtius* lib. IV. cap. iv, 15. *Multis talem* saluti fuere *Sidonii.* Idem lib. V. cap. I, 5. *Id suis rebus tali in statu* saluti fore. Iterum lib. VII. cap. ix, 7. *Tormenta saluti fuerunt.* Vide sis et lib. VIII. cap. I, 18. Dav.

Quantae salutis sint foederum religiones] Restituimus post Ern. Verb. Bip. Wagn. Goer. et Sch. antiquam scriptionem *salutis;* si enim *saluti* antiquitus scriptum fuisset, quod tot exemplis commendat Dav. et pluribus etiam commendare potuisset, nemo, certe non librarii ad unum omnes, de emendando cogitassent. Vide modo, praeter Turnebum, quae adfert Drakenborch. ad Livium XXXI. 12. 4. De Graecorum usu haud dissimili cf. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 30. p. 39. — Lectionem *foederum religiones* tuentur Codd. H. et M. Edd. Paris. Comm. vetus Cod. Caroli Steph. Sturm. In reliquis est *foedera religionis*, quod est monachorum; neque credo, post Rathium, qui eam restitutam volebat, haec lectio defensorem habebit quemquam. Laudat quidem ille Cic. Inv. II. 30. *foedus summae religionis.* Sed si vel somnolentus inspexisset locum, ubi est: »*sed quoniam tu particeps* »*factus es in turpissimo foedere* »*summae religionis, dedi te con-* »*venit;* vidisset profecto, hujus loci plane aliam esse rationem. *Mr.*

A scelere revocarit?] Cod. W. *revocant.* Tum Cod. Cr. *quam quia.* In seqq. Cod. Cr. *cum judicibus testibus*, Cod. W. et Copp. Victt. b. *tum judicibus testibus*, Cod. M. solummodo habet *testibus*, omissis verbis *tum judicibus, tum;* unde aliquis ea ex glossemate assuta esse existimare possit. *Mr.*

Habes legis procemium; sic enim hoc appellat Plato] De Zaleuco sic *Diodorus Siculus* Bibl. lib. XII. pag. 84. *Εὐθὺς ἐν τῷ ΠΡΟΟΙΜΙΩι τῆς ὅλης νομοθεσίας ἔφη δεῖν τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει πάντων πρῶτον ὑπολαβεῖν καὶ πεπεῖσθαι θεοὺς εἶναι, καὶ ταῖς διανοίαις ἐπισκοπεῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν διακόσμησιν καὶ τάξιν κρίνειν, οὐ τύχης οὐδ᾽ ἀνθρώπων εἶναι ταῦτα τὰ κατασκευάσματα* etc. Exstat et apud *Stobaeum* Serm. xlii. p. 279. Licet igitur *prooemium* Platonis *Cicero* non expresserit, Zaleucum tamen imitatus est. Quin

mentur jurejurando, quantae salutis sint foederum religiones; quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit? quamque sancta sit societas civium inter ipsos, Diis immortalibus interpositis tum judicibus,
tum testibus? Habes legis prooemium: sic enim 17.
hoc appellat Plato. Q. Habeo vero, frater; et in hoc

et ipse *Plato* de Legg. lib. X. §. 4. ait, *ὡς θεοί τ' εἰσὶ καὶ ἀγαθοί, δίκην τιμῶντες διαφερόντως ἀνθρώπων· σχεδὸν γὰρ τοῦτο ἡμῖν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν νόμων κάλλιςόν τε καὶ ἄριςον ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ἂν εἴη*. Quae quidem legerat *Tullius*, at se legisse non meminerat. Vide doctissimum *Clericum* ad Exodi xx, 2. DAV.

§. 17. *Habes legis prooemium*] Cod. W. *Habet*, Cod. M. *his habes*. Cod. Cr. *prohomeium*, Cod. W. *prohemium*, ut constanter scribitur in Codice, ex quo Ciceronis de Re publica libri ab A. Majo in lucem protracti sunt. Pro *hoc* Cod. H. habet *haec*. In Edd. Ascc. 1. 2. est *sic enim hic*. Ad rem vide, quae in Excursu V. ex Engelbronneri libello saepius laudato excerpsimus. *Mr.*

Et in hoc admodum delector] Lambinus, scribens sine librorum auctoritate *et quidem hoc*, merito neminem obsequentem habuit. Commode laudat Goer. Cic. de Fin. I. 2. 39. ad Att. XVI. 5. In seqq. cum Goer. et Sch. delevimus *est* post *dissimile*, cum absit a sex Goer. Codd. et nostris Cr. W. H. et Copp. Victt. b. Ad verba *nihil enim tam dissimile* Wytt. haec: »Atqui primum Platonis prooemium non quidem universis legibus, sed legi nuptiali »praemittitur, Lib. IV. p. 62. »neque hoc dissimile est huic exordio Ciceronis. Similius etiam est »Platonis exordium de cultu et »religione, Lib. X. p. 664, unde »apparet, Quintum fratrem haec »uberius, quam verius, dicere.« Eodem, ut h. l., modo locutus est noster Brut. 56, 204. *Nihil enim tam dissimile, quam Cotta Sulpicio. Mr.*

Quam vel ea, quae ante dixisti,] Cod. W. *dixi* pro *dixisti*, Cod. H. *de eis* pro *legis*, et ita etiam Copp. Victt. b. Cod. W. *mihi illud* pro *illud mihi*. Rathius ad h. l. ita: »Venet., a reliquis »omnibus recedens, habet: *unum* »— *orationis genus velle*. T. »*Fortasse: quis enim* etc. ita ut »ante *quis enim* subaudiatur *fru*»*stra*, ut apud Cic. de Div. II. »10. prc. subaudiendum est *male* »ante *si enim*, ubi vid. Hotting.« Vulgatam idem nostro loco esse ridiculam contendit. Tale quid sentiebat etiam Wagn. dicens. »Dubi»tatio non ad *vellem* pertinere »potest: quis enim dubitet, velit, »an non? sed an possit id, quod »velit. Brevius igitur locutus est »pro: *vellem* [scr. *velim*] *equi*»*dem, sed an possim, dubito.*« Ego vero dubito, an talis breviloquentia locum habere et ita intelligi possit. Certe non displiceret Venetae lectio nisi, quod Rathius quoque monet, verborum collocatio displiceret. Ego vulgatam, ut nunc est, ita explico: *Si possem, vellem fortasse: sed cum non possim, quod nemo potest, ne volo quidem. Nolo etiam sententias interpretari, quod quidem perfacile est: nam volo esse meus. — Mr.*

Quis enim id potest aut umquam poterit imitari] Eloquentiam Platonis summis laudibus extulere veteres. Hinc *εὐφωνότατος τῶν ὄντων* dicitur *Maximo Tyrio* Diss. 1. Cum quo faciunt *Valerius Maxi-*

admodum delector, quod in aliis rebus aliisque sententiis versaris, atque ille: nihil enim tam dissimile, quam vel ea, quae ante dixisti, vel hoc ipsum legis exordium. Unum illud mihi videris imitari, orationis genus. M. Vellem fortasse. Quis enim id potest, aut p. 173. a. umquam poterit imitari? Nam sententias interpretari

mus lib. 1. cap. VI, 5. ext. *Quinctilianus* Inst. Orat. X. 1. p. 636. *Aeneas Gazaeus* in Theophr. pag. 377. et noster in Orat. cap. 19. Idem in Bruto cap. 31. *Quis enim uberior in dicendo Platone? Jovem aiunt philosophi, si Graece loquatur, sic loqui.* Vide sis et *Henr. Valesium* ad *Amm. Marcellini* XXII, 16. pag. 377. Dav.

Quis enim id potest etc.] Cod. M. *nunquam* pro *unquam.* Ad verba *esse vellem meus* Wytt. ita: »Huic opponitur *alienum esse* i. e. »non suum et proprium sibi, sed »alterius imitatorem: Hinc imitatores dicuntur servi ab Horatio: »*O imitatores, servum pecus!* »Epp. I. 19. 19.« — In seqq. Cod. M. *proprie verbis hisdem;* vocem *iisdem* plane omisit Cod. W. Pro *verum* Cod. M. *donum.* Memorabilis est sententia Ciceronis in libris de Rep. I. 43. p. 107. ubi locum ex Platonis de Rep. L. 8. latine vertit: *Tum fit illud, quod apud Platonem est luculente dictum, si modo id exprimere latine potuero, nam difficile factu est; sed conabor tamen. Mr.*

Ut modo tute dixisti] Pal. quart. *tupte*, quod an temerarium sit, nescio. Grut.

Ut modo tute dixisti etc.] Equidem Quinti fratris, cui visum est, nostrum non in iisdem rebus iisdemque sententiis versari atque Platonem, non accedo sententiae; nam qui decimum Platonis de Legibus librum legit, quo pulcerrimum de providentia divina locum tractavit, non video, quo is argumento Platonica haec esse neget. Et praefracte tamen negat Turnebus, quod miror in viro philosophiae antiquae peritissimo. *Engelbr.* l. c. p. 58. — Copp. Victt. *sed etiam* pro *sed jam.* Pro *de religione* in Cod. H. est *daret religione. Mr.*

§. 18. *Et, quoniam et locus et sermo familiaris est, legum vocem proponam*] *Petrus Ciacconius* legit, *et quoniam legum etiam sermo familiaris est, eas legum voce proponam. Voce* autem pro *verbis* posuit; ut in Philipp. II. [cap. 7.] *Voce litterarum.* Et Tuscul. II. [cap. 18.] *Loquetur enim eorum* voce *virtus ipsa tecum.* Scriptum olim fuit *locum*, nam *c* pro *g* utebantur, atque inde a Librariis factum *locum* seu *locus.* Ursin.

Et quoniam et locus et sermo etc.] »Priora verba, *et quoniam*, »ait Rathius, quanquam rei re»pugnare videntur, nemo tamen »sollicitavit. Leges verbis solem»nibus fuisse expressas qui nescit, »vel ex hoc loco discere poterit. »Exspectamus itaque, ut Tullius »dicat, quanquam sermo sit in »villa, non in foro, cum famili»aribus, non coram populo; at»tamen cum *certa* sint legum ver»ba, placere sibi, ut morem hunc »sequatur. Locum itaque, parva »sane mutatione, ita lego: *sed »quanquam et locus et sermo, »familiaris est; leges legum voce »proponam.«* Quae ratio, quamquam non est inepta, necessaria tamen non videtur. Potest enim locus sic explicari: Nolo vero in legibus proponendis eo uti sermone, quo hoc loco et in colloquio familiari uti solemus; sed sollen-

perfacile est. Quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem meus. Quid enim negotii est, eadem, prope verbis iisdem conversa, dicere? Q. Prorsus assentior. Verum, ut modo tute dixisti, te esse malo tuum. Sed jam exprome, si placet, istas leges de religione. M. Expromam equidem, ut potero: et, quoniam et 18.

niore quodam sermone utar, quam quo adhuc usi sumus, ut gravitatis aliquid et dignitatis legibus proponendis jam a verbis et loquendi ratione accedat. — Pro *et locus* Cod. M. habet *ut locus*. *Mr.*

Legum leges voce proponam] Goerenzio *legîs* scribenti pro *leges* merito non obsecutus est Sch. Cur enim alibi semper *leges* scribamus, ut ipse v. c. fecit Goer. hujus libri §. 14., illam autem formam hoc tantum loco, neque aliis, recipiamus? Equidem certe, si libri addicerent, ne ordinem quidem verborum ita contortum relinquerem, qui Ciceronem non sapit; rescriberem potius *leges legum voce* vel *legum voce leges*. Libri variant. Codd. Cr. W. et M. habent: *et sermo familiaris est legum, legis vocem proponam;* et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. *legum vocem*, omisso *legis*). Posteriorem lectionem sequuntur Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Nostram habent Edd. Paris. Sturm. Comm. Verb. *Vox* pro *dicendi genere* ponitur nostro ut saepius, v. c. Brut. II. 6. *Mr.*

Quidnam id est? M. Sunt certa legum verba] Cod. Cr. *quidnam inesset? M. Sed sunt* — Codd. W. et H. *quidnam in eis sit, sed sunt* — Cod. M. pro *legum verba* habet *verba legum*. Cum Codd. W. et H. faciunt Edd. Asc. 1. (haec pro *certa* habet *cetera*) et 2. In Edd. Crat. et Herw. est: *Sunt certe verba legum.* Reliquae nobiscum faciunt. Pro *ita* in una Ed. Sturm. 1. est *ea*. *Mr.*

Ut in veteribus XII *sacratisque legibus*] Sic edendum curavi, *Jac. Cujacii* jurisconsulti auctoritatem secutus: qui ex antiqua scriptura *ex iis* conjecit legendum XII. nam *s* natum est ex voce sequente; quae a simili consonante initium capit. LAMBIN.

Ibid. *Ut in veteribus ex his sacratisque legibus*] Haec est scriptura codicum nostrorum neque abeunt Victoriani, in quibus, *ex is sacratisque.* Turnebus aliquando putavit legendum *saxis*, aliquando *Oscis*, aliquando *regiis.* Sed Cujacius malebat *veteribus* XII. *sacratisque.* Videatur lib. V. Observat. cap. 21. Gulielmius, *veteribus ex* XII. *sacratisque.* Quod ultimum animo maxime satisfacit. GRUT.

Ibid. *In veteribus* ex his *sacratisque legibus*] Nonnulli Codices *in veteribus his*, alii vero *in veteribus ex iis:* unde *Cujacius* Observ. V, 21. *Lambinus* et *Aldus* nepos legunt *in veteribus* XII. *sacratisque legibus;* eosque secutus, ita dedi. *Gulielmius* quidem *Gruterus*que rescribunt *in veteribus* ex XII. *sacratisque legibus.* Frustra: nam quamvis decem tantum tabulae sint principio latae; duae tamen aliae brevi tempore sunt additae, nec a reliquis earum sermo differebat. DAV.

Ut in veteribus XII., sacratisque legibus;] Locus et scriptione ambiguus et conjecturis virorum doctorum controversus. Codd. Cr. W. *ut in veteribus his sacratisque legibus;* Cod. H. Copp. Victt. b. et Cod. M. *ut in veteribus ex his sacratisque legibus.* Cum

locus et sermo familiaris est, legum leges voce proponam. Q. Quidnam id est? M. Sunt certa legum verba, Quinte, neque ita prisca, ut in veteribus XII, sacratisque legibus; et tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora, quam hic sermo est. Eum

Codd. Cr. et W. faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. In Edd. Paris. et Verb. est, ut in Codd. H. et M.; in Ed. Comm. *in veteribus ex iis sacratis legibus.* Nos cum Ern. Wagn. Dav. Goer. et Sch. Lambinum secuti sumus et jureconsultos. *Schefferus* ad h. l. ita: »Alii hic aliter conji»ciunt. Cujacius *veteribus XII.* »Guilielmus, *veteribus ex XII.* Puto »ego scribendum esse, *in veteri»bus SCtis, sacratisque legibus.* »Vetera Senatus consulta intelli»git facta primis consulum tem»poribus. Illud *S* in Senatus con»sultis deletum videtur propter *S* »praecedens in priore vocabulo.« Quam conjecturam Goer. merito ingeniosam appellat. *Wytt.* in scholis haec: »*in veteribus XII*, dis»jungendum commate a proximis; »nam *duodecim* per se dicuntur, »subaudiendo *Tabulis.* Sacratae »autem leges dicuntur omnes leges, »quibus sanctio addita est. Vid. »Fest. pag. 469. [p. CCXXXII. »ed. Scalig.].« Goerenzius de veritate lectionis dubitat, in primis quia leges sacratae postponantur, quae plus quam XL annos ante istas XII tabularum scriptae sint. Mavult (cum Turnebo) *veteribus regiis sacratisque legibus*, improbante Handio l. c. Beierus quoque ad Cic. de Off. III. 41. 111. p. 394. iisdem, quibus Goer., rationibus motus conjecit: *in veteribus illis sacratisque legibus*, ut *que* adjungat explicationem. Sed vide ipsum plura disputantem. Equidem fateor, me ipsum mirari, quomodo XII tabulae, quae librariis non poterant esse incognitae, ita plane obliterari potuerint, si a Cicerone profectus est numerus, ut in nullo Codice vestigium ejus scriptionis appareat. Quamquam numerus XII facile haberi potuit pro verbis *ex iis.* Sed defendi etiam posse videtur lectio nunc recepta contra Goerenzii rationes, si vel cum Gernhardo ad Cic. de Off. l. c. dicas, ideo praepositas esse XII tabulas sacratis legibus, quod latius pateat XII. tabularum vis: vel ut *sacratisque legibus* positum dicas pro *adeoque sacratis legibus* vel pro *et sacratis etiam legibus;* quo facto commode essent antiquiores leges secundo loco positae. *Mr.*

Sacratisque legibus] De his legibus vid. Ernest. in Cl. Cic. in voc. *leges sacratae.* Cf. Bachii Hist. Iurisprud. Rom. I. 2. Sect. 1. §. 1. Gernhard. et Reiz. ad Cic. de Off. III. 31. Adde Dirksen. Civilist. Abhandll. II. 116, sq. *Cr.*

Quam hic sermo est] Vocem est non habet Cod. Cr. Tum Cod. M. *potuero* pro *potero*, idem *infinite* pro *infinitum.* Edd. Ascc. 1. 2. habent: *nam essent infinitae.* Ibidem Rathius conjecit *est* pro *esset.* Sciebat videlicet, dicere Latinos saepe *longum est*, ubi nos exspectamus *longum esset.* Sed esse tamen loca, quibus *esset* et recte ponatur et poni debeat: id vero nesciebat. *Mr.*

Summae rerum atque sententiae] Ita mss. nostri omnes. nam vulgata, *ac sententiae.* Haud tamen displicet, quod publicavit Victorius, *summae rerum sententiae.* Grut.

Ibid. *Ipsae summae rerum* atque sententiae] Sic *Gruteriani*

morem igitur cum brevitate, si potero, consequar. Leges autem a me edentur non perfectae, nam esset infinitum; sed ipsae summae rerum atque sententiae. 19.
Q. Ita vero necesse est: quare audiamus.

nostrique Codices. At *Victorius* edidit *ipsae summae rerum sententiae.* Et *Lactantius* quidem, licet diverso nonnihil sensu, dixit Inst. Div. lib. V. cap. XVII, 9. Cujus (disciplinae) SUMMA SENTENTIA *est*, *Nihil percipi posse.* Ego tamen, ut verum fatear, ibi, deleta *sententia*, legerim *cujus summa est*, *nihil* etc. Ac apud nostrum, duabus vocibus expulsis, rescripserim *ipsae summae rerum. Q. Ita vero* etc. *Cicero* de Orat. II, 31. *Quae pro reo dicentur, omnia necessario a tempore atque homine ad communes* rerum *ac generum* summas revolventur. Sic alibi passim. Vide *I. Fr. Gronovium* ad *Senecae* Controv. XII. pag. 195. *Summa* et *sententia* passim confusae sunt; adeoque, cum varia fuerit lectio, vox utraque *Tullii* verbis fuit illata. Adi nos ad lib. II. N. D. cap. 4. DAV.

Atque sententiae] Post Gruterum omnes, ante eum nulla, praeter Comm., Ed. exhibet *atque* pro *ac*. Sed Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. et H. cum Gruterianis faciunt. *Mr.*

§. 19. *Quare audiamus*] His vulgo *verba legis* adnectunt. Ac ita quidem Balliol. Ven. 1471. Ascens. Lambin. aliaeque plures. At cum duas voces ultimas nesciant Reg. Harleian. pr. editio pervetus, itemque *Victorii* et *Turnebi*; eas nos merito censuimus expungendas: nam glossema sunt, quod orae Codicis ascriptum *Tullii* verbis immiscuit nimia librariorum diligentia. Quin et Harleian. sec. a prima manu *verba legis* haud agnoscit, et Paris. ea litteris miniatis scripta repraesentat. DAV.

Quare audiamus.] Additamentum illud: *verba legis* ex nostris libris habent nonnisi Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Verb. Quod autem ait Goer. Davisium primum abstersisse illam scribarum maculam, in eo fallitur. Abest enim jam ab Edd. Paris. Sturm. 1. et 2. et Comm. Nullum ejus vestigium est in Codd. Cr. W. et H. et Copp. Victt. a. et b. *Mr.*

Cap. 8. *Ad Divos adeunto caste*] Vide Cl. *Broukhusium* ad *Tibulli* lib. I. Eleg. V, 39. DAV.

Ad divos adeunto caste] Pro *adeunto* est *adverto* in Cod. Cr. Erat in Cod. W. *adeundo*, sed ab alia manu correctum est; in Cod. M. legitur *ader̄*. Recte monet Goer. ad haec, quae sequuntur, legis verba, ea, ut quae sunt in libro tertio, ad nos pervenisse antiquitatis veste magnam partem detracta. Neque vero licet in his rebus aliquid sine libris immutare, cum ipse Cicero in priscae scripturae imitatione sibi non constare videatur. Noluimus igitur v. c. in proximis scribere *facsit* pro *faxit*, quamquam illa scriptio hâc sit antiquior. *Mr.* Conf. infra cap. 10. et consule Brissonium de Formulis I. 4. 5. 6. p. 3. seqq. ed. F. C. Conradi. Ceterum hunc locum in suam sententiam convertit *Io. Bapt. Vico*, homo ingeniosus in libro: *Grundzüge einer neuen Wissenschaft*, quem nuper, plaudentibus bonarum literarum cultoribus, germanice loqui jussit vir eruditus *Wilh. Ernest. Weber*, Lips. 1822. ubi vid. pag. 381. *Cr.*

Pietatem adhibento — vindex erit] *Lactantius* Div. Inst. V, 20. Cicero *in suis legibus*, *cum caste ad sacrificia praeciperet accedere*,

8. M. AD DIVOS ADEUNTO CASTE: PIETATEM ADHIBENTO: OPIS AMOVENTO. QUI SECUS FAXIT, DEUS IPSE VINDEX ERIT. SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS: NEVE NOVOS, SIVE ADVENAS, NI-

Pietatem, *inquit*, adhibento; opes amovento; qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. *Recte hoc quidem: neque enim fas est desperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putes. Nam quomodo vindicare injuriam colentis se potest, si suam non potest? Ciceroni* praeivit *Plato* de Legg. lib. IV. p. 600. G. *Θεῷ*, inquit, *ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θεοῦ νόμου τιμωρός* etc. Vide *Theodoretum* Therap. VI. pag. 89. et *Cyrillum* in Julian. lib. III. pag. 80. Dav.

Pietatem adhibento] Cod. Cr. *adhibendo*. Cod. M. *hndo*. *Mr.* Ad rem cf. Cic. de N. D. I. 2. p. 15. ibiq. annot. ibid. I. 20. p. 92. et I. 41. p. 188. ibiq. annot. et Wyttenb. p. 715. *Cr.*

Opîs amovento] Cod. M. *operis amovendo*. Semel monitum sufficiat, hunc Codicem per totam legem omnes hosce Imperativos terminare in *do* loco *to*. De scriptione *opîs*, pro qua Goer. malebat *opeis* vid. *K. L. Schneider.* Lat. Gramm. II. Formenlehre I. p. 269. sq. et quos ille laudat auctores. Ad rem cf. Cic. de Rep. II. 14. p. 155. ubi est: *Sic religionibus colendis operam addidit, sumtum removit*. Opes enim, ait Wytt., sunt sumtus et luxuries, divitiae earumque ostentatio. *Mr.* Heynius in Opuscull. Acadd. II. p. 18. de Zaleuci legum prooemio ita: »Stobaeus Serm. XLII. p. »279. Ex eodem fonte, unde is »sua hausit, fluxere ea, quae Dio»dorus XII. 20. suis historiis in»texuit. Expressit ex iisdem prae»clarum legum suarum prooemium »Cicero de Legg. II. 8.« *Cr.* Cf. ad Diodori locum Wesseling. et H. Steph. pag. 491. Ed. Wess. *Mr.*

Qui secus faxit, Deus ipse vindex esto] Pro *qui* est *quis* in Edd. Paris. et Comm. Pro *faxit* est *facit* in Cod. M.; pro *vindex* est *judex* in Cod. W. Ad rem cf. Censorem Halensem Editionis Wagn. in *Allg. Litztg.* 1806. 15. p. 115. *Mr.* Non statuitur poena humana in eum, qui contra fecerit, sed vindicta relinquitur deo. Simili formula in eadem re utuntur Graeci: *μελήσει τῷ θεῷ. W.*

Separatim nemo habessit Deos: neve novos, sed ne advenas — privatim colunto] Sic interpunxi, *Victorium* secutus: nam vulgo *separatim nemo habessit Deos neve novos: sed ne advenas* etc. quae quidem distinctio sensui non convenit. Nec se melius habent Paris. Reg. Balliol. et Ven. 1471. in quibus est *separatim nemo habens sit*, vel *sit habens, Deos novos, sive advenas;* nam vocula, quam praetermittunt, orationi est necessaria. Vide sis infra cap. 10. Eorum tamen ductu legerim, *separatim nemo habessit Deos: neve novos* SIVE *advenas — privatim colunto*. Quod autem hac lege scivit *Cicero*, Romanis Graecisque fuit in usu. *Livius* XXXIX, 16. *Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum; ut sacra externa fieri vetarent — omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent?* Vide et lib. IV. cap. 30. et lib. XXV. cap. 1. De Graecis adeatur *Josephus* in Apionem II, 37. de utrisque *Servius* ad Aen. VIII, 187. Dav.

Separatim nemo habessit deos] *Habessit* non dicitur pro *habuerit*, ut ait Turn., sed pro *habeat*. *Separatim*. i. e. deos, quos civitas non item habet. *W.* Pro *habessit* est *habesit* in Cod. H.; in Cod. M. *sic habens*, quod est ex

SI PUBLICE ADSCITOS, PRIVATIM COLUNTO. CONSTRUCTA A PATRIBUS DELUBRA IN URBIBUS HABENTO. LUCOS IN AGRIS HABENTO ET LARUM SEDES. RITUS FAMILIAE PATRUMQUE SERVAN-

glossa male intellecta, ubi in margine ad explicandam formam *habessit* scriptum erat *habens sit*, tum inverso ordine *sit habens*. In Copp. Victt. b. est *hebessit deus;* in Ed. Sturm. a. est *habebit*; in Cod. Cr. *habes sic*, ubi idem factum est, quod in Cod. M. *Mr.*

Neve novos, sed ne advenas] Veram lectionem puto *neve novos*, et *ne advenas*, parva admodum et prope nulla mutatione, siquidem *set* veteres scribebant pro *sed*. Et saepe hoc mendi genus deprehendimus, ubi alicujus verbi prima littera ex ultima antecedentis sumpta et repetita est. *Maffei* liber habet, *Neve novos sive advenas*. Antiquitatem magis oleret, *neve novos neve advenas*. P. Manucius.

Neve novos, sive advenas] Ita scripsimus cum Ern. ex Cod. Maffei. Guelf. Ed. Ven. 1494. Med. Idem fecerunt Goer. et Sch. Nos lectionem *sive* reperimus in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Wagnerus servavit *sed ne*, addens, hoc si verum sit, *ne* pro *ne quidem* positum dicendum esse, ut apud Petron. c. 47. *Hoc solum vetare ne Iovis potest.* — *Sive* praetulit etiam Hülsem. Handius, censor editionis Goerenzianae Ienensis (1810. 71.), aut *neve* aut *seive* recipiendum censuit. — Rathius scribi volebat *neve novos, neve advenas*, dicens differre deos novos et advenas. Unde, ait, legitur c. 10. extremo: *suos quemque deos aut novos aut alienigenas colere confusionem habet.* Sed fac, ut distinguantur *novi* ab *alienigenis* diis: nonne ipsum illud *sive* idem etiam significat: *sive etiam sint advenae?* Nonne item idem est, quod *vel si*, ut apud Terentium Andr. I. 2. 19. *Dehinc postulo sive aequum est, te oro.* Sufficit ergo *sive* ad distinguendum. Lamb. habet *sed nec.* Prius *neve* abest a Cod. M.; pro *novos* est *novus* in Copp. Victt. b. *Mr.* — Constructio est antiqua pro: *non modo non novos, sed ne advenas quidem*: *novi* sunt ficti ab ipso colente, nunquam ab hominibus antea Dii crediti: *advenae* sunt peregrini, sed tamen publice recepti, veluti Romae ex Aegypto recepta est Isis, e Phrygia mater Deorum etc. *W.* Ceterum cave colligas ex Wyttenbachii explicatione, eum restitutam velle lectionem *sed ne*. Probat enim lectionem ab Ern. receptam. Pro *adscitos* Copp. Victt. b. habent *adscitus;* pro *colunto* Cod. M. *colunt. Mr.*

Privatim colunto.] Pertinet hoc ad sacra gentilitia, quae in fine hujus tabulae dicuntur sacra privata. His in sacris non alii debebant coli Dii, nisi qui publice etiam colerentur. *Delubra* hic universe dicuntur pro aedificiis omnibus sacris, ut etiam significentur templa, aedes, fana. *W.* Pro *constructa* Cod. H. et Copp. Victt. b., hoc quoque loco mirum in modum et consentientes et ab omnium librorum scriptura discedentes, habent *quos rite. Mr.*

In urbibus *habento*] Vulgo desunt duae primae voces, nec a nostris Codicibus agnoscuntur. Eas tamen ex editionibus *Victorii Turnebique* restituendas putavimus, quod infra cap. X. dixerit noster, *Patrum delubra esse* in urbibus *censeo.* Sed et illas flagitat *agrorum* quae sequitur mentio. Dav.

In urbibus habento.] Nullus Codex MS. illa verba exhibet, quotquot adhuc perlustrati sunt a viris doctis. Nos tamen iisdem, quibus Dav., rationibus moti, ea servan-

TO. DIVOS, ET EOS, QUI CAELESTES SEMPER HABITI, COLUNTO, ET OLLOS, QUOS ENDO CAELO MERITA LOCAVERUNT, HERCULEM, LIBERUM, AESCULAPIUM, CASTOREM, POLLUCEM, QUIRINUM: AST

da duximus. Ex Edd. vett. quae ad manum sunt, receperunt ea Edd. Car. Steph. Paris. Commel. Sturm. marg. Lamb. et Gothofr. Ernestus verbum prius *habento* deletum volebat. Goer. majore pro minore distinctione posita servat eam vocem. *Mr.*

Lucos in agris habento et larum sedes.] De lucorum religionibus multa leguntur in marmoribus literatis. Vid. modo Marini in Atti de' Fratelli Arvali p. 2. sq. p. 7. 9. 11. 264. 375. 678. *Cr.* De *Laribus* rusticis vid. Broekhusius ad illud Tibulli I. 1. 19. sq.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra, Lares. W.

Dicitur *Larum* et *Larium* cf. Cic. de N. D. III. 25. p. 633. ibiq. annott. meas: coll. II. 27. p. 315. ibiq. annot. *Cr.* Add. in primis de hoc Genitivo Schneider. Lat. Formenlehre I. p. 256. — In seqq. pro *patrumque* male scribitur *patriamque* in Codd. W. H. M. et Copp. Victt. b. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *patriaeque. Mr.*

Qui caelestes semper habiti, colunto] *Lactantius* Div. Inst. lib. 1. cap. XV, 23. habet, *qui caelestes semper habiti* sunt, *colunto*, nec aliter *Lambinus* edidit. Sed renituntur omnes MSSti. Dav.

Qui caelestes semper habiti, colunto.] Neque in Codd. MSS. neque in Edd. vett. comparet illud *sunt*, quod frustra addidit Lamb. *Mr.*

Quos endo caelo merita vocaverint] E tenebris istud eruit solertissimus Victorius. Allubescunt etiam huic scripturae liber S. Vict. in quo, *quos secundo coelo;* pal. quart. qui, *in asciscendo coelo;* Fabr. ubi, *nanciscendo coelo.* Caeterum nondum videtur locus persanatus. Nam Lactantius laudat, *locaverunt*, et sic loquitur ipse Tullius lib. III. de Offic. cap. 5. Istudque ipsum aliquando divinarat Notis in Catullum Janus Dousa filius cap. 2. cujus immatura morte insignem alumnum amiserunt Musae ac Gratiae, ego vero aequalem eximium. Vulgatur hodie, *quos in coelum merita voc.* Grut.

Ibid. *Quos* endo caelo *merita* vocaverint] Plerique MSSti dant *quos* in caelum *merita vocaverint:* quorum ductu rescribi queat *quos endo caelum merita vocaverint.* At cum *Lactantius* Div. Instit. lib. I. cap. XV, 23. locum sic laudet, *quos in caelo merita locaverunt: Douza* filius ad *Catullum* cap. 2. recte, puto, statuit *Tullium* scripsisse, *quos endo caelo merita locaverunt. Lactantius* lib. 1. cap. VII, 11. *Dum se honorari vult et in caelo collocari. Cicero* Offic. III, 5. *Herculem illum hominum fama beneficiorum memor in concilio caelestium collocavit.* Pariter *virtutes in Deorum numero collocatas* dixit idem ad Q. fratrem lib. 1. Epist. 1. cap. 10. Dav.

Et ollos, quos endo coelo merita locaverunt] Vox *et* abest a Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In iisdem scribitur *illos* pro *ollos.* Contra in Ed. Comm. pro praecedente *et eos* item scribitur *et ollos.* Pro *endo caelo* est *in coelum* in Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Paris. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Sed in Cod. H. est *endo caelum* et in Cod. M. *nasciscendo celo.* Pro *locaverunt*, quod post Dav. receperunt Edd. fere omnes, est *vocaverunt* in Codd. W. M. et in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.;

OLLA, PROPTER QUAE DATUR HOMINI ADSCENSUS IN CAELUM, MENTEM, VIRTUTEM, PIETATEM, FIDEM, EARUMQUE LAUDUM DELUBRA SUNTO: NEVE ULLA VITIORUM SACRA SOLLEMNIA

vocaverint est in reliquis. Pro *Aesculapium* scribitur *Aescolapium* in Copp. Victt. b. *Mr.*

Ast olla — delubra sunto] Hanc legem profert, et prolatam refellit *Lactantius* Div. Inst. lib. I. cap. xx. 19. Dav.

Ast olla etc.] Pro *ast olla* scribitur *aut illa* in Cod. M., *et illa* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Merito non audivit Ernestum Goer., jubentem scribere *atque*, quia *ast* non habeat conjungendi vim; cum tamen plane ita ponatur in lege regia: *sei puer parenteis verberit, ast oloe plorasint* etc. *Mr.*

Propter quae datur homini adscensus in caelum] Est antiquae et poeticae gravitatis dictio, similis illi Ciceronis Tusc. I. 10. *Abiit ad deos Hercules: nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. W.* — Pro *adscensus* est *ascessus* in Cod. W. Pro *Fidem earumque* Cod. M. habet *Fidemque earum*, et *sumpto* pro *sunto. Earumque laudum*, ait Wytt., antique dictum est pro *earumque virtutum.* Cf. Cic. de N. D. II. 31. 79. in primis II. 23. 61. p. 297. sq. ib. Cr. *Mr.*

Nec ulla vitiorum] Hoc a sequentibus verbis sejunctum, cum antecedentibus conjunxi; quod animadversum nondum erat. P. Manucius.

Ibid. *Nec ulla vitior. sacra*] Pal. quart. *Neucala; Fabr. Neucula;* S. Vict. *nucula*, unde Gulielm. facit, *neve ulla.* Turn. autumat illud *nucula* esse posse vocem ipsam, qua tunc loquebantur, cum ab iis etiam *nungulus* pro *nullus* dictum esse annotetur. Grut.

Ibid. Nec ulla *vitiorum sacra*] Liber S. Victoris *nucula;* Fabric. Paris. et Reg. *neucula.* Legendum *neve ulla*, quod *Gulielmius* etiam vidit. Nam *Turnebus* a scopo, nisi fallor, aberravit, qui *nucula* pro *nulla* dixisse veteres arbitratur. Dav.

Neve ulla vitiorum sacra] Codd. H. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Comm. Verb. Ern. Bip. Wagn. omnes consentiunt in lectione *nec ulla.* Nobis tamen cum Dav. Goer. Sch. et Wytt. probatur *neve.* Non minus mire, quam Turnebus, Schefferus ex lectione *neucula* extorsit *neuculla*, dicens: »*neu* est *neve*, sequitur *ulla*, quod »quia incipit a vocali, *c* conso»nans inseritur euphoniae causa.« *Mr.*

Feriis jurgia amovento, *easque in famulis; operibus patratis, habento*] Inepte Med. Eliens. et Harleian. pr. *jurgia movento.* Vide lib. I. de Divin. cap. 45. et eruditissimum *Clericum* ad Exodi xx. 10. Dav.

Feriis jurgia amovento,] Codd. W. M. H. Copp. Victt. b. *Feceris* pro *feriis.* Cod. W. *jurgias* pro *jurgia;* Codd. Cr. et H. cum Copp. Victt. b. *movento* pro *amovento.* Sensus est: *diebus festis ne lites sint aut judicia in foro.* Ad rem v. quae congessit Brouerius de Adorationibus cap. X. (p. 106. Ed. Amst. 1713.) *Mr.* — Adde Marini librum gli Atti de' Fratelli Arvali p. 126 — 128. et p. 139. *Cr.*

Easque in famulis etc.] i. e. Et cives agant haec festa etiam in famulis: etiam *servis* impertiant communionem festorum post *confecta opera. W.* — Pro *famulis* legitur *famulos* in Cod. M. *Mr.*

Itaque ut ita cadat, ann. anfr. des. esto] Ita nostri libri et publicati per Victorium; verum Turnebiani, *cadant.* Grut.

OBEUNTO. FERIIS JURGIA AMOVENTO. EASQUE IN FAMULIS, OPERIBUS PATRATIS, HABENTO: ITAQUE, UT ITA CADAT, IN ANNUIS AMFRACTIBUS, DESCRIPTUM ESTO. CERTASQUE FRUGES, CERTASQUE

Ibid. *Ut ita* cadant] Vulgo *cadat*. Sed melior est ea lectio, quam nos ex MSto Regio dedimus; subintelliguntur enim *feriae*. Sed et *Turnebus* olim sic edidit. Dav.

Itaque ut ita cadat] Restituimus cum Goer. Sch. et Wagn. lectionem Codd. fere omnium et Edd. vett., quarum ex nostris nulla habet *cadant*, quod in primo commentario conjecit Turn., postea silentio pressit. Recte Goer. ait *cadere* saepe impersonali forma poni. Quod jam sentiebat Schefferus, qui, quamquam adsentiat Turnebo, tamen addit: »nisi velimus *τὸ cadat* absolute dictum »esse pro *accidat* seu *eveniat*, ut »sit sensus: debet ita esse descriptum in amfractibus seu periodis »anni, ut hoc sic eveniat, ut familiae ferias et otium suum habeant.« Ern. cum Dav. facit scripsitque *itaque ut cadant*, deleto altero *ita;* quod item volebat Vir quidam doctus in Miscell. Obss. IV. 3. p. 331. Certe sine MSS. audacius id factum est. — Pro *annuis* est *juvatis* in Cod. M., *antivis* in Cod. Cr. Uterque error inde ortus est, quod antiquitus cum puncta literae *i* non superscriberentur, lineolas literarum rectas saepe perperam et legebant et jungebant librarii. *Mr.*

Certasque fruges] Cod. H. *ceterasque fruges*. Pro *bacas* est *baccas* in Codd. Cr. W. et compluribus Edd. Pro *sacerdotes* est *sacerdote* in Cod. H., *sacerdoti* in Copp. Victt. b.; ibidem est *liberanto* pro *libanto*, ut in Cod. H. Sequens *hoc* delendum visum est Ernesto, ut natum ex ultima verbi antecedentis et prima sequentis. Quod non magis probare debebat Goer., quam supra deletum *ita*. *Hoc* enim ponitur in hac antiquiore loquendi forma pro *hoc fiat*. *Mr.*

§. 20. *Itemque alios ad dies*] Debetur editioni Turnebianae, nam aliae, ut et mss. nostri, *addes* nullo sensu. Steph. Pighius libro III. Fastorum malebat adhuc vocula transposita, *alios dies ad*. quod loqui videatur de feriis conceptivis. Grut.

Ibid. *Alios* ad dies *ubertatem*] Gruteriani nostrique Codices habent *alios* addes *ubertatem*, quae quidem lectio nullum parit sensum. Ego sane cum *Steph. Pighio* rescripserim *alios* dies ad *ubertatem* etc. Dav.

Itemque alios dies ad ubertatem etc.] Legendum est cum Davisio: *itemque alios dies ad ubertatem lactis faeturaeque servanto* i. e. alios festos dies observent, quibus libent diis primitias faeturae et lactis. Est autem faetura proventus ex partu pecudum. *W.* Nihil certe agit Goer., nescio quam hypallagen h. l. esse dicens, ut *alios ad dies ubertatem* dictum sit pro *alios dies ad ubertatem*. Nimios quis nescit esse viros doctos in subodoranda illa figura, quae, nisi salvo sensu, nusquam admittenda est. Quis enim unquam credat, veterum quendam dicere potuisse: *cum pastum ad animantes abjecisset natura* pro *cum animantes abjecisset ad pastum*, ut est supra L. 1. c. 9. 26. Quod vero affert Goer. exemplum ex de Divin. I. 9. 16., *cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet* quod dictum esse ait pro *signum floris ad arandi maturitatem acc.*, ejus plane alia est ratio; neque enim est in eo loco hypallage, modo eum recte intelligas, ut intellexit Hottingerus in versione vernacula.

BACAS SACERDOTES PUBLICE LIBANTO: HOC CERTIS SACRIFICIIS b. 20. AC DIEBUS. ITEMQUE ALIOS DIES AD UBERTATEM LACTIS FETURAEQUE SERVANTO. IDQUE NE COMMITTI POSSIT, AD EAM REM

Scribitur autem *alios addes* in Codd. nostris Cr. W. H. M. Copp. Victt. b. et Edd. vett. nostris omnibus praeter Lamb. et Comm. in quibus est *ad dies*, quam Turnebi conjecturam mirificam appellat Brutus. Neque ego admodum adversabor, si quis cum Sch. aliisque eam servet. Explicari enim potest absque illa Goerenzii hypallage: *ad alios dies servanto sacrificia lacte feturaque facienda.* In Cod. M. est *itaque* pro *itemque. Mr.*

Ubertatem lactis foeturaeque] Vulgo *foetusque.* Lectionem vero, quam restituimus, praestant vetus *Car. Stephani.* Paris. Reg. et Harleian. sec. Sic. etiam edidere *Victorius* aliique nonnulli. Foetura *pecudum sobolem* denotat. Vide *Lactantium* ad *Statii* Theb. X. 229. Reponi tamen possit, *alios dies ad ubertatem lactis* foeturamque *servanto:* nam foetura *est proventus ipse*, foetus *vero quod nascitur*, si *Servio* fides ad *Maronis* Eclog. VII. 37. Dav.

Lactis feturaeque] Scripsimus *feturaeque* cum Schützio; rationem vide apud Noltenium in Lex. Antibarb. p. 64. Et ita scriptum est in Cod. W. In Copp. Victt. b. scribitur *futuraeque* et plane ita in Cod. H., in Cod. M. *fetumque*, in marg. Ed. Crat. *foetusque*, quod item est in Ed. Car. Steph., qui in veteri libro *foeturaeque* se reperisse ait. Sed *fetusque* est etiam in Edd. Brut. Gothofr. Grut. Verb. *Mr.*

Id quod *ne committi*] Est et istud ab eadem [edit. Turneb.] ceterae enim, *id*que *ne committi.* Grut.

Ibid. Id quod *ne committi possit*] Paris. Reg. Eliens. Balliol. Med. Harleian. pr. sec. editio pervetus et Ven. 1471. habent *idque.* Lego *in quae ne committi possit. Committere* nonnunquam valet peccare seu facere quod factum non oportuit. *Cicero* in Verrem lib. I. cap. 2. *Multa enim et in Deos et in homines impie nefarieque* commisit. Idem in Bruto cap. XII. *Quia quasi* committeret *contra legem, quo quis judicio circumveniretur.* Vide sis et *Virgilium* Aen. I. 235. Dav.

Idque ne committi possit] Restituimus cum Goer. et Schützio lectionem librorum tantum non omnium, neque moramur Davisii conjecturam, neque Ernesti *in quo*, neque Wagneri *id quod, ne quid comm. p.* Est enim, ait W., antique dictum pro *ne in hac re peccatum committi possit. Id* ponitur pro *quod attinet ad id. Mr.*

Ad eam rem, rationem, *cursus* etc.] Haud aliter mss. nostri aliorumque, Turnebus tamen malebat *ratione;* nisi velimus idem valere alterum scriptura prisca, ut *aetatem* aliaque. Grut.

Ibid. *Ad eam rem*, *rationem*] Idem valet ac ob eam rem et rationem; haec enim nonnumquam datur illi *praepositioni* vis, ut olim monuimus ad *Hirtii* Bell. Alex. cap. XVI. Frustra vero prorsus est *Turnebus* qui reposuit *ad eam rem* ratione *cursus* etc. *Rem* tamen omittit Med. Dav.

Ad eam rem ratione cursus annuos sacerdotes finiunto.] Ita scripsimus cum Turnebo, quidquid contradicant interpretes. Ern. nihil monet; Gruterus, *rationem* Graeco modo accusativo poni pro quod ad rationem contendens, non satisfacit, neque magis Wagneri Hendiadys, ut explicandum sit: ad ejus rei rationem et justam descriptionem. Goer. in ed. min.

RATIONE CURSUS ANNUOS SACERDOTES FINIUNTO. QUAEQUE QUOIQUE DIVO DECORAE GRATAEQUE SINT HOSTIAE, PROVIDENTO. DIVISQUE ALIIS ALII SACERDOTES, OMNIBUS PONTIFICES, SINGULIS

vocem *rationem* uncinis inclusit, ut spuriam; simili modo ego aliquando *rem* ejiciendum esse conjeci, utpote ortum ex male lecto vel explicato scripturae compendio, quod juxta probam lectionem in verborum seriem fuerit receptum. Sed nunc non satisfacit ea ratio; magis probanda videtur Goer. ratio in Ed. maj. suspicantis, scribendum esse *eam rerum rationem*, (neque vero *earum rerum* ut dixit Schützius). Unice animum explet Wyttenbachii lectio et explicatio, qui ita ad hunc locum: » *Sacerdotes finiunto annuos cur-* » *sus ratione*, i. e. pontifices de- » scribant ac distribuant annum in » suas partes, menses, dies, ratione » i. e. *computatione.* « Idem etiam ad marg. Ed. Goer. min. adnotavit: *ratione* legendum, i. e. computo. Codd. MSS. nihil variant, sed Edd. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Bip. est *rem et rationem.* Unus Sturm. omisit *rem*, una Comm. habet *ratione*: In Edd. Paris. Verb. Ern. Wagn. Dav. Goer. et Sch. servata est librorum MSS. lectio, quod asyndeton stare posse salvo sensu salvaque ratione grammatica nemo mihi facile persuadebit, quamquam in proxime subsequentibus facile ferrem lectionem Victorianam *decorae, gratae sint* pro *decorae grataeque sint.*— Pro *finiunto* legitur *sumpto* in Cod. M. *Mr.*

Quaeque quoique Divo decorae grataeque *sint hostiae*] Forsan antiquo sermoni propius videatur Asyndeton, *decorae, gratae sint hostiae*, quemadmodum *Victorius* edidit; ac ita dant Eliens. et Harleian. primus. Utcunque sit, *notatum ex aliena hostia Deos non placari*, ut ait *Plinius* H. N. lib. VIII. §. 70. *Servius* ad Aen. III. 118. *Ratio victimarum fit pro qualitate numinum; nam aut hae immolantur quae obsunt eorum muneribus, ut porcus Cereri, quia obest frugibus; hircus Libero, quia vitibus nocet. Aut certe ad similitudinem: ut inferis nigras pecudes, Superis albas immolent; Tempestati atras, candidas Serenitati.* Pariter *Ovidio* teste Fast. I. 385. 391.

Placat equo Persis radiis
Hyperiona cinctum
Ne detur celeri victima tarda Deo.
Caeditur et rigido custodi ruris Asellus.
Caussa pudenda quidem est,
huic tamen apta Deo.

Vide *Macrobium* Saturn. III. 10. Dav.

Quaeque quoique divo] Scribitur *cuique* in Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b. itemque in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Vocula *que* post *gratae* abest ab Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. et Sturm. In Cod. W. scribitur *proavidento*, sed litera *a* puncto notata est. *Mr.*

Divisque aliis alii sacerdotes] Sic Aldi vetus, nam Victoriana, Turnebiana, item mss. nostri quatuor excludunt illud *alii.* Grut.

Ibid. *Divisque aliis sacerdotes*] Vulgo *divisque aliis* alii *sacerdotes;* contra quam volunt *Gruteriani* quatuor, nostrique septem; ne quid de publicatis ab *Victorio Turneboque* libris dicam. Vide *Car. Sigonium* de Ant. Iure Civ. Roman. lib. I. cap. 19. Vide et *Valesium* ad *Amm. Marcellini* XXVIII. 6. et ad *Eusebii* H. E. VIII. 14. p. 399. Dav.

Divisque aliis alii sacerdotes] Ita scripsimus ex Edd. Asc. 1. 2.

FLAMINES SUNTO. VIRGINES VESTALES IN URBE CUSTODIUNTO IGNEM FOCI PUBLICI SEMPITERNUM. QUOQUE HAEC PRIVATIM ET PUBLICE MODO RITUQUE FIANT, DISCUNTO IGNARI A PUBLICIS

Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Verb. cum Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch. Vox *alii* abest a Codd. nostris et Edd. Paris. Comm. et Sturm. quod cum Dav. probabat Wytt. Sed infra §. 29. c. 12. dicitur *singuli singulorum sacerdotes*. Neque enim, ut bene vidit Wagn., recte opponuntur *alii — omnes — singuli;* nec sacerdotes speciem, sed genus constituunt. In Cod. Cr. est *divesque*, in Cod. M. *divinisque* et mox *flamines si sunto*. *Mr.* *Ollis* pro *aliis* h. l. a Tullio scriptum arbitratur V. D. in Miscell. Obss. IV. 3. p. 331. [Hanc esse Turnebi conjecturam vid. in ejus commentario. Eandem probavit Wagnerus. *Mr.*] Obloquitur ibidem alius vir doctus laudans Liv. II. 3. *Legati alii alia moliri*, et P. Wesselingii Obss. II. 131. ubi elegans formula pluribus exemplis firmata sit: [in eo certe frustra laboravit V. D. Nam qui ejectam volebant vocem *alii*, nequaquam de formulae *aliis alii* elegantia dubitaverunt. *Mr.*] indicari autem h. l. Salios, qui Marti, Titios Sodales, Fratres Arvales, Virgines Vestales, Potitios et similes, qui diversis diis sacra curabant et differebant a Flaminibus, qui singuli singulorum deorum sacerdotes erant, alii aliorum deorum, sed plures simul, Pontifices vero omnium deorum. Recte. *Cr.* — Quem ille V. D. laudare voluerit Wesselingii locum, non assequor. In libris Obss. tale quid non legitur. An voluit Wess. Probab. p. 231.? quamquam hoc quoque loco nihil probatur. *Mr.*

Singulis Flamines sunto] *Singulis* h. l. rariore usu sumitur pro *quibusdam*. *W.* De *Flaminibus* consule, quae disputavit Chr. G. Schwarzius ad Plinii Panegyric. LXXXIII. p. 427. sqq. et quae ex monumentis collegit Marini in libro *gli Atti de' fratelli Arvali* p. 166. sq. et pagg. 376. 386. Ad *flamines* pertinet etiam ritus confarreationis; quam rem in loco proh dolor lacunoso attigit Gajus in Institutt. Commentarr. I. §. 112. ubi vid. annott. pag. 40. cf. insuper ibid. I. §. 128. *Cr.*

Virginesque Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum] Vulgo *virgines Vestales*. Addidimus conjunctionem fide Paris. Reg. Balliol. aliorumque Codicum. Sed hoc leve. Pro more vero Romanorum lex est lata. *Julianus* Orat. IV. p. 155. *Ἄσβεστον ἐξ Ἡλίου φυλάττουσι φλόγα παρθένοι κατὰ τὰς διαφόρους ὥρας*. Locus videtur parum sanus. Lego *μετὰ τῆς διαφόρου ὥρας, cum singulari cura*. Nec immerito: nam si extinctus erat ignis, flagro caedebantur. Vide *Lipsium* de Vesta cap. VIII. Dav.

Virgines Vestales etc.] Delevimus cum Ern. Bip. et Wagn. voculam *que*, quae minime est necessaria, et abest a Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. et Edd. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. et Sturm. *Mr.*

Quoque *haec privatim et publice modo rituque* fiant] Vulgo *quodque haec — fiat*. Lectionem vero quam recepimus quamque res ipsa flagitat, praestant Paris. Reg. Eliens. Med. Harleian. pr. et Ven. 1471. eamque *Ascensius*, *Victorius* ac *Turnebus* in suis editionibus expresserunt. Vide *Livium* VI. 1. Dav.

Quoque haec privatim etc.] Lectionem *quoque* tuentur etiam nostri Codd. MSS. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr.

SACERDOTIBUS. EORUM AUTEM DUO GENERA SUNTO: UNUM, QUOD PRAESIT CAERIMONIIS ET SACRIS; ALTERUM, QUOD INTERPRETE-

Sed omnes hae Edd. et Codd. nostri Cr. et W. habent *et* pro *haec*, nisi quod in Cod. W. ab alia manu superscriptum est *hec;* in Cod. M. est *hoc privatum;* pro *fiant* est *fiat* in Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Una ex vett. Edd. Commeliniana habet *haec — fiant.* In Copp. Victt. b. est *rituque quo. Mr.*

Eorum autem duo genera sunto] i. e. Sacerdotum, a quibus ignari discant. Horum enim *duo* sunt genera: primum *pontifices*, quod genus praeest caerimoniis et sacris; alterum, quod interpretatur oracula Sibyllina, veluti Decemviri, qui postea Quindecimviri fuerunt. *W.* — Scribitur *genera sunto duo* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. marg. Lamb. et Gothofr. et Ed. Sturm. Goerenzius, cum in uno libro reperisset *genera sunto triunum*, corrigendum censebat *genera sunto tria: unum:* poni enim re vera tria sacerdotum publicorum genera, *pontifices*, *decemviros sacrorum* et *augures.* Impeditum autem se esse ait, quo minus ad Codicis sui normam scriberet, eo, quod hoc ordine Ciceronem scripsisse non putet. Ego quidem in hoc sermone hunc ordinem ferrem, sed a corrigendo deterreor et librorum consensu ceterorum omnium, et eo, quod *augures* a sacerdotibus separavit constructione mutata. Neque Handius l. c. aliquid mutandum censuit, merito lectionem Codicis apud Goer. *triunum*, unde hic fecit *tria, unum*, glossatori tribuens. Ciceronem enim nonnisi duo sacerdotum publicorum genera nominare voluisse, ait H., id probatur insequenti *autem*, et quod dicuntur *publici augures*, ita *publicis sacerdotibus* oppositi et juxta positi. *Mr.*

Quod interpretetur fatidicorum] Quod esset in membranis S. Victoris *faticorum*, legebat Gulielmius *fanaticorum.* Grut.

Quod interpretetur etc.] Cod. M. *interpretatur.* Pro *vatum* est *natum* in Cod. Cr.; in Copp. Victt. b. *vatium*, quae est forma prisca, ut monet Goer. et probat *Schneider* in *Gramm. Lat. Formenlehre* I. p. 243. not. *Mr.*

Cum *senatus populusque asciverit*] Paris. Reg. Ball. Eliens. aliique MSSti dant *quorum senatus populusque asciverit:* unde nos veterem scribendi rationem, praeeunte *Victorio*, reduximus. Cur autem *Lambinus* vellet *arciverit*, non *asciverit;* haud equidem scio. Dav.

Quorum senatus populusque adsciverit] Omnes Goerenzii nostrique Codd. MSS. habent *quorum* (sc. fatidicorum et vatum effata) itemque Edd. Asc. 1. 2. *Cum* ortum est vel ex compendio scribendi *quom*, vel ex correctione librarii, sensum non intelligentis. Sch. cum Goer. eandem lectionem restituit. Ad v. *adsciverit* Ern. haec adnotavit: »Quid est *asci»verit?* Sensus requirit verbum, »quod significet: *jusserit.* Lam»binus corrigit *arciverit:* an vo»luit scribere *arcessierit?* Forte »*ad* delendum est, ut sit *sciverit*, »pro quo compositum putat po»situm Turnebus.« Sed recte ita rem expedivit Wytt. in scholis: »*Adsciverit* est *etiam sciverit*, »etiam decreverit. Nam Decemviri »Oracula Sibyllina non consule»bant, nisi decreto senatus aut »populi.« *Mr.*

Et auspiciis postea *vidento*] Lambinus *postera* contra mss. et editt. Gulielmius, licet sciret vulgatum probari a Jos. Scaligero in Coniectaneis ad Varronem, jussit nos videre, num legendum sit, *hostia* aut *posca.* Grut.

TUR FATIDICORUM ET VATUM EFFATA INCOGNITA; QUORUM SENATUS POPULUSQUE ADSCIVERIT. INTERPRETES AUTEM JOVIS

Ibid. *Signis et auspiciis* postea *vidento*] Stare non potest haec lectio, quamvis eam tueantur Codices. Perabsurda vero est *Gulielmii* suspicio, qui jubet ut videamus, num reponendum *hostia* aut *posca*. Augures enim *hostia* vel *posca* non utebantur, ut signa divinitus missa possent interpretari. *Lambinus* edidit *postera*, quod *futura* denotat; ac ita rescribendum puto. *Lucretius* III. 980.

Materies opus est, ut crescant postera *saecla.*

DAV.

Signis et auspiciis postea vidento] Servavi vulgatam scriptionem, quae omnes libros occupat, quamquam non placeat. Sed si scripsit Cic. *postera*, quod placet, non video, quomodo hoc vocabulum tritissimum plane obliterari, et ex omnibus libris evanescere potuerit. Sed videamus virorum doctorum sententias. In marg. Edd. Lamb. et Gothofr. est: *L. postera vidento.* Neque vero Lambinum esse hujus conjecturae auctorem, sed Turnebum, video ex Ed. Paris. quae ejus commentarium primum exhibet, ubi ad v. *postea* scripsit: *res futuras*, unde videmus eum voluisse *postera*. Plane alia scripsit in eo Comm., quem ad calcem horum librorum addi jussimus. Wagnerus vult *prodigia*, miscens, ut vere ait Goer., augures cum aruspicibus. Wytt. ad h. l. ita: »*Interpretes* etc. Hi »sunt augures, interpretes non »Apollinis et oraculorum, sed sig»norum et alitum a Jove O. M. »missorum: hi signis et auspi»ciis vidento *postera* i. e. *res fu»turas:* ita enim Cic. scripsit, »ut docent Lambinus et Davisius, »non, ut editur, *postea.*« »Sed, »ait Goer., augures non tam *po»stera* curabant, quam modo agen»dis prospiciebant.« Hoc vero est argutari: cur enim in hoc sermone, quae *agenda* sunt, dici non possint *postera?* Rathius adoptat *postera:* »sed, addit, aliud super»esse videtur, quod consideres »velim. Iubentur augures signis »et auspiciis *postera* videre. Hoc »si eorum munus fuit, sumitur, »eos eam artem calluisse. Inepte »itaque additum videri possit istud »*disciplinam tenento* [sed v. Wytt. »horum verborum interpretatio»nem, quam subjecimus. *Mr.*]. »Unde corrigo: *publici augures »signis et auspiciis postera »videndi disciplinam tenento.*« Quod certe magis placet Goerenzii ratione, qui mavult *posita*, i. e. τεθέντα, ad agendum proposita, quod prisce scriptum fuerit *posta*, unde factum sit *postea.* Neque vero probavit *posita* sive unquam hoc sensu esse dictum, sive ita dictum intelligi posse. Verba *disciplinam tenento* Wytt. ita explicat: *debet esse certa ars et scientia, prodita e libris auguralibus, a Numa sancitis.* Neque vero praetereunda nobis est ingeniosa *F. C. Frenzelii* conjectura, qui in Bibl. Crit. Seebodii 1821. 6. in hanc sententiam de loco nostro disputat: »Non satisfaciunt inter»pretum conjecturae. Legendum »videtur: *Augures signis et au»spiciis populi salutem viden»to, disciplinam tenento: Sacer»dotesque vineta virgetaque au»guranto.* Scriptum fuit fortasse »compendio PO. SA.; quod com»pendium cum librarius aliquis non »intelligeret, correxit POSTEA. »Illa ipsa autem verba *salutem »populi* plane sunt supervacanea »post *vineta virgetaque.* Fortasse »aliquis illud scribendi compen»dium (*po. sa.*) in margine ver»bis *salutem populi* explicaverat, »quam veram interpretationem in»eptus quidam librarius alieno

OPTUMI MAXUMI, PUBLICI AUGURES, SIGNIS ET AUSPICIIS POSTEA
21. VIDENTO, DISCIPLINAM TENENTO. SACERDOTESQUE VINETA VIRGE-

»loco in verborum seriem recepit.« Libri nihil variant; nisi quod in Cod. M., omnium, quos vidi, corruptissimo, scribitur *pulpiti* pro *publici*. *Mr.*

§. 21. *Sacerdotesque vineta*] Sic Paris. Reg. Harleian. pr. sec. Med. ac Eliens. Vulgo *sacerdotes vineta*, praetermissa conjunctione. Dav.

Sacerdotesque vineta etc.] Pro *vineta* Codd. Cr. et M. *vincta*, Cod. W. *vinera*, Cod. W. *augurato* pro *auguranto*. Edd. Ascc. 1. 2. ad v. *virgeta* in marg. habent: *virgulta vel vireta*. Ad v. *salutem populi* Turnebus in primo Comm. dixit: »quidam habet *salicta publica*, sed male.« Ad rem Ern. haec: »i. e. auguriis certis »integritatem vinetorum, virgetorum, salutis, a diis expetant. De »salutis augurio res nota est ex »Dione Cassio XXXVII. 24. ubi »dicit augurio hoc intelligi debuisse an liceat salutem a diis »petere. Adde Davis. ad de Divin. I. 47.« Wytt. in scholis: »Augures, Pontifices, Decemviri, »Flamines, uno nomine Sacerdotes nominabantur. Distinguit Cic. »duo auguria a sacerdotibus facienda, *augurium salutis* et *augurium vinetorum virgetorumque*. Illud Romae fiebat ab auguribus, ut ostendit Turn. ad »h. l. Hoc fiebat mense Majo, »publice quidem a Fratribus Arvalibus. V. Gell. VI. 7. Varro de »L. L. IV. 15. [p. 23. ed. Scal.]. »Privatim etiam fiebat a suae quoque familiae patre, atque hujusmodi est apud Tibullum II. 1. »et item apud Catonem de Re Rust. »Cap. 141.« *Vineta* sunt vineae, *virgeta* sunt arboreta, fruticeta, pomaria. *Mr.*

Quique agent rem duelli etc.] Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. habent *quique pro populare*. — *Populare* est etiam in Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Sturm. Brut. Gothofr. Turnebus in primo Comm. ait: Legendum: *quique populi, auspicio praemonento*. *Mr.* *Quique agent — popularem*: i. e. magistratus et militares et civiles. *Agere rem* est idem, quod *rem publicam gerere*. *W.*

Auspicium praemonento] Jubente sensu, legendum videtur *praemoneto*, licet nec MSSti nec editi faveant. Dav.

Auspicium praemonento] sc. eos, interpretes Jovis. *Praemonere auspicium aliquem* est, monere aliquem, priusquam quid agat, quale sit auspicium illius rei. *Scheffer*. Sc. sacerdotes eos praemoneant, antequam aliquid agant, quo auspicio uti debeant. *Ern.* — i. e. augures iis praedicant atque indicent, quid ut fiat, aut ne fiat, auspicium velit. *Rath.* — Antique dictum videtur pro *auspicium consulant*. Imperator in militia, magistratus in urbe ante rem gerendam capiebant auspicia, i. e. consulebant voluntatem Deorum immortalium vel sacrificiis vel auspiciis. Conf. de Legg. III. 3. Hinc dicitur *jus auspiciorum habere*, et *res geritur alicujus auspiciis*, alicujus ductu. *Wytt.* Jam, credo, non est necessarium refellere Davisii conjecturam. *Mr.*

Ollique obtemperanto] *Ollisque* vetus liber. Et infra pro *si senatus jussit* habet *si senatus jusserit*. Ursin.

Ollique obtemperanto] sc. augurum monitis. Pro *ollique* est *illique* in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.*

Divorumque iras] Claud. Puteanus malebat *divumque*. Grut.

Divorumque iras] Cod. M. *divinorumque*. — *Providento* sc. per auguria. *Ern.* *Providento*, ait Wagn., est curanto, quibus sacri-

TAQUE ET SALUTEM POPULI AUGURANTO: QUIQUE AGENT REM DUELLI, QUIQUE POPULAREM, AUSPICIUM PRAEMONENTO; OLLIQUE OBTEMPERANTO: DIVORUMQUE IRAS PROVIDENTO, IISQUE APPA-

ficiis deorum irae placandae sint. Recte. *Mr.*

Iisque apparento] Sic et e nostris Paris. Reg. nam reliqui dant *iisque parento.* Sed illud melius. *Apparento*, praesto sint. *Valerius Maximus* lib. II. cap. II. 4. *Quod cum filius sensisset, proximo lictori, ut sibi* appareret, *imperavit.* Ibi plura *Joan. Vorstius. Seneca* de Clem. I. 20. *Supervacuum est hoc loco admonere, ne facile credat; ut verum excutiat, ut innocentiae faveat et* appareat. Vide sis et *J. Fr. Gronovium* ad ejusdem libri cap. XXVI. DAV.

Iisque apparento.] Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Gothofr. *iisque parento*, et ita Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b.; in Cod. M. est *aparento*. Ed. Sturm. *ollisque parento. Mr. Apparento* est praesto sint sc. ad expiandas iras. *Ern.*

Caelique fulgura etc.] Copp. Victt. b. *fulgora.* Turn. in Com. primo pro *temperanto*, ait, alii *denotanto* habent. — Quod est glossatoris. *Mr. Temperanto* est: distinguunto certis regionibus, in quas coelum descripserint, ut sciant, quae fausta sint, nec ne. *Ern.* Commode laudat Wagn. Lib. III. 19. Cic. de Div. II. 18. Lucret. VI. 85. sqq. *Mr.*

Templa liberata et effata] Ex antiquorum testimonio et auctoritate reposuimus *effata.* Nam *M. Varro* de lingua Lat. [lib. V. p. 54.] *Hinc*, inquit, EFFATA *dicuntur, quod augures finem auspiciorum caelestium extra urbem agris sint* effati. *Hinc* EFFARI *templa dicuntur ab auguribus: adfatus, qui in his fines sunt. Hinc* fana nominata, *quod Pontifices in sacrando* fati *sunt finem.* Et *Gellius* lib. XIII. cap. 14. de pomoerio his verbis: *Pomoerium quid esset, augures Populi R., qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt:* Pomoerium est locus intra agrum *effatum* per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui finem facit urbani auspicii. Et in eodem capite: *Neque postea D. Julius, cum pomoerium proferret, intra* effatos *urbis fines* etc. Pomoerium *est circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant* [Haec verba sunt *Livii* I. 44.]*:* uti appareat *effari* et *consecrare* idem esse. P. MANUC.

Ibid. *Templa liberata et* effata] *Templa* non pro fanis, sed pro regionibus augurali lituo finitis, hic ponuntur. *Liberata* vero et *effata* idem denotant, ut observat *Festus.* At *loca sacra, id est, ab auguribus inaugurata*, effata *dicuntur;* testante *Servio* ad Aen. VI. 197. Vide sis eundem ad Aen. VI. 197. ac interpretes ad *Agellii* XIII. 14. MSSti tamen *efflata* perperam repraesentant, excepto *Car. Stephani* vetere. DAV.

Urbemque et agros etc.] Codd. Cr. et W. *et templa et agros.* Sed vid. Dav. et cf. Varro de L. L. V. p. 54. ed. Scal. ejusque not. p. 83. Nostros quoque Codd. MSS. omnes et Edd. Paris. Brut. et Car. Steph. occupat pravum illud *efflata*, sed Car. Steph. se in veteri libro *effata* reperisse ait, quod habent Edd. nostrae reliquae omnes. Goer. voculam *et* ante *templa* uncinis inclusit, dicens se, nisi hoc fiat, locum non intelligere, seque eo deleto eum sic capere: *et urbs et agri auguribus pateant ad templa* (tabernacula) *libera* (i. e.

RENTO: CAELIQUE FULGURA REGIONIBUS RATIS TEMPERANTO: URBEMQUE ET AGROS ET TEMPLA LIBERATA ET EFFATA HABENTO:

prospectu nulla re impedito) *et fando sacrata, capienda.* Quod ad sensum optime; sed servari potest ea vocula interpretando: *urbemque et agros et* (*universe*) *templa liberata et effata habento;* ut *et* sit i. q. nos dicimus: *und überhaupt, et omnino.* Vid. modo Goerenzii Indicem ad Cic. de Fin. v. *et*, qui ejusmodi loca suppeditat. *Mr.* — Liv. X. 37. *Inque ea pugna Jovis Statoris Aedem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est, locus templo effatus, sacratus fuerat.* Ubi cf. interprr. Adde Festum in *effari*, ibiq. Scaliger. p. 127. ed. Dacer. porro Fest. in *prosimurium* p. 388. sq. ibiq. Dacier., cui tamen obloquitur A. D. Trekell in Selectt. Antiquitt. I. cap. 2. p. 17. sq. In Tabula Eugubina II. legitur *eicvasati*, quod Lanzi in *Saggio di Lingua Etrusca* III. p. 747. interpretatur: *qui promiserunt* a *vador.* Idem ibidem vocis *effatum*, s. *ecfatum*, mentionem facit. Nimirum haec a *φάω*, *for*, *fari*, repetenda est; cf. ibid. p. 752. *Cr.*

Vitiosa dira defixerit] Lipsius lib. IV. Epistolic. quaest. cap. 11. arbitratur scriptum antiquitus, *deixerit*, neque enim heic aptum videri *defixerit:* at mihi videtur aptissimum; consulatur modo ad hunc locum summus ille criticorum Turnebus. Grut.

Ibid. *Vitiosa, dira* defixerit] In exsecrationibus et carminibus magicis hujusce vocis usum non ignoro: parum tamen huic loco videtur convenire. *Badius Ascensius* edidit, *vitiosa, dira dixerit;* idque pro sua conjectura venditavit Cl. *Lipsius* Epist. Quaest. IV. 11. p. 292. Ea quidem lectio non est incommoda. Malim tamen *edixerit*, quod MSStis propius accedit. Dav.

Vitiosa, dira defixerit] Errat Dav. dicens Ascensium edidisse *vitiosa, dira dixerit;* nam in Ed. Asc. 1. est *dira defixerit*, ut in Codd. MSS. omnibus, in Ed. Asc. 2. vero est *dirave dixerit*, et ita Edd. Crat. et Herw. quae tamen in Varr. lectt. vulgatam habent. Cum Lipsio Salmasius ad Solinum p. 766. E. vult *deixerit*, neque vero his magis obsequendum, quam Davisio, *edixerit* corrigenti. *Mr. Defixerit* i. e. pronunciaverit nefasta esse, exsecratus fuerit. Vid. Graevius ad Cic. Orat. pro Rabirio Cap. 10. Ita loquitur Seneca de Beneficiis Lib. VI. c. 35. *Exsecraris enim illum, et caput sanctum tibi dira imprecatione defigis.* Add. Ernest. in Clavi Cic. v. *defigere.* Itaque h. l. *dira* accipiendum in Ablat. i. e. *per diram exsecrationem. W.*

Irrita infectaque sunto] Libri veteres habent *infestaque sunto:* quod probat *Turnebus;* et interpretatur, non festa, infausta, dira. Lamb.

Ibid. *Irrita infestaque sunt*] Obsecutus sum libris ineditis, in quibus haec lectio; probatque etiam prae vulgato, *infecta*, Turnebus. Grut.

Ibid. *Inrita* infectaque] Vulgo *infestaque;* quod *Turnebo Gruteroque* perperam se probavit. Nostram rationem prae se ferunt Med. Harleian. pr. et Ven. 1471. nec aliter *Ascensius* et *Victorius.* Dav.

Irrita infectaque sunto.] Cod. M. *irrita manifestaque sumpto.* Cod. W. et Copp. Victt. b. *infestaque.* Reliqui omnes libri *infecta* tuentur. Unde Schützius receperit *et infecta*, nisi forte ex inscriptione notae apud Goerenzium, nescio. Gruterus et Verb. receperunt *infestaque. Mr. Irrita* est non rata: *infecta* i. e. tanquam

QUAEQUE AUGUR INIUSTA, NEFASTA, VITIOSA, DIRA DEFIXERIT, IRRITA INFECTAQUE SUNTO: QUIQUE NON PARUERIT, CAPITAL ESTO.

non facta essent. Idemque probavit Ern. *W.*

Capital esto] Ita scripsimus forma antiquiore pro *capitale*, quod est in plerisque; idem fecerunt Comm. Ern. Goer. (non sine libris) Wagn. Schützius. Et ita laudat locum Lexicon quod laudavi Iuridicum v. *capital* p. 206. In Copp. Victt. a. et b. mire legitur *caristo lesto*, in Gud. 2. *carital esto;* quae ipsa nostram lectionem firmant, quam probat etiam Wytt. Conf. Ern. Clav. Cic. in *capital*, ibiq. Gronov. ad Livium XXIV. 37. *Mr.*

Cap. 9. *Foederum pacis* etc.] Cod. M. *Foederumque pacis.* Cod. W. *indutiarum. Mr.*

Oratores, fetiales, judices duo *sunto*] Codices habent *Oratorum feciales*, vel *speciales, judices* non *sunto:* unde, deleta particula negante, viri docti legunt *oratores, fetiales, judices sunto.* Se vero melius habet vulgata lectio, quam *Victorius*, adsentiente *Turnebo*, primus intulit: *non* enim per *N* in MSStis notatur, quod ab *II* parum distat. Patet tamen nunc tres, nunc quatuor, nunc quinque, nunc decem, nunc etiam viginti fetiales a P. R. missos fuisse. Vide *Nonium* in *Fetiales* et *Joan. Jensium* de Fetial. cap. 4. Adeo ut ampliandum videatur, cum *non multum discrepet* Tulliana *constitutio religionum a* Romanis *moribus.* Audi sis autem *Livium IX.* 5. *Spoponderunt consules, legati, quaestores, tribuni militum; nominaque omnium, qui spoponderunt, exstant: ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam* DUORUM FETIALIUM *non exstarent.* Quae verba nobis diserte favent. DAV.

Iudices duo *sunto*] Sic emendatum erat in codice *Memmiano.* Sic et *Turnebus* legendum censet. LAMB.

Ibid. *Iudices* duo *sunto*] Melius istud longe; quam quomodo olim vulgati, *judices* ne *sunto;* aut mss. *non sunto*, qui error inde ortus quod virgula jaceret super binarium numerum. Videatur Turnebus. GRUT.

Oratores, Fetiales, judicesve sunto] Hanc recepi ex uno Goerenzii libro lectionem, cum Goer. et Schützio, non quod animum plane expleat, sed quia proxime ad librorum scriptionem accedit et ferri potest. Sed videamus de lectione. Cod. Cr. *spirituales* (in marg. *fec.*) *judices non sunto*, Cod. W. *speciales* (supra scripto *fe*) — *non sunto*, Cod. M. *speciales — nō sumpto.* Copp. Victt. b. *feciales — ne sunto.* Edd. Asc. 1. 2. *speciales jud. ne sunto.* Edd. Crat. et Herw. Sturm. habent ut Copp. Victt. b.; in Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Comm. est *feciales judices sunto*, in Ed. Paris. *feciales judices diio sunto;* Turnebus ibi in Comm. primo: »In »aliis: *oratores feciales judicesve* »*sunto.* Quod constat. Hic *judices* »*duo sunto* legitur, cum ab initio »fecialium collegium longe plures »habuerit. *Duo* ergo ejiciendum. »Deinde *bella disceptanto* lego.« — *Schefferus:* »Non video quare »illud *duo* debeat placere. Varro »memorat quatuor ad hoc negotium, alii plures. In antiquis li»bris legitur, *judices ne sunto*, »ex quo facio *judicesve sunto.*« Neque vero *judicesque* conjecit Schefferus, ut Wagn. et Rath. perperam contendunt, quia non Schefferi librum ipsum inspexerunt, sed Editionem Verb. ubi ea nota per-

9. FOEDERUM, PACIS, BELLI, INDUCIARUM ORATORES, FETIALES, JUDICESVE SUNTO, BELLA DISCEPTANTO. PRODIGIA, PORTENTA

peram descripta est. Wagn. *judices* antè *feciales* reponi vult, dubie servato *duo*, unde Rathius conjecit *oratores judicesve*, *feciales sunto*, quod admodum placet, sed invitis libris recipere nolui. Lectionem *duo* servavit cum Grutero Ern. itemque Ed. Bip. In Ed. min. Goer. ediderat *judicesve duo*. Handius l. c. in eo quoque aliquid difficultatis restare existimat, quod *judices* postponitur. Neque igitur Wagneri suspicionem de nihilo fuisse existimat; ipse autem suspicatur, nomen generale *feciales* alienae manui deberi, cum genera eorum verbis *oratores* et *judices* significentur, quorum prius erat *feciales legati* s. *oratores*. Conf. Varro ap. Non. 12. 43. ad *judices*; ad *oratores* i. e. *legatos* Non. 4. 43. Fest. s. v. *orare*. *Mr*. *Fetiales* scribendum, non *Feciales*. Vid. Marini gli Atti de' Fratelli Arvali p. 708. cf. p. 714. 754.; ubi de iis agitur. *Cr*. Pro *disceptanto* est *disceptatio* in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Paris. Ald. Brut. (qui probat Turnebi lectionem) Sturm. Gothofr. Car. Steph. Sed in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb. et Comm. est *disceptanto*. *Mr*.

Ad Etruscos et haruspices] Sic habent omnes libri vulgati, et nonnulli MSS. atque hanc lectionem tuetur *Adr. Turnebus*. Alii malunt legi *ad Etruscos haruspices*: in his *Muretus*. Lamb.

Ibid. *At Etruscos haruspices*] Vulgo *ad Etruscos* et *haruspices*, cui scripturae patrocinatur *Turnebus*. Sed omnino delenda est conjunctio copulans, quam nesciunt Eliens. Harleian. pr. et editio *Victoriana*. Vide nos ad N. D. II. 4. Hac de re jamdudum recte statuit etiam *Muretus* ad Catil. III. 8. Dav.

Ad Etruscos aruspices] Particulam *et* addunt etiam Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Sturm. Brut. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Comm. Omiserunt eam post Dav. nonnisi Goer. et Sch. Ceterum scribitur in Cod. M. *ad carusos et arusp.*, in Copp. Victt. b. *ad Aetruscos et arusp. Mr.* Quod ait Goer. Ciceronis locum de Div. I. 41. §. 92. et Valer. Max. I. 1. *de principum filiis Etruriae in disciplinam datis*, de filiis nonnisi principum Etruscorum esse intelligendum, neque unquam inter haruspices, quotquot nominentur, Romanum nomen deprehendi; ideoque particulam *et* esse delendam, ut fuerit delenda in libro II. de N. D. 4. 10. (vid. nostr. Ed. p. 222.), cum omnes haruspices fuerint Etrusci: id accuratius etiam videtur investigandum. Vid. modo Niebuhr. Röm. Gesch. I. p. 80. et 91. Symbolik II. p. 836. sq. not. et in primis Livium IX. 36. de M. Fabio Caere educato, ubi addit: *Habeo auctores, vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis literis erudiri solitos*; et cf. verba Ciceronis de Divin. l. l. *Cr*. — Filii praecipuorum senatorum Etruscis principibus in disciplinam dabantur: horum numerus non ab omnibus idem proditur. *Sex* filii dicuntur apud Cic. de Div. I. 41., *decem* apud Val. Max. I. 1. *W*. Handius quoque l. c. merito quidem ait a Goerenzio omissam esse particulam *et*; sed Etruscos modo aruspices fuisse probari non posse: fuisse enim non quidem a principio, sed postea Romanorum collegium aruspicum: cf. Cic. de Har. resp. II. 25. *Mr*.

Si senatus jusserit] Mss. nostri omnes *jussit*, sicque editi a Turnebo, antiqua scilicet scribendi ratione. Grut.

AD ETRUSCOS ARUSPICES, SI SENATUS IUSSIT, DEFERUNTO: ETRURIAEQUE PRINCIPES DISCIPLINAM DOCENTO. QUIBUS DIVIS CRE-

Ibid. *Si Senatus* jussit] Vulgo *jusserit*. Lectionem vero quam recepi praestant *Gruteriani* nostrique MSSti. *Virgilius* Aen. II. 467.

Cetera, qua jusso, *mecum manus inferat arma:*

pro qua jussero; *et est antiquum*, ut ibi *Servius* ait. Dav.

Si senatus jussit] *Jussit*, quod antique dictum est pro *jusserit*, habent nostri Codd. omnes, praeter M.; sed *jusserit* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Grut. Ern. Wagn. Bip. Sola Comm. habet *jussit* et post eam Dav. Goer. et Sch. Ad v. *deferunto* Wytt. in marg. Ed. Goer. min. conjecit *deferuntor*, sed in scholis haec adnotavit: »*Deferunto*: sc. sacerdotes, si »senatus jussit, prodigia et por»tenta ad Etruscos et Haruspices.« *Mr.*

Etruriaque principes disciplinam doceto] Vulgo *docento*. Nos editiones *Victorii Turnebique* sequimur, ut res ipsa jubet; hanc enim legem scivit noster moribus Romanis obtemperans. *Cicero* de Divin. I. 41. *Bene apud majores nostros Senatus tum cum florebat imperium decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur* etc. Ibi nos plura. Dav.

Etruriaeque principes disciplinam docento.] Restituimus lectionem librorum MSS. tantum non omnium, quamquam, quod recte monet Goer., Davisii quoque lectio ferri potest. In Cod. Cr. est *Etruncque* (quod ortum est ex *Etruriaeque*) — *docento*. A Davisii partibus stant Edd. Paris. Lamb. Comm. eamque lectionem Brutus ita defendit: »Neque »enim permagni populi Rom. in»tererat, utrum Etrusci principes »disciplinam sacrorum, an ex plebe »homines, modo illi sacrorum et »religionum periti, suos doce»rent.« — *Principis* scribitur in Copp. Victt. b. Ad *docento* subaudi *haruspices*. *Mr.* — Cf. *Lanzi* Saggio di lingua Etrusca I. p. 44. sq. et Symbolik II. p. 856. sq. *Cr.*

Quibus divis etc.] Ad *creverint* intellige haruspices, ad *procuranto* sacerdotes Romanos. Pro *fulgura* in Copp. Victt. b. iterum scribitur *fulgora*, pro *atque* in Cod. W. *et*. Goer. cum in tribus libris invenisset scriptum *fulgera*, conjecit *fulgetra*, quod non displicet; quamquam ex illo calami lapsu non sequitur, aliud quid, quam *fulgura*, Ciceronis esse. *Mr.*

Atque oscina *pianto*] Veneti *obstita*. Quid enim *oscina* fuerint? Etsi *obstita* quoque nescio quid hoc loco esse dicam. Placuit igitur quibusdam *obscoena:* certe enim *obscoena portenta* et abominanda dixere veteres, ut

Fusaque in obscoenum *se vertere vina cruorem.*

[*Virgilius* Aen. 4. 445.] Camer.

Ibid. *Atque* obstita *pianto*] *Obscina* est in MSSto pro *obstita*. Ursin.

Ibid. *Fulgura atque obstita pianto*] Vide *Joan. Savaronem* ad *Sidonii Apollinaris* Carm. IX. 180. Dav.

Atque obstita pianto] Turn. in comm. primo ait: »quidam co»dex *ostenta* habet, quod etiam »probari potest.« Videlicet ab eo, qui glossas auctoris verbis praefert. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae tamen duae in lectt. varr. habent *obstita*) legitur *oscina*. *Mr.* *Obstita* nomen est rarissimum ex haruspicum disciplina, quo in nomine interpretando veteres jam dissenserunt. Est a verbo *obsisto*, et notat in re sacra *tactum de caelo* i. e. fulmine per-

VERINT, PROCURANTO: IDEMQUE FULGURA ATQUE OBSTITA PIANTO. NOCTURNA MULIERUM SACRIFICIA NE SUNTO, PRAETER OLLA, QUAE PRO POPULO RITE FIENT. NEVE INITIANTO, NISI UT AD-

cussum. Vid. Festus in voce *obstitus*, cf. Forcellini Lex. ubi explicatur *violata*. *W.*

Nocturna mulierum sacrificia] Cod. Cr. *non sunto*. Cod. M. *ne sumpto*. *Mr.* Dionysius Halicarn. lib. II. cap. 19. p. 247. Reiskii: — οὐ βακχείας καὶ τελετὰς ἀποῤῥήτους, οὐ διαπαννυχιασμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν σὺν γυναιξίν κ. τ. λ. *Cr.*

Praeter olla, quae etc.] *Illa* est in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Tum Cod. W. *quae paulo ante pro populo*, sed duo vocabula supervacanea lineam habent subscriptam. Vocem *pro* omittit Cod. M. Tum cum Goer. et Sch. restituimus *fient* pro *fiant* ex Codd. nostris Cr. W. (in hoc prius erat *fiant*, sed correctum est.) Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. Comm. Neque contradicit Cod. M. in quo est *sinet*. *Mr.* — *Pro populo:* Hoc est illud sacrum Bonae Deae, quod in aedibus Caji Caesaris, Pontificis maximi, cum ageretur, Pub. Clodius violavit: de quo frequens est mentio apud Ciceronem. Hoc pro populo fiebat i. e. ad salutem populi. V. Cic. ad Att. I. 13. et Orat. pro Harusp. resp. 17. *W.* Add. Macrob. Saturn. I. 12. Creuzer Symb. IV. p. 181. sq. II. p. 866. 976. *Mr.*

Neve quem *initianto*] *Quem* nesciunt Eliens. Med. Harleian. pr. aliique plures libri. Lego *neve initiantor*, nempe mulieres. Vide cap. 15. Dav.

Neve initianto] Ita rescripsimus cum Goer. et Sch. deleto supervacaneo *quem*, et repudiata non minus supervacanea Davisii conjectura, quam non probare debebant Wagn. et Rath. Nostram lectionem firmant Codd. Cr. W. Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Quod. est c. XV. 37. *initienturque* (mulieres) *eo ritu Cereri* etc., id nos non cogit hoc quoque loco recipere *initiantor*, ut est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. In Copp. Victt. b. legitur *neveque initianto*. *Mr.*

Nisi ut adsolet Cereri, Graeco sacro] *Valerius Maximus* lib. I. cap. 1. *Cererem more Graeco venerari instituerunt* Romani. *Dionysius Halicarnasseus* I. 33. Ἱδρύσαντο δὲ καὶ Δήμητρος ἱερόν, καὶ τὰς θυσίας αὐτῇ διὰ γυναικῶν τε καὶ νηφαλίους ἔθυσαν, ὡς Ἕλλησι νόμος, ὧν οὐδὲν ὁ καθ' ἡμᾶς ἤλλαξε χρόνος. *Arnobius* lib. II. pag. 120. *Sacra Cereris matris non, quod vobis incognita essent adscita paulo ante, obtentum est, ut* Graeca *dicantur, novitatem ipsam testificante cognomine?* Plura suppeditabunt interpretes ad Orat. pro *Corn. Balbo* cap. 24. et ad lib. IV. in *Verrem* cap. 51. Dav.

Nisi ut adsolet etc.] Vid. Arnob. advers. Gentes II. 73. ibiq. annott. p. 111. 112. Orellii. Livius XXV. 12. *Decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant*. Symbolik IV. p. 178 — 182. *Cr.*

Sacrum commissum etc.] Turn. in comment. primo haec: »Crinitus *sacricommissum* legit, interpretaturque id, quod nullo »pacto expiari possit, et impie »commissum, quod purgari et expiari possit. Sed in hac re parum oculatus fuisse mihi videtur, cum Cicero intelligat, in »sacra peccari levius aut gravius. »Etenim si quis novam religionem, »ut Syriae deae cultum, induxerit, »eum lex devovet, nec unquam »expiat. Si quis autem per im-

SOLET, CERERI, GRAECO SACRO. SACRUM COMMISSUM QUOD NEQUE EXPIARI POTERIT, IMPIE COMMISSUM ESTO: QUOD EXPIARI POTERIT, PUBLICI SACERDOTES EXPIANATO. LUDIS PUBLICIS, QUOD

»prudentiam admiserit et initiatus »sit, sanctum arbitratus, etsi pec»cat, expiatur tamen.« *Mr.*

Impie commissum esto] Recepi contra librorum auctoritatem *esto* pro vulgato *est*, quod primus fecit Goer. et post eum Sch. Neque vero ille, quod ex nota ejus aliquis conjiciat, eam emendationem excogitavit, sed Pighius ad a. XXXIX., quem laudat Ern., qui item ejus sententiam probavit. — Pro *publici* est *publice* in Edd. Asc. 1. 2.; pro *ludis* est *laudis* in Cod. W. *Mr.*

Sive *curriculo* sive *certatione*] In hoc meam potius conjecturam quam veteres libros sequi placuit: nam *sine*, ut antea legebatur, sententiae repugnat, quam indicat *Cicero* infra his verbis, *Ludi publici sint corporum certatione etc.* P. MANUC.

Ibid. Quod *sine curriculo et sine certatione corporum* fiat] Locus mihi parum sanus videtur; nam ludos Circenses, qui publici fuerunt, hac lege sublatos noluit: at in iis curricula certationesque corporum nunquam non fiebant. Infra cap. 15. *Iam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sint corporum certationes, cursu et pugilatione curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis: cavea, cantu, voce, ac fidibus et tibiis, dummodo ea moderata sint.* Lego, *quom sine curriculo et sine certatione corporum fiant.* Tum demum clara sunt omnia. DAV.

Quod sine curriculo et sine certatione corp. fiat.] Servavimus lectionem librorum MSS. et Edd. vett., *quod* cum Wagnero explicantes esse i. q. *quantum* v. *quoad*, ut sensus exeat, quem Goer. posuit: *quatenus in illis non cursu et pugilatu certatur;* quod convenit cum c. XV. §. 38. — Ernestus probare videtur Davisii emendationem, eamque ita explicat: *si non sunt in Circo et amphitheatro, sed in theatro et scena.* Ad quem sensum eliciendum non opus est emendatione. Vide ipsum Ern. in Cl. Cic. v. *quod.* Sed ut etiam de aliis sententiis judicare possint lectores, adscribam Rathii et Wyttenbachii notas. *Mr.* — Ex c. 15. satis superque apparet, lacerum esse hunc locum. Ibi enim ludi publ. *circo* dividuntur et *cavea:* ad illos ait corporum certationes pertinere, ad hos cantus. De illis nihil h. l. lege sancitum est, quod faciendum erat necessario. Unde non sufficit, ut cum Dav. faciamus (vid. not. Dav.), nec cum Wagnero, haec verba unice ad musicam commendandam pertinere; sed, cum de utroque genere infra dicatur, sequitur, ut de utroque hic praeceperit. — Goer. mutavit [videlicet in Ed. min.] *quod* in *quoad* — praeter necessitatem, nam haec ipsa vocula *quod* hanc potestatem habet. Ego — ejusmodi aliquid scripsisse Tullium opinor: *Ludis publicis, quod sive curriculo sive certatione corporum fiant, victoriae modum constituunto: popularem laetitiam cantu et* etc. Lex enim vult, ut corporum certationes usque ad certam victoriam constitutae sint, nec, ea parta, ultra progredi victori liceat. Verbum *fieri*, quod Wagn. absolute dictum putat de sacris faciendis, ad ludos potius refero. Nomen autem *cantus* infra latius patet, accipiturque cum de voce, tum de fidibus et tibiis; hoc autem loco de voce tantummodo. Unde, ut jam alii viderunt, delendum est

SINE CURRICULO ET SINE CERTATIONE CORPORUM FIAT, POPULAREM LAETITIAM IN CANTU ET FIDIBUS ET TIBIIS MODERANTO, EAMQUE CUM DIVUM HONORE IUNGUNTO. EX PATRIIS RITIBUS

in ante *cantu* [et abest ea vocula a Cod. M.; eamque abesse volebat Wagn.], quod unde natum sit, apparet. *Rath.* — Prout nunc est lectio, e populari laetitia excluduntur certamina corporum, curriculi et alia, quod plane repugnat interpretationi hujus legis, quae est c. 15. §. 38. nec enim ludos gymnicos excludit Cic. et omnino apud Romanos hi ludi erant conjuncti cum re sacra. Itaque haec lex ejusmodi verbis concepta fuisse videtur: *Ludis publicis, sive curriculo et exercitatione corporum, hoc in cantu et fidibus et tibiis popularem laetitiam moderanto*, sc. sacerdotes, *eamque laetitiam cum deorum honore jungunto. W.* — Pro *eamque* est *eaque* in Cod. Cr. haud absone; pro *jungunto* Cod. M. *jungendo. Mr.*

Ex patriis ritibus etc.] Conf. Cap. XVI. *Patrii* dicuntur ritus, *πάτριοι*, iidemque sunt *publici. Cr.* In Cod. M. pro *patriis* est *paucis*, ab eodem Cod. abest *colunto.* In Copp. Victt. b. inverso ordine scribitur *colunto optima*, hiatu insuavi. *Mr.*

Ideae matris famulos] i. e. Sacerdotes Cybelae. De ejus cultu vid. Dempsterus ad Rosini Antt. Rom. p. 99. *W.* Dionys. Halic. II. 19. p. 275. ed. Reisk. [p. 91. ed. Sylburg.]: ἀλλὰ καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐπεισηγάγετο ἱερά, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ (ἡ πόλις) νόμοις, ἁπάσαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικὴν, ὥσπερ τὰ τῆς Ἰδαίας (Vatic. Cod. addit θεᾶς) ἱερά. Cf. Symbolik II. p. 60. ed. alt. ibiq. laud. van Dale ad Marmorr. antiqq. p. 172. sqq. *Sac. Matr. Deum et Attini, Populi Romani.* — *Stipem cogere* [i. e. parvulos numos mendicando colligere *W.*] Graece est ἀγείρειν: unde *Μηναγύρται* et *Μητραγύρται.* Ruhnken. ad Tim. p. 9. 10. et 11. *Cr.*

§. 22. *Sacrum sacrove commissum* etc.] i. e. qui sacrilegium committit, parricida esto. Est autem sacrilegium duplex ratione materiae, nam res ablata est vel *sacra* i. e. ipsius templi proprietas; vel est *sacro commendata*, i. e. in templo deposita, servanda proprietas privati hominis. Et est duplex sacrilegium ratione modi, nam fit vel vi, quod est *rapere*, vel clam, quod est *clepere*, a verbo Graeco κλέπτειν. *W.*

Qui clepserit rapseritque] Turnebus *clepsit rapsitque*, veteri pronunciatione; etiamsi non neget in mss. suo esse *cleperit*, quod ipsum probatur Scaligero ad Varronem. Fabr. favet scripturae mediae, nam Pall. et S. Vict. *qui clepserit rapsitque.* Grut.

Ibid. *Sacrum sacrove commendatum qui* clepserit rapseritque] Sic vulgo legitur: at cum Paris. et Reg. habeant *qui deperit rapsitque*, nos edidimus *cleperit rapsitque* prout exhibent veteres libri. Vide *Jos. Scaligerum* in *Varronis* lib. II. R. R. cap. 9. Id autem *sacro commendatur*, quod in sacro deponitur: nam *commendare nihil aliud est quam deponere.* Verba sunt *Ulpiani* Digg. lib. I. Tit. xvi. leg. 186. Dav.

Qui cleperit rapsitque] Cod. Cr. *qui dempserit rasitque*, in marg. ab ead. m. *vel rapserit.* Cod. W. et Copp. Victt. b. ut nos edidimus, Cod. M. *ceperit rapsitque.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. *clepserit rapseritque.* Lambin. *clepsit ra-*

OPTUMA COLUNTO. PRAETER IDAEAE MATRIS FAMULOS, EOSQUE IUSTIS DIEBUS, NEQUIS STIPEM COGITO. SACRUM, SACROVE 22. COMMENDATUM QUI CLEPERIT RAPSITQUE, PARRICIDA ESTO. p. 174. a.

psitve, quod parum abfui quin in contextum reciperem. *Mr.*

Parricida esto] *Festus* in *Parici Quaestores:* Parricida *non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem. Id autem fuisse indicat lex Numae Pompilii Regis his composita verbis:* SI QUIS HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARRICIDA ESTO. Similiter Romulus in suis legibus *πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσεῖπεν*, ut observat *Plutarchus* in Rom. 52. Vult igitur noster, ut is *qui sacrum sacrove commendatum cleperit rapsitque* (vel ut *Turnebus* edidit, *clepsit rapsitque*) pari poenae subjiciatur ac si paricidii reus fuisset, Parricida vero, seu, quod eodem redit, homicida, impune potuit occidi. Vide *Barn. Brissonium* Form. lib. II. pag. 140. DAV.

Parricida esto.] Plato etiam eosdem homicidii et sacrilegii judices constituit de Legg. IX. p. 854. Steph. p. 119. sq. Bekker. T. III. 3. *Mr.*

Perjurii poena divina etc.] Commode laudat Wagn. Cod. Iustin. Lib. IV. Tit. I, 2. *Iurisjurandi contempta religio satis deum ultorem habet.* Cf. Cic. de Off. III. 31. §. 111. et quos ibi laudat Beier. p. 393. — Post *dedecus* Lamb. addit *esto. Mr.*

Incestum etc.] Copp. Victt. b. *inceptum* pro *incestum*, *Mr.* — *Incestum* proprie est matrimonium vel coitus cum muliere legibus moribusque repugnans. Vid. Brissonius de vocum significatione, in v. *incestum* [cf. Lex Jurid. p. 553.]. Dicitur etiam *incestus;* et hoc loco ponitur de incesto Vestalium virginum. Hoc enim praecipuum erat, quod a pontificibus supremo supplicio sanciebatur. *W.*

Impius ne audeto] Cod. Cr. *impeius;* Copp. Victt. b. *impii* et mox *placari* pro *placare. Mr.* Haec deinceps inter se nexa sunt hac sententia: Diis dona ferantur, ita tamen, ne impius ea det, nec putet, se per ea Deorum vindictam effugere. Et si quis diis aliquid vovit, id caute solvat, i. e. diligenter et juste, nec alterius cujusquam jus violet, nec justam aliorum possessionem Diis consecret. Conferenda est explicatio legum cap. 16. et 17. *W.*

Caute *vota reddunto*) Eliens. et Harleian. pr. *sancte.* Med. utramque lectionem junctim repraesentat; ut a non mediocri tempore fuerit haec exemplarium diversitas. Sed ob Paris. Reg. Balliol. et meliorum Codicum fidem receptae scripturae nos adhaeremus. DAV.

Caute vota reddunto:] *Sancte*, quod est pii glossatoris, legitur in Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Merito vituperat Goer. Wagnerum, vocem *reddunto* positam esse contendentem pro *faciunto*, et ipse locum ad Wytt. sensum ita explicat: *in votis conceptis cavendum est, ne in iis solvendis jus violetur. Qui secus fecerit, poenam dabit. Violatur autem jus agro sacrando* etc. Illud *sancte* placebat Turnebo in commentario primo. Cum Wagnero facit censor ejus Halensis supra laudatus, 1806. 15. p. 115. creditque eam sententiam confirmari cap. XVI. 41, ubi est: *Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo.*

PERIURII POENA DIVINA EXITIUM; HUMANA DEDECUS. INCESTUM PONTIFICES SUPREMO SUPPLICIO SANCIUNTO. IMPIUS NE AUDETO PLACARE DONIS IRAM DEORUM. CAUTE VOTA REDDUNTO: POENA VIOLATI IURIS ESTO. QUOCIRCA NE QUIS

Cui equidem adstipulari non possum. *Mr.*

Poena violati juris esto] In Codice *Memmiano* scriptum est extra orationis contextum, *ἴσως poena violatae religionis esto:* quam conjecturam ita probo, ut rectam et veram scripturam esse putem: nisi quis dicat videri potius legendum, *poena violati juris jurandi esto.* LAMB.

Ibid. *Poena* violati juris *esto.* Quocirca *ne quis agrum*] *Quocirca* non comparet in editione *Victoriana*, et eam vocem deletam voluit Cl. *Puteanus.* Nec sane ferri potest; non enim hoc e superiore Lege tanquam consectarium ducitur. Forsan tamen aliquid latet sub isto vocabulo; quod an eruere possimus, videndum. Paris. exhibet *poena violati* perjuris *esto.* Quocirca *ne quis* etc. Forte *poena* violanti, ea quae perjuris, *esto* scita. *Ne quis agrum* reliqua. DAV.

Poena violati juris esto] Pro *esto* Cod. M. *est:* non melius illo *est*, quod supra §. 21. [*commissum esto*] omnes libros occupat. In marg. Edd. Lamb. et Gothofr. est: *al. violati moris.* »Torquent se, ait Ern., in his eruditi. »Pighius l. c. legit: *alios violantis.* Forte melius.« Sed v. notas superiores. *Mr.*

Quocirca *ne quis agrum consecrato*] Claud. Puteanus delendum putabat *Quocirca*, translatum ex interpretatione Platonis, quae infra sequitur. GRUT

Quocirca ne quis agrum consecrato] *Quocirca* suspectum est Davisio, quia non cohaereat cum antecedente. An cohaerent haec sic: quia violatio juris sc. sacri punitur, propterea nemo agrum consecret, ne locum faciat violandi juris sacri. *Ern.* Vide, quam exhibuimus, Goerenzii explicationem. — Neque vero lectio, quod ex editorum silentio colligas, hoc loco in libris eadem est. Legitur enim in Cod. W. *ne quis sacrum consecrati auri*, in Cod. M. *ne quis sacrum consecrari auri*, in Copp. Victt. b. *ne qui sacrum consecrati auri.* — *Modus* est certa mensura, certus numerus, certum pondus. *Mr.*

Sacra privata perpetua manento.] Sunt sacra propria familiarum, quae debent perpetua servari, nunquam intermitti, nunquam exstingui, de quibus in fine hujus libri agitur. V. Cic. pro Muren. c. 12. *W* — Infra cap. XVIII. §. 45. eadem dicit *sacra perpetua.* De sacris autem Romanorum privatis vid. Savigny in: *Zeitschrift für d. Rechtswissenschaft*, et me in: *Heidelbergg. Iahrbb.* 1817. nr. 78. sqq. *Cr.*

Deorum manium jura sancta sunto] Laudat *Servius* ad Aen. III, 63. DAV.

Deorum manium jura sancta sunto.] Dii manes, i. e. defunctorum hominum animi, certa habeant jura, eaque sancta i. e inviolabilia. Cf. Cic. Tuscul. I. 12. 27. *W.* — Cf. Norisius ad Cenotaphia Pisana, III. 4. in Thesauro Antiquitt. Ital. Tom. VIII. part. 3. p. 330. J. Fr. Gronov. Diatrib. in Statii Silvv. IV. 8. p. 454 — 456., ubi de diis patriis et penatibus agit, ita: »Privati dii »Patrii et Penates iterum erant »vel gentium vel domuum singu»larum. Atque hi erant aut manes »majorum in stirpe cujusque [se»quitur locus Ciceronis] — aut

AGRUM CONSECRATO. AURI, ARGENTI, EBORIS SACRANDI MODUS ESTO. SACRA PRIVATA PERPETUA MANENTO. DEORUM MANIUM IURA SANCTA SUNTO. SOS LETO DATOS DIVOS HABENTO. SUMPTUM IN OLLOS LUCTUMQUE MINUUNTO.

»etiam privati erant, domi culti »a majoribus, aut suscepti etiam »ex publicorum numero, sumpti»que peculiaris tutelae gratia. *Cr.* In Cod. Cr. scriptum est *sinito* pro *sunto*, frequenti errore ex omisso puncto orto, quod antiquitus literae *i* non imponebatur. *Mr.*

Hos leto datos, *divos habento*] Paris et Reg. *leto dato;* nec aliter *Victorius* edidit. Sed, ut videtur, perperam. Lego *suos leto datos, divos habento. Servius* in Aen. V. 47. *Apud Romanos defunctorum* parentes *Dei a filiis vocabantur.* Rescribendum puto, *Apud Romanos defunctorum* parentum manes, *Dei a filiis vocabantur.* Quod certe factum. Adeundi sunt praestantissimi viri *Is. Casaubonus* ad *Suetonii* Julium c. 88. et *Des. Heraldus* ad *Arnobii* L. II. pag. 122. *Augustinus* C. D. VIII, 26. omitto quod Varro dicit omnes ab his mortuos existimari manes Deos. DAV.

Sos leto datos] Ita invitis libris cum Goer. scripsimus, quem Schützius quoque secutus est, probante Wyttenbachio in scholis. Eam formam habet Ennius Annal. VII. *Poeni sunt soliti sos sacrificare puellos.* cf. Auson. Popma de usu antiquae locutionis I. 10. extr. p. 768. ad calcem Aus. Popmae de differentt. Verbb. ed. Messerschmid. Neque vero primus Goer. ita rescribendum censuit, sed Vir quidam doctus in Miscll. Obss. III. 1. p. 67. — *Leto datos* est mortuos; nam in formula indicendi funeris solenne erat: *Ollus Quiris leto datus*, ut recte emendavit Scaliger apud Festum p. CC. ed. Scal. Schefferus amplectebatur Aldi nepotis lectionem *homines* pro vulgato *hos*, quod est in Codd. Cr. et W. In Cod. M. et Copp. Victt. b. est *nos*. Pravum illud *hos* occupat Edd. vett. omnes. *Leto dato* est in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Paris. Sturm. Brut. *Datos* est Turnebi lectio, quae est in Edd. Lamb. Gothofr. Comm. *Divos* dicit non eo sensu, quo postea consecrati Caesares dicebantur Divi, sed ex immortalitatis quadam persuasione, ut recte monet Wagn. *Mr.* — Ita Graeci *θανάτῳ διδόναι* apud Platon. de Republ. VIII. p. 566. c. p. 418. Bekkeri. Cf. Astii Additamm. Commentarii in Platt. Phaedr. p. 662. *Cr.*

Sumptum in ollos luctumque *minuunto*] Pal. quart. *lucrumque;* S. Vict. *luscumque.* unde facit Gulielmius *luxumque;* non bene: nam duo vetat, et *luxum* et *luctum. Luxus* inest voci *sumptum.* GRUT.

Sumptum in ollos luctumque] *Illos* est in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Mr.* In mortuos lugendos, i. e. justis funebribus et inferiis honorandos, non sumtum faciant, sed frugalitatem sequantur. *W.*

Cap. 10. §. 23. *A te tam magna lex sane quam brevi*] Ita Aldi vetus editio, nisi quod addita literula *brevis;* unde putabat Gulielmius edendum *brevi*: *sed, ut mihi.* Victorius publicavit *breviter*, omisitque *tam*, quod nec in Turnebiano. Retinui ego, quod extaret in Pal. quart. essetque in ceteris, *altera magna*, ubi aperte videntur elementa ejusdem voculae. GRUT.

Ibid. *Conclusa quidem est a*

10. Att. Conclusa quidem est a te tam magna lex
23. sane quam brevi: et, ut mihi quidem videtur, non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numae nostrisque moribus. M. An censes, cum in illis de re publica libris persuadere videatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram, veterem

te tam *magna lex*] Paris. Reg. Harleian. pr. Med. et Eliens. *conclusa quidem est* altera tam *magna lex.* Harleian. sec. a prima manu tresque *Gruteri* Codices *conclusa quidem est* altera *magna lex.* Ex Balliol. repono *conclusa est a te magna lex;* voce *tam*, quae prorsus est supervacanea, deleta. Nec aliter *Victorius* et *Turnebus* ediderunt. Dav.

Conclusa quidem est a te tam magna lex] Restituimus cum Goer. et Sch. voculam *tam*, quae apte inservit oppositioni, quam facit vox *brevi*, videlicet *spatio* vel *oratione.* Ceterum haud parum variant nostri quoque libri. Legitur *est quidem* in Edd. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Sturm. cum Cod. Cr., qui pergit *altera tam magna*; Cod. M. *est quidem altera tñ magna;* Cod. W. *apte magna*, cum Copp. Victt. b. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. habent *a te*) Ald. Brut. Gothofr. legitur *apte tam magna;* Edd. Car. Steph. et Sturm. habent, ut nos edidimus post Grut. Ern. Wagn. Ed. Asc. 1. *altera tam magna*, Edd. Lamb. Paris. et Comm. cum Davisio faciunt. — *Conclusa* idem est quod *comprehensa.* Particula *quam* post *sane* auget hujus vocabuli vim. Pro *brevi* est *breviter* in Edd. Sturm. Paris. et in marg. Edd. Lamb. et Gothofr. *Brevis* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. (qui dicit, se in veteribus libris *brevi* et *breviter* reperisse) Brut. et hanc lectionem, quamvis parum aptam, tenent nostri Codd. MSS. omnes, itemque quatuor Goerenzii. Quod sequitur *et* abest a Cod. M. in quo mox scribitur *constructio religionis.* Singularis numerus pro *religionum* est etiam in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Denique pro *nostrisque moribus* in Cod. Cr. est *nostris moribus. Mr.* V. Liv. I. 19. Numa rex Deorum metum rem efficacissimam animis injecit, ne, positis externorum periculorum curis, luxuriarentur otio, quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat. Itaque delubra Diis consecravit, festos dies, sacra, sacerdotes, leges de numinum cultu et sacros ritus instituit. Cf. Dionys. Halic. Ant. Rom. II. p. 124. Valer. Max. L. I. c. 1. Ex. 8. De Romanorum religione publica, qua civitas, tanquam praecipuo quodam vinculo, continebatur, locus est classicus Polybii Hist. L. VI. c. 54. *καὶ μοι δοκεῖ — ἐκβάλλειν αὐτά. Engelbr.* l. c. p. 58. Ad rem adde Cic. de Rep. Lib. V. c. 2. p. 298. *Mr.*

An censet, cum in illis de re publica libris] Voculam *in* omittunt Codd. Cr. et W. — Laudant quidem Turn. et Wagn. locum Ciceronis ex libris de re publica, quem servavit Nonius (p. 316. 47. sqq.); et Wagnerus quidem admodum corrupte; sed nunc aptiorem possumus laudare locum ex Cic. de Rep. I. 46. p. 115. ed. Maj., ubi est: *Sic enim decerno, sic sentio, sic adfirmo, nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut discriptione aut disciplina conferendam esse cum ea, quam patres nostri nobis acceptam jam inde a majori-*

illam, fuisse optimam, non necesse esse optimae rei publicae leges dare consentaneas? Att. Immo prorsus ita censeo. M. Ergo adeo exspectate leges, quae genus illud optimum rei publicae contineant: et si quae forte a me hodie rogabuntur, quae non sint in nostra re publica, nec fuerint, tamen erunt fere in

bus reliquerunt. — *Africanus* est Scipio Africanus minor, qui in libris de Rep. disserens inducitur. — Pro *persuadere videatur* in Copp. Victt. b. est *persuadeatur.* In Cod. Cr. a prima manu scriptum est *videtur*, sed litera *a* inter lineas addita. *Mr.*

Non necesse esse optimae etc.] Copp. Victt. b. *nonne censes optimae. Mr.* — Nescio an foret rectius, si scriberetur *optimae ei rei publicae.* Potuit certe illud *ei* facile interire ob similitudinem literarum in fine prioris et initio posterioris vocabuli. Sed nil definio. *Scheff.* Ego quidem nihil desidero in vulgata. In seqq. Cod. M. pro *immo* habet *una. Mr.*

Ergo adeo exspectate *leges*] Reduxi veterem scripturam Aldi; nam Victorii, Turnebi, Camerarii, Sturmii, Bruti editiones, *exspectatae:* neque ausus fuissem mutare, nisi vidissem eam in Aldina ultima, pro qua tamen nimium nolim pugnare, imo ne rixari quidem. GRUT.

Ergo adeo exspectare *leges*] Vulgo *exspectate;* in aliis *exspectatae.* Sed vera prorsus est ea lectio, quam nos ex Med. Harleian. pr. sec. et editione pervetusta promulgamus. Haec enim pendent a prioribus illis, *an censes non necesse esse.* DV.

Ergo adeo exspectate leges] Merito non audiverunt Davisium Ern. et reliqui post eum editores: ita enim oratio fieret parum suavis. Vulgatam tuentur plerique Goerenzii, nostri Codd. Cr. W. et Copp. Victt. a; in Copp. Victt. b. est *exspectatae*, quod occupat Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae in lectt. varr. habent *ad ea exspectate*) Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. Comm. In Cod. M. est *spectare.* Nostram lectionem ex Edd. vett. tuentur Lamb. et Ald. Pro *illud* in Cod. M. est *nullum*, in Edd. Asc. 1. 2. Herw. *ullum*, in Ed. Crat. *ullud. Mr.*

Tamen erunt fere] Ita primus dedit Ern. ex MS. Guelf.; tum qui eum insecuti sunt omnes. Et merito. Assentit noster quoque Cod. W. et Copp. Victt. b. In Cod. M. est *erit*, in eodem *tn̄*, ut supra pro *tam*, hoc loco pro *tum.* Ad rem Engelbronnerus l. c. p. 59. haec: »Mos majorum »olim ut lex valebat, quare recte »Ennius: *Moribus antiquis res stat Romana viresque.* Vid. Ci»ceron. fragm. Libr. V. de. Rep. »ap. Augustin. de Civ. Dei L. 2. »c. 21, [ubi rectius legitur *vi»risque.* Mr.], quod legitur in Ed. »Verb. p. 3962. in Ed. Ern. (1776.) »p. 1162. sq., quem locum con»tulisse operae pretium erit.« *Mr.*

Suade igitur etc.] Tota reliqua pars libri est *suasio* harum legum et *explicatio.* Nam magistratus, qui legem esset laturus, eam per trinundinum in publico proponebat, ut quivis eam cognoscere posset: tum concionem habebat, in qua hanc legem suaderet oratione: oratione finita *rogabat* concionem, an hanc legem *sciscere* vellent, i. e. assumere, sancire. Si eam assumerent, respondebant: *uti rogas. W.*

Uti rogas] Allusit ad Tabellas, in quibus scriptum erat, UTI RO-

24. more majorum: qui tum, ut lex, valebat. Att. Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego, UTEI ROGAS, possim dicere. M. Ain tandem, Attice, non es dicturus aliter? Att. Prorsus majorem quidem rem

GAS. Vide ad Attic. L. I, 14. et *Livium*, lib. XXXIII, 8. P. MANUCIUS.

Ibid. *Ut ego* UTEI ROGAS *possim edicere*] Libuit ita scribere, quod inde ortam putarem lectionem vulgatam, *ut ego* UT ET TU ROGAS, quod extat quidem in Pal. tert. sed respuunt alii, in quibus, *ut ego, et tu rogas*. GRUT.

Ibid. UTEI TU ROGAS] Vulgo *utei rogas*. At cum Codices habeant *ut et tu rogas;* ab iis quam minime recedendum putavi. Solenne fuit, ut, accepta rogatione, sic dicerent. Vide *B. Brissonium* Form. L. II. p. 133. DAV.

Utei rogas possim dicere] Haec erat formula, absque *tu*, quod reduxit Dav., quamquam sine dubio librariis originem debeat. Alibi *tu* non usurpari fatetur etiam Ern., neque tamen illam vocem ejicere ausus est. Servavit eandem Wagn. In Cod. Cr. est *ut et tu regas*, in Codd. W. M. et Copp. Victt. b. *ut et tu rogas*. in Copp. Victt a. *uti et tu rogas*. Quam altero loco posuimus lectionem, habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Sturm. Brut. Gothofr. *Uti rogas* est in Edd. Comm. et Lamb.; *Utei rogas* scripserunt Verb. Goer. et Sch. Cf. Corradi Quaestura p. 350. ed. Ern. — Pro *possim dicere* est *possem drēm dicere* in Cod. M.; *edicere* legitur in Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Sturm. Brut. Sed *dicere* recte dederunt Lamb. et Comm. et post Dav. omnes praeter Goer. in Ed. min. *Mr.*

Possim dicere — dicturus *aliter*] Vulgo *edicere* — *edicturus*. Sed hoc non est privatorum, sed magistratuum. Et *dicere* quidem repraesentant Paris. et Reg. at *dicturus* in iis ac in Harleian. pr. sec. Med. Ven. 1471. et editione pervetusta legitur. Nobis praeivere *Turnebus* et *Lambinus;* ac ita lectum voluit *Sigonius* ad *Livii* VI. 38. DAV.

Non es dicturus] Probam lectionem *dicturus* habent etiam nostri Codd. Cr. W. M. (in hoc *est* legitur pro *es*), itemque Edd. Lamb. Comm. et reliquae post Dav. Ceteros libros et scriptos et editos occupat lectio *edicturus*, quam novem Codicum auctoritate ejecit etiam Goer. *Mr.*

An tandem, Attice, non es dicturus aliter?] Rectius opinor *Ain tandem*? Sic locutus alibi quoque. Ut L. III, 6. *Ain tandem? Etiam a Stoicis ista tractata sunt?* Et lib. IX. Fam. Epist. 21. et lib. IV. de Fin. in principio. Nec semel *Terentius*. P. MANUC.

Ain tandem, Attice etc.] Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *An tandem, Attice, non es edicturus* (Codd. Cr. et W. *dicturus*, ut diximus:)? *Att. Aliter* (Cod. Cr. *Alter*) *prorsus majorem quidem rem nullam sciscam: aliter in minoribus. M. Si voles, remittam* (Codd. Cr. et W. *remictam*) *hoc tibi. Att. Atque mea quidem sententia est* (Vocem *est* omittit Cod. W.). *M. At ne* etc. In Copp. Victt. b. est *ain tandem*, quod habent etiam Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. — *An* praeter laudatas habent etiam Edd. Paris. Sturm. Comm. Pro eadem voce in Cod. M. est *jam*. In primo Comm. Turnebus haec adnotavit: Quae

nullam sciscam aliter: in minoribus, si voles, remittam hoc tibi. Q. Atque ea quidem mea sententia est. M. At ne longum fiat, videte. Att. Utinam quidem! b.
quid enim agere malumus? M. Caste jubet lex adire

sequuntur ita, quoque legi possunt: *M. In minoribus, si voles, remittam hoc tibi. Att. Atqui mea quidem sententia est. M. At ne* etc. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. Verb. et Lamb. verba *Atque mea — videte* Marco tribuunt. Pro *sciscam* est *sistam* in Cod. M. — Vox *aliter* utrobique ponitur pro *alia conditione* sc. *quam si suaserim* (suaseris) *legem. Mr.*

Remittam hoc tibi.] I. e. non exigam a te, ut illa formula rogandi utaris, et ego tibi ea formula *uti rogas* respondere debeam. *W.*

Atque mea quidem sententia est] Non satis hoc apte mihi videtur conjungi cum antecedentibus Attici verbis; et malim ad M. Ciceronem transferri, qui se quoque dicat idem sentire de suadenda lege, sed vereri, ne mox Attico et Quincto longior videatur oratio. DAV.

Ibid. *M. Atque mea quidem sententia est*] Turnebus haec adhuc reliquit Attico. Non video tamen, quam apposite: imo nequidem quomodo dicantur a Tullio; suspicorque attribuenda *Quinto*. certe Mss. Pall. diserte nomen ejus praeposuere infra illis, *Utinam quidem:* recteque factum, inde magis inducor, quod Cicero inferat: *At ne longum fiat, videte;* non *vide*, ut dedebat soli Attico responsurus. Pal. tert. repraesentat, *Atque quidem mea sententia est*: ut adhuc fortasse rescribi debeat: *Q. Atque idem mea sententia est*, nam quart. fere habet, *Atque haec mihi ea quidem sent.* GRUT.

Ibid. Q. *Atque* haec *mea quidem sententia est*] His *Quinti* nomen praeposuimus, ut res ipsa jubet; sequentia vero *M. Ciceroni* tribuimus, prout diserte MS. Eliens. Eademque fuit *Gruteri* sententia. Vulgo quidem legitur, M. *Atque mea quidem sententia est. At ne longum* etc. Verum cum Pal. quart. det *atque* haec mihi ea *quidem sententia est;* ex illo Codice vocem depromsimus orationi necessariam. Alioqui rescribas, *eaque mea quidem sententia est*; quod ceteris libris accedit quam proxime. DAV.

Atque ea quidem mea sententia est.] Ita rescripsimus facillimâ, ut videtur, medelâ, cum in Cod. Pal. 3. sit: *atque quidem mea*, et vocis *haec*, in nostris certe et Goerenzii libris, vestigium sit nullum. Cod. W. habet *Atque mea quidem sententia*, omisso *est*. Codd. Cr. M. et Copp. Victt. b. habent, ut Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr., *Atque mea quidem sententia est.* Quod cum placere non possit, alii alia remedia excogitaverunt. Schefferus ita: »Locus sine dubio corruptus, cujuscunque personam verbis hisce »praefigas. Pal. tert. habet *Atque* »*quidem mea sententia est*, unde »conjicio locum ita oportere scribi: *M. At tu Quinte? Qu. Eadem mea sententia est.* Prima »verba contracte scripta fuisse »videntur *Atuque*, ex quo sciolus »effecit *Atque Qu. quoque*, quod »notabat personam; adjunctum »*τοῦ eadem*, verbis illis, et sic »factum *quidem*. Mea sane opinione nihil convenit huic loco »magis, istis verbis. Possis propius ad scripturam veterem *idem* »legere pro *eadem.*« Ern. dedit ut Dav. itemque Wagn. Rath. (hic

ad deos; animo videlicet; in quo sunt omnia. Nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori praestet, observeturque, ut casta corpora adhibeantur, multo esse in animis

autem haec verba Attico tribuit), Goer. (sed ille ita scriptum mavult, ut nos edidimus). Wagnerus pro *quidem* volebat *quoque*. Schützius, qui item secutus est Davisium, tamen etiam conjecit legendum esse *quoque* pro *quidem*, vel: *atque haec eadem mea sententia est;* quod, quod ad sensum, a nostra lectione non abhorret. Handius l. c. Davisianam lectionem servari posse credit, quia in voce *haec* nihil insit, quod offendat [offendit certe, quod in nullo fere libro comparet], et *quidem* pronomini appositum urbanitatis aliquid habeat. *Mr.*

At ne longum fiat, videte] Pro *at* est *ac* in Cod. M. Ad *utinam quidem* subaudi *longum fiat*. Pro *malumus*, quod tuentur et plurimi libri et optimi, volebat Ern. *malimus*. Iam suffragantem habet nostrum Cod. M. Sed frustra. In Edd. Asc. 1. et 2. est *maluimus*. Rathius, corrigimus, ait, *maluerimus*, cum Veneta 1494. habeat *maluimus*. — Hoc vero est corrigere! *Mr.*

Caste jubet lex adire ad Deos, animo videlicet] *Porphyrius* de Abstin. II, 19. Ἐν γοῦν Ἐπιδαύρῳ προεγέγραπτο

Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ἐμφάμεν, ἁγνείη δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια.

Pro ἐμφάμεν scribas oportet ἔμμεναι, quod patet ex *Clementis Alexandrini* Strom. V. pag. 652. et *Cyrillo* in Julian. lib. IX. pag. 310. *Constat* videlicet *Diis superis sacra facturum corporis ablutione purgari*, testante *Macrobio* Saturn. III. Sed optime *Tertullianus* de Orat. cap. 13. *Quae ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente, orationem obire? quando et ipsis manibus spiritales munditiae sint necessariae, ut a falso, a caede, a veneficiis, ab idololatria ceterisque maculis, quae spiritu conceptae manuum opera transiguntur, purae alleventur. Hae sunt verae munditiae, non quas plerique superstitiose curant, ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam sumentes.* Ibi vide *L. A. Muratorium*, cui, si velis, addas *Ioan. Lomeierum* de Lustrat. cap. 16. Dav.

Caste jubet lex adire ad Deos] Ad rem cf. Virg. Aen. II. 718. Columella XII. 4; legem Numae ap. Gellium IV. 3. ib. Gronov. et Festum p. 360. [p. CLVI. Scal.]; Porphyr. de Abstin. II. 19. quae loca laudat Wagn. *Mr.* Juris *sacri* cum *civili* conjunctionem egregie explicat Balduinus in Jurisprud. Muciana p. 67. et in Heinecc. Jurisprud. Romana et Attica Vol. I. p. 468. seqq. *Cr.* In seqq. Cod. M. habet *cor licet* pro *oportet*. Volebat sine dubio repetere vocem *corporis*, quam modo scripserat, et pro *oportet* in libro suo habebat *licet*, quod ipsum et aliis et nostro pro *oportet* usurpari nemo est, quem fugiat. Tum ibid. *multus* est pro *multum* et *corpore* cum Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. pro *corpori*. *Mr.*

Casta corpora adhibeantur] Est a libris nostris antiquis, item Vi ct. et Turneb. editionibus. Priores, *casto corpore adeatur*. Grut.

Ibid. *Ut casta corpora adhibeantur*] Sic e nostris Paris. Reg. Balliol. et Ven. 1471. Reliqui cum pluribus editis, *ut casto corpore adeatur*. At magis placet altera ratio; cum quod eam praestent me-

id servandum magis. Nam illud incestum vel aspersione aquae, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate evanescere, nec amnibus ullis elui potest. Quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri

liores libri; tum quod ea quae sequuntur *pluralem numerum* flagitare videantur. Dav.

Ut casta corpora adhibeantur] Scribitur *casto corpore adeatur* in Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Lamb. Gothofr. Car. Steph. Ald. Brut. et in varr. lectt. in Edd. Crat. et Herw. In Ed. Sturm. et in vetere Caroli Stephani est *casto corpore adhibeantur*, mixta utraque lectione. Quatuor Goerenzii et noster Cod. M. cum reliquis Edd. vett. meliorem lectionem exhibent, quam post Gruterum receperunt omnes. Pro *multo esse* scribitur *multo est* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. errore ex scribendi compendio nato. *Mr.*

Nam incestum] Vulgo *nam illud;* et ita nostri Codices. Sed ob sententiae vim non repudianda videbatur lectio, quam repraesentant *Car. Stephani* vetus et editio *Victoriana*. Nam vocatur *incestum*, quicquid est munditiae contrarium. *Servius* ad Aen. VI, 150. *Incestus est quaecumque pollutio. Tacitus* Hist. V. 4. *Profana illic omnia, quae apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quae nobis* incesta. Vide *Lactantium* Div. Inst. lib. IV. cap. XXIV, 36. Dav.

Nam illud incestum vel aspersione etc.] Ita loco accurate perpenso scribendum duximus ad librorum fidem, sed conjunctis duabus, in quas diversi abeunt, lectionibus, cum neutra seorsim placere possit. Plerique enim Codd. habent *nam illud vel*, unus Caroli Stephani Codex et Ed. Vict. *nam incestum vel*, quibus nunc accedit Cod. M. Goerenzius *illud* recepit absque *incestum*, subaudiens ex prioribus: *quod tollit castimoniam corporis;* sed, quidquid ad defendendam hanc lectionem proferat, durius. Igitur ipse, si vel *incestum* poni placeat, addendum esse censet *illud*, quod nos post Schützium fecimus, quamvis eum vituperet Beierus ad Cic. de Off. III. 21. 85., quod neglexerit felicissimam Handii emendationem l. c. p. 564. sq. propositam. Handius enim ait, non necessarium esse additum *illud* ad *incestum*, cum hoc utpote ab Adjectivo derivatum accipi possit; Goerenziique sententiam probat, *incestum* graviori plerumque vi dictum esse, quam quae huc quadret. Id plerumque fieri, non negaverim; sed hoc ipso loco, cum, quae de corporis castitate dicuntur, praecedant, non ineptum est, si addito *illud* circumscribitur. Sed, si conjectura, ait H., uti licet, in verbis *nam illud vel* latere potest *nam illuvies vel* (*illuvies* i. e. sordes immundi corporis), cum *ill.* sit opposita ei quod purum est. Elegantem esse hanc conjecturam non nego; sed primum non prius a libris discedendum videtur, quam certum est, in iis nihil sani inesse; deinde *illuvies* universe Ciceroni non familiare fuisse vocabulum, inde colligo, quod semel tantum et in loco aliunde depromto apud eum legitur in Tusc. Quaest. III. 12. 26.; denique universe in ipsius vocabuli usu aliquid inest (si loca, quibus legitur, considero), quod huic sermoni et loco minus convenire videtur. — Pro *tollitur* in Cod. M. est *tollōr:* voluit fortasse *tollatur*. *Mr.*

Diuturnitate evanescere] Sic rescribendum conjecit *Lambinus*,

jubet; significat, probitatem gratam esse deo, sumtum esse removendum. Quid est enim, cum paupertatem divitiis etiam inter homines esse aequalem velimus, cur eam, sumtu ad sacra addito, deorum

ac ita dant Harleian. sec. et editio pervetus. Vulgo *diuturnitate vanescere*, quod mihi non arridet. Quamvis enim *vanescere* dicant *Lucanus*, *Tacitus*, *Claudianus*, *Quinctilianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, aliique plures; *Cicero* tamen alibi non ita loquitur, sed *evanescere* semper adhibet. Dav.

Diuturnitate evanescere] Non dubitavimus cum Dav. et reliquis post eum servare verbum compositum, quod Ciceroni etiam sine libris fuit restituendum, nunc, cum duorum librorum veterum auctoritas accedat, servandum est. Goer., cum absit a duobus libris hoc vocabulum, deletum illud malebat, ut verbum *elui* per Zeugma ad duo substantiva referatur. Quod quamquam factum nolim, minus tamen probo Goerenzii sententiam verbum *vanescere* posterioris aetatis esse contendentis. Etiamsi non, quod Handius monstravit, apud Catullum 64, 199. legeretur, qui Ciceronis fuit aequalis: quis quaeso dicat, vocem v. c. *suetus*, cum ea Cicero non utatur, dicatque semper *assuetus*, esse posterioris aetatis, et universe vocabulum compositum prius in usu fuisse, quam idem simplex? Hoc verum est: prosae orationis scriptores optimae aetatis, Ciceronem in primis, et ut quisque ad eum propius accederet, amare verba composita; poetas vero et eos prosae orationes scriptores, qui vel archaismis delectarentur, vel aevo posteriore poetarum nonnulla in pedestris orationis ambitum transferrent, qualis fuit Tacitus, verba simplicia saepius eo loco ponere, quo Ciceroni nonnisi composita placebant. *Mr.*

Nec amnibus *ullis elui potest*] Iis assentior, qui *amnibus* legendum putant. Omnino videtur haec esse vera lectio, nam hoc membrum, *nec amnibus ullis elui potest*, respondet illi, *vel adspersione aquae:* alterum autem illud, *nec diuturnitate evanescere*, illi posteriori, *vel numero dierum tollitur.* lamb. Codices *manibus* vel *amanibus*. Inepte. Dav.

Ibid. *Nec* amnibus *ullis*] Non dubitavi admittere id, quod sententia omnino requirebat. Vulgati *manibus*, quod quidem in Pal. tert. Verum quart. Fabr. S. Vict. diserte *amanibus*. Grut.

Nec amnibus ullis] *Manibus* est in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b.; in Cod. M. est *ne anualibus ullus;* Victorius in Copp. a. adscripsit: *a manib. unde Tur. amnibus*. Bruto quoque placebat ea lectio, et magis etiam, quam ipsi Turnebo, ut ex hujus Commentario apparet, quem huic editioni adjunximus. In primo commentario nihil de lectione monet; in eo, qui additus est Editioni Comm. 1601, nota ejus voce *abluero* desinit, ut favere potius videatur lectioni, quam merito plerique post Lambinum amplexi sunt. Quid, quaeso, si *manibus* servetur, sibi vult additum *ullis? Mr.*

Quod autem pietatem etc.] Codd. Cr. et W. *Quod tamen p.* Cod. M. *Quo tum p.* Copp. Victt. b. *Quo tamen;* solenni ex scribendi compendiis orto errore. Pro *amoveri* Cod. M. *admoveri*, et *signat* pro *significat. Mr.* — Tale fuit praeceptum Lycurgi, Spartanorum legislatoris, quod memorat Plutarchus in Opp. Morall. p. 172. ubi plura notavimus in Animadverss. in Apophthegmm. Regg.

aditu arceamus? praesertim cum ipsi deo nihil minus gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad se placandum et colendum viam. Quod autem non homo judex, sed deus ipse vindex constituitur; prae-

et Ducum p. 1042. [Ed. Lips. T. II. p. 317.] *W.*

Significat pietatem *gratam esse Deo*] Vulgo *probitatem;* quae vera quidem est sententia; sed huic loco parum congrua: cum *probitas* homines, *pietas* vero Deum respiciat. Igitur amplectenda videbatur illa lectio, quam suppeditarunt Ven. 1471. et editio *Victoriana.* Eam quoque pro varia scriptura Med. exhibet. DAV.

Significat, probitatem gratam esse deo] Revocavimus cum Goer. et Sch. lectionem Codd. MSStorum, quae est in nostris quoque, et in Edd. vett., quae ad manum sunt, plerisque, praeter Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (quae tamen duae posteriores in marg. habent *probitatem*), Paris. quae exhibent *pietatem*, cujus et ingrata est repetitio et sensus minus probabilis: nam animi probitatem placere diis vult, neque vero sumtum in cultu externo. Ern. ad Davisii partes se applicavit. *Mr.*

Quid est enim etc.] Vocem *est* omittunt Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Et certe non infrequens est Ciceroni *Quid enim?* sequente alia interrogatione. Omittunt idem vocabulum quinque Goerenzii Codd. At ille vulgatam defendit constructione plane eadem apud Cic. de Divin. I. 51. 131. [locus est cap. 57.] *Quid est enim, cum domus sit omnium una — cur ii, quid — eveniat, — prospicere non possint?* Neque tamen ego Codicum nostrorum lectionem pejorem puto. Post haec Cod. M. *paupertatem cum div.*, ut quatuor Goerenzii. Edd. Asc. 1. 2. habent *paupertatem cum divis etiam.* Ad verba *cur paupertatem — aequalem velimus* Wytt. in marg. Ed. Goer. min. commode adnotavit: *scil. in libris de re publica. Mr.*

Sumtu ad sacra adhibito] *Addito* pro *adhibito* habet antiquus liber. URSIN.

Ibid. *Ad sacra* addito] Habent et istud iidem libri editi scriptique, nisi quod Turnebiana stet pro vulgata, quae *adhibito.* GRUT.

Sumtu ad sacra addito] Tuentur probam hanc lectionem *addito* Codd. quatuor Goer. et nostri W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Paris. et marg. Ed. Gothofr. In seqq. in Cod. M. bis legitur *deo nihil*, ibidem *non minus omnibus parcere* pro *non omnibus patere. Mr.*

Quod autem non judex] Fere non displicet scriptura Pall. et Fabr. *non* homo *judex.* GRUT.

Ibid. *Quod autem non* homo *judex*] Vulgo deest *homo;* quam vocem nos ex Pall. et Balliol. adjecimus, eamque postulat ἀντιθέσεως ratio. DAV.

Quod autem non homo judex] Non potui, quin cum Davisio et Schützio facerem, qui merito ἀντίθεσιν concinniorem existimarunt addito vocabulo *homo*, cujus vestigium servat Cod. M., in quo est *non habet judex*, quamque habent duo Goerenzii, quamquam recentiores; ita tamen, ut, si quis illam vocem cum Ernesto non plane necessariam judicet, non admodum adverser. Ceterum etiam Wyttenbachio placuit additum in Ed. Goer. min. vocabulum *homo.* Pro *vindex* Cod. M. habet *in judi . . .;* voluit fortasse *in judicium;* quod tamen minime esset probandum. *Mr.*

Suosque deos] i. e. proprios, non communes totius civitatis, ut

sentis poenae metu religio confirmari videtur. Suosque deos, aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum, et ignotas caerimonias
26. sacerdotibus. Nam a patribus acceptos deos ita pla-

in tabula legum est: *separatim nemo habessit deos. W.* Offenditur Wagnerus voce *suos*, quia nihil habeat, ad quod referatur. Sed recte monet Goer. *suus* semper opponi *rebus publicis*, et Sch. locum ad sensum Wyttenbachii explicat. *Mr.*

Et ignotas caerimonias non a sacerdotibus, non a patribus acceptos] In antiquo scriptum est, *et ignotas caerimonias* etiam *sacerdotibus.* Sed videndum num *acceptas* legendum sit pro *acceptos*, ut ad caerimonias referatur. Ursin.

Ibid. *Caerimonias non a sacerdotibus, non a patribus acceptos deos, ita placet coli*] Secutus sum, quod repererunt in suis Victorius ac Turnebus, solummodo distinctio nostra est, quam tamen, ita me deus amet, vix intelligo. Quare haereo adhuc, haereo. Vulgata habebat, *caerimonias etiam sacerdotibus. nam a patribus acceptos* etc. neque aliter Aldi vetus, quam quod ea, *esse sacerdotibus*, propius ad mss. nostros, in quibus, *caerimonias nosse sacerdotibus. nam patribus acceptos* etc. Tu Mercere, tu Guitheri, tu Rigalti, succurrite. Grut.

Ibid. *Ignotas caerimonias.* Non a *sacerdotibus*, non a *patribus*] Sic ante *Gruterum* dederunt *Ascensius*, *Victorius* et *Turnebus*, nisi quod post *caerimonias* vel nullam vel minimam ponant distinctionem. Alii legunt *ignotas caerimonias* etiam *sacerdotibus.* Nam *a patribus* etc. *Gruteriani* nostrique Codices exhibent *ignotas caerimonias* nosse (Eliens. ac Harleian. pr. *esse*) *sacerdotibus.* (*A sacerdotibus* Harleian. sec. et editio pervetus.) *Nam patribus* etc. Reponendem videtur, *ignotas caerimonias* nostris *sacerdotibus.* Nam *a patribus acceptos Deos ita placet coli*, *si huic legi paruerint ipsi.* Sic enim, non *paruerunt*, est in Reg. Ven. 1471. et editione *Victoriana.* Dav.

§. 26. *Nam a patribus acceptos*] Secutus sum eam scripturam, quae mihi visa est probabilissima: nam in quibusdam libris ita scriptum est, *et ignotas caerimonias non a sacerdotibus, non a patribus acceptas. Deos ita placet coli.* Lamb.

Et ignotas caerimonias sacerdotibus. Nam a patribus etc.] Merito hanc Goerenzii ex duobus Codd. emendationem palmariam esse judicavit Handius l. c. p. 567. et recepit Sch. Satis controversam esse hujus loci lectionem vides ex notis hanc praecedentibus. Alias mox addemus: jam de nostris libris videbimus. Cod. Cr. *ign. caerim. esse sacerdotibus. nam patribus acceptos* etc. Cod. W. *ign. caerim. non* (in marg. *nosse*) *sacerdotibus. nam patr. acc.* Cod. M. *ign. caerim. nosse sacerdotibus. nam patr. acc.* Ita etiam Copp. Victt. a. et b. In Edd. Asc. b. Crat. Herw. est: *ign. caerim. non a sacerdotibus, non a patribus acceptas. Deos ita placet coli* etc. et sic etiam margo Ed. Gothofr. In Ed. Asc. a. est: *ign. caerim. esse a sacerdotibus. Nam a patribus acceptos d.* Ed. Paris. *ign. caer. non a sacerdotibus, non a patribus acceptos deos ita* etc. ibique in annotatione post *acceptos* majorem distinctionem poni vult Turnebus, quod factum est in Ed. Comm. In Edd. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Car. Steph. est *ign. caer. etiam sacer-*

cet coli, si huic legi paruerint ipsi. Patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum; quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus

dotibus. nam a patr. Denique in Ed. Sturm. et in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. legitur *ign. caer. esse sacerdotibus. nam a patr.* Hülsem. verba *nostris sacerdotibus* glossam esse censuit. *Mr.*

Et ignotas etc.] Veteres libri: *et ign. caerim. nosse sacerdotibus. Nam patribus acceptos* etc. Quam quidem lectionem puto esse rectam. Duo ait habere cultum novorum deorum privatum: primum, confusionem religionum, deinde nosse caerimonias, ignotas sacerdotibus, id quod prorsus vult esse absurdum. Illud *nosse* Graeca consuetudine positum pro *notitia* videtur, ut sit sensus, videri hos, qui sacra celebrant hujusmodi, habere notitiam quarundam caerimoniarum, quas caerimonias ignorent sacerdotes, cum tamen sacerdotes scire omnes caerimonias debeant, cum sui causa, quia sacerdotes sunt, tum publici [vult, credo, *rei publicae*] causa, ne quid fiat, quod civitati sit exitiosum. *Scheff.* — Correxi ex MSS. tum aliis apud Davisium, tum Guelf. et Edd. primis, in quibus est: nam a patribus et in fine *paruerint.* Ex *non a sacerd.* feci *nostris sacerdotibus* ex lectione eorundem librorum, qui habent *nosse sac.* Ita omnia sunt plana. *Ern.* Wyttenbachio placet Ernesti ratio; Goerenzio frigere videtur additum *nostris.* Rathius conjecit: *et ignotas caerimonias non a sacerdotibus, non a patribus acceptas. Acceptos deos* etc. In quibus non facile aliquis Ciceronis manum agnoverit. *Mr.*

Paruerint ipsi.] *Paruerint*, ab Ernesto restitutum, habent sex Codd. apud Goer. optimi, itemque nostri Cr. et M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Car. Steph. Sturm. Comm. Reliqui *paruerunt*, ut dedit Dav. *Mr.*

Paruerint ipsi] sc. patres, nec novos, nec alienigenas deos coluerint, sed ex receptis hunc istumve peculiariter coli in familia sua constituerint. Ita locum hunc intelligo, non ut eum explicavit Turnebus. *Scheff.*

Patrum delubra esse in urbibus] Legendum videtur, *deorum delubra.* LAMB.

Ibid. Patrum *delubra*] *Lambinus* reponit *Deorum delubra.* Quod ad sensum attinet, vere. Codicum tamen lectio non fuit sollicitanda. Nam *veteres omnes Deos* Patres *dicebant*, ut ait *Servius* ad Aen. I. 159. Vide sis et eundem ad vs. 703. III. 89. ac *Lactantium* Div. Inst. IV. 3. DAV.

Patrum delubra] Cod. Cr. *patrium*, Copp. Victt. b. *parum.* Lambini conjectura et supervacanea est, et nimium a librorum scriptione recedit. Idem dicendum de Schützii conjectura *Eorum.* Multo autem minus placere potest Davisii vulgatae lectionis defensio; nam, ut recte ait Ern., Servius *patres* tantum commune Deorum epitheton fuisse dixit. In allocutionibus et adorationibus deum, quem adorarent, a veteribus *patrem* dictum esse saepissime, nemo est, qui ignoret. Sed *deos* universe *patres* dici nemo facile probaverit. Verum jam vidit Schefferus. Ita enim ille: Suspicantur *deorum delubra.* Nequicquam. Nam *patrum delubra* hic est idem, ac in ipsa formula legis: *constructa a patribus delubra.* Igitur ne Wyttenbachii quidem conjecturae in verborum serie locum dedimus, quamquam ea valde arrideat. Rectius,

omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus.

11. Melius Graeci atque nostri; qui, ut augerent pietatem in deos, easdem illos, quas nos, urbes incolere

ait ille, interpungitur locus ita: *paruerint ipsi patres. Delubra esse in urbibus censeo. Mr.*

Magos Persarum] Magi certe ξοάνων κατεγίνωσκον. Vide *Menagium* ad *Laertii* Prooem. §. 6. et locis ab eo laudatis addatur *Celsus* apud *Originem* lib. VII. p. 373. Hinc *Asconius* ad lib. I. in Verrem cap. 18. *Persae more gentis suae nulla Diis in terris templa condenda esse credebant, praesertim cum uni Soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. Erant ergo et aedium sacrarum et simulachrorum eversores.* Sane Persas *inflammasse templa Graeciae* constat ex iis quae collegit *B. Brissonius* de Regn. Pers. lib. II. §. 31. seqq. At eruditissimus et diligentissimus ille vir *Herodotum* VIII. 109. et *Iosephum* in Apion. II. 37. testes citare praetermisit. Dav.

Nec sequor magos Persarum etc.] Cod. W. *magorum;* tum Codd. Cr. W. et M. *Xerses.* — Ad rem commode jam facit locus Cic. de Rep. III. 9. p. 233. ed. Maj.: *Deinde Graeciae, sicut apud* [ita leg. pro *caput*] *nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris, quae Persae nefaria putaverunt: eamque unam ob causam Xerxes inflammari Atheniensium fana jussisse dicitur, quod deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret.* Cf. Cic. in Verr. Act. II. 1. 18. 48. ibiq. Ascon. Pedian. *Mr.* In Magorum sententiam quaedam dixit Apostolus Paulus in oratione Areopagitica Act. XVII. vs. 24. *Engelbronner.* l. c. p. 60. *Cr.*

Easdem illos, quas nos, urbes] Ita cum Goer. et Sch. post Grut. Ern. et Wagn. edidimus ex Cod. Cr. Edd. Ald. Lamb. Car. Steph. Gothofr. Brut. et Sturm., cum in reliquis sit *easdem illos urbes, quas nos.* Pro *affert* est *afferet* in Edd. Asc. 1. 2. *Mr.*

Cap. 11. *Et pietatem et religionem versari in animis*] Anonymus apud *Photium* Cod. CCXLIX. col. 1313. Pythagorei ἔλεγον τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω — γίγνεσθαι — τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεούς· ἀνάγκη γὰρ προσιόντα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. Hujusce dicti Pythagorici meminere *Plutarchus* de Superst. pag. 169. de Def. Orac. pag. 413. et *Seneca* Epist. XCIV. pag. 447. Dav.

Et quod Thales, qui etc.] Lambinus, *et quod a Thale;* sed nullo suffragante ms. Si quid mutandum, maluissem, *et quid Thales* etc. Grut.

Et quod Thales] Aristoteles de Anima I. 5. καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) μεμίχθαι φασίν· ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. Τοῦτο δὲ ἔχει τινὰς ἀπορίας· διὰ τίνα μὲν γὰρ αἰτίαν ἐν τῷ ἀέρι ἢ ἐν τῷ πυρὶ οὖσα ἡ ψυχὴ, οὐ ποιεῖ ζῶον, ἐν δὲ τοῖς μικτοῖς κ. τ. λ. — Ad Pythagorae sententiam consimilem laudat Aristotelis locum Seneca Quaest. Natural. VII. 30. *Egregie Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de diis agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiae fingimur; quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus, de stellis, de deorum na-

voluerunt. Affert enim haec opinio religionem utilem civitatibus. Si quidem et illud bene dictum est a Py- p. 175. a. thagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, cum rebus divinis ope-

tura disputamus, ne quid temere, ne quid impudenter aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur. Ad *Thales* Ern. haec: Intellige *dixit* e superioribus *a Pythagora dictum est.* Cujus generis et alia exempla sunt. Hoc melius est, quam quod Davisio placet, mox legendum esse *existimarit*, ut id ad *Thales* referatur: nam deberet esse *existimavit.* Rathius, si Lambini lectio ex libris esset, pro: *quod a Thalete* sc. dictum est, malle se: *quod a Thalete est.* Neutrum necessarium: hoc minus etiam probandum. Ad v. *et pietatem et religionem* bene monet Goer. repetitum *et* stare non posse, nisi pietatem et religionem differre putes, ut amorem et reverentiam in deos. Idem recte monuit Lambini scriptionem *Thale* pro *Thalete* ferri non posse. Pro *in* legitur *inter* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. nullo ex nostris Codd. addicente. *Mr.*

Et quod Thales — homines existimare *oportere*, *omnia* quae cernerentur, *Deorum esse plena*] Sic edidit *Gruterus;* ac ita dat *Car. Stephani* vetus, nisi quod ille paullo melius *omnia quae cernerent. Ascensius*, *Victorius* et *Lambinus* habent, *et quod Thales — homines existimare oportere*, *Deos omnia cernere*, *Deorum omnia esse plena.* At Paris. Reg. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus et Ven. 1471. repraesentant *et quod Thales — homines existimare* (Paris. et Reg. *existimârit*) *oportere omnia cernere Deorum esse plena.* Non difficulter hinc erui potest *Tullii* manus, is enim, prout censeo, scripsit *et quod Thales — homines* existimârit *oportere omnia* credere *Deorum esse plena.* Certe Thales ὠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι, ut refert *Aristoteles* de Anima lib. I. cap. 5. p. 386. F. Vide *Diogenem Laertium* lib. I. §. 27. DAV.

Homines existimare oportere etc.] Nos quoque servavimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. Gruteri lectionem, quamquam eam non plane probemus. Librorum nostrorum lectiones valde variant. Cod. Cr. ut octo Goerenzii, *homines existimare oportere omnia cernere deorum esse plena*, ita etiam Cod. W. sed hic vocem *omnia* nonnisi superscriptam habet inter *oportere* et *cernere.* Cod. M. *existimarit*, omisso *omnia.* Copp. Victt. b. ut Cod. Cr. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. (idem ex Cod. vet. enotavit: *existimare oportere*, *omnia*, *quae cernerent*, *deorum esse plena*) Sturm. Brut. Gothofr. Lamb. habent *existimare oportere*, *deos omnia cernere*, *deorum omnia esse plena.* Ed. Comm. habet, ut Caroli Stephani vetus. Goerenzius locum de glossemate suspectum et sic restituendum judicat: *homines oportere omnia*, *cernere*, *deorum esse plena*, ita, ut aliquando verbo *cernere* glossema *existimare* superscriptum fuerit, posteaque in contextu receptum; vocem *omnia* verbo esse praemissam, ut gravior ejus sonus esset. Denique verbum *cernere* ita usurpari absolute pro *intelligere* a nostro Acad. II. 5. 14. Ego ad codicum vestigia propius accedentem dudum hanc lectionem in adversariis mihi probari scripsi: *et quod Thales — homines existimavit oportere omnia cernere deorum esse plena.* Neque vero

ram daremus: et, quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit, homines existimare oportere, omnia, quae cernerentur, deorum esse plena; fore enim omnes castiores, veluti quum in fanis essent maxime reli-

Davisium conjecisse *existimavit*, ut contendit Schützius, vides ex ejus annotatione. Nunc video, neque Handio, editionis Goerenzianae censori, placuisse vulgatam, neque plane satisfecisse Goerenzii conjecturam; eumque in verbis *homines existimare oportere* latere credidisse Aristotelicum illud ὠήθη, in libro de Anima I. 5. — In seqq. Copp. Victt. b. exhibent *fere* pro *fore*. *Mr.*

Veluti qui in fanis essent maxime religiosis] Sic legendum esse censeo: nam vulgata scriptura, a qua non discrepat antiqua, *veluti quo infans esset maxime religiosus*, ferri non potest. *Turnebi* autem conjectura, *velutique in fanis essent, maxime religiosos*, non placet: nam hoc *maxime religiosos* ad homines relatum duriusculum est, cum religiosi dicantur fere a Latinis εὔορκοι, hoc est, qui jusjurandum servant. *Fanis religiosis* autem usitate et eleganter dictum est: nam fana, delubra, templa, *loca religiosa* dicuntur a Latinis, quae hominibus religionem afferunt; seu, quae homines, qui ea adeunt, religionis implent; seu quae sua vi religionem quandam continent, ut qui ea adeunt, non possint non religiose in eis versari. LAMB.

Ibid. *Veluti qui in fanis essent maxime religiosis*] Retinui Lambinianum, natum e conjectura Turnebi, *velutique in fanis essent, maxime religiosos.* vulgata sine sensu: *veluti quo infans esset maxime religiosus*, quod et in Pal. tert. nam quart. *castiores quo infans esset religiosus*, exclusis ceteris. GRUT.

Ibid. *Veluti* qui in fanis essent *maxime* religiosis] Sic optime *Lambinus*: codices enim nullo sensu dant *veluti quo infans esset maxime religiosus.* Ita *religiosissima delubra* dixit noster Div. in Caecil. c. 1. et *fana religiosissima* lib. I. Accus. in Verrem cap. 4. Vide sis et capp. 18. 21. ac *Servium* ad Aen. II. 365. Dv .

Veluti quum in fanis essent maxime religiosis] Codd. quoque nostri Cr. W. et M. et Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Paris. [ubi Turn. in primo Commentario aliquid deesse suspicabatur;] Brut. Sturm. Car. Steph. in prava lectione: *veluti quo infans esset maxime religiosus* conspirant. Quam Turnebi conjecturam dicit Lambinus, ea est in Ed. Comm. Denique in Copp. Victt. b. et in Ed. Asc. 2. legitur: *veluti quum infans esset maxime religiosus.* Goerenzius et Schützius, ut plerique post Lambinum, hujus emendationem receperunt; Goer. tamen se voce *qui* offendi ait et aliud quid in Codicum lectione *quo* latere credit. Ego ad vestigia lectionis in Copp. Victt. b. et Ed. Asc. 2. ita rescribendum existimavi, ut edidi. Ut enim in Or. de Harusp. Resp. 4. 7. scribitur: *velut hesterno die, quum mihi stans tacenti minaretur*; ita hoc loco intellige: *veluti eo tempore, quum in fanis essent maxime religiosis*; in quibus videlicet homines, alioquin parum casti, verecundi esse solent. *Mr.*

Est enim quadam opinione etc.] Ita Codd. nostri Cr. W. et M. itemque Edd. vett. quae ad manum sunt omnes, exceptis Edd. Asc. 1. et 2. ubi legitur *quaedam opinione species*; et Copp. Victt. b. ubi est: *quaedam opinionis species.* Ego dudum antequam

giosis. Est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus. Eandemque ra- 27.
tionem luci habent in agris. Neque ea, quae a majoribus prodita est cum dominis, tum famulis, posita

Editiones Ascensianas videre mihi contigit, haec ad h. l. adnotaveram: Nescio quomodo semper me malé habuit illud *quadam*, quod Cicero si scripsit, fortasse post *opinione* reponendum est. Conjiciebam *quadam quasi opinione*, sed mox me otiosum vocabulum addidisse sensi. Rathius quidem: »Legendum videtur, ait, *est enim* »*quasi, opinor, species deo*»*rum;* nam proprie species deo»rum, i. e. *ἰδέα*, ob oculos ver»sari nequit. Conf. Cic. de Off. »I. 5. init.« Hoc vero est hariolari. Ego locum leniori medicina sanari posse credo, si scribamus: *Est enim quaedam opinione species* etc. Neque nunc plane displicet ea suspicio, postquam Wyttenbachii explicationem legi, qui ita in scholis: »Exquisite dictum »pro: opinamur enim quodam»modo, nos deorum formas et »cogitationes non solum mentibus »percipere, sed etiam oculis cer»nere.« *Mr.*

Luci — in agris.] Conf. Plin. Hist. Nat. XII. c. 1. Sect. 2. p. 654. Hard. ubi est: *Haec fuere numinum templa* [*arbores* intelligit], *priscoque ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos, et in iis silentia ipsa adoramus. Mr.*

§. 27. *Neque ea quae a majoribus*] Paris. Reg. et Ven. 1471. *neque* enim *ea*. Lege, *neque* etiam *ea quae a majoribus* etc. Dav.

Neque ea] Non melius est Davisii *etiam*, quod recte jam in *neque* contineri ait Goer., quam particula *enim* addita in quibusdam libris, quam respuunt Codd. nostri Cr. W. et Copp. Victt. b. itemque Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. Comm. Tum in Cod. M. legitur *tum dominis, cum famulis*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. bis scribitur *tum*, ut dedit Sch., minus bene; pejus etiam in Ed. Paris. bis scribitur *cum*, pro quo jam Turn. in primo Comment. volebat *cum — tum*, ut nos cum Goer. ex reliquis libris edidimus. *Mr.*

Religio Larium] Nostri quoque libri MSS. et Edd. veteres, ea adeo, quae Turnebi commentarium primum habet, in vitiosa lectione *patrum* pro *Larium* conspirant, quam habent etiam omnes Goerenzii. Unus noster Cr. habet *patruum*. Scripsimus autem *Larium* (Turnebus videlicet primus correxit *Larum*) ex more Ciceronis, de quo vid. Schneider. Lat. Formenlehre I. p. 256. Ad rem praeter loca a Turnebo collata vid. Varro de L. L. V. p. 49. ed. Scal. Festus pag. CLXIV. ed. Scal. v. *Pilae*. Arnob. adv. Gent. L. III. pag. 55. ed. Rigalt. p. 179. ed. Orell. *Possumus, si videtur, summatim aliquid et de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse, ex eo quod Graeci vicos cognominant Lauras.* Conf. Ev. Otto de Diis Vialibus cap. IX. p. 138. — 157. *Mr.*

Ritus familiae patrumque servare] *Servari* legitur in Codd. Cr. W. M. et Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Paris. Sturm. Brut. Comm.; in reliquis melius *servare*. *Mr.*

Quoniam antiquitas proxime accedit ad deos] Ad rem laudat Wagn. Platonem de Legg. XII. p. 191. Bip. [p. 948. b. Steph.] coll. Xenoph. M. S. I. 4. 16. —

in fundi villaeque conspectu, religio Larium, repudianda est. Jam ritus familiae patrumque servare, id est (quoniam antiquitas proxime accedit ad deos) a diis quasi traditam religionem tueri. Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem et ceteros, coli lex jubet, indicat, omnium quidem animos immortales esse; sed fortium bonorumque divi-
28. nos. Bene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides,

Eodem argumento antiquitatis Cicero utitur, ut demonstret deos esse et animos post mortem superesse, Tusc. I. 12.; idem argumentum repetitur mox Lib. II. c. 16. *W.* Pro *autem* est *aut* in Cod. Cr. *Mr.*

Immortales esse; fortium bonorumque] Vulgo *immortales esse, sed fortium bonorumque.* Nos vocem mediam, jubentibus Paris. et Reg. omisimus. Dav.

Sed fortium bonorumque divinos] Merito restituit Ciceroni vocem *sed* Goerenzius, quae antecedente *quidem* commode abesse nequit; neque debebat Ern. probare Davisii rationem, quam tamen non secutus est. Ex nostris libris nullus, praeter Cod. M., cum Davisio facit. *Mr.*

§. 28. *Consecratur* manu: quarum *omnium*] Qui templa consecrabat, postem tenere solitus est, ut patet ex *Cicerone* pro Domo cap. 46. *Livio* II. 8. et *Seneca* Cons. ad Martiam cap. 13. Vide sis et *H. Grotium* Florum Spars. ad jus Justin. p. 23. Sed ad hunc morem non adlusit *Cicero*, nec in ipsa lege *manus* ulla fit mentio supra cap. 8. Med. *consecratur manui.* Lego *consecratur;* jamdiuque harum *omnium* etc. Adi nostrum N. D. II. 23. *Plutarchum* de fortuna Rom. pag. 318. et *Lactantium* Div. Inst. lib. I. cap. xx. 12. 13. ac Epitomes cap. 21. denique *Augustinum* C. D. IV. 20. 21. V. 12. Dav.

Consecratur manu] Servavi lectionem Codd. MSS. fere omnium, non quod satisfaciat alterutra ex duabus Turnebi explicationibus, vel placeat Goerenzii defensio primae Turnebi explicationis, quam repetierunt Dav. et Wagn.; quasi noster brevius distinctiusque (quae sunt verba Goerenzii) templa dedicandi ritum exprimere non potuerit, nisi inepta formula *manu consecrare.* Sed ideo servavi librorum lectionem, quia corruptionis causam exputare non possum, et deleto *manu*, quae certe commodissima videtur ratio, quamque iniit Schützius, vulnus obtectum magis, quam sanatum existimo. Wyttenbachius conjecit: *quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur, neque harum omnium* etc. Ernesto non placet Davisii conjectura, neque vero is melius quid attulit. Rathii sententia haec est: »Ex Cic. de N. D. II. 23. »scribendum distinguendumque videtur: *consecrata a majoribus sunt (quorum omnium Romae dedicata publice templa sunt)*, ut, illa *qui habeant, habent autem omnes boni, deos ipsos in animis suis collocatos putent. At illud vitiosum* etc. »sic enim malim pro vulgato *nam illud vit.:* etenim *nam* non convenit loco, unde cum Dav. asterisco notavit, et alii post *putent* addiderunt *multa desunt.*« Contra monet Goer.: *nam* transeuntis ad contraria esse, notissimum est. — Ad rem cf. Passeratii Praelectionis in Propert. L.

consecratur manu: quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt; ut, illa qui habeant (habent autem omnes boni) deos ipsos in animis suis collocatos putent. *** Nam illud vitiosum Athenis, quod

III. El. 25. p. 544. b. *Mr.*

Ut illa *qui habeant*] Lego *illas:* Mentem videlicet, Pietatem, Virtutem, Fidem. DAV.

Ut, illa qui habeant] Davisius Schützium nimis obsequentem nactus est, qui, ne ambiguitatem pareret enallage generis, scripsit *illas*. Ego tam parum ea enallage offendor, ut etiam paulo superius *quorum* ferrem pro *quarum*, si in libris legeretur. Vide modo, quae in hanc rem congessit Wopkens. Lectt. Tull. II. 7. p. 161. sq. qui nec nostri loci fuit immemor. Post *putent* servavi lacunae notam, cujus rationem Turnebus indicat in Commentario. In eandem sententiam abeunt Wagn. et Sch.; Goer. lacunae quidem signa sustulit, sed rem in adnotatione indicandam existimavit. *Mr.*

Cylonio scelere] Expressit Graeca verba *Κυλώνειον ἄγος*. URSIN.

Cylonio scelere] Cod. Cr. habet *helyconio*, Copp. Victt. b. *Clyconio*, Cod. W. *eliconio*, Cod. M. *clicommo*. De Cylonio scelere plura etiam, quam Turn. et Dav. loca veterum congessit *Jo. Mar. Matius* in Annotationibus, quae prodierunt in Triga opuscc. critt. rariorum, Traj. 1755. 8. cap. 43. Addit Goer. locis a Turn. et Dav. allatis Platonem de Legg. II. p. 41. et III. 108. Bip. [sed sunt ea loca I. p. 642 et III. p. 677. Steph.] *Mr.* Ad rem vid. Eckhelii D. N. V. VII. p. 86. sq. ubi hic ipse locus attingitur. *Cr.*

Cylonio scelere expiato Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae] Cylonium scelus erat id quod Athenienses commiserunt, Cylonis sociis, qui ad aram Minervae supplices erant, interfectis. Vide *Thucydidem* lib. I. p. 81, 82. ed. Wechel. Huic facinori vindicando pestis est immissa, quam victimis compescuit Epimenides. Vide *Laertium* I, 110. et scriptoribus, quos ad eum locum citavit *Menagius*, adde Scholiastas *Aristophanis* in Equites vs. 443. et *Pausaniam* VII, 25. De Contumelia vero et Impudentia sic *Zenobius* Cent. IV, 36. *Φησὶ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Νόμων, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι βωμούς. Clemens Alexandrinus* Protrept. p. 22. *Ἐπιμενίδης ὁ παλαιὸς, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας Ἀθήνησιν ἀναστήσας βωμούς.* Suidas in *Θεός· Ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια, καὶ ἱερὸν αὐτῆς* (Lege *κἀκεῖ ἱερὸν αὐτῆς*) *ὡς Ἴστρος ἐν ιδ'*. Proverbii *Θεὸς ἡ Ἀναίδεια* meminit etiam *Diogenianus* V, 25. DAV.

Epimenide Crete suadente] Cod. Cr. *Epimeni decreto*, Cod. W. *epimemni decreto*, Cod. M. *Epinem decreto*, Copp. Victt. b. *Epimenide Cretae*, ubi Vict. haec adnotavit: credo *Crete: Κρῆτι.* Cres enim patria Epimenides hujus rei auctor fuit. Vide de Epimenide Aristotel. in III. Rhet. [locus est c. 27. p. 152. Ed. Sylb.] Idem Vict. ad Copp. a. laudat Plutarch. in Vita Solon. [c. 12.]. Xenoph. Sympos. [c. VIII. 35.] [*Λακεδαιμονίων οἱ ἐρασταὶ*] *αἰδοῦνται τοὺς παρόντας ἀπολείπειν. Θεὰν γὰρ οὐ τὴν Ἀναίδειαν, ἀλλὰ τὴν Αἰδῶ νομίζουσιν.* Theon. Sophist. c. 9. Varr. de Ling. Lat. 33. [p. 80. Bip.] — Prava Codicis Cr. lectio est in Edd. Asc. 1. 2.; reliquae omnes probam lectionem servant. Pro *fanum* scribitur *phanum* in Cod. Cr. *Mr.* — Ad rem cf. *Siebelis* ad Istri

Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae: virtutes enim non vitia consecrari decet. Araque, quae vetus-

Fragg. p. 62. Idem ad Pausan. I. 28. 5. p. 102. et *Heinrich.* in *Epimenides aus Kreta* p. 97. *Cr.*

Virtutes enim, non *vitia*] Paris. Reg. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. editio pervetus et Ven. 1481. unanimi consensu dant *virtutes enim* et *vitia*. Lege *virtutes enim*, haut *vitia*. Vide *MariumVictorinum* Orthog. col. 2462. Similem vero *Ciceronis* locum profert *Lactantius* Div. Inst. lib. I. c. 20, 16. Dv.

Virtutes enim, non vitia.] Codd. nostri pro *non* habent *et*, sine dubio etiam Goerenzii libri, quamquam hic nihil annotaverit. Veram lectionem habent Edd. vett. nostrae ad unam omnes. — Pro *consecrare* cum Goer. ex Codd. nostris Cr. W. (quamquam hic habet *consectari*) et Copp. Victt. b. dedimus *consecrari*, cum saepius noster cum verbo *decet* passivum jungat; v. c. supra II. 3. extr. *et fieri sic decet*. Pro *decet* scribitur *docet* in Copp. Victt. b. *Mr.*

Araque vetus etc.] *Muretus* ita legit, *Araque, quae vetus stat in Palatio, Febris, et altera Esquiliis Malae Fortunae, detestataque omnia ejusmodi, repudianda sunt.* Vide de N. D. lib. III. c. 25. P. Manuc.

Ibid. *Araque vetus stat in Palatio Febris*] Pal. quart. *araque vetustissima est Palatio Febris.* Grut.

Ibid. *Araque* vetus stat *in Palatio*] Pal. quart. et Balliol. *araque* vetustissima est *Palatio.* Paris. et Reg. *araque* vetustina est *Palatio.* Lege *araque* vetusta est *in Palatio.* Dv.

Araque vetus stat] Hic locus mire corruptus est. In Palatino uno legitur *araque vetustissima est Palatio.* Totum locum ita puto formandum: *At ara, quae vetustissima est Palatio, Febris, et altera Esquiliis, Malae Fortunae aedes, istaque omnia ejusmodi repudianda sunt.* Nihil facilius fuisse videtur, quam ut ex *aedes, istaque*, deleta prima littera, propter similitudinem praecedentis, facerent *detestatque. Scheffer.* — *Araque vetus stat*] i. e. *ara etiam* vel *quoque:* quomodo et alibi est in principio orationis *que*, serviens transitioni. Libri quidam scripti habent *vetustissima est*, alii, ut et Guelf. *vetustima est. Ern.*

Araque, quae vetustissima est] Cum fluctuent libri inter *araque* et *ara quae* (illud enim habent ex nostris Codd. Cr. W. et M., hoc Copp. Victt. a. et b. et Ed. Asc. 2.), cumque item aliquot Goer. et noster Cod. M. habeant *vetustissima est*, adjecimus illud *quae* voci *araque* et abjecimus incommodum illud *stat*, quod simpliciter pro *est* vel *posita est* a Cicerone profectum esse vix credas. Quod enim de statua dicitur *stat* a nostro de Divin. I, 34, 75. *Namque et Lysandri statuae, quae Delphis stabat, in capite corona subito exstitit:* id proprie dictum est de *statua*, suis pedibus erecta et constituta; de *ara stante* Cicero tum tantum, credo, loqueretur, si opponeretur eversae. Igitur Goerenzii et Schützii lectionem praeferendam censuimus. In parva Ed. Goerenzius ediderat *vetusta est.* In seqq. *Exquiliis* scribitur pro *Esquiliis* in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. et plerisque Edd. vett. *Mr.*

Malae Fortunae detestataeque] In antiquioribus libris *malae fortunae detestatur.* Ut existimem

tissima est in Palatio, Febris: et altera Esquiliis, Malae Fortunae: detestataque omnia ejusmodi repu-

verbum *detestatur* esse inducendum, veluti glossam ab aliquo adscriptam ad id, quod sequitur, *Quae omnia ejusmodi repudianda sunt;* ut ostenderet *Ciceronem* ejusmodi omnia detestari. P. MANUC.

Ibid. *Malae Fortunae, quae omnia ejusmodi detestanda atque repudianda*] Libri vulgati sic habent, *malae Fortunae. detestataeque, omnia ejusmodi repudianda sunt.* Veteres sic: *malae Fortunae, detestatque omnia ejusmodi.* etc. unde *Adr. Turnebus*, in commentar. ad hunc locum, legendum putat, *malae Fortunae, detestataque omnia ejusmodi repudianda sunt.* Muretus sic, *quae detestata omnia ejusmodi repudianda sunt.* Alii delendum censent, ut alienum, hoc *detestataque* seu *detestataeque:* ut post vocem *Fortunae* sequatur deinceps, *quae omnia ejusmodi* etc. Idem *Turnebus* libro Adversar. XIV. sententia mutata, sic legi mavult, *quae omnia ejusmodi detestanda atque repudianda sunt.* Atque hoc modo edidimus. Quod si cui minus placebit, sequatur Codices vulgatos. Nam quod melius afferam, nihil habeo. Verum tamen, ut dicam etiam ipse quod sentio, putaverim vel hoc *detestataeque*, sive *detestataque*, esse delendum: cum praesertim quidam testentur abesse a Codice MSto, vel sic legendum, *malae Fortunae: quae ejusmodi, et detestata omnia, repudianda sunt.* LAMB.

Ibid. *Malae fortunae detestataeque, quae omnia ejusmodi*] Nihil adjuvant heic membranae nostrae. Nam Pal. tert. stat a vulgato; quartus vero legit, *detestataque hujusmodi repudianda sunt.* S. Vict. *detestataque omnia ejusmodi rep.* nec aliter Fabr. nisi quod is *detestataeque.* Videatur Turnebus lib. XIV. cap. 6. GRUT.

Ibid. *Detestataeque*, quae *omnia ejusmodi repudianda sunt*] Aliorum conjecturas referant *Manucius* et *Lambinus.* Paris. Reg. et Fabric. habent *detestataeque omnia ejusmodi.* Pal. quart. *detestataque hujusmodi.* Ex MSto S. Victoris repono, *Malae Fortunae.* Detestataque *omnia ejusmodi, repudianda sunt;* prout etiam *Turnebus* aliquando legendum censuit. *Detestata* passive capias oportet; ut *bella matribus detestata* dixit *Horatius* lib. I. Od. 1. 24. Vide sis et *Apuleium* Apol. pag. 489. DAV.

Malae Fortunae: detestataque omnia ejusmodi repudianda sunt.] Hoc loco satis superque vexato, quae ante Davisium a viris doctis dicta sunt, in annotationibus prioribus expositum est. Nos reliquorum sententias et librorum nostrorum lectiones addemus. Codd. Cr. et W. habent, ut Dav. edidit, nisi quod in Cod. Cr. scriptum est *repudiandi.* Erravit igitur Goer. qui vocem *quae* in nullo scripto legi credebat; Cod. M. habet *detestataeque omnia ejusmodi repudienda* (sic) *sunt;* Copp. Victt. b. *detestatur. quae omnia ejusmodi repudianda sunt.* Edd. Asc. 1. Crat. et Herw. (hae in varr. lectt.) Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. habent ut Ed. Dav.; Edd. Asc. 2. et Paris. ut Copp. Victt. b.; Ed. Comm. *detestatque, omnia ejusm. rep. sunt.* Ern. vocem *quae* a MS. Guelf. abesse dicit, idque merito probat, quia *quae — ejusmodi* durius dictum est. Idem censebat Wagn.; sed ipse, *Fortuna detestata* bene se habet, ait. Sed tum, respondet Goer., Cicero posuisset *quae ejusmodi omnia.* Idem recte monet, ideo turbasse et scribas et viros doctos, quia participium Deponentis passiva significa-

dianda sunt. Quod si fingenda nomina, Vicae potae potius [vincendi] atque [potiundi] Statae [standi]:

tione non semel a Ciceroni poni non congitaverint. Hülsemannus sub voce *detestataeque* nomen aliquod proprium latere existimabat; sed cum quaerit utrum fuerit fortasse detestationis dea, quae diceretur *Detestata*, an legendum sit *Invidiae*, *Injuriae*, *Injustitiae:* nihil sani protulisse in medium censendus est. Schützius eandem, quam nos post Goer., rationem sequitur. *Mr.*

Omnia ejusmodi repudianda sunt] Amicus meus putat legendum *omina* pro *omnia.* In vetere autem libro pro *statassandi* unico verbo, quod stellula in *Aldinis* editionibus notatum est, duae inveniuntur voces *standi* et *salvandi*, ut ad earum alteram *Statoris* cognomen, ad alteram *Invicti* referendum sit. Ursin.

Quod si fingenda nomina vice poetae; fingenda potius a vincendo, atque potiundo, sistendoque cognomina Statoris, Omnipotentis, et Invicti Jovis etc.] Sic hunc locum, in omnib. libris depravatum veteris scripturae vestigia persecutus, et sententiam *Ciceronis* quam sagacissime potui odoratus, restitui. Lamb.

Quod si fingenda nomina etc.] De vocabulo *statassandi* adhuc deliberant eruditi omnes. Mihi vero simillimum videtur, scripsisse Ciceronem totum locum isto modo: *Quod si fingenda nomina, Vicepotae potius, vincendi atque potiundi, Statae standi, cognominaque Statoris et invicti Jovis. Rerumque expetendarum nomina* etc Pro *statassandi* scribo *Statae standi*, levissima immutatione. *Statae deae* meminit Festus: *Statae matris simulacrum in foro colebatur, postquam id collustravit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque* [ita Scal., sed Schützius in nota sua J. Gronovium scripsisse ait *quosque*] *vicos retulerunt ejus deae cultum.* [Scal. ad h. l.: pro *collustravit*, puto: *Coelius stravit.*] Facit ejusdem mentionem Sext. Rufus in regione sexta. Fuit autem haec a stando dicta, sicut Vicepotae a vincendo et potiundo. In verbis ipsis illud *fingenda nomina ἀπὸ κοινοῦ* intelligendum in sequentibus; ita omnia erunt clarissima, quae hactenus pro desperatis habebantur. Sane non de una *Vicepota* loqui nostrum et alius alterius praecedere debere mentionem, vel *τὸ cognomina*, ut est in vulgatis, ostenderit. *Scheffer.* Turnebus in primo Comm. ad h. l. haec: »Locus est corruptissimus, sic tamen reponendus: *Quod si fingenda nomina vice poetae, at potius vincendi cognomina, ut Statoris — nomina, ut Salutis — hujusce diei; nam valet in omnes: vel Respiciens* etc. Sententia est: Si cognomina divis aliqua sint aptanda et consecranda, ea fingenda sunt, quae boni faustique ominis sunt, non quae a vitiis petita.« — Ern. ad v. *cognomina*, cui non addit *que*, intelligendum dixit *fingamus* vel *usurpemus* vel *sint.* Wagnero placet Davisii *numina* pro *nomina.* — J. Gronovius ita corrigendum censuit: *si fingenda nomina, Vicae potae potius, vincendi atque potiundi; Statae standi: cognominaque Statoris* etc. Quae nobis praeterea de hoc loco dicenda videntur, ea in Excursum sextum rejecimus, utpote longiora, quam quae in has spatii angustias cadant. *Mr.*

Vicepotae] Verbi huius restitutio, debita Errici Memmii libris, qui eam communicavit Nicolao Fabro, a quo primum pro-

cognominaque Statoris, et Invicti Jovis: rerumque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victo-

dita fuit in Notis ad Senecam de morte Claudii. Exinde et Jacobus Schegkius idem conjecit Premesso Observat. Epistol. I. Nos de voce ista multa quoque ad eundem Senecam in animadversionibus nostris ante lustra bis duo. GRUT.

Statassandi] Adhuc medicas exspectat manus hic locus. Memmius e libro suo exhibuit *Stassandi*, sed non satisfacit, non magis quam Schegkiana conjectura *sistendoque*. In voce enim tam plana non ita haerent librarii aut tam longe divertunt. Pal. tert. stat a vulgata, ut et Fabr. nisi quod una littera *statasandi*. Quartus habebat, *stacassandi*. Codex S. Vict. *stharasandi*, ex quo fingebat Gulielmius noster, *et Ara sancti*, sed tali malagmate non sanatur istud vulnus. *Idem.*

Quod si fingenda nomina, Vicepotae potius vincendi atque potiundi, statassandique cognomina, Statoris et Invicti Jovis] Paris. Reg. Eliens. Harleian. pr. et Med. exhibent *quod si fingenda nomina vice poetae et* (Paris. et Reg. *e*) *potius vincendi atque potiundi statasandi cognominaque* (Paris. ac Reg. *cognomina quae*) *Statoris et Invicti Jovis.* Salebrosus quidem est locus; conjecturam tamen proferre nihil vetat. Itaque lego, *quod si fingenda* numina, Vicapota esset *potius vincendi*, vel *esse possit vincendi*, *atque potiundi*, Stata standi, cognominaque *Statoris et Invicti: rerumque* etc. De Vicapota videas *Iust. Lipsium* Epist. Quaest. II, 11. et *Nic. Fabrum* ad Senecae Apocol. p. 502.; de Statore *Senecam* de Benef. IV, 7.; de Invicto *Ovidium* Fast. VI, 650.; de Stata *Festum*. *Stator* autem et *Invictus* Jovis fuêre cognomina: quod docet etiam *Augustinus* C. D. lib. VII. cap. 11. DAV.

Quoniamque exspectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam a Calatino] Hunc quoque locum restitui non longe discedens ab antiqua scriptura, sed tantum ex particula *quidem* facta copulatione *que:* ut sententia pendeat usque ad *recte etiam* etc. ibidemque sit ἀπόδοσις. LAMB.

Quoniamque exspectatione] Arrogat conjecturam hanc sibi Lambinus, quomodo tamen dudum antea ediderat P. Victorius. Vulgata, *quoniam* quidem *exsp.* quae et in mss. nostris. GRUT.

Quoniamque exspectatione rerum bonarum] Ita scripsimus praeeuntibus Turn. Lamb. ex Edd. nostris Paris. Comm. cum Edd. Verb. Ern. Dav. Bip. Wagn. Sch., cum Codd. plerique, nostri quoque Cr. W. et M. exhibeant *quoniam quidem*, Copp. Victt. b. *quoniam quum.* Ex priore lectione Goer. fecit *quoniamque idem*, mavult tamen, cum in tribus Codd. invenerit *quando quidem*, legi: *et, quando quidem.* Quod, si in libris esset, non respuerem: nunc non necessarium puto. *Mr.*

A Calatino Spes] Vide *Tacitum* Annal. II, 49. DAV.

Etiam a Calatino Spes] Cod. Cr. *recte et acalatitino* Cod. M. *etiam spes alacri* (duobus punctis subscriptis) *latino.* Copp. Victt. b. *Colatino*, ut Edd. Asc. 1. Brut. Lamb. Gothofr. Ald.; in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. scribitur *Collatino.* Correximus ex hoc loco Cic. de N. D. II. 23. 61. p. 114. Ed. nostr. min. ubi erat: *ab Atilio Calatino erat Fides consecrata*; quod faciendum esse monuerant Lamb. et Goer. ad nostrum locum. Dictator fuit Calatinus a. u. c. 504. De *Salutis* aede v. de Rhoer Otium Daventriense cap. 24. p. 184 seq.; de templo *Honoris* de Rhoer l. c. p. 250 sq.; de

riae; quoniamque exspectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam a Calatino Spes consecrata

templo *Victoriae* ibid. p. 223. sq. *Mr.*

Vel hujusce diei] Valet *hujusque diei*, id est, unius cujusque diei; de quo pulcre multa libro I. de Formulis Brissonius, qui consulatur. *Hujusce* autem est in Pal. tert. et Fabr. item editis a Victorio et Turnebo: nam priores et posteriores, *hujus diei.* Grut.

Ibid. *Fortunaque sit vel* hujusce *diei*] Sic optimi Codices; in his Pal. tert. Fabr. Paris. Reg. et Balliol. At deteriores *hujus diei.* Viri tamen docti reponunt *hujusque diei.* Praeivit iis *Marius Victorianus* Orthog. p. 2462. *Et* hujusce *et* hujusque *recte scribuntur, sed suo loco utraque*: *nam ab* hocce *et ab* hacce *fit* hujusce; hujusque *autem aliud significat, id est uniuscujusque.* Plura suppeditabunt *B. Brissonius* Form. lib. I. p. 51, 52. et *Joan. Harduinus* ad Plinii lib. XXXIV. §. 19, 1. Vereor tamen, ne hoc inter Grammaticorum somnia numerandum sit. Ita quidem censuisse video Cl. *Popmam* de Differ. Verb. lib. II. p. 144. Et in vetustis inscriptionibus nonnunquam ponitur *hujusque* loco *hujusce*; ut eas voces idem denotasse nullus dubitem. Vide *Gruterum* 67, 9. et *Reinesium* Class. I, 194. Dav.

Vel hujusce diei] *Fortuna hujusce diei* colebatur a Romanis, ut scribit *Plinius* lib. XXXIV. cap. 8. Primus autem *Benedictus Aegius* Spoletinus ex veteris lapidis Capitolini auctoritate, in quo est *Vico Fortunae hujusce diei*, Ciceronis locum hunc, qui antea mendose legebatur, correxit, et *Plinii* testimonio, quod corruptum et ipsum erat, confirmavit. Cum autem *Plutarchus* in libro de Fortuna Romanorum scripserit *ἰδίας Τύχης ἱερὸν* in Palatio fuisse, et *P. Victor* in Palatio item posuerit vicum hujusque diei; videndum ne ad eandem uterque fortunam respexerit; quam in Mario, *Τύχην ἡμέρας ἐκείνης* idem *Plutarchus* appellavit: et *Ἐπιστρεφομένην*, quam infra, quod Opis templum respiceret et Forum, *respicientem* Cicero nominavit. Ursin.

Fortunaque, sit vel Hujusce diei] Subintelligendum *recte consecrata est:* sive sit Fortuna, cui cognomen est *Hujusce Diei*, sive *Respiciens*, sive *Fors:* nam erat Romae Fortuna Fors, unde proverbium est *forte fortuna hoc accidit.* Haec Fortuna Fors significabat in certos casus magis, quam aliquam partem vitae humanae Fortuna gubernatum. Erat etiam *Fortuna Primigenia* a gignendo, item *Fortuna Comes.* De muneribus ac frequentibus templis et honoribus hujus numinis apud Romanos Plutarchus disseruit in Libro de Fortuna Romana pag. 318. et seqq. *W.* — Fortunae *Hujus diei* aedem Catulus vovit Cimbrico bello, quo die cum Cimbris pugnavit. Universe de cultu *Fortunae* apud Romanos disseruit et inprimis de *Forte Fortuna* et de *Fortuna Primigenia* agit de Rhoer. in Otio Daventriensi Cap. XVII. p. 118 — 130. Schefferus ad h. l. haec adnotavit: »Gruterus: *hujusce* »*diei valet hujusque diei i. e.* »*uniuscujusque diei.* Non assequor, quid velit. Brissonius profecto, ad quem nos relegat, distinguit inter *hujusce* et *hujusque*, imo hoc loco legi vult *hujusque*, quod Marius Victorinus »*τὸ hujusque* explicet *uniuscujusque.* Sed quidquid sit de Victorini verbis, apud Ciceronem retinendum censeo *hujusce.* Sensus ille est: potest Fortuna coli »sub cognomento *Hujusce diei*, »idque propterea, quia hoc cogno-

est: Fortunaque sit vel Hujusce diei, nam valet in omnes dies; vel Respiciens, ad opem ferendam; vel b. Fors, in quo incerti casus significantur magis; vel Primigenia, a gignendo, Comes, Tum * * * *

»mentum valet non in certum tantum diem aliquem, sed in omnes »dies. Unoquovis enim die coli »poterit Fortuna ejus diei, sic ut »qualibet die, postquam advenerit »et facta fuerit hodierna, dicatur »coli *Fortuna hujusce diei.* Hunc »puto loci hujus esse sensum ve»rissimum.« Vocem *vel* omiserunt Codd. Cr. et W.; In Edd. Paris. et Sturm. legitur *Fortuna, quae. Mr.*

Vel respiciens, *ad opem ferendam*] Quid planius? Non igitur, quod Opis templum respiceret et Forum, fortuna *Respiciens* est dicta, prout *Ursinus* censuit; sed quod hominibus auxilietur iisque faveat. Hoc enim qui faciunt, *respicere* dicuntur. *Plautus* Poenulo Act. I. Sc. II. 197. *Respexit. Idem pol Venerem credo facturam tibi. Terentius* Andr. Act. IV. Sc. I, 18. *Nisi quid Di respiciunt.* Idem Phorm. Act. V. Sc. III. 34. *Di nos* respiciunt. *Livius* X, 36. *Numen etiam Deorum* respexisse *nomen Romanum visum. Seneca* de Tranquill. cap. 8. *Itaque laetiores videbis, quos numquam* fortuna respexit, *quam quos deseruit.* Vide sis eundem de Clement. II, 6. et *Senecam* patrem Cont. X. pag. 160. DAV.

Vel Respiciens ad opem ferendam] Cod. W. *respiciendis*, sed literae supervacaneae duobus punctis notatae sunt. Rathius aut *nam valet* post *respiciens* excidisse contendit, aut legendum esse: *ab ope ferenda.* Neutrum opus est, quamquam utrumque ferri posset. *Mr.*

Vel fors, in quo] Codices *vel forum in quo.* Lege *vel fors*, qua *incerti casus significantur magis.* Vide *Nonium* et *Terentium* Phorm. Act. V. Sc. VI, 1. Adeas etiam licet *Ovidium* Fast. VI, 773. seqq. et *Plutarchum* de fortuna Rom. pagg. 318, 319. DAV.

Vel Fors, in quo] Codd. Cr. W. et M. habent *forum*, sed Copp. Victt. a. et b. recte *Fors*, quam lectionem ex Edd. vett. habent nonnisi Lamb. marg. Gothofr. et Commelin., quaeque, ut videtur, debetur Turnebo. Davisius, cui assentit Rathius, in corrigendo frustra operam consumsit. Pro *incerti* Cod. M. habet *veterum*, et *signantur* pro *significantur. Mr.*

Vel primogenia] Vulgo *primogeniam* cum plurimis Codicibus. Rectam tamen lectionem servat Harleian. pr. eamque *Turnebus* et *Lambinus* expresserunt. Altera certe scriptura constructioni prorsus repugnat. *Primogeniae* vero fortunae crebram mentionem faciunt lapides et scriptores veteres. Vide modo *Livium* XXXIV, 53. XLIII, 13. DAV.

A gignendo comes. tum] Ita duo e mss. nostris, nisi quod ii junctim *comestum.* Videatur Turnebus; vulgata *cum est*, quod Aldus Junior annectit sequentibus, hoc modo: *cum est feriarum* etc. GRUT.

A gignendo comes. Tum * * *] Desunt alia *fortunae* cognomina: variis enim insignita fuit haecce Dea, quod inscriptionum *Gruterianarum* docebit index. Vide sis et *B. Brissonium* Form. lib. I. p. 51. DAV.

Vel Primigenia a gignendo, Comes, tum * * *] Gruterus: *a gignendo comes. tum;* ita et Turn., qui exponit: *quae nos a primo ortu comitatur.* Ego mallem legere divisim: *a gignendo. Comes,*

Desunt pauca.

12. 29. Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et jurgiorum; in servis, operum et laborum: quas compositio anni conferre debet

tum: ut illud *Comes* quoque innuat cognomentum Fortunae, sicut *Primigenia* et *Fors*, et caetera. Neque enim dubito, quin et sub Comitis cognomento eam coluerint. *Scheffer.* — Libri valde Variant, ut fieri solet in locis laceris. Codd. Cr. et W. *Primigeniam a gignendo, cum est vel feriarum*, Cod. M. *Pregeniam a gignendo comestum feriarum.* Copp. Victt. b. *Primigeniam a gignendo cum estum fer.* In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. (hic vero ex Cod. vet. enotavit *a gignendo comes*) legitur *Primigeniam a gignendo. Cum est feriarum:* et ita etiam in Edd. Ald. et Brut. sed lacunae signum post *cum est* ponitur. In Ed. Paris. est: *a gignendo * communes. Tum feriarum*, ubi Turn. annotavit: Hic aliquot forte verba desint. In aliis: *Cum est feriarum* legitur; in Ed. Lamb. (ut est in marg. Gothofr.) *Primigeria a gerendo: cum est ** Feriarum:* in Ed. Comm. *Primigenia a gignendo comes. Tum feriarum.* Ernestus dedit *Primigenia* ex Ms. Harlej. Hülsemannus conjecit *Primigenia a gignendo. Comitum feriarum:* quo quid velit, ipse fortasse non facile dixerit. Goerenzius se certissimum esse ait, verba *a gignendo* esse in glossa ponenda. Hoc vero est statuere de re valde incerta. *Mr.* — Conf. Cic. de N. D. I. 15. p. 70. ed. nostr. ibiq. annot. et Symbolic. nostr. IV. p. 213. sqq. praesertim p. 216. et p. 242. Suspicor: *vel Primigenia cum a gignendo Comes, tum reliquae vitae rectrix et moderatrix.* Haec postrema enim alibi etiam jungere solet Cicero, ut de N. D. II. 35. extr. Supplementi autem nostri ratio inest in loco Ciceronis de Divinat. II. 41. aliisque, quos in Mythologiae l. l. excussimus. *Cr.*

§. 29 Cap. 12. *Feriarum festorumque dierum ratio*] Cod. W. *cum est vel feriarum vel festorum dierum ratio.* Ad rem cf. Festus s. v. *Ferias* p. LXI. Scal. ubi est: *Ferias antiqui festas* [vid. leg. *festas et ferias.* v. Schneider. Lat. Elem. Lehre I. p. 342.] *vocabant: et aliae erant sine die festo, ut nundinae; aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adjungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.* — Post haec in Cod. M. legitur: *requirente hnc litium et jurgiorum interius operum et laborum quas compono anni conferendum et ad perf.*, in Copp. Victt. b. *litium habet et j.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *habento*, sed Crat. et Herw. in varr. lectt. *habet.* De scriptione *litium* vid. Schneider. Lat. Formenlehre I. p. 255. Ad rem cf. Plato de Legg. XI. p. 935. b. Steph. Cic. de Divin. I. 45. 102. De *servis* Horat. Od. III, 17, 16, et 18, 11. ib. intt. *Mr.*

Quas compositor anni conferre debet etc.] Hic locus, non magna immutatione facta, partim ex conjectura, partim ex vestigiis antiquae scripturae restitutus est: nam libri veteres habent plane, *quas compositor anni*, ut nonnulli vulgati, *quia compositio anni* etc. praeterea *ad perfectionem*, non ut vulgo *perfectionem.* Per *anni compositorem* autem eum significat, qui annum componit, quique populum docet, qui sint dies festi, qui profesti: qui religiosi, qui profani: qui fasti, qui nefasti,

ad perfectionem operum rusticorum. Quod tempus, ut sacrificiorum libamenta serventur fetusque pecorum, quae dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Quod, institutum perite a Numa,

quo tempore intercaletur etc. Paullo ante autem lacuna est, [quae quo modo expleri possit, Deus viderit. Desiderantur certe nonnulla fortasse de Fortunae nominibus, seu cognominibus, quae referuntur a *Plutarcho* in quaestion. Rom. Desiderari autem aliqua, praeter alia argumenta, declarat illud, *cum est*, vel, ut est in veteribus quibusdam codicibus, *comestu*, unde quidam faciunt *comes*, et conjungunt cum *Fortuna primigenia:* a quibus dissentio. LAMB.

Ibid. *Quas compositor anni*] Huic quoque scripturae accedit Pal. quart. Publicati, *compositio anni;* adeantur P. Victorii Variae lect. lib. XXVI. cap. 6. GRUT.

Quas compositio anni] Restituimus cum Goer. et Sch. lectionem librorum longe plurimorum *compositio*, quae est in Goerenzii omnibus, nostrisque Cr. W. et Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Comm. Gothofr. idque tum ideo feci, quia facilius intelligo, quomodo librarii abstractum, quod dicunt, in concretum mutare potuerint voluerintque, quam vice versa; tum quia ipsum abstractum, ut recte monet Goer., saepissime ponitur pro concreto, et universe nomina in *io* non actionem solum, sed id etiam quod agendum est et agendi animum significant. In Cod. M. est *compono*, ut diximus, in Copp. Victt. a. *compositior*, ubi utramque lectionem conjunctam vides. — In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Comm. legitur, ut nos edidimus: *quas compositio anni conferre debet ad perfectionem opp. rust.;* in Ed. Paris. et Verb. *et ad perf.* in Edd. Car. Steph. Ald. Gothofr. Sturm. 2. *et perf.*, in Ed. Brut. *et profectionem*, in marg. Gothofr. *qua* [voluit sine dubio *quia* vel *quae*] *compositio anni conferre debet ad perf. opp. rust.;* denique Ed. Sturm. 1. nescio utrum ex libris MSS., an ex conjectura: *quae compositionem anni conficere debet et perfectionem operum rusticorum.* Illud *et* pro *ad* est etiam in Codd. nostris Cr. W. Copp. Victt. b., in Cod. M. est *et ad*, in Copp. Victt. a. Victorius ad vocem *et* adscripsit fort. *in.* Illud *et* imposuit Lambino, ut post *rusticorum* excidisse crederet: *et remissionem animorum.* Ernestus, qui item probabat, vel certe ferri posse credebat *compositio*, etiam *et ad* scribi posse existimabat, si modo *et* dictum intelligatur pro *etiam.* Quod ipsum contra Ciceronis morem est. Qua de re vid. Ed. nostr. Cic. de N. D. maj. p. 810. et quos laudavimus in Ed. min. ad L. I. c. 5. 12. p. 12. Censori, quem supra laudavimus, Halensi (Allg. Lit. Ztg. 1806. 15. p. 115.) illud *et* ex ultima antecedentis vocis syllaba ortum esse videbatur, quae item fuit Rathii sententia, estque Goerenzii. *Mr.*

Conferre debet] Quid est *conferre ferias ad perfectionem operum rusticorum?* Puto dare ac tribuere ita, ut nihilo minus perfici possint opera rustica, prout ea requirit anni ratio, ut *conferre ferias ad perfectionem* idem sit, ac referre et in relatione ac respectu ad perfectionem istam dare et constituere. *Scheffer.* In componendo anno debet ratio haberi feriarum, ut rustici et servi habeant interdum aliquid otii, sed ita, ut ne res rustica inde incom-

posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. Iam illud ex institutis pontificum et haruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum cuique deo,

modum capiat, nec opera rustica possint absolvi. *Ern.* Ad v. *perfectio*, i. e. absolutio, laudat Wagn. Orat. pro Marcello VIII. 25. *Mr.*

Ibid. *Et ad perfectionem op. rust.*] Est ab eodem quart. item Francisci Fabricii libro. Vulgata, *et perfect.* Vict. et Turneb. *ad perfectionem*, sine copula antecedenti. Grut.

Ibid. *Quas compositor anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum. Quod tempus, ut sacrificiorum*] Vulgo *debet* et ad *perfectionem*. Nos *conjunctionem* fide MSti Balliol. expunximus, nec eam *Ascensius* aut *Turnebus* agnoscunt. Tam levi tamen opera locus haud est perpurgatus. Forsan rescribendum, *Quas compositor anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum* in commodum *tempus*. Dein alterius legis sequitur explicatio; *Ut sacrificiorum libamenta serventur* etc. Dav.

Quod tempus] Ern. se nescire ait, quo referat haec verba, et quomodo intelligat. Schefferus, nisi quod praeter necessitatem emendare voluit locum, rem bene expedivit. Ita enim ille: Suspicor omnino legendum esse: *Quo tempus et sacrificiorum libamenta serventur.* Sensus: diligenter observanda ratio intercalandi. Quare? quo servari possit tempus destinatum sacrificiis, servari quoque possint libamenta, in sacrificiis adhibenda, fetusque pecorum in iisdem. Puto enim praeceptum fuisse, ut sacrificarent fruges novas, at intercalandi imperitia tempus illi rei destinatum incidisse in hyemem aut primum ver. Qui potuit institui id sacrificium ex ejus solennitate? — Recte monuit Rathius, esse h. l. accusativum absolutum, ac si dicatur: *Quod ad tempus attinet, diligenter habenda ratio intercalandi est, ut sacrificiorum libamenta serventur.* Ad rem cf. legem supra cap. 8. §. 19. Sueton. Caes. 40. et Macrob. Sat. I, cap. 13. et 14. Adde Liv. I, 19, 6. ib. interprr. et Niebuhrii Hist. Rom. I. p. 205. sq. Vox *tempus*, nescio an casu an consulto, in Cod. Cr. omissa est. Tum *quod* pleonastice esset positum, ut ante *ne* est apud Columellam de R. R. V, 11. p. 258. Bip. *Quod ne longiore exordio legentem fatigemus, unum quasi exemplum subjiciemus.* Tum in Cod. M. est *liberamenta*, mox *fetus* sine *que*, ibidem omittitur *sunt*, quod abest etiam ab Edd. Asc. 1. 2. In Copp. Victt. b. scribitur *libera mente.* Una Ed. Sturm. 1. habet *Per quod tempus. Mr.*

Intercalandi] Goer. scripsit *interkalandi;* in Copp. Victt. b. est *intercalendi. Mr.* — Videlicet annus paulatim negligentia pontificum ita turbatus erat, ut Jul. Caesar novam rationem Calendarii constituere deberet, quae valuit usque ad Calendarium Gregorianum. *W.* Ad eam rem conf. Salmasius ad Solinum pag. 15. sq. In seqq. Cod. M. habet *perit* pro *perite*, ibidem abest *et haruspicum* et paulo inferius scribitur *latentibus. Mr.*

Posteriorum pontificum negligentia] Lenius agit *Cicero* quam reliqui scriptores, qui delictum non *negligentiae*, sed *fraudi* tribuunt. *Censorinus* cap. 20. *Quod delictum ut corrigeretur, Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permissa. Sed horum plerique ob odium vel gratiam, quo quis Magistratu citius abiret diu-*

cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, Cui feminis. Plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes, et respondendi juris et confitenda-

tiusve fungeretur, aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnove esset, plus minusve ex libidine interkalando rem sibi ad corrigendum mandatam ultro depravarunt. Similis est querela *Solini* p. 5. *Amm. Marcellini* lib. XXVI, pag. 485. et *Macrobii* Saturn. I, 14. DAV.

Cui majoribus, cui lactentibus] Hostias majores vocat aetatis adultae pecudes. Pariter *majores* hostias *lactentibus* opponit *Livius* XXII, 1. DAV.

Cui majoribus, cui lactentibus] Conf. supra cap. 8. et ad utrumque locum adhibe Chr. G. Schwarzii Annott. ad Plin. Paneg. cap. 52. pag. 222. sq. *Cr.*

Cui maribus, cui feminis] Mirifice hunc locum illustrant fragmenta quaedam inscriptionum, quae apud me sunt, Fratrum Arvalium, in quibus est: *Sulpicius. Camerinus. magister. collegi. Fratrum. Arualium. nomine. immolavit. in. capitolio. — Cos. Neronis. Claudi. Caesaris. Aug. Germanici. Joui. B. marem. Junoni. uaccam. Mineruae. uaccam. Genio. ipsius. taurum* etc. URSIN.

Plures autem Deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes] Lipsius lib. II. cap. 11. p. 116. Antiq. lect. putat locum mancum interponendumque, *omnium pontifices singuli.* Sed potest ἀπὸ τοῦ κοινοῦ intelligi, sacerdotes. GRUT.

Plures autem Deorum etc.] Ad argumentum vid. Liv. I. 20. et 21. ib. interprr. *Cr.*

Plures autem Deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes] Cl. *Lipsio* Antiq. Lect. II, 2. videtur mancus locus, legendumque, *Plures autem Deorum omnium* pontifices, *singuli singulorum sacerdotes:* siquidem haec interpretata sunt ex verbis legis illius cap. 8. *Divisque aliis alii Sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto.* Nihil tamen opus est; nam *sacerdotes* ad utrumque sententiae membrum referuntur: quod etiam *Gruterus* animadvertit. DAV.

Singuli singulorum] Legitur *singulis singulorum* in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Sed ad hujus editionis calcem Turnebus in primo commentario adscripsit: Legendum *et singuli singulorum:* nam de pontificibus et flaminibus loquitur. — Pro *juris* in Cod. Cr. scribitur *nūs*, quod alibi est *numerus*. *Mr.*

Conferendarum *religionum*] Sic antiquus liber, et omnino melius quam *confitendarum*, ut ante. Plures autem sacerdotes ideo probat, ut de religionibus inter se conferre possint. P. MANUC.

Conferendarum religionum] Est ab antiquo cod. P. Manutii. quippe vulgo recepta lectio, *confitendarum;* quod utcunque explicat Turnebus. Idem noster Lipsius divinat, *cum fide tuendarum relig.* Ingeniose. Pal. noster quart. habet, *confitiendorum.* GRUT.

Conferendarum] Sic Gruterus ex Manutio. Vulgati *confitendarum;* nec procul discedit Palatinus, qui habet *confitiendarum.* Ex quo postremo suspicor, *conficiendarum* rectum esse, ut sit *conficere religiones* dictum ut *conficere sacra. Scheffer.*

Confitendarum] Ut habeat quisque, si quid contra religionem fecerit, apud quem id confiteri et consulere de expiando possit. Sic dicuntur *religiones expiari* etc.

rum religionum facultatem afferunt. Cumque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, (quod nos prope idem Graecum nec interpretatum

Sed variant libri: *conficiendarum*, *conferendarum*. *Ern.*

Confitendarum] Accipiunt quidam interpretes de confessione peccatorum, quae mysteriis et expiationibus fieri solebat: qua de re docta est annotatio Casauboni in Exercitatione adversus Baronium pag. 483. Sed haec confessio pertinet ad mysteria, non ad publicam religionem, de qua h. l. agitur. Igitur Cicero scripsisse videtur *conficiendarum*, praesertim quia v. *facere* et *conficere* solenne est in rebus sacris, veluti *facere diis* est *sacrificare diis*. *W.*

Confitendarum *religionum*] Haec lectio sincera non est; ei tamen suffragantur omnes nostri. Pal. quart. *conficiendarum*, quod *Scheffero* placet. *Lipsius* Antiq. Lect. II, 2. legit *cum fide tuendarum religionum*. Liber *Manucio* memoratus exhibet *conferendarum*. Rescribendum puto *conservandarum religionum*. Sensus certe commodus est. Dav.

Confitendarum religionum] Codd. nostri MSS. omnes, itemque Goerenzii, et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. et Comm. in hac lectione conspirant; eamque ita defendit Goer., ut dicat: »ut verba *respondendi juris* »ad *plures*, ita haec ad *singuli* »referuntur. Iam dicuntur saepe »*susceptae religiones* eae, quae »*acceptae* sunt: *confitendae* igitur »esse debent, quas *vita*, *ritibus* »*et reliquo cultu* quasi *fatendas* »i. e. *praestandas* habeo. Verbum enim, quod proprie ad dicta »spectat, ad actionem h. l. et »facta translatum est. Plus igitur »est, quam *profiteri*, et idem fe»re, quod *exercere* et §. 30. *sa»tisfacere*.« Sed recte monet Handius l. c. p. 573. vix fieri posse, ut haec illius verbi significatio probetur. Equidem dixerim, incertum quidem esse, quomodo Cicero vel scripserit vel intelligi debeat; sed nihil esse certius, quam Goerenzii interpretationem nullo plane niti fundamento. Neque, ut verum fatear, placet Schefferi Wyttenbachiique *conficiendarum*, nam de *sacris* quidem dici potest, ea *confici*, de *religionibus* non item. Gesnerus in Thesauro ad v. *confiteri* de nostro loco dicit: »*Confitenda»rum* optimi quique libri: quae »si vera est lectio, habemus exem»plum, ubi pro verbo *profiteri* »ponitur.« Sed id ipsum an fieri possit, admodum dubium est. Wagnerus conjecit *concipiendarum*: id, ait, vocabulum nobis exhiberet de certis ritibus verborum precumque formulis observandis solenne. Liv. V. 17. *Latinas sacrumque non rite concepisse*; XXII. 1. *auspicia concipere*. Probavit hanc conjecturam censor ejus, quem saepius laudavimus, Halensis p. 115. qui nostrum locum ita explicat: *Die Anzahl der Priester macht es möglich, dass sie über alle die Religion betreffende Rechtsfragen antworten und den Cultus einer jeden Gottheit auslegen.* Ego quidem, ut dicam quod sentio, Wagneri sententiam ita probo, ut tamen ampliandum esse censeam. *Mr.*

Cumque Vesta quasi focum *urbis*] *Focus* est in libro MSto. Et paulo infra *conspecta sit* pro *complexa sit*, ut videatur legendum *conspicua sit*. Ursinus.

Cumque Vesta quasi focum urbis] Cod. M. *Vestia*, quod proxime accedit ad Graecum *Ἑστία*, quodque fortasse aliquis ferri pos-

nomen tenemus) complexa sit; ei colendae virgines praesint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis, et sentiant mulieres naturam feminarum omnem casti-

se censeat, si scribatur: *Cumque Ἑστία, ut Graeco nomine est appellata, quasi focum urbis, (quod nos prope idem Graecum nomen tenemus) complexa sit:* — *Focum* habent libri nostri MSS. omnes; et recte quidem; sed infra Codd. Cr. W. et M. *conspecta sit:* quod stare non potest. Idem tamen cum servatum vellent editores, supra scripserunt *focus*, ut Edd. Ald. Brut. Sturm. Crat. Herw. Car. Steph. Gothofr.; Edd. Asc. 1. et 2. habent, ut Codd. nostri; Copp. Victt. b. *focum — conspexa sit*, Ed. Paris. *focus — conspexa sit*, Verb. *focus — consepta sit*, quod neque nominativo neque vocativo aptum esse recte judicat Ern.; denique Edd. Lamb. et Comm. ut nos edidimus, utque duo habent apud Goerenzium libri MSS. Ad rem cf. Livium I. 20. Dionys. Halic. II. 65. In seqq. Lamb. dedit *advigilent* pro *advigiletur*. *Mr.*

Quasi focum urbis complexa sit] Ita editio Turnebi, et alludunt aliquot mss. Antiquiores tamen, *focus urbis conspexa*, quomodo item exstat in Victoriana: nam lectio communis, *focus urbis conspecta sit*. Grut.

Ut Graeco nomine est appellata] Rathius in hoc loco, ut nunc editur, intolerabilem verborum σύγχυσιν odoratur, et in primis in voce *quasi* haeret, quae, nimis remota a verbo *complexa sit*, inepte cum substantivo *focum* jungi debeat. Igitur conjecit: *Quumque Vesta (quasi focus urbis, a Graeco nomine ἑστία appellata, quod nos prope idem Graecum nomen tenemus) intimas res complexa sit.* Verba *intimas res*, quae verbis *nomen tenemus* absorpta esse credidit, depromsit ex Cic. de N. D. II. 27. ubi Vesta dicitur *rerum custos intimarum.* Quod ut non ineptum esse concedo, ita tamen audacius, quam verius, dictum censeo. *Mr.*

Quod nos prope idem Graecum interpretatum nomen *tenemus*] *Lambinus* reponit *idem Graeco.* Res autem mihi videtur alio modo peragenda. Etenim lego *quod nos prope idem tenemus.* Scilicet, ut arbitror, *Graecum interpretatum nomen* nota fuit orae Codicis adscripta; quod *Cicero* dixerit *cumque Vesta quasi focum urbis, ut* Graeco nomine *est appellata, complexa sit.* Dein vero glossa marginalis *Tullii* verbis est inlata. *Vesta*, quod obvium, ἀπὸ τῆς Ἑστίας deducitur: ἑστία vero *focum* denotat. Dav.

Idem Graeco] Sic emendavimus: perspicue recte. Nam *idem Graecum* ferri non poterat. *Idem Graeco* autem id est ταὐτὸ ἑλληνικῷ. Sic *Horatius* Poët. vs. 467. *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* Lamb.

Quod nos prope idem Graecum, nec interpretatum, nomen] Ausus sum meam qualemcumque conjecturam in orationis seriem recipere, cum noluerim vocabulum *interpretatum*, quod in omnibus libris MSS. et Edd. vett. legitur, vel uncinis includere, ut fecit Goer., vel ejicere, quod fecit Schützius, neque placeat Davisii conjectura, qui saevius etiam grassatur, neque Ernesti *interpretati*, quasi Cicero non dixerit in Or. de Arusp. Resp. 17, 37. *verba, — quae nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur.* Facilius autem credas parvulum vocabulum excidisse, quam aliquid additum esse, quod rei ipsi contradicit. In eo

30. tatem pati. Quod sequitur vero, non solum ad religionem pertinet, sed etiam ad civitatis statum, ut sine his, qui sacris publice praesint, religioni priva-

enim verum viderunt interpretes, ex Graeco nomine Ἑστίας Latinos fecisse Vestae nomen, neque tamen esse interpretatos. Sensus igitur hic est: nos prope idem i. e. paululum immutatum neque vero (ut in aliis numinum nominibus fecimus) interpretatum nomen tenemus. — Dawesius in Miscellann. Critt. p. 267. ed. Kidd. nostrum locum ita laudat: *Cumque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos pene idem tenemus, complexa sit:* ubi *pene* scripsit vel minus accurate ex memoria laudans locum, vel calami lapsu; tria vocabula ex mente Davisii omisit. Ceterum de Vesta vide Creuzeri Symb. II. p. 622 — 639. meamque hujus operis Epitomen p. 432 — 437. *Mr.*

A natura feminarum omnium castitatem peti] Quidam sic legi volunt, *a natura feminarum omnium castitatem peti*, in quibus me esse profiteor. Vox *Deum*, quae est in vulgatis, non comparet in MStis. *Peti* denique, quod est rectum, facile depravari potuit in *pati*, quod est in libris vulgatis. LAMB.

In natura feminarum omnem castitatem pati.] Sensus exquisitus est vocis *pati*, quod, ut graecum πάσχειν, notat *affici*, *contaminari*. Sensus est: Vestales virgines servanda virginitate praebeant omnibus civibus exemplum castitatis, ut etiam matronae et omnes mulieres Romanae, *nullam esse castitatem totius rei publicae*, nisi castitas singularum feminarum servetur. *W.* Ego vero existimo, hunc sensum verbi *pati* et hunc usum absolutum ita esse exquisitum, ut ejus non tantum apud Ciceronem, sed ne apud alios quidem scriptores exempla exstent. *Mr.*

In natura feminarum omnem castitatem pati] Longe istud animo venustius illo Turnebiano, *peti*; licet probatum Lambino, Aldoque Nepoti: quid quod istud exstat in omnibus membranis nostris; olimque cusi, *omnium Deûm cast. pati.* GRUT.

Ibid. *In natura feminarum omnem castitatem pati*] Alii Codices *omnium*, vel *omnium Deum, castitatem pati.* Paris. vero, Harleian. sec. et editio pervetus lectionem dant, quam *Victorio* praeeunte, *Gruterus* exhibuit. *Lipsius* de Vesta cap. 5. reponit, *naturam feminarum omnem castitatem pati. Lambino* placet *a natura feminarum omnem castitatem peti.* Nec contemnenda videtur ea conjectura. Malim tamen *in natura feminarum omnem castitatem* PROBARI. DAV.

Naturam feminarum omnem castitatem pati] Ita scripsi ex conjectura Lipsii, quam probavit Wagnerus et receperunt Goer. et Sch. hoc sensu: *eam esse naturam mulierum ut exercere possint omnis generis castitatem.* Ita sensu *durandi* Columella de R. R. II. 10. dicit *aevum pati.* Hülsemanno placet Pearcii conjectura *a natura — peti*, itemque Ernesto. Cuinam vero Schefferi conjectura placere poterit scribenti: *in natura feminarum omnium* (sc. *esse*), *castitatem pati —?* Quasi Cicero in tali sententia omittere possit *esse*, quod ne pessimus quidem scriptor faceret. Mira est lectio Cod. Cr., ubi est: *in natura feminarum omnium de vi castitatem pati*, in qua stribligine fortasse verior lectio latet. In Cod. W. et Copp. Victt. b. est, ut vul-

tae satisfacere non possint. Continet enim, reipublicae consilio et auctoritate optimatium semper populum indigere. Descriptioque sacerdotum, nullum justae religionis genus praetermittit. Nam sunt ad placandos deos alii constituti, qui sacris praesint sollem- p. 176. nibus; ad interpretanda alii praedicta vatum; neque

go editur; in Cod. M. *in natura feminarum omnium deum castitatem pati*, et ita Edd. Sturm. Car. Steph. Brut. Gothofr. Vulgatam servant Crat. Herw. Paris. Ald. Comm. Grut. Ern. Wagn. Ed. Bip. habet: *in natura feminarum omnem castitatem peti.* Denique Edd. Asc. 1. et 2. habent: *naturam feminarum omnium castitatem pati;* quae Ascensianarum lectio certe multum praestat vulgatae. Ceterum conf. Pitisci Lex. Antiqq. Romm. Vol. III. p. 690. *Mr.*

§. 30. *Ut sine his*] Ita scripsimus cum Goer., qui *his* pro vulgato iis in quinque Codd. reperit, ex nostris Cr. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Sturm. et Comm., quod item fecit Sch. cum soleat Cic. *hic* ponere pro *is* ante *qui*. Post *publice* cum iisdem scripsimus *praesint*, quod merito jam Ern. revocavit, et nos reperimus in Cod. W. et Copp. Victt. b. *Mr.*

Continet enim reipubl. consilio] P. Victorii editio, *R. P.* quod et in Pal. tert. Turnebi, rempubl. quod et alii secuti sunt. Nostrum istud est in olim impressis, agnoscuntque mss. castiores. Grut.

Ibid. *Continet enim*, Reip. *consilio et auctoritate optimatium semper* populum *indigere*] Vitiosa dubio procul est haec scriptura; nam *Reip.* vox manifesto παρέλκει. Si vero legas *Remp.* uti quidem dant Paris. aliique Codices, abundare *populum* necesse est agnoscas. Reponas itaque, *continet enim*, Remp. *consilio et auctoritate optimatium semper indigere:* supervacuo vocabulo deleto. Dav.

Continet enim,] Dicitur exquisite; i. e. ille locus in tabula legum continet hanc sententiam, significat hoc. *W.* — Goer. non explicat primum vocabulum, sed de sequentibus dicit *consilium rei publicae* id ipsum esse, quod *auctoritas optimatium* i. e. senatus, qui rei publicae consulit; *populum* vero cum Wagnero de privatis intelligit. Quae explicationes trium virorum conjunctae mihi quidem satis placent. Sed v. notam sequentem. Ceterum in Cod. W. scribitur *res publica.* In Edd. Asc. 1. 2. est *continent — optimatum;* posterius etiam est in reliquis Edd. vett. praeter Paris., ubi est *optimatium. Mr.*

Continet enim] Vir doctus in Miscell. Observv. IV. 3. p. 336. hunc locum ita constitutum cupit: — *possint: convenit enim rei publicae, consilio et auctoritate optimatium semper populum indigere.* [Schützius, in sua Ed. p. 25. hanc emendationem laudans, pergit: Eodem tamen sensu forsan verius legas: *Continet enim rem publicam, consilio* etc.; ut de Off. II. 24. dicitur: *Nulla res vehementius rem publicam continet, quam fides. Mr.*] Contra ibidem alius V. D. ita: »Res publica complectitur *optimates* et »*plebem.* Dicit ergo Cicero, hoc »corpus contineri quasi vinculo »quodam, dum plebs indigeat consilio et auctoritate patriciorum. »Quibus si non indigeret, plebs »per se sine optimatibus se tueri »posset. Praefero ergo *rem publi-*

multorum, ne esset infinitum, neque ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quisquam extra collegium
31. nosset. Maximum autem et praestantissimum in re

»*cam*, nec *populum* abjicio: *po-* »*pulus* saepe *plebem* notat. *Indi-* »*gere auctoritate* est vice Nomi- »nativi: de quo genere loquendi »abunde Grammatici.« Haec ille. Cetera bene; sed illa *continet enim rem publicam* fortasse jungenda sunt eodem sensu, quo de Nat. Deor. I. 1. p. 12. Ed. nostr. *Quod vero maxime rem causamque continet*, et quae plura id genus collegit Ernestus in Cl. Cic. s. v. *continere;* ut sit: plurimum valet in re publica, s. summum praecipuumque est in re publica, populum indigere consilio et auctoritate optimatium. *Cr.*

Descriptioque] i. e. distributio, divisio sacerdotum in varia genera. — *Ad placandos deos:* hi sunt pontifices. — *Ad interpr. praedicta vatum:* hi sunt decemviri, qui libros Sibyllinos inspicere debebant. *W.* A Cod. M. abest *genus;* in Cod. Cr. et Copp. Victt. b. scriptum est *praemittit;* in Cod. M. *possint* pro *praesint.* In Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. est *interpretandum.* Tum sequitur in Copp. Victt. b. *alii ad praedicanda alii praedicta vatium*, ubi manifesto apparet, lectionem variantem in contexta irrepsisse. *Mr.*

Neque ut ea ipsa etc.] Lambinus tanquam si locus esset defectuosus, adjecit de suo, *neque paucorum librorum*, *ne ea.* Phuy! Grut.

Ibid. *Neque multorum ne esset infinitum*, *neque ut ea ipsa*] *Lambinus* sic edidit, *neque multorum ne esset infinitum*, *neque* paucorum librorum ne *ea ipsa.* Non equidem inficias eo, quin locus mihi depravatus videatur: haud enim de *vatibus* loquitur, ut *Turnebus* voluit, sed de *sacerdotibus*, qui *fatidicorum et vatum effata incognita* declararent. Forsan *neque* multi tamen, *ne esset infinitum;* neve *ea ipsa — quisquam extra collegium nosset.* Codices autem non variant, nisi quod Harleian. sec. et editio pervetus exhibeant *neque* in *ea ipsa.* Dav.

Neque multorum] Scilicet *vatum praedictiones.* Vult, non omnes temere praedictiones vatum habitas pro talibus, ut exponi deberent, sed paucas tantum, ut Sibyllinas et id genus. Quae hic assuit Lambinus, pretii nullius sunt. *Scheffer.* Intelligo: *neque multorum vatum.* Nimirum pauci *vates* consuluntur: primum ut ne interpretatio infinita et contradictoria exsistat; deinde, ut ne interpretatio in vulgus fluat. Turnebo non assentio. *Hülsem.* — *Neque mult.:* i. e. non multorum vatum, sed unius Sibyllae, quorum oraculorum unicum exemplar erat, quod servabatur a collegio Decemvirorum, nec a quoquam, praeter eos cognoscebatur. *W.*

Neque multorum] i. e. *et quidem non multorum vatum.* Non erat, quod Ern. hunc locum vitiosum crederet et librorum auxilium desideraret; quamquam etiam Handius l. c. p. 567. offenditur hac lectione, in qua omnes ubique libri et scripti et editi consentiunt. Ad rem consule Liv. IV. 30. XXV. 1. ib. intt. Sueton. Octav. 31. init. — In seqq. Ern. *ut* post *neque* deletum volebat; sed monet Wagn. *neque* non cum proximo *ne* sed cum superiori *neque multorum* esse jungendum, supplendumque: *ita*, sc. in vulgus efferenda et publicanda. — In Cod. M. legitur *esset* pro *essent* et *vocet* pro *nosset.* *Mr.*

§. 31. *Ius est augurum* et cum

publica jus est augurum cum auctoritate conjunctum. Neque vero hoc, quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim majus est, si de jure quaerimus, quam posse a sum-

auctoritate *conjunctum*] Particulam copulantem nesciunt Codices. Praeterea Paris. aliique plures dant *cum auctoritati*. Lego *Maximum et praestantissimum in Rep. jus est augurum*, summae auctoritati *conjunctum*. *Livius* I. 36. *Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato, gereretur: concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur.* DAV.

Augurum cum auctoritate conjunctum] i. e. *jus illud, quod cum auctoritate augurum conjunctum est.* Ita si ceperis locum, non desiderabis Davisii *et*, contra auctoritatem librorum omnium, neque eam, quam in nota exposuit, emendationem. Illud *et* habent Edd. Paris. Comm. Verb. Ern. Bip., sed sine libris. In Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Brut. legitur *cum est auctoritati conjunctum;* in Ed. Sturm. utraque *cum est auctoritate conjunctum.* Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. ut nos edidimus. Sed delevimus distinctionem post *augurum*, cum Goerenzio, quam servavit Sch. Sequens *hoc* omisisse Aldum nepotem Rathius refert. Ad rem cf. Liv. I. 36. *Mr.*

Quia sic existimare nos est necesse.] Goer., et quem idem habere solet saepe nimis obsequentem, Sch., ex sex Codd., quibus accedit noster Cod. M., ediderunt *existimari*, quia, vulgata si vera esset, Cicero scripsisset *existimare nos necesse est.* Sed, si quid aliud, hoc est argutari. Neque Handium l. c. p. 568. Goerenzius adsentientem nactus est, cum *sic* ante *existimare*, ex usu linguae Lat. positum, vulgatam defendat. In Cod. M. est *vos* pro *nos.* In seqq. pro *posse a* in Copp. Victt. b. est *postea. Mr.*

A summis imperiis et summis potestatibus] i. e. a magistratibus summo imperio et summa potestate praeditis. *Potestas* plerumque dicitur de magistratu civili: *imperium* autem de magistratu et facultate militari. Vid. Ern. in Cl. Cic. v. *potestas* et v. *imperium. W.*

Comitatus et concilia, vel instituta etc.] Haud aliter fere nostri mss. prodideruntque Victor. et Turnebus. Male vulgata, *comitia tollere?* consilia vel instit. GRUT.

Comitiatus] Vulgo accipitur, quasi idem sit, quod *comitia:* et sic est infra lib. III. c. 12. et 19. Proprie differunt vi terminationis, ut *comitia* sint conventus populi ad aliquid sciscendum: *comitiatus* autem tota actio comitiorum. Plerumque tamen promiscue dicuntur, veluti sic dixit Messala apud Gellium Lib. XIII. cap. 15. ubi vid. Gronov. p. 599. — *Concilia*] *Consilium* et *concilium* ita differunt, ut hoc dicatur de conventu hominum, qui audiendi causa conveniunt: illud de conventu hominum, qui deliberandi causa conveniunt. Vid. Gronov. ad Liv. L. XLIV. cap. II. p. 737 — 738 ed. Drakenborch. qui et ipse plura subjecit: hoc loco est species comitiorum, et ab his tamen distinguitur, veluti distinxit Laelius Velius apud Gellium Lib. XV. c. 27. *Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet.* Conf. Cic. de Legg. III. 19.

mis imperiis et summis potestatibus comitiatus et concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur ALIO DIE dixerit? quid magnificentius, quam

W. — Add. I. A. Ernesti annot. ad Taciti German. cap. 13. init. *Cr.* — Codd. nostri Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Sturm. Brut. Lamb. Gothofr. habent *comitia tollere;* voculam *et* omittunt Codd. Cr. W. Edd. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm.; *comitiatus tollere* est in Ed. Paris. In Cod. M. Copp. Victt. et Ed. Comm. est, ut nos edidimus. Tum scribitur in Cod. M. *conscilia. Mr.*

Si unus Augur ALITER *dixerit*] Sic antiquus liber. Ego, quo minor mutatio fiat, legerem *ali die* pro *alio die;* antique: cum etiam in generandi casu dicerent *alius* a nominativo hic et haec *Alis* et hoc *Ale.* De hoc augurum more in nuntiando, cum impedire comitia vellent, in II. Philippica: *Confecto negotio bonus Augur* alio die *inquit.* Sed in his libris de Legibus libentius quam alibi antiqua verba *Cicero* usurpat; quo plus auctoritatis ipsa res, ab antiquis etiam ducta moribus, habeat. P. MANUC.

Si unus augur ALIUM *dixerit*] id est, *diem.* Sic et Victoris cod. repraesentaruntque Victorius ac Turnebus, qui tamen maluisset, ALIO DIE; quod ipsum statim contextui intulit Lambinus, contra mss. qui si abeunt ab priore, accedunt vulgato, *aliter.* GRUT.

ALIO DIE *dixerit*] Vulgo ALIUM *dixerit.* At Paris. Med. Eliens. Harleian. pr. sec. editio pervetus et Ven. 1471. dant *aliter dixerit;* unde rescribendum ALIO DIE *dixerit*, ut recte dudum statuerunt *Turnebus*, *Manucius*, et *Lambinus.* Vide sis et *Brissonium* Form. lib. I. pag. 119. Haec enim solennis erat vox augurum; quod patet vel ex Philipp. II. cap. 33. DAV.

Si unus augur alio die dixerit?] Ita dedimus cum Dav. Ern. Bip. Wagn. et Sch. probante Wyttenbachio, quamquam libri non addicunt. Cod. enim Cr. habet *alter*, Codd. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Brut. (qui vero nostram probavit lectionem) Gothofr. *aliter;* Edd. Paris. Comm. et Verb. *alium,* Graevius ad marg. Ed. Comm. adscripsit *leg. in alium.* Car. Steph. et Lamb. ediderunt, ut nos scripsimus. Goerenzius, cum in uno libro reperisset *auguratio dixerit*, in altero *augulario dix.* in tertio quodam *augurato,* edidit *ALIO dixerit*, quod totidem literis scriptum exhibent Copp. Victt. b. Addit Goer. vocem *die* nec alibi huic formulae solenni addi solere. Sed commode laudat Sch. ipsum Ciceronem Philipp. II. 33. ubi scriptum est: *confitere te, cum ALIO DIE dixeris, sobrium non fuisse:* ubi immota et sine lectionis verietate stat illa formula. Quod vero vox *die* nostro loco in nullo libro legitur, inde factum puto, quia prima proximi vocabuli syllaba eam absorpsit; verae autem lectionis vestigia optime in Copp. Victt. b. apparent. Mox Cod. Cr. *discernere* pro *decernere.* Ad rem vid. Cic. de N. D. II. 4. ib. Dav. p. 226. ed. Cr. et nostr. *Mr.*

Quid religiosius] Pal. quart. *regius*, natum forte ex decurtata scribendi ratione. GRUT.

Cum populo, cum plebe agendi] *Agere cum plebe*, *agere cum populo* dicitur magistratus, qui comitia habet iisque praeest. Cum

posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid? legem, si non jure rogata est, tollere? ut Titiam decreto collegii;

toto *populo* agitur comitiis *centuriatis*, cum *plebe* comitiis *tributis*. Cf. Dion. Halic. IX. p. 598. Sylb. *W.*

Quid? Legem, si non jure rogata est, tollere?] Turn. in Ed. Comm. *leges non jure rogatas tollere*, quod in nullo Cod. legi existimabat Goer. At est in Copp. Victt. b. Sequens *ut* omissum est in Cod. M. *Jure* dicitur pro *justis caerimoniis*. *Mr.*

Quid leges non jure rogatas tollere, ut etiam *decreto collegii; ut Livias consilio Philippi consulis et Auguris?*] Nulla certior est conjectura, quam quae nititur historia. Hic pro *etiam* satis liquet nomen legis esse reponendum, quae, sicuti Liviae leges a Druso latae, ex voluntate Senatus decreto Augurum sublata sit. Et quoniam hoc ipso in libro mentio jam facta est de Legibus Titiis, Appuleiis, Liviis (quod rationibus, ut puto, non levissimis probavi) propterea crederem et hic legendum esse *Titiam* pro *etiam*. P. MANUC.

Ut Titiam decreto collegii etc.] Sic legendum existimat *Adr. Turnebus;* cui assentior. Quod si quis malit *Sulpiciam* legi, neque ego rejicio, neque ille improbat. Sed omnino *Titiam* legendum arbitror, ex antiquae scripturae vestigiis *Tetiam*. LAMB.

Ut Tetiam *decreto collegii*] Ita mss. quos citat Francis. Fabricius anno Ciceronis VIII. inquit Gulielmius, et accedunt antiqui nostri, in quibus, *ut etiam;* quomodo olim vulgati. Critici deinde intulere *Titiam*. P. Pithoeus lib. II. Advers. subsec. cap. 2. emendat, *Toriam* seu *Turiam;* rationes ejus ibidem videantur. GRUT.

Ut Titiam] Vulgo *Tetiam*. Codices *etiam*. Nos vero *Titiam* jure merito post alios dedimus. Vide supra cap. VI. DAV.

Ut Titiam decreto collegii;] Legitur *etiam* in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. (ubi jam Turn. in primo Comm. verum vidit) Ald. Car. Steph. Gothofr. Sturm. Comm. Eodem modo, vel *tetiam*, habent omnes Goerenzii. Lambinus edidit *Titiam*, Grut. et Verb. *Tetiam*. In Copp. Victt. a. scriptum est: *quidam Titiam*. In proximis Cod. Cr. *Leviens* Cod. W. *Levias* Cod. M. *Lenias* Copp. Victt. b. *Levies; Lenias* etiam est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut.; in reliquis recte *Livias*. Tum in Codd. Cr. et M. legitur *conscilio*, et in Codd. nostris Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Paris. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. *consules et augures*, quod a nemine animadversum miror. Genitivum nonnisi in Copp. Victt. a. Ed. Comm. et Edd. posterioribus reperi *Mr.* — Ad *ut Titiam* subaudiendum ex antecedentibus *tollere legem*, prouti *Titia* Lex sublata est decreto collegii Augurum: Livia autem Lex ab uno Augure eodemque Consule L. Marcio Philippo. Vid. nota nostra ad Cap. 6. hujus libri. Fuit autem Philippus Consul cum S. Julio Caesare a. u. 662. Vid. Pighius in Annal. Mag. Rom. Tom. III. p. 216. *W.* Tu cf. de hoc loco Goesium ad Sueton. Caesar. VII. p. 20. Burm. *Cr.*

Nihil domi, nihil militiae] *Nihil foris* est in MSto: ut verbum *militiae* glossema sit ad verbum *foris*. URSIN.

Nihil domi nihil foris] Pall.

ut Livias consilio Philippi, consulis et auguris: nihil domi, nihil militiae per magistratus gestum, sine eorum auctoritate posse cuiquam probari?

13. Att. Age, jam ista video fateorque esse magna.
32. Sed est in collegio vestro inter Marcellum et Appium, optimos augures, magna dissensio; nam eorum ego

et Fabr. *nihil familiae;* ex quo facile fiat, *nihil militiae*, ut volebat Gulielmius. Grut.

Nihil domi, *nihil* militiae] Pall. Fabr. Paris. Med. Harleian. pr. sec. Eliens. Balliol. editio pervetus, Ascens. et Ven. 1471. exhibent *familiae.* Licet autem perversa sit ea lectio, ducit tamen, ut rescribendum sit *militiae*, quemadmodum recte *Gulielmius.* Ac ita sane *Victorius*, *Turnebus*, et *Aldus* nepos ediderant. Vulgo *nihil foris;* eique rationi nimium favit *Ursinus*, qui verbum *militiae* pro glossemate *τοῦ foris* habuit. Dav.

Nihil domi, *nihil foris*] Libri veteres: *nihil familiae.* Scribo *nihilve militiae. Militiae* contracte scriptum est *mitiae:* *v.* consonans mutatur in *f.* saepissime in MSS. *Scheffer.*

Nihil domi, *nihil militiae*] Ita tres Goerenzii Codd. et Copp. Victt. a. itemque Ed. Comm. probante Wyttenbachio; idem merito, ut exquisitius, ediderunt Dav. Goer. et Sch. Originem lectionis *familiae* non male, credo, monstravit Schefferus, unde correctores fecerunt *foris.* Illud est in Codd. Cr. W. M. (hic omisit repetitum *nihil*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. (ubi Turn. jam monuit *militiae* esse legendum). *Foris* legitur in varr. lectt. Crat. et Herw., in Edd. Ald. Lamb. Gothofr. Brut. Car. Steph. Verb. Ern. Wagn. Bip. Post *magistratus* omissa sunt in Cod. M. verba *gestum*, *sine*, eorumque loco legitur *sit* in Copp. Victt. b. *gestus* pro *gestum.* *Mr.*

Cap. 13. §. 32. *Att. Age jam ista video*] Cod. M. *collegio nostro;* in Copp. Victt. b. est *esse magnas et*, qui error ortus est ex antiqua scriptione *set* pro *sed.* In Edd. Asc. 1. et 2. est *magna. At* etc. In Edd. Car. Steph. Brut. Lamb. et Gothofr. legitur *fateorque omnia esse magna*, sed in varr. lectt. Car. Steph. Lamb. et Gothofr. adnotatum est abesse vocem *omnia* a vet. cod. *Mr.*

Inter Marcellum et Appium] C. Claudius Marcellus, Ciceronis in auguratu collega, verius prudentiusque sentiebat de divinatione augurum, quam alter collega Appius Claudius Pulcher. Vid. Cic. de Div. II. 35. Hic enim divinationi nimiam potestatem tribuebat: v. Cic. de Div. I. 58. *W.* — De hoc loco plura monuit Censor Ed. Wagn. Halensis l. c. 1806. 15. p. 116. — In seqq. Codd. Cr. et M. exhibent *disciplina nostra* pro *disciplina vestra.* Utriusque vocabuli in libris antiquis saepe tam similes sunt literarum ductus, ut, quid scriptum sit, vix discernere queas, sive compendio scribuntur: *n̄ra*, *ūra*, sive plena: *nostra*, *uostra.* *Mr.*

Quasi divinare videatur prorsus posse] Sic editio Victor. nam priores *divinari.* Turnebus abjecit *prorsus:* quod nec in codice S. Victoris. Habet tamen Pal. tert. nam quart. *quam divinatio videatur prorsus esse posse.* et vero *quasi divinatio*, habet item Fabr. Grut.

Quasi divinare *videatur prorsus posse*] Omnes fere nostri dant *divinari.* Fabric. et Paris.

in libros incidi: cum alteri placeat, auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita; alteri disciplina vestra quasi divinare videatur prorsus posse. Hac tu de re, quaero, quid sentias. M. Egone? Divinationem,

divinatio. Pal. quart. *quam* divinatio *videatur prorsus* esse *posse.* Fidens repono, *quasi divinatio videatur prorsus esse.* Vide de Divin. II, 35. Dav.

Quasi divinare videatur prorsus posse] Non erat, quod Dav. locum correctum, aut Ern. duo postrema vocabula deleta vellet, cum elegans sit h. l. et ironica προσωποποιία, quam cum non caperent librarii, vario modo turbarunt. In Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Brut. est *divinari;* in Copp. Victt. b. legitur *quasi divinari videantur posse*, omisso *prorsus*, quod abest etiam ab Ed. Comm. Passivum si ponitur, verba *disciplina vestra* ablativo casu intelligenda sunt; quae ratio certe parum est elegans. In Cod. M. est *quasi divinatio — posse;* quae lectio Davisio ansam praebuit ad conjecturam inutilem expromendam. *Mr.*

Quasi divinare etc.] V. D. in Obss. Miscell. IV. 3. p. 332. ita hariolatur: *alteri disciplinâ vestrâ quasi divinare videatur prorsus posse*, ut intelligas *augures* aut *homines*, et *prorsus* in constructione referas ad *videatur*, non ad *posse.* Alter V. D. ibidem conjicit: *alteri disciplina vestra quasi divina res videatur prorsus esse.* Acrius priora illa carpit tertius ibidem, cum duram dictitat et vero inauditam istam ellipsin, et continuo ita persequitur: Sed cur adeo absurdum et a recta loquendi norma alienum videtur, si *disciplina* dicatur *divinare*, cum proprie *professores talis disciplinae divinent?* Nonne passim de *Oratoria*, *poesi*, *sculptura* ea praedicantur, eaeque locutiones adhibentur, quae proprie spectant ad earum artifices? Justin. L. VII. cap. 6. dicit: *propter vetera Macedoniae fata, quae cecinerant — florentissimum fore reip. statum.* At vates canunt fatum. Contra Jul. Obsequens cap. 87. dicit *vates portenderunt;* quod Fr. Oudendorpius recte defendit, cum proprie tamen illi modo moneant, hoc illudve ostento portendi. Ibi locus alter ex Justino Lib. XXXVII. 2. *ostenta praedixerunt*, adducitur. *Cr.*

Egone? Divinationem etc.] Cod. M. *Ego vero;* Cod. W. μαντείαν; hoc nemini placebit, qui reputaverit, proprie h. l. non dici de Divinatione ipsa, sed de divinandi arte. Tum Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *esse sentio* pro *esse censeo;* nimirum religiosi fuerunt librarii, ut videlicet Marcus ad verba *quid sentias* eodem verbo responderet. *Mr.* — *Divinatio* dicitur omnis ratio et ars, qua colliguntur signa rerum futurarum, hominibus ostensa beneficio deorum immortalium. De hac divinatione postea Cicero duos libros scripsit, in quibus eam ut philosophiae partem impugnat, disputans adversus Stoicos. Argumenta, quibus eam h. l. tuetur, magis rei publicae, quam veritatis, causa probat. Similia sunt de Div. I. 1. 2. 41. et 42. de populis divinationem colentibus item de argumentis ibidem Lib. I. c. 5. et 6. et Lib. II. cap. 17. *W.* — *De praecipuis divinationum generibus* spissus est liber *C. Peuceri*, editus Servestae MDXCI. 8. isque rarior. — Causam, cur Cic. in suo de divinatione judicio sibi ipsi non constet, si conferas librum

quam Graeci *μαντικὴν* appellant, esse censeo, et hujus hanc ipsam partem, quae est in avibus ceterisque signis disciplinae nostrae; quod, cum summos deos esse concedamus, eorumque mente mundum regi, et

de Divinatione secundum, Goerenzius eam esse statuit, quia (ut apparet ex Acad. I, 4. 15.), cum haec scriberet, veteri Academiae adhuc addictus fuerit, octo autem annis post recentiori Academiae, et Arcesilae Carneadisque partibus adhaeserit. *Mr.*

Ceterisque signis disciplinae nostrae, quod cum summos deos esse concedamus] Pall. item S. Vict. et Fabr. mire abeunt ab hac scriptura. Nam tert. et Fabr. servat primum, *signis quos discipl.* quart. *signisque disc.* S. Vict. *signis quod disc.* deinde concorditer rejiciunt *quod cum;* denique non agnoscunt *Deos;* mox etiam nullus eorum admittit vocem *benignitatem.* Victorius et Turnebus silent: ideo forsan, quod nihil ex suis scriptis eruerent vulgata lectione melius. Grut.

Certisque signis disciplinae nostrae, quod cum summos *Deos esse* concedamus] Haec lectio non est a Codicibus; nam liber S. Victoris, Paris. Med. Harleian. pr. sec. Eliens. ac editio pervetus exhibent, *ceterisque signis* quod *disciplinae nostrae summos esse concedimus*, vel *contendimus.* Reliqui tantum non accedunt, cum dent *quos* vel *quo disciplinae nostrae summos esse.* Prorsus legerim, *ceterisque signis disciplinae nostrae; quod, cum Deos esse concedimus* etc. Nam vocem *summos* omnino supervacaneam reor, eamque pro *cum Deos* scripsere librarii. Dav.

Ceterisque signis disciplinae nostrae] In libris cunctis melioribus legitur longe aliter. Post signis habent vel *que*, vel *quos*, vel *quid:* dein consensu summo tollunt *quod cum*, item *deos.* Quare suspicor scripsisse nostrum: *ceterisque signis. quin disciplinae nostrae. Numina si esse concedamus* etc. Nisi malis *atque* pro *quin.* Sensus est clarissimus. *Scheffer.* — Nostri quoque libri nequaquam cum lectione Editionum consentiunt. Codd. Cr. et W. habent: *ceterisque signis quod disciplinae nostrae summos esse concedimus eorumque mente mundum regi, et eorundem hominum consulere generi.* Cod. M. et Copp. Victt. b. pro *quod* habent *quo;* reliqua plane, ut duo priores. Editores veteres nihil monent, ita, ut plane non appareat, unde ea lectio, quam exhibent, fluxerit. Wagnerus verba *disciplinae nostrae* superflua et inconcinna judicat: et si servanda sint, *signa disciplinae* esse vult fulgura, tonitrua, al., quibus pro signis rerum futurarum utitur augurum disciplina. Idem monet *quod* ante *quum* inservire arctiori copulationi, neque esse ad *non video* transsumendum, vel esse id quod *nam quum.* Similiter Goer. dicit *quod quum* dictum esse pro *nam cum id.* Bene, si haec verba Ciceronis sunt. Sed antequam origo vulgatae ex libris MSS. demonstretur, ego verba *disciplinae nostrae* alieno loco ex superioribus irrepsisse censeo, et reliqua, dum quid melius proferatur, ita, parum a librorum lectione recedens, refingo: *ceterisque signis: quod si eam esse concedimus deorumque mente mundum regi, et eosdem hominum consulere generi*, etc. Quod ait Hülsemannus, se in librorum MSS. lectione acquiescere, fieri non potuit, nisi obdormisceret. Rathius contra nimium vigilavit cum ita

eorundem benignitatem hominum consulere generi, et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non video cur esse divinationem negem. Sunt autem ea, 35.
quae posui, ex quibus id, quod volumus, efficitur et b.

conjiceret: *ceterisque signis. Quod cum in disputatione nostra sumamus, deos esse concedi, eorumque mente mundum regi* etc. Goerenzius ulius nudasse et glossema indicasse satis habuit, neque aliquid novavit. Sed nec ego meam qualemcunque lectionem fidenter in verborum seriem receperim. In fine periodi Cod. M. habet *dominationem* pro *divinationem;* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. scriptum est *divinationem esse*, quibus assentit Cod. M. *Mr.*

Et eorundem benignitatem *hominum consulere generi*] Non sane movenda est haec lectio, si modo fide Codicum nitatur. At *Gruteriani* nostrique MSSti, simul ac editio pervetus et Ven. 1471. *benignitatem* nesciunt. Rescribo *et eosdem* (vel *eandem*, ut ad *mentem* referatur) *hominum consulere generi.* DAV.

§. 35. *Efficitur et cogitur.*] Ait Brutus Lambinum legere *colligitur;* cujus ego lectionis in duabus Edd. Lambinianis, quae ad manum sunt, quaeque Lambini lectiones in margine habent, ne vestigium quidem reperio. Contra ea in utriusque margine ad v. *cogitur* adscriptum reperio *συνάγεται*, quod ipsum vocabulum apud Graecos philosophos id significat, quod *cogitur*, cujus glossa, si in aliquo libro legeretur, esset *colligitur* i. e. *sequitur*. De eorum vocabulorum permutatione vide Davis. ad Cic. de N. D. III. 13. p. 538. ed. Cr. et nostr. — In seqq. scribitur *plena est* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Sturm. Brut. Comm.; sed Codd. MSS. et Edd. Grut. Verb. Dav. Ern. et rell. habent *est plena*, nisi quod Cod. M. illud *est* plane omittit: unde cave colligas, eam vocem esse spuriam, quae salvo Ciceronis sermone et more abesse nequit. *Mr.*

Augurum praedictis *multa incredibiliter vera* cecidisse] Paris. et Balliol. *accidisse.* Reponendum videtur, *augurum* praedicta *multa incredibiliter vera* accidisse. Res enim non eveniunt quod ab auguribus praedicuntur; sed augures eas praedixisse censebantur, quod essent eventurae. DAV.

Augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse.] Lege: *ex augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse.* Syllaba praecedens *es* passim absumsit *ex*, ut de N. D. II. 65. [p. 481. ed. maj. p. 177. ed. min.], de Div. II. 67. Acad. IV. 48. *Cecidisse* est h. l. *fuisse;* et *ex praedictis* dicitur, ut Tuscul. V. 2. *ex praeceptis. Rath.* — Sunt in his vera mixta falsis. Si cum Wagnero *praedictis* casum tertium esse statuas [ut est de Orat. I. 21. 96. *insperanti mihi — cecidit.*]: tum emendatione opus non est. Male item explicat R. vocem *cecidisse*, quae explicatione non eget. Ernesto et Wagnero displicet appositum *vera:* mihi displiceret omissum. Ceterum Cod. W. habet *cecinisse*; cogitabat, credo, librarius de *vaticiniis:* sed tum scribendum fuit *praedicta:* quo facto tamen unusquisque rogasset: an *canunt* augurum praedicta? Paulo enim aliter se habent, quae aliquanto superius allata sunt ex Justino VII. 6. *vetera Macedoniae fata — cecinerant.* Cod. M. habet *accedisse:* voluit *accidisse*,

cogitur. Iam vero permultorum exemplorum et nostra est plena res publica, et omnia regna, omnesque populi, cunctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse: neque enim Polyidi,

quae glossa est in Edd. Asc. 1. 2. *Mr.*

Augurum praedictis etc.] In Miscell. Obss. III. 1. p. 68. vir doctus conjecerat: *ex augurum praedictis — vera accidisse.* Alius ibidem in nota ita: »Si jam emendare libet, nihil tamen causae »est, cur *cecidisse* mutetur in »*accidisse*, quae est glossa verae »lectionis: quum *cadere* pro »*evenire* et a Cicerone et aliis »poni soleat, quod probare puerilis esset industriae. Duriter »vero dicerent *praedicta vera* »*accidisse;* quare potius *ex*, quod »ab ultima syllaba τοῦ *gentes* »absorptum fuit, cum viro docto »admittendum credimus.« *Cr.*

Neque enim Polyidi *neque Melampodis*] *Poletis* habent pro *Polyidi* non solum veteres libri MSSti, sed et antiquae etiam editiones: nec video cur necesse fuerit mutare, cum de Polete fiat mentio cum ab aliis tum a *Suida* in verbo *Πόλλης*. Ejus verba sunt: *Πόλλης Αἰγιεὺς ἀπὸ Αἰγῶν τῆς Ἀσίας (κεῖται δὲ πλησίον Μαγνησίας καὶ Σμύρνης), φιλόσοφος καὶ μάντις. Ἔγραψε κατὰ στοιχεῖον συμβολικὰ ἐν βιβλίοις β΄. οἰωνοσκοπικὰ ἐν βιβλίοις η΄.* etc. Ursin.

Neque enim Polletis, *neque Melampodis*] Sic legendum videtur, vel *Polyidi*, ut vult *Turnebus*, quem et olim secutus sum: neque enim est ab antiqua scriptura nimis remotum. Fuit autem *Polyidus* vates, teste *Homero* Iliad. N. de quo supra lib. I. de Divinatione. Fuit et *Polles* geminato *ll.* vates non obscurus, quem commemorat *Suidas.* Lamb.

Neque enim Poletis] Ita reformavit Victorius; cum prius fuisset, *Polide.* Non dubito, quin ex veteri libro. At nostri tamen omnes quatuor et Turnebi habent, *Polyidi;* videturne revocandum? Grut.

Neque enim Poletis] Suid. *Πόλλης· ὄνομα μάντεως· καὶ κλίνεται Πόλλητος· ὃς συνέγραψε τὸ ἐνόδιον οἰώνισμα.* item v. *οἰωνιστικήν*, ubi idem scribitur *Πόλις.* Vide igitur, an hunc intelligat. Ego sane puto. Idem in dict. *μελάμπους.* ubi scribitur *Πόλης. Victor. in Copp. ad marg. Ed. Asc. Mr.*

Polyidi] MSSti plures *Polude* vel *Polide;* nec dubium esse potest, quin ad *Polyidi* nomen adludant: quo modo nos post *Turnebum* dedimus. Sed et ita diserte prae se ferunt Paris. et *Gruteriani* Codices. Ejus cum reliquis praeter unum Melampodem meminit noster de Divin. I. 40. Vide sis et *Homerum* Il. N. 666. et *Pindari* Scholiasten ad Olymp. XIII. 78. Erat et alter Polyidus, vates Argivus, de quibus mira referunt *Apollodorus* Bibl. III. 3. et alii. Adeas *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fab. cxxxvi. Nam duos fuisse Polyidos statuo; quod inter Minoëm bellumque Trojanum ducenti circiter intercesserint anni. Passim tamen eos confundi videas; quod fecisse videtur etiam *Clemens Alexandrinus* Strom. I. pag. 399. Vulgo *Poletis.* Et *Polletis* quidem fatidici mentio fit apud *Suidam* in *Πόλλης* et *οἰωνιστικήν.* Quin et eum cum Melampode conjungit vetus Scriptor apud eundem in *Μελάμπους. Ὁ δὲ σύμβολος*, inquit, *ΜΕΛΑΜΠΟΔΟΣ ἢ ΠΟΛΛΗΤΟΣ ἐδέετο.* Ibi consulendus *Kusterus.* Eum tamen *Ciceroni* nominatum fuisse non credibile videtur; nam noster vates Argonauticis vel Trojanis temporibus

neque Melampodis, neque Mopsi, neque Amphiarai, neque Calchantis, neque Heleni tantum nomen fuisset, neque tot nationes id ad hoc tempus retinuissent, Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, maximeque Pisidarum, nisi vetustas ea certa esse docuisset. Nec vero Romulus noster auspicato urbem condidisset, neque Attii Navii nomen memoria floreret tam diu, nisi hi omnes multa ad veritatem admira-

aequales memorat; hi vero de divinationibus longo post intervallo nugati sunt. Vide doctissimum *Fabricium* Bibl. Graec. I. 25. DAV.

Neque enim Polyidi etc.] Post Turnebi et Davisii notas non opus est aliquid addere de *Polyido*. Goerenzii libri habent *Polydii*, vel *Polyibi*, vel *Polyidei*, quod reperit etiam Ern. in Guelf. Ex postrema scriptione factum est *Polidae*, quod est in Ed. Ven. 1494. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. unde in Edd. veteres propagatum est *Poletis*, quod est in Edd. Paris. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Sturm. Brut. Grut. Verb. Una Ed. Comm. habet *Polyidi*. Cod. Cr. *Poliidae ip. neque*, Cod. W. *Polydae ip. neque*, Cod. M. totum hunc locum sic exhibet: *neque Collideri. p. neque melampodif .... amphiari neque calcnatis neque eleni tamen fuisset*, tum post *id* abest *ad*. Copp. Victt. b. *polude ip*. Copp. Victt. a. *Polyidis*. Tum Cod. Cr. *Amphirai — calcantis — helein*. Vocem *enim* praeter Cod. M. omittunt Edd. Asc. 1. 2. In marg. Ed. Gothofr. est al. *Polyidi*; sed *Poletis* fit mentio apud Suidam v. πόλης. *Mr.* — Conf. Symbol. et Mythol. I. p. 218. II. p. 409. IV. p. 386. sq. *Cr.*

Neque Melampodis] *Melampus*, Atrei filius, memoratus Cic. de N. D. Lib. III. c. 21. [p. 588.]; at omnes alii eum faciunt Amythaonis filium. Herodotus L. II. c. 49. eum Bacchi sacra ex Aegypto attulisse perhibet, ejusque aetatem ad Cadmi tempora refert, i. e. ad seculum a. C. 15. Fuit idem medicina ac divinatione clarus. — Amphilochus ejusque frater *Mopsus*, Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures, eorumque oracula diu in Cilicia floruerunt. Vid. Cic. de N. D. II. 3. [p. 216. ed. nostr. ibiq. laudd. *Cr.*] item Strabo Geograph. Lib. XIV. p. 993. *W.*

Arabum, Phrygum] Harum duarum gentium loco est in nostris vel, *Adparigum*, vel *Adpangum*; ut Arabes isti forsan hujus non fuerint classis. GRUT.

Arabum, Phrygum] Pro duabus hisce voculis *Adparigum* vel *Aparigum* repraesentant Codices: quapropter *Arabas* hujus classis non fuisse suspicatur *Gruterus*. At vero fallitur. Noster de Divin. I. 41. *Phryges autem et Pisidae et Cilices, et* ARABUM *natio avium significationibus plurimum obtemperant*. Vide sis et cap. XLII. ac *Eusebium* in Hieroclem pag. 518. DAV.

Arabum, Phrygum] Nostri quoque Codd. a vera lectione aberrant. Cod. Cr. *Aparigum Lyc.* W. *Apparigum Lyc.* et ita Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. M. *ad patigum Lyc.* — Tum Cod. Cr. *cialicum* et cum Codd. W. M. et multis Edd. vett. *Pysidarum*. *Mr.*

Ea certe esse] Unus noster Cod. M. habet *certa*, reliqui cum sex Goerenzii libris *certe*. Si vera

bilia dixissent. Sed dubium non est, quin haec disciplina et ars augurum evanuerit jam et vetustate et negligentia. Ita neque illi assentior, qui hanc scientiam negat umquam in nostro collegio fuisse; neque illi, qui esse etiam nunc putat; quae mihi videtur apud majores fuisse dupliciter, ut ad rei publicae tem-

haec lectio esset, ait Goer., Cicero h. l. scripsisset *certe haec esse*. Bene, si Goer. ad verba, non ad sententiam, respexit. Nam huic loco nihil minus, quam illa scriptio, conveniret. In Copp. Victt. b. pro *esse* est *eam*. — Verbum *auspicato* intellige *auspiciis ante captis*. Cf. Cic. de N. D. l. c. de Div. I. 2. et 48. *Attii Navii* historiam narrant cum alii veteres, tum Cic. de N. D. l. c. [p. 218. 219. ed. nostr. ibiq. annot. Eo vate usus erat Priscus Tarquinius rex, non Hostilius. *Cr.* Cf. tamen A. Majus ad Cic. de Rep. II. 17. p. 161. *Mr.*] de Div. I. 17. Liv. I. 36. — Ceterum in Cod. Cr. scribitur *actii navii*, in Cod. W. *atti uani*, in Cod. M. *accivam notam memoria floreret diu*. Pro *floreret* Cod. Cr. *floret;* in eodem est, ut in Cod. W., *omnes hi;* vocem *omnes* plane omittit Cod. M. *Mr.*

Multa ad veritatem et mirabilia *dixissent*] Vulgo *multa ad veritatem* admirabilia *dixissent*. Nos MSto Paris. morem gessimus. Dav.

Ad veritatem admirabilia] Nihil pejus facere potuit Davisius, quam morem gerere libro corrupto, scribens *et mirabilia*, ut est etiam in Ed. Ven. 1494. Recte igitur Ern. et post eum omnes revocarunt veterem eamque probam lectionem, quam exhibent nostri Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. In Cod. M. est *et admirabilia*. A Davisii partibus stant Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris.; sed frustra. Vide modo Ern. Clav. Cic. v. *ad*. *Mr.*

Ita neque illi assentior] Reduxi cum Schützio *ita* pro *itaque* ex Codd. nostris Cr. et W. et duobus Goerenzii, qui idem probavit laudavitque locum libri nostri c. II. §. 5. *ita, quum*, ubi multi habent *itaque quum*, et Schelleri Obss. p. 252. Tum Copp. Victt. b. *assentio* pro *assentior*. Sed deponentis forma Ciceroni multo est frequentior. — Pro *scientiam* Cod. M. *sentiam*, mox *tamquam* pro *unquam*. Cod. Cr. *negant*. In seqq. Cod. M. *non putat* pro *nunc putat*. *Mr.*

Quae mihi videtur apud majores fuisse duplex] Vulgo *dupliciter*. Sed magis placet altera lectio, quam praestant Paris. Harleian. sec. editio pervetus, Ascens. et Ven. 1471. Quin et *Victorius*, *Turnebus*, et *Lambinus* eam repraesentarunt. Dav.

Fuisse dupliciter] Scr. et Edd. plures *duplex*, quod et revocavit Dav. Sed ei sequentia non consentiunt, quae exprimunt modos scientiae illius usurpandae. *Fuisse* autem non satis placet, ex illa eadem causa, sive ipsum vitiosum sit, sive aliud verbum exciderit. Haec Ernestus; quod ad prius optime, quod ad *fuisse* minus bene. Quis enim non videt, Ciceronem dicere velle: *dupliciter tractata est haec scientia, ita, ut* etc. — *Dupliciter* est in Cod. Cr. in Varr. Lectt. Edd. Crat. et Herw. in Edd. Ald. Brut. Gothofr. Verb. Bip. et plerisque Goerenzii libris. Tum Cod. M. *ad rempublicam tempus si nunquam et ad*. Illud *et* pro *ad* est etiam in Codd. Cr. W. Copp.

pus nonnumquam, ad agendi consilium saepissime pertineret. Att. Credo, hercle, ita esse, istique ra- 34.
tioni potissimum assentior. Sed redde cetera.

M. Reddam vero, et ipsa, si potero, brevi. Se- 14.
quitur enim de jure belli: in quo et suscipiendo, et gerendo, et deponendo, jus ut plurimum valet et

Victt. b. Neutrum legitur in Edd. Asc. 1. 2. Denique Codd. Cr. et M. rursus habent *conscilium;* et Cod. M. *hercule. Mr.*

Ut ad rei publicae tempus — ad agendi consilium] *Ad reip. tempus* i. e. ad utilitatem rei publicae adhiberetur divinatio, quamquam de ejus veritate dubitaretur; ita ut iis, quae decrevissent magistratus, deorum auctoritas ad speciem accederet. *Ad agendi consilium* i. e. ut etiam valeret ad propositum agendi, ad actionem suscipiendam; ita ut de divinationis veritate non dubitaretur. *W.*

Sed redde cetera] Censor, quem laudavimus, Halensis (1806. 15. p. 116.) aliquid ante initium capitis XIV. excidisse existimavit, quia §. 21. cap. VIII., cujus nunc sequi deberet explicatio et commendatio, nostro loco omittatur. Quo nihil videtur minus. Nam neque totus §. 21. omittitur, sed transit nunc Cicero ad initium capitis noni, et, quae de expiationibus et procurationibus cap. VIII. sequuntur, noluit Cicero fusius explicare. Mox enim *de his*, ait, *satis superque in ipsa lege dictum puto.* Non est, quod in libris tam laceris, tamque male habitis, lacunas etiam et vulnera, ubi non sunt, venemur. *Mr.*

Cap. 14. §. 34. *Reddam vero, si et potero, brevi*] Pall. et Fabr. amplius, *et ipsa si potero.* S. Vict. *et ipsi potero.* Gulielmius inde format, *vero, et id si potero, brevi.* GRUT.

Reddam vero et ipsa, *si potero, brevi*] Vulgo *reddam vero, et, si potero, brevi.* Nos vero lectionem reduximus, quam ratam faciunt Pall. Fabric. Paris. et Ven. 1471. Ut mira sit *Gulielmii περιεργία*, qui reposuit *reddam vero, et* id *si potero, brevi.* Nihil enim conjecturis opus est, cum libri sanum quid exhibeant. DAV.

Reddam vero, et ipsa, si potero, brevi.] Recepimus vocem *ipsa*, quamquam eam non habent Edd. vett., quae ad manum sunt, omnes: nam habent omnes Codd. MSS. Sed neque scribendum est: *reddam vero et ipsa, si potero,* neque: *reddam vero, et, ipsa si potero,* — quorum illud dedit Dav., hoc Schützius. Illud enim nos cogit *et* sumere pro *etiam,* contra morem Ciceronis; Schützii rationem si sequaris, vox *ipsa* plane est supervacanea. Ergo verba *et ipsa* inter duo commata, quod ajunt, ponenda fuerunt, quod fecit Goer., ut *et ipsa* sit pro *et ea ipsa* sc. *cetera. Mr.*

Jus plurimum valet et fides] *Ut vides* est in antiquo MSto. Error autem, ut *et fides* pro *ut vides* receptum sit, inde fluxit, quod Aeolico digamma Ⅎ antiqui pro V. utebantur, ut TERMINAℲIT et DIℲI pro *terminavit* et *divi:* scriptumque fortasse erat in exemplaribus IDES pro *vides*, quod ab imperito postea Librario in *fides* mutatum fuit. Idem error in lib. I. N. D. cap. 33. irrepsit, in quo cum ℲIDENTES scriptum esset pro *videntes*, ut est in aliquibus Codicibus, *fidentes* Librarii fecerunt. URSIN. — E nostris Med. et Harleian. primus exhibent *ut*

fides: horumque ut publici interpretes essent, lege sanximus. Iam de haruspicum religione, de expiationibus et procurationibus satis superque in ipsa lege dictum puto. Att. Assentior, quoniam omnis haec in religione versatur oratio. M. At vero, quod sequitur, quomodo aut tu assentiare, aut ego reprehen-

fides. Reliqui vulgatam lectionem servant; et merito quidem: nam nullius pretii sunt quae notavit *Ursinus* ad hunc locum. Praeterea cum subjiciat noster, HORUMQUE *ut publici interpretes essent;* ad quae referri possit illud *pronomen*, nisi duo nomina, *jus* et *fides*, praecessissent? Dav.

Jus ut plurimum valet et fides:] Omnes Codd. MSS. et Edd. vett. ante Ern. habent *ut plurimum*, omnesque, credo, Editores *ut plurimum* intellexerunt: *quam plurimum.* Hülsemannus, qui dixit, *ut* non esse in Codd., neque Codices, neque Edd. inspexit. Ern. se delevisse ait *ut*, quia ineptum sit. Nihil minus: illud dicere poterat, se hujus particulae ante superlativum hoc sensu positae non habere alia exempla. Neque Goer. ullum reperit locum, quamquam, ex Tursellino, credo, vel Gesneri Thesauro, laudavit Or. pro Cluent. 26, 72. *ut blandissime;* est enim ibi, ut vere monuit Handius l. c. p. 565. *ut blandissime potest.* Sed tamen ego nostram lectionem sanam puto cum Schellero in Lexico, qui, nisi malis legere *vel plurimum*, cum saepe alias *ut* dicatur pro *quam*, *ut plurimum* pro *quam plurimum* dici potuisse existimat, quamquam nunc, casu fortasse, exempla desint. Schützius, qui non recepit *ut*, post Goerenzium tamen laudat locum ex Or. pro Cluent., quem non magis, quam hic, inspexisse videtur. *Ut plurimum* etiam minime improbandum censuit Wytt. in scholis. In seqq. quinque Goerenzii et nostri Codd. Cr. et W. habent: *ut fides, forumque*, Cod. M. *valeret ut fidos forumque*, Copp. Victt. b. *valeret ut fides forumque.* Cum Codd. Cr. et W. faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae in varr. lectt. habent *horumque*). Illud memorabile accidit, quod in Cod. W. post *valet* lacuna est, quae uno duobusve verbis expleri posset, et in margine adscriptum est: *def.* i. e. *deficit aliquid:* tum post lacunam pergitur: *ut fides, forumque, ut publici interpretes essent, lege sanximus. Mr.*

Lege sanximus] Sic ex Paris. edidimus. Vulgo *sancimus*, quod est incommodum. Dav.

Lege sanximus] *Sanximus* temporum consecutio requirit, et ita legitur in Codd. W. M. Copp. Victt. b. et Goerenzii omnibus, itemque in MS. Guelf. Edd. Ven. 1494. Mediol. Ascens. 1. 2. — Mox Cod. Cr. *legione* ridicule pro *religione*, Cod. M. *perturbationibus* pro *procurationibus;* idem *scillane* pro *superque*, pro quo Cod. W. *supraque.* Unus Goerenzii habet eodem loco *se illa ne*, alter *ne illa ne.* Hoc lectionis monstrum, ut Goer. vocat, est etiam in Ed. Paris. ubi Turnebus in primo comment. ait: *satis superque* legendum, ut Aldus et alii. Goer. ex illa lectione se nihil expiscari ait. Quid, si in Codicis M. scriptione *satis scillane* vestigia lectionis *satis clare* vel *satis ac clare* i. e. dilucide, enodate, expositum v. *dictum puto*, lateant? *Supraque* est etiam in Edd. Asc. 1. et 2. *Mr.*

dam, sane quaero, Tite. Att. Quid tandem id est? 35.
M. De nocturnis sacrificiis mulierum. Att. Ego vero
assentior, excepto praesertim in ipsa lege sollemni p. 177. a.
sacrificio ac publico. M. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque nostri, et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? non enim populo Ro-

Procurationibus] Alia est civilis, alia religiosa, de qua h. l. agitur; quae complectitur omnes caerimonias, quibus curatur, ut dii recte colantur. — *Assentior* sc. ut satis dictum putes, concedo: nam disputatio versatur in argumento de religione, in quo, ut dissentiens a te, nolo te interpellare. — *Quaero*: i. e. nescio, quomodo mihi assentiaris aut ego reprehendam i. e. retractem, corrigam, id quod in lege sequitur de nocturnis mulierum sacris. *W.* Cod. M. habet *hac in religione* pro *haec in rel. Mr.*

Quod sequitur, quomodo etc.] Copp. Victt. b. *quoque sequitur.* Edd. Asc. 1. 2. pergunt *quoquo modo.* Tum Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *assentire* pro *assentiare;* sequens *aut* abest in Copp. Victt. b. Post *reprehendam* in Codd. Cr. et W. Marcus pergit usque ad *id est.* Tum verba *de — mulierum* adscribuntur Attico, et Marco quae sequuntur usque ad *leges damus.* Vocem *Tite* omittunt Edd. Asc. 1. 2. In iisdem inde ab *at vero* usque ad *mulierum* omnia adscribuntur Marco. Sequentia *Quid tandem id est* et mox *excepto praesertim* plane omittuntur in Cod. M. in eodem scribitur *sacrificio* pro *sacrificiis.* Pro *excepto* omnes Goerenzii habent *expecto*, v. *expectato*, v. *expectabo*; medium habent nostri Cr. et W. itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae in marg. habent *excepto*). Victorius vero in Copp. Victt. a. ad marg. editionis suae adnotavit: quidam putant *excepto. Mr.*

Eumolpidaeque nostri] Victorii editio *vestri;* sed alterum exstat in nostris scriptis et Turnebi; neque habet aliquid vitii. Grut.

Iacchus Eumolpidaeque vestri] Vulgo *nostri:* et hanc lectionem nihil habere vitii statuit *Gruterus.* Nos autem *Ascensii, Victorii, Manucii, Lambini*que libros editos sequimur. Nam Pomponium, qui dictus est Atticus, adloquitur Cicero: quapropter Atheniense sacrum sacerdotiumque merito *vestrum* nominat. Hinc Atticus ipse paullo post ait: *Tu vero istam legem Romae rogato:* nobis nostras *ne ademeris.* De Iaccho Eumolpidisque vide *Joan. Meursium* Eleus. capp. 2, 13, 27. Dav.

Eumolpidaeque vestri] Ita sine dubio legendum est, non, ut antea, *Eumolpidaeque* nostri. P. Manuc.

Iacchus Eumolpidaeque nostri] Cod. W. *Iaccus.* Cod. M. *Eumolphidaeque* cum Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. *Eumolpaeque* Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. Brut. Comm. Ald. Gothofr. *nostri* pro *vestri*, ut ediderunt plerique, et illud ex tot libris restituendum duximus, cum Ernesto sentientes, qui, quamquam dedit *vestri*, iisdem videlicet, quibus Davisius, rationibus motus, *nisi vero*, addit, *quia et ipse Cicero erat initiatus sacris Cereris, inde dixit nostris.* Hoc, credo, satis est rationis ad reducendam Codd. MSS. lectionem. Nam nullus, quos sciam, ex omnibus horum librorum editoribus vel unum Codicem MStum

mano, sed omnibus bonis firmisque populis leges da-
36. mus. Att. Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati
sumus. M. Ego vero excipiam. Nam mihi cum multa eximia divinaque videantur Athenae tuae peperisse,

indicavit, in quo reperiretur *vestri*. Vide modo Turnebi ad h. l. annotationem. De *Iaccho Eumolpidisque* sufficiat contulisse Meursii librum, quem laudat Davisius, adhibita Creuzeri Myth. et Symb. III. p. 335. sqq. IV. p. 482. sqq. *Mr.*

Augusta illa mysteria] Cod. Cr. *misteria*, W. *mynsteria*, h. l. et infra. Copp. Victt. b. *id quidem* pro *si quidem*, Cod. M. *collimus* pro *tollimus*. Ad rem conf. Baehr. ad Plutarch Alcibiad. cap. XXXIV. p. 239. sqq. *Mr.* — *Augusta illa mysteria*] sc. Eleusinia *augusta* (σεμνά) dicuntur, quia supra humanam sortem et prope ad divinam praestantiam accedunt. Conf. Cic. de N. D. I. 42. [p. 142. ed. maj. p. 74 ed. min. et utrobique annott.] Tusc. Lib. I. c. 46. *W.*

Firmisque populis] Antequam Ernesti notam ad h. l. legeram, me ipsum quoque, ut ille, offendisse fateor in epitheto *firmis*, quod alibi cum *populis* conjungi non memineram. *Firmis*, ait Ern., videtur *bene constitutis*, si quidem sine vitio est. Goer. respondet: at *firma civitas* eo saepius dicitur. Hoc procul dubio haud ignorabat Ern., sed nihil id ad hunc locum explicandum firmandumque facere videbat. Leges enim dat Marcus non iis populis, qui habent rem publicam jam constitutam et firmatam, sed fingit, a se in his libris esse leges scribendos populo vel populis bene constituendis. Quid multa? Equidem desidero *bene firmandis*, vel ejusmodi quid. Sed in tanto librorum consensu nihil moveo. In seqq. post *quibus* in Cod. Cr. male omittitur *ipsi*. *Mr.*

Ego vero excipiam.] Male Ern., ut habeant haec verba vim negandi, interrogationis signum in fine posuit. Pejus etiam Wagnerus exclamandi signo ea oneravit; nimirum ut sint optantis. Quod sic ne latinum quidem est. Recte Goer. serio dicere auctorem ait, se haec initia ob insignia beneficia, quae praebeant, excepta velle, (vid. supra IX. 21. extr.) et addere modo, quae in iis abesse malit. Rathii commentum, post *excipiam* supplentis *sed non possum*, nihil moror. Mr.

Cum multa — videantur] Recepi conjunctivum ex quatuor Goerenzii Codd. et nostro Cod. M. itemque Edd. Venet. Victor. Camerar. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. idque probavit Goer. factumque volebat Handius l. c. p. 568. De hoc conjunctivo praecedente *cum* et insequente *tum*, in propositionibus, ubi prior generalis est, et posterior ex his, quae prior complectitur, unum aliquod insignius esse affirmat, non est, quod moneam post multos, qui de eadem re praeceperunt. Vide modo Goer. ad h. l. ad de Fin. III. 15. 50. p. 376. sq. et 700. Gernh. ad Cic. de Off. III. 2. 5. et novissime ad eundem locum Beier. p. 190. sq. Cf. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 1. 1. et nos ad eund. locum in Ed. min. *Mr.*

In vitam *hominum adtulisse*] Vulgo *in vita*. Sed ipsa Latinitas nostram lectionem flagitat; et ita prior *Lambinus* edidit. Dav.

In vita hominum] Hanc Codicum omnium scriptionem, quam non sollicitant Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. Comm., sed nonnisi Lamb. Dav. et Ern. mutaverunt,

atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus: Initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus:

cum Goer. et Sch. restituimus, cum sit Ciceroni haec structura satis frequens, modo ab illis triumviris saepe obliterata, cujus unum idque insigne laudat Goer. exemplum ex Tusc. III. 11. 25. *His autem perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit et incitat.* Cf. Voss. de Arte Grammatica Lib. VII. de Construct. p. 251. sq. In seqq. Cod. W. habet *ipsis illis mynsteriis*, sed vox *ipsis* lineâ subscriptâ ut spuria notatur; in Cod. M. est *illisus mysteriis*, in quo fortasse latet scriptio *illis ipsis*, quae non plane esset reprobanda. Pessime autem in eodem libro est *excussi* pro *exculti*, et *vitiaque* pro *initiaque*. *Mr.*

Quibus ex agresti — cum spe meliore moriendi] At virtutem bonosque mores adstricti videbantur hisce sacris initiati. Quin et post mortem beatioris sortis compotes fore videbantur; cum apud inferos in luto coenoque volverentur ἀμύητοι. Vide *J. Meursium* Eleus. c. 4. 17. 18. et *Th. Burnetium* de fide et offic. Christian. cap. 5. p. 79. Dav.

Quibus ex agrestri etc.] Ex his initiis i. e. initiationibus Eleusiniis, quae ita dicuntur, quia ex iis vera principia vitae cognovimus, ex his igitur accepimus, i. e. didicimus, rationem, i. e. scientiam non solum laete vivendi (vid. Aristoph. Ran. 454. sqq.), sed etiam moriendi cum meliore spe. De hac laude et efficacia mysteriorum ad contemtum mortis et spem meliorem moriendi, egregie disseruit Isocrates in Panegyrico §. 6. [cap. 6. p. 17. ed. Mor.], unde Cicero haec sumsisse videtur, et nos quaedam monuimus hanc in rem in Epistola Critica pag. 33. *W.* Vid. Saintecroix Recherches sur les Mysteres p. 396. ed. Sylvestr. de Sacy; Dionysum nostrum p. 236. sq. et Mytholog. nostr. IV. p. 518. sqq. ed. alter. *Cr.*

Quid autem mihi displiceat in nocturnis, poëtae indicant comici] Sic necessario legendum est, non, ut vulgo, *Quid autem mihi displiceat*, innocentes *poëtae indicant comici:* nam hoc *innocentes* factum est ab imperito librario ex *in nocturnis.* Quod autem quidam legunt divisim *in nocenteis,* referentes ad licentiam veteris comoediae, nugas agunt. Nam primum genus loquendi ineptum et inconcinnum est. Deinde poëtae illi non solum in nocenteis, sed multo saepius in viros bonos et innocenteis sua libertate orationis abutebantur. Lamb.

In nocentes] Longe discedit ab antiquis libris eorum conjectura, qui legendum existimant *in nocturnis.* Alii conjungunt cum posteriore sententiae parte; ut sit, *poëtae comici indicant in nocentes.* Mihi omnino mendosum videtur. P. Manuc.

Innocentes poetae indicant comici] Nihil variant mss. nostri, nisi quod quarto absit *comici;* maluissem exulasset, *poetae.* Turnebus impressit, *in nocentes;* Victorius, *in nocturnis;* mihi satisfacit vulgata, quidquid ogganniat Lambinus. Ita enim vocat illud genus comicum, quod nemini infert fabulis suis injuriam; tantum memorias veterum repraesentant. Videatur item Turnebus lib. XIV. Advers. cap. 6. Grut.

Quid autem mihi displiceat

neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. Quid autem mihi displiceat in nocturnis, poetae indicant comici. Qua licentia Romae data, quidnam egisset ille, qui

in nocturnis, *Poëtae indicant Comici*] Sic recte dederunt *Victorius* et *Lambinus;* ac sic lectum voluit doctissimus *Clericus.* Vulgo *quid autem mihi displiceat*, innocentes *Poëtae indicant Comici:* qua quidem lectione nihil est insulsius. Poëtas tamen Comicos hic *innocentes* dici censent *Turnebus* Advers. xiv. 6. et *Gruterus;* quia moribus prosunt, neminique ferunt injuriam. Quasi maledicentissimi non fuerint Comoediae veteris scriptores: totumque genus non ludo potius et joco quam flagitiorum insectationi vitaeque corrigendae studeret! Lege *Lactantium* Div. Inst. lib. VI. cap. xx. 27. et *Augustinum* C. D. II. 9. Revera pervigilationes illae stuprandarum mulierum libidinosis hominibus praebebant occasionem: idque memorabant Comici. *Sic filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est* apud *Menandrum* et *Caecilium* in Plocio, ut testatur *Agellius* II. 23. *Plautus* Aulul. Prol. vs. 35. *Is adulescentis illius est avunculus: Qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.* Vide sis et Act. IV. Sc. X. 64. Noster cap. 15. *Omnia nocturna — in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. Zosimus* de Valentiniano lib. IV. p. 202. *Τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι.* Eadem de caussa pernoctationes in Martyrum basilicis et vigiliae paschales merito sunt abolitae. Adi sis *Hieronymum* in Vigilant. p. 409. ed. Victor. Dav.

Quid autem mihi displiceat in nocturnis,] Copp. Victt. b. *qui autem;* tum *innocentes* legitur in omnibus Goerenzii (nisi quod unus habet *innocentis*) nostrisque Codd. itemque in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. [sed Brutus correctum locum vult: *in nocentes*, vel, quod magis ei placebat, *in nocturnis*] Verb. Ern. et Comm. [quod mireris, cum in Ed. Paris. cui primus Turnebi Commentarius adjectus est, jam editum sit *in nocturnis*:]. Sed nihil est certius, quam pravam illam et frustra a Grutero defensam lectionem ex scribendi compendio ortam esse, prouti monstravit Goer. Nostram lectionem habent Edd. Paris. Car. Steph. Lamb. Sturm. — Ceterum non debebat Davisius in nota sua omittere Aristophanem, de quo mox noster §. 37. *Mr.*

Quidnam egisset ille,] Significatur P. Clodius, qui sacra bonae deae violavit, dum noctu muliebri veste tectus in domum Caesaris se abderet, ubi matronae Romanae apud illius uxorem Pompejam haec sacra faciebant. Vid. Cic. ad Att. I. 12. de Harusp. Resp. C. 5. *W.* — Verba *qui in* omissa sunt in Cod. Cr.; in Cod. M. scribitur *cogitatum*; in Cod. W. *tulit* pro *intulit*. *Mr.*

Quo ne imprudentiam quidem oculorum adjici fas fuit] Paris. *impudentiam.* Harleian. pr. sec. a prima manu et editio pervetus *adduci.* Melius autem se habet recepta lectio. *Lactantius* Div. Inst. lib. III. cap. xx. 3. *Romae et in plerisque urbibus scimus esse quaedam sacra, quae aspici a viris nefas habetur. Abstinent igitur aspectu, quibus contaminare illa non licet: et si forte vel errore vel casu quopiam vir aspexerit; primo poena ejus, deinde instauratione sacrificii scelus expiatur.* Ceterum noster de

in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adjici fas fuit? Att. Tu vero istam Romae legem rogato: nobis nostras ne ademeris.

M. Ad nostra igitur revertor: quibus profecto 15.
diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam 37.
multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romae initiantur. Quo in genere

P. Clodio loquitur: is enim Bonae Deae *sacra*, *quae viri oculis*, *ne* imprudentis *quidem*, *aspici fas est*, *non solum aspectu virili sed flagitio stuproque violavit*. Verba sunt *Ciceronis* de Harusp. Respons. c. 5. Vide sis et c. 17. Pompejam scilicet uxorem C. Caesaris inierat. Rem narrant *Plutarchus* in Caes. p. 711. 712. Scriptor Anonymus in argumento Milonianae, *Dion.* lib. XXXVII. p. 50. *Appianus* Bell. Civ. lib. II. p. 720. et alii. Vetus Scholiastes in *Juvenalis* Sat. II. 27. *Clodius C. Caesaris uxorem in templo Bonae Deae adulteravit*. Eodem respexit ipse *Juvenalis* Sat. VI. 335. seqq. Adde *Senecam* Epist. 97. Dav.

Quo ne imprudentiam quidem] Cod. Cr. *impudentia*, Cod. W. *impruden* . . . . cum lacunae signo, Cod. M. *impudentiam*, quod habent etiam Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Sturm. Sed Copp. Victt. b. et reliquae Edd. vett. cum Cod. W. probam lectionem tuentur. Vide modo Orat. de Harusp. Respons. c. 17. §. 36. Lactant. Instit. Div. III. 20. — Pro *adjici fas* in Cod. M. et Copp. Victt. b. est *adicias*. Quod ait Hülsemannus in quibusdam Edd. legi *adduci*, id ego in nulla factum deprehendi: sed inspexit ille sine dubio Davisii notam, qui id factum in una narrat, quam ne nominat quidem. Ipse quidem H., criticis subsidiis plane destitutus, interdum videri volebat inspexisse veteres libros Mss. et Edd. *Mr.* — Sacrum bonae deae, ut Cicero ait, Harusp. Resp. c. 5. §. 8. *viri oculis ne imprudentis quidem adspici fas* fuit: unde et firmatur lectio *imprudentiam*. — Nobis quondam venit in mentem, legendum esse *quo ne per imprudentiam quidem oculos adjici fas fuit*. *Ern.* Talem conjecturam a Ciceronis editore vix profectam esse credas. *Mr.*

Tu vero Romae istam legem rogato] Dictio *rogato* non est in Pal. quart. et certe non displicet nimis, sed tamen. Grut.

Tu vero istam Romae legem rogato:] Cod. M. *rogata;* idem in fine capitis *ademere*. *Mr.*

Cap. 15. §. 37. *Ad nostra igitur revertor*] Ern. sine libris, contextu, ut existimabat, postulante, Goerenzius ex tribus Codd., et post eum Schützius dederunt *nostras*, quod ego, etiamsi tot libri consentirent, quot nunc dissentiunt (reliqui enim Goerenzii et nostri omnes a vulgata stant), correctoris esse dicerem, anxie ad normam paulo antecedentis *nostras* hunc locum corrigentis, quo merito non offenderunt priores Editores. Consulto, credo, scripsit Cicero *nostra* i. e. ad nostra instituta, ad ea, quae ad nos pertinent. *Nostras*, nisi me fallit opinio, magistelli est, ad Grammaticae suae normam Ciceronem castigantis. — Sequens *est* omittit Cod. Cr. Minus bene. *Mr.*

Ut mulierum famam multorum

severitatem majorum senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, et consulum, exercitu adhibito, quaestio animadversioque declarat. Atque omnia nocturna, ne nos duriores forte videamur, in media Graecia Dia-

oculis *lux clara custodiat*] Med. exhibet, *ut mulierum famam multorum oculis lux dari constituat*. At hoc est nihili. Lego *ut mulierum famam multorum* oculi et *lux clara custodiat*. Dav.

Ut mulierum famam etc.] Rathius praeter necessitatem Davisii partibus se applicabat, quia videlicet Cic. de Sen. 4, 12. dixit: *Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus*; et ad Q. Fratr. I. 1. 2. [neque vero I. 2. 7.] *sed in luce Asiae, in oculis clarissimae provinciae* etc. Quasi vero eorum locorum non alia sit ratio, et Cicero, ut semel est locutus, semper ita loqui debeat, etiamsi alia ratio haud minus rei sit accommodata! — In seqq. Cod. M. habet *nuntienturque eoque ritu*; Tum Codd. Cr. et M. *ceteri*, W. *coeteri* pro *Cereri*, quod a duobus Goerenzii plane abest. Neque vero ideo istam vocem cum Goer. in glossa posuerim. Fortasse enim, ait, locus omnino de mysteriis capiendus est, interdiu, non nocturno tempore celebrandis. Quod si quid mutandum, fortasse aliquis ex Codd. nostrorum vestigiis conjiciat: *initienturque eodem ritu ceteris, quo Cereri Romae initiantur*. Ita enim supra est in lege c. 9. §. 21. *Neve initianto, nisi, ut assolet, Cereri, Graeco sacro*. Cf. Creuz. Symb. et Myth. IV. p. 866. II. p. 178 — 182. *Mr.*

Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus] i. e. vetus senatus consultum adversus cultum Bacchanalium: quod hodieque exstat in aenea tabula, reperta priore seculo, et Vindobonae in museo Caesareo asservata. Editum est a Maffeo in *Istoria Diplomatica*, itemque cum Matth. Aegyptii commentario aliorumque annott. exhibetur in Livio Drakenborchiano Vol. VII. p. 197 sqq. Ipse Livius narrat historiam Lib. XXXIX. 9 — 20. *W.*

Et consulum, exercitu adhibito, *quaestio animadversioque declarat*] Nullum quidem exercitum legimus adhibitum: custodiae tantum portis sunt adpositae, quae fugientes retraxerunt. *Ascensius* edidit, *et consulum* de *exercitu* adhibita *quaestio*. Forsan reponendum *et consuli*, vel *consulibus*, exercita ac habita *quaestio animadversioque declarat*. Hac de re sic *Julius Firmicus* de Err. Prof. Relig. pag. 16. *Bacchanaliorum scelera, Aebutio quodam adolescente deferente, detecta sunt — Investigatis omnibus, qui hujus sacri scelerata commenta tradebant; contra omnes servos, immo Romanos, quaestionis examine capitalis poena de Senatus sententia decreta est. Nec tamdiu vindices gladii* consulis *conquierunt, quamdiu hoc malum fuisset radicitus amputatum*. Addita negatione scribendum videtur, *quamdiu hoc malum* non *fuisset radicitus amputatum*. *Tertullianus* Apol. c. 6. *Liberum patrem cum mysteriis suis* consules *Senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt*. Historiam late refert *Livius* XXXIX, 9. seqq. Vide sis et *Valerium Maximum* lib. I. cap. III, 1. et lib. VI. cap. III, 7. Dav.

Et consulum, exercitu adhibito, quaestio] Exercitum in ea re adhibitum esse negat male Davisius. *Ern.* — Certe, monet Wagn., quamquam Livius in ipsa

gondas Thebanus lege perpetua sustulit. Novos vero deos, et in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes, facetissimus poeta veteris comoediae, vexat, ut apud eum Sabazius, et quidam alii dii peregrini judicati, e civitate ejiciantur. Publicus autem b.
sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu libe-

rei narratione exercitus non meminerit, in quaestione, extra Romam in Italia rite exercenda, exercitu opus fuisse per se credibile est. — In Cod. M. est *consultum*, in Ed. Asc. 2. sola legitur: *et consulum de exercitu adhibita quaestio* etc. *Adhibita* fuit etiam in eo Cod. qui Victorio ad Copp. b. ad manum fuit; *animadversio*, omisso *que*, est in Cod. M. *Mr.*

Diagondas *Thebanus*] Nec facti nec hominis ulla, quod sciam, restat memoria. Pagondae quidem Boeotarchae meminere *Thucydides* et alii. Dubito tamen, num hic legendum sit *Pagondas Thebanus*, ut statuit *Joan. Meursius* Lect. Attic. III. 23. DAV.

In media Graecia Diagondas Thebanus] Cod. M. *nnc̄ia Graecia Dyagodas.* Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. *Diagondas*, in marg. autem Cod. Cr. scribitur *Dyagondas*, neque vero pro varia lectione, sed ut nota marginalis; videlicet per totum Codicem argumentum contextus in margine notatum est ab eadem manu, quae Codicem exaravit. Ed. Asc. 1. *Dyagundas*, Asc. 2. *Diagundas*, unus *Diagonidas*, apud Goer. qui in parva editione ediderat *Pagondas*, in majore vero, cum tantum sit, quod in Thebanorum historia ignoremus, in librorum fere constanti scriptione acquiescendum censuit. *Mr.* Nihil extricant Editores post Davisium, qui ipse dubius haeret. Theodoretus in Graecc. Affectuum Curatione Diss. IX. p. 927. ed. Schulz. *καὶ ἵνα τοὺς ἄλλους νομοθέτας παρῶ, Ἄπιν τῶν Ἀργείων, καὶ Μνήσωνα τῶν Φωκέων, καὶ τῶν Κυρηναίων Δημώνακτα, καὶ Παγώνδην τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τῶν Κνιδίων Ἀρχίαν κτλ.* Ubi in notis: »MS. unum *Δημόκραντα καὶ Χαρώνδην τῶν Ἀνῶχαι καὶ τὸν Κνιδίων.* Cic. »lib. II. de Legib. *Diacondam* »(sic) Thebanum inter legislatores »annumerat. *Ἀριστ. πολιτ. β΄. κεφ. ι΄.*« In Aristotelis loco nihil de Diagonda nec de Pagonda. Diagondae nomen etiam omissum in Catalogo Legislatorum ap. Fabr. B. Gr. II. p. 33. ed. Harles. Numum, qui ex altera parte caput Minervae, ex altera tropaeum cum voce *Βοιωτῶν* habet, Haymius in Thesauro Britannico p. 227. sq. ad illum Pagondam referri posse opinatur (ad Tab. XXII. nr. 1.), in quo vereor, ne ratio eum fefellerit, quandoquidem litera ω non cadit in Olympiadem LXXXIX. *Cr.*

Lege perpetua] i. e. generali, universali. Conf. Ern. in Clavi et Brissonius de Verb. Signif. in v. *perpetuus IV.* In Cod. W. scriptum est *substulit* more antiquo, cujus in illo libro multa exstant vestigia. Qua de re nuper egregie monuit Niebuhrius in Conspectu orthographiae Codicis Vaticani ad calcem librorum Cic. de Rep. ab A. Majo editorum p. 353 — 356. — In seqq. Cod. Cr. exhibet: *in iis colendis novas vigilationes. Mr.*

Aristophanes — vexat] In Comoedia *Lemniis*, prout ex Suida in *ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί* colligit *H. Valesius* ad *Eusebium* de vita Constantini II. 5. DAV.

Aristophanes] Hic quidem Sa-

ret; audaciam in admittendis religionibus foedis damnet atque impiam judicet.
38. Iam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sint corporum certationis, cursu, et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam in circo [constitutis]: in cavea cantus, voce, ac fidibus, et tibiis; dummo-

bazium aliquoties memorat; sed hic locus, qui a Cicerone significatur, fuit in deperdita comoedia, quae inscribebatur Lemnii. *W.* In Cod. M. abest *ut*, et scribitur *Sabius*, in Cod. Cr. *Sabaeius*, in Cod. W. *Saba e i us*, in Copp. Victt. b. *Sabacius*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *Sabeius*, in Ed. Sturm. *Sabatius*. *Mr.* De *Sabazio* vid. Cic. de N. D. III. 23. p. 618. ed. nostr. ibiq. annot. *Cr.*

Dii peregrini] Copp. Victt. b., ut unus Goerenzii, *alii de peregrini*, unde patet, quomodo corrumpi potuerit lectio in *alii dii de peregrinis*, ut est in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Paris. Quod quomodo Goerenzio tolerabile videri potuerit, non intelligo. Ut enim cum eodem ferrem *de* pro *ex* dictum, quod pervulgatum est; ita addito *judicati* neque *de* neque *ex peregrinis* Ciceronianum esse censeo. — In Cod. W. pro *e civitate* scriptum est *cauiutate*, quod ortum est ex scriptione *ex civitate*. *Mr.* — De religionibus peregrinis vide annot. ad Cic. de N. D. III. 19. p. 570. sq. ed. nostr. Earum vestigia in monumentis Romanis comparent ap. Marinium in Actis Fratrum Arvalium p. 470. et 489. *Cr.*

Publicus autem sacerdos] i. e. Pontifex maximus liberet imprudentiam, i. e. eos, qui per imprudentiam peccarint: hos liberet metu poenae, postquam eos expiaverit i. e. purgaverit, et consilia docuerit rectiora. *W.* — Tum Cod. M. *audacia inmitedas religionis foedas quedam atque impiam judicet.* Cod. Cr. *regionibus* pro *religionibus*. Conjecit Wagn. *imprudentiam consilii*, sed conjungenda sunt verba *consilio expiatam* i. e. consilio collegii pontificum expiatam. In Ed. Comm. est *foedam atque impiam judicet.* Unus Goerenzii habet *foedas clam*, alius, ut fere noster M., *foedas quaedam*. *Mr.*

§. 38. *Iam ludi publici* etc.] Notabimus hoc loco librorum lectiones, de loco ipso, tam controverso virorum doctorum sententiis, in Excursu VII. dicturi. Cod. Cr. habet: *Iam ludi publici quom sint cauca circoque divisi sint corporum certationes cursu et pugilationem* [sed litera *m* linea transversa deleta est] *luctatione curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis. cauca cantu voce ac fidibus et tibiis dum modo ea moderatae sint.* Cod. W. ab eo in his discedit: *cavea — pugillatione — cavea* — Cod. M. in his: *laudi publici, quoniam sunt cavea ceteraque divisi sint coram certationes — pugillane — cavea cantu vice — moderata* — Copp. Victt. b. *publici quomodo sunt cavea — sunt corporum — pugillatione — cavea — moderata.* Ed. Asc. 1. *Iam ludi publici cum sint cavea circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, et pugillatione,* [quaedam *pugilatione*] *luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis, cavea, cantu, voce ac fidibus et tibiis: dummodo ea moderata sint:* et ita Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Comm. In Ed. Lamb. est *constitutae*, in Edd.

do ea moderata sint, ut lege praescribitur. Assentior enim Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos: quorum, dici vix potest, quanta sit vis in utramque par-

Verb. et Grut. — *quoniam sunt;* in Ed. Dav. nescio unde *circulisque equorum*, Ern. dedit sine libris: *in circo constitutis. Mr.*

Sint corporum certationes] Pal. quart. *fuerint.* Grut.

Circo constitutis: cavea, cantu, *voce, ac fidibus et tibiis*] *Turnebus* legit *circo constitutae;* quod *Lambinus* adripuit. Mihi totus locus ob sensum ita videtur constituendus: *Sint corporum certationes cursu et pugilatione, luctatione curriculisque equorum usque ad certam victoriam* in *circo:* constituti sint caveae cantus *voce ac fidibus et tibiis* etc. Vide *Tertullianum* de Spectac. c. 10. Dav.

Cantu, voce] Sustuli dictionem *voce*, tum quia non erat in antiquo libro, tum quia glossema visa est antecedentis dictionis. Praeterea, qui locus Legis hic exponitur, in eo *vocis* nulla mentio: sunt enim ibi haec, *Popularem laetitiam in cantu et fidibus et tibiis moderanto.* P. Manuc.

In animos teneros — canendi sonos] Haec laudat *Nonius* in *molle.* De re ipsa vide *Platonem* de Rep. lib. IV. pag. 457. B. et *Aristidem Quintilianum* lib. II. p. 61, 62. ed. Meibom. Dav.

Nihil tam facile in animos teneros] Locus Platonis est de Rep. IV. p. 424. d. Steph. T. III. 1. p. 174. Bekker. De hoc argumento luculenta est Dissertatio *Corn. A. den Tex de Vi Musices ad excolendum hominem, e sententia Platonis.* Trajecti ad Rh. 1816. 170. pp. 8. — In Cod. W. legitur *facili*, in Cod. Cr. *teucros* pro *teneros*, in Cod. M. *interimere* pro *influere.* In proximis *potest* omittitur in Cod. Cr. *Mr.* — Verba *in utramque partem* intellige: ad utilitatem et ad damnum. *W.*

Languefacit] *Languere facit* habet vetus Codex. Graeca loquendi figura, qua usus est *Plato* in Cratylo: *Ποιήσειεν ἂν ἐμὲ ὁμολογεῖν καὶ λέγειν.* Ursin.

Languefacit excitatos] Mallet *languere facit* cl. Puteanus. Grut.

Languefacit *excitatos*] *Cl. Puteanus* maluit *languere facit excitatos;* ac ita sane dant *Ursin. Ascens. Victor.* et *Ven* 1471. Nostri tamen MSSti non addicunt; nec est cur non *languefacere* tam dicas, quam *adsuefacere, perterrefacere, calefacere, fervefacere*, quaeque sunt ejusdem generis alia. Dav.

Namque et incitat languentes et languefacit excitatos,] Cod. Cr. *nam et incitat.* Tum *languere facit* est in tribus Goerenzii et nostris Codd. Cr. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae in varr. lectt. habent *languefacit*) Paris. et marg. Gothofr. Pro *tum — tum* Cod. M. *tū — cum.* Ad vocem *contrahit* vid. Cic. de N. D. II. 40. p. 368. ib. Cr. *Mr.*

Conservare *modum*] Vulgo *servare:* sed ab altera lectione stant Paris. Balliol. Harleian. sec. Ascens. Victor. editio pervetus et Ven. 1471. Dav.

Conservare modum] Legitur *servare* in Cod. Cr., aliquot Goerenzii, itemque in Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Verb. Ern. Wagn. Reliqui melius, et ad rem et ad morem Ciceronis, *conservare. Mr.* — *Antiquum vocum conservare modum* est, quod vulgo dicunt *veteres melodias servare immutatas. W.*

Lapsi ad mollitiem] Cod. M.

tem. Namque et incitat languentes, et languefacit excitatos, et tum remittit animos, tum contrahit. Civitatumque hoc multarum in Graecia interfuit, antiquum vocum conservare modum: quarum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus; aut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant; aut, cum severitas eorum ob alia vitia cecidisset, tum fuit in auribus, animis mutatis, etiam
39. huic mutationi locus. Quamobrem ille quidem sa-

Copp. Victt. a. et b. *mollitas.* *Mr.* — *Labi* de disciplina et moribus usurpant optimi quique scriptores. Docet Chr. Gottl. Schwarz. ad Plin. Panegyr. cap. 18. pag. 40. *Cr.* In seqq. Cod. Cr. omittit *hac* post *aut.* *Mr.*

Animis mutatis,] Amplexus sum cum Schützio egregiam Goerenzii emendationem ex uno libro MS., cum in reliquis omnibus sit *in auribus animisque,* in uno etiam *in auribus et animis.* Corruptionis causa in promtu est, si cogitas, ab antiquis libris interpunctionem abfuisse et librarios, qui crederent *animis* item regi a praepositione *in*, ut *auribus*, necessario addendam putavisse copulandi particulam. *Mr.*

§. 39. *Sapientissimus Graeciae vir*] Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. inverso ordine habent *vir Graeciae.* De loco Platonis, quem laudat Ursinus, quique est de Rep. IV. p. 424. c. Steph., neque vero p. 447. ut ait Dav., infra monebimus ad III, 14, 32. Pro *longeque* Codd. Cr. et M. *longe*, tum Cod. M. *hunc* pro *hanc.* *Mr.*

Negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum] Videtur hoc convenire cum iis, quae a Platone scripta sunt in lib. IV. de Rep. *Εἶδος γὰρ καινὸν Μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται Μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ ἐγὼ πείθομαι.* Ursin.

Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione *legum publicarum*] Sic Paris. Vulgo *sine mutatione.* Hoc autem statuit *Plato* de Rep. lib. IV. p. 447. cujus verba dabimus infra III, 14. Vide sis et *Boethium* de Mus. cap. 1. Dav.

Sine immutatione legum publicarum] *Immutatione*, quod praestat lectioni vulgatae *mutatione*, habent etiam quinque Goerenzii et noster Cod. M. itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm. Pro *legum* Cod. Cr. *rerum.* *Mr.*

Ego autem *nec tam valde id timendum*] Vulgo deest vox secunda, quam nos ex Paris. Balliol. Harl. sec. Ven. 1471, aliisque veteribus editis restituimus. Dav.

Ego autem nec tam valde] Nihil monentes receperunt Wagn. Goer. et Sch. Davisii *autem*, quod Ern. etiam reperit in MS. Guelf. nos in Codd. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm. Tum Cod. W. *vald id* pro *valde id.* *Mr.*

Illa quidem, quae solebant] Cod. W. (supra scripto *a*) et Copp. Victt. b. *illud quidem.* Tum Codd. Cr. W. (hic vero supra lineam, nam in verborum serie scriptum est *compleri*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Par. Ald. Sturm. Gothofr. Brut. habent *complecti*, Cod. M. et Ed. Lamb. *severitatem jucundam;* deinde Cod. W. *et nenianis modis*, Cod. M.

pientissimus Graeciae vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur. Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum. Ego autem nec tam valde id timendum, nec plane

et ne maius modis. Wagnerus primus haesit in voce *illa*, quia non statim patet, ad quid sit referenda; deinde ad theatrum refert, ut sit sensus: Theatrum illud, quod quondam complebatur et satis magnifice resonabat severis quidem et castis, tamen jucundis Livianis et Naevianis modis, nunc, ut mirifice se jactet et quasi exultet ac nova atque inaudita suavitate hominum animos delinire gestiat, immodice se torquent histriones. — Ceterum durum ei videtur, quod loca dicuntur exsultare. Censor ejus Halensis l. c. conjicit: *Caveae quidem*, quae *solebant — nunc ut eaedem exsultent:* coll. Virg. Aen. V. 340. sq. Ad eundem sensum conjecit Rathius: *Illa quidem cavea, quae solebat quondam complecti severitatem jucundam* etc. Vir doctus in Bibl. Philol. I. p. 4. conjecit: *nec plane contemnendum puto: ita quidem, ut, quae* etc. quo nihil ego vidi indoctius. Goerenzius *illa* de fabulis scenicis earumque modulatione intelligi vult, quae repletae fuerint modis cum severitate jucundis; quae item cum Ciceronis tempore, adhibita recenti modulatione ederentur, factum esse, ait, ut actores exsultarent, i. e. modum excederent, et cervices oculosque torquerent. Schützius credit excidisse h. l. voc. *theatra.* Spectatores videlicet olim severitate modorum Livianorum et Naevianorum delectatos fuisse, nunc autem mollioribus modorum flexionibus sic deliniri, ut in iis audiendis exultent et pariter cum iis cervices oculosque torqueant. In hanc sententiam, quae mihi quidem prae ceteris probatur, disputat etiam Wyttenbachius in Scholis: »Subaudiendum est *thea-* »*tra* i. e. spectatores, qui quon- »dam solebant compleri i. e. con- »tenti esse jucunda severitate, »quae erat in modis Livianis et »Naevianis i. e. in melodiis tra- »goediarum Livii et Naevii.« Idem tamen W. ad marginem Ed. Goer. min. ad verba *Illa quidem* adscripsit: »*sedilia* addimus.« *Mr.*

Nunc ut eadem exsultent — torqueant] *Lambinus*, voce suppleta, dedit, *nunc* videtis *ut eadem* etc. Ipse quidem, admirationis adposita nota, legerim, *nunc ut eadem* exsultant, *cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus* torquent! DAV.

Nunc ut eadem exsultant! ut — torquent!] Ita, probante Wyttenbachio, scripsimus cum Goer. et Sch. cum in libris plerisque sit *exsultent, cervices — torqueant*, in nonnullis *exsultantur, exsultentur.* Unus tamen Goerenzii habet *exultant*, tres *torquent.* In syllaba *ur*, quae in duobus additur, facile agnoscis obliteratum *ut.* In Copp. Victt. b. est *ut adem exultque*, in Cod. M. *exultet.* Ad v. *flexionibus* Victor. in Copp. a. adnotavit: Plutarch. περὶ μουσικῆς 664. Ald. Pherecrates Comicus ap. Plutarch. περὶ μουσικῆς p. 661. qui locus est cap. 30. pag. 235. sq. T. XIV. ed. Hutten. — In seqq. Cod. M. *judicabat* pro *vindicabat. Mr.*

Inlapsa civium animos] *Lambinus* edidit, *illapsa* in *civium animos.* Bene quidem si modo Codicibus niteretur ista lectio. Sed ii refragantur omnes; ideoque *praepositio* est a *verbo* mutuanda, ut *inlapsa civium animos* tantundem valeat ac *lapsa in civium animos*,

contemnendum puto. Illa quidem, quae solebant quondam compleri severitate jucunda Livianis et Naevianis modis; nunc ut eadem exsultant! ut cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torquent! Graviter olim ista vindicabat vetus illa Graecia, longe providens, quam sensim pernicies illapsa civium in

quod passim fit. *Plautus* Casin. Act. II. Sc. IV, 20. *Gladium faciam culcitam*, Eumque incumbam. *Seneca* Benef. III, 3. *Deinde* inrumpit animum *aliorum admiratio*. Reponas tamen licet, *inlapsa civium animo;* quemadmodum repraesentat Ven. 1471. Dav.

Illapsa civium in animos] Ita scripsi ex conjectura Goerenzii, quae in contextum recipi meruit. Particulam *in*, a praecedente *m* absorptam, flagitat Ciceronis usus constans. In Cod. M. legitur *illapsos;* ibidem mox *se nrā* pro *severa* et *jussitque plures.* Copp. Victt. b. *Lacedaemo. Mr.*

Quos plures quam septem haberet] Ita sensu et ratione grammatica flagitante ex conjectura Davisii scripsimus cum Wagn. Goer. et Sch. Plerique habent *quod*, duo Goerenzii et Copp. Victt. b. *quo*, ubi Victorius correxit *quom.* Sed hoc non melius est vulgato *quod:* utrumque enim nos cogit rem ita intelligere, ut omnes nervos demtos esse existimemus, quod factum non est. Hoc sentiens Schefferus hanc notam scripsit: »*quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi.* — Non ita »veteres. Liber optimus S. Victoris pro *demi* habet *inde.* Hinc »vulgati junctim *inde demi.* Sed »nec sensus horum verborum is »videtur, qui debebat esse. Nervos, ait, demi jussit Lacedaemon, causa, quod haberet plures quam septem. At docet nos »Athenaeus, quod superfluos tantum nervos voluerit tolli, reliquos servari. Quare locum totum sic constituendum arbitror: »*Nervos jussit, quot plures quam septem haberet, in Timothei fidibus scindi.* Altera relativa est omissa, id quod turbas peperit: *jussit scindi, quot* »pro *jussit scindi tot, quot.* »*Scindi* quoque positum pro *rescindi* vel *abscindi.* In quo primam literam absorpsit ultima vocabuli antecedentis, dein ex reliquo *indi* sciolus fecit *inde*, cui »velut mutilo adjectum ad postremum demi, ut sic sensus integer »existeret. *Τῷ scindere* sic alio »quoque loco usus est de capillis. Et Virgilius XII. Aeneid. »*Infelix crines scindit Juturna solutos.*« Conf. Cic. Tusc. III. 26. 62. ubi versus est Accii. *scindens dolore identidem intonsam comam.* — Constructio Davisii, *quos* reponentis, elegantior est. Ita Q. Cic. de Petit. Consulat. 6. *nedum ii, quibus saluti fuisti, quos tu habes plurimos, non intelligant* etc. De lectione *scindi* videbimus in nota proxime subsequente. *Mr.*

In Timothei fidibus demi] Hoc quidem modo Turnebus; sed vulgata voce auctior, *inde demi*, quod et in Pal. tert. Quartus nihil habet sinceri, S. Victoris non agnoscit *demi*, contentus solo *inde*, quod et in edit. Victorii cum asterisco. Lambinus suo arbitratu finxit, *fidibus incidi;* hoc est scilicet solvere nodum Gordium. Grut.

Lacedaemon nervos jussit, quod *plures quam septem haberet*, *in* Timothei *fidibus demi*] MSSti dant *in Timothei fidibus* inde *demi:* unde *Manucius* et *Lam-*

animos, malis studiis malisque doctrinis repente totas civitates everteret: si quidem illa severa Lacedaemon nervos jussit, quos plures quam septem haberet, in p.178. a.
Timothei fidibus demi.

Deinceps in lege est, ut de ritibus patriis colan- 16. 40.

binus reponunt *in Timothei fidibus incidi.* At vero rescribendum videtur, *Lacedaemon nervos jussit*, quos *plures quam septem haberet* Timotheus *in fidibus*, *inde demi. Plutarchus* Lacon. Inst. Tom. II. pag. 238. *Τιμοθέου δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Καρνεῖα, εἷς τῶν Ἐφόρων μάχαιραν λαβὼν ἠρώτησεν αὐτὸν, ἐκ ποτέρου τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς ΠΛΕΙΟΥΣ τῶν ἑπτὰ χορδῶν. Pausanias* lib. III. cap. 12. *Ἐνταῦθα ἐκρέμασαν Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κιθάραν, καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς. Dion. Chrysostomus* Orat. XXXIII. p. 411. *Τοιγαροῦν φασι Λακεδαιμονίους, ἐπειδὴ Τιμόθεος ἧκε παρ' αὐτοὺς — τῶν χορδῶν τὰς περιττὰς ἐκτεμεῖν.* Ipsum Lacedaemoniorum decretum suppeditabit *Boethius* de Mus. cap. 1. Adi *Casaubonum* ad *Athenaei* lib. VIII. cap. XI. DAV.

Timothei fidibus demi] Cum in antiquo libro scriptum videam *inde* pro *demi*, in alio autem *inde demi*; malim *incidi.* Nam Graeco verbo *ἀποτέμοι*, quo *Plutarchus* utitur cum hanc rem narrat *ἐν Λακωνικοῖς Ἀποφθ.* magis respondet *incidi* quam *demi.* P. MANUC.

In Timothei fidibus demi] Quamquam non satis placeat haec constructio *demi in fidibus*, non tamen tam facile mihi cum Scheffero persuadere potui, ut *scindi* a Cicerone profectum crederem, quod item existimat Goer., hanc conjecturam ut suam proferens. Quod enim ait Goer. *scindi* vim indignationis bene exprimere, ut alias in *scindere capillos* vim moeroris soleat; in hoc argutatur vir doctissimus. In verbo *scindendi* plane nihil indignationis, nihil moeroris inest, sed in rebus nonnunquam, quibus id verbum adhibetur, quod item usurpari potest in enarrandis rebus vel jucundis vel mediis (*ἀδιαφόροις*). Cicero certe, si voluisset uti hoc verbo, scripsisset *rescindi.* Quae vero Schefferus laudat duo loca ad commendandam lectionem suam, ea, utpote ex poetis depromta, nihil faciunt ad Ciceronem. Victorius in Copp. a. ad h. l. adnotavit: Plut. *περὶ μουσικῆς* p. 661. [vid. supra:]; apud Athenaeum XIV. 272. [est p. 636. e. ed. Cas.] *Ἀρτελέμων* [scr. *Ἀρτέμων*] *περὶ τοῦ Διονυσιακοῦ ἐπιστήματος.*—Quem locum latine laudavit Turnebus in Comm. Ceterum etiam in nostris libris variat lectio: Cod. Cr. *idem demi* Codd. W. et M. *inde demi*, ut plures Goerenzii, cujus tres habent *indi;* Copp. Victt. b. *inde* absque *demi.* Lectio *inde demi* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Car. Steph. Sturm. In Ed. Comm. est, ut nos dedimus, itemque in omnibus inde a Grutero. In prioribus Goer. in Ed. min. scripserat *haberent* pro *haberet* absque idonea ratione. *Mr.* — *Timotheus*, poeta Dithyrambicus ac Tragicus, vixit Olymp. 95., temporibus Socratis et Euripidis. Vid. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 994. Decretum ipsum lingua Laconica scriptum servavit Boethius de Musica I. 1. [emendatum exstat in libro Maittairii de Dialectis ling. Gr. p. 383. sq. ed. Sturz.] W. — Adde Heinrich. in Appendice ad Epimenidem Cretensem. *Cr.*

Cap. 16. §. 40. *Deinceps in lege est*] *Deinde* scribitur in Cod. W. Tum Cod. Cr. *tribus* pro *ritibus.*

tur optimi: de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraculum editum est, *Eas, quae essent in more majorum.* Quo cum iterum venissent, majorumque morem dixissent saepe esse mutatum, quaesissentque, quem morem potissimum sequerentur e

Praeter necessitatem Ern. voci *patriis*, quasi sequenti narrationi non bene conveniat, litem movit, conjecitque *sacris* vel *variis*. Neque enim necesse esset, ut *patriis* sequenti narrationi conveniret (quamquam probe convenit), sed ut conveniret explicatio legi explicandae. Sed in ea ipsa est cap. IX. §. 22. *Ex patriis ritibus optuma colunto:* ubi *patrii* sunt *πάτριοι* et tamen publici. Scripsimus autem *optimi* (non *optumi*) ex more nunc recepto (quamquam ejus moris patrocinium suscipere jam nolumus); quod monemus, quia Goer., qui alias eundem sequitur morem, dedit *optumi*, cum laudet auctor verba legis. Sed id ipsum nego; nam tum scribendum ei fuit; *ut ex ritibus patriis colantur optuma* vel simpliciter: *ex patriis ritibus colunto optuma.* Et hoc ipsum *optuma* (sed *optima* scriptum) restitutum volebat nostro loco Rathius; praeter necessitatem. Laudat ille quidem Sall. Jug. 41. ubi est: *earum rerum, quae prima mortales ducunt:* et Tac. Ann. I. 9. ubi legitur: *aliaque honorum multiplicata aut nova.* Laudare autem poterat hos scriptores *ἀρχαΐζοντας*, si quis legis verbis c. 9. litem movisset: in legis explicatione, ubi non plane ipsa legis verba repetit, hisce loquendi modis locus non est. — In seqq. Cod. Cr. *Pythius*; tum Cod. W. *oraclum*. *Mr.*

Eas, quae essent in more majorum] *Xenophon* Ἀπομν. lib. IV. cap. III, 16. Ὁρᾷς ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται, Νόμῳ πόλεως. Vide sis et lib. I. cap. III, 1. ac *Aristotelem* in Rhetor. ad Alex. cap. 3. Huc pertinet illa *Draconis* lex apud *Porphyrium* de Abst. IV, 22. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, Θεοὺς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένοις νόμοις πατρίοις etc. Sic enim lego, non ἐμποένοις, quae nihili vox est. Dav.

Eas, quae essent] Codd. Cr. et W. habent *easque essent.* Tum in Cod. W. omittuntur verba *majorumque morem dixissent*, oculo scriptoris propter ὁμοιοτέλευτα aberrante. Post haec scripsimus cum Goer. et Sch. ex quinque Goerenzii et nostris Codd. Cr. W. Edd. Paris. et Comm. *quaesissentque*, quia, ut recte animadvertit Goer. auctor, *que* addito, ubique contracta verba ponit. In seqq. Cod. M. habet *et eo proximum, quod sit proximum, quod sit optimum* (sic.). Post *optimum* in Cod. W. lacuna est, et in marg. adscriptum *def.* i. e. *deficit aliquid.* Sed nihil deest: vide modo legem ipsam c. 9. §. 22. Cum vox *antiquus* saepe solum id, quod aetate antecedit, significet, saepe id potius, quod dignitate; tenendum h. l. utramque significationem conjungi. *Mr.*

Stipem sustulimus] Πτωχεύειν id Graeci dicunt; et μητραγύρτας, qui stipem cogunt. Ursin.

Stipem sustulimus — exhaurit domos] *Servius* ad *Virgilii* Aen. VI, 611. *Cicero ait in libris Legum:* »Stipem prohibeo;

variis: respondit, *Optimum*. Et profecto ita est, ut id habendum sit antiquissimum et deo proximum, quod sit optimum. Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris excepimus. Implet enim superstitione animos, et exhaurit domos. Sacrilego poena est, neque ei soli, qui sa-

»nam auget superstitionem et ex»haurit domos. Dignis igitur lar»giendum est.« Similis est hic locus illi quem versamus. Nisi tamen Grammaticum illum memoria fefellerit, ad alium respexit jam deperditum. DAV.

Stipem sustulimus,] Quicunque locum Servii, quem laudat Dav., accuratius inspexerit, videbit primum, nostrum locum a Servio ex memoria citari, deinde, verba *dignis igitur largiendum est* a Servio ex sua persona addi, quamquam etiam in Ed. Burmanni ut pars loci Ciceroniani expressa sunt. Posterius ne Goer. quidem animadvertisse videtur, qui Servio id vitio tribuit, quod legentium παρόραμα est. Hoc vidit etiam Wagnerus ad Fragmm. horum librorum, edition. suae p. 96. In seqq. Codd. Cr. W. M. habent *apud paucos dies*. Ad v. *Paucos* Victorius in Copp. b. haec adnotavit: »Consideratione »dignum est, an intelligat per »*paucos dies* eos, quos Graeci »vocabant μητρωακάς. Est enim »apud Suidam: *Μητρωακαὶ ἡμέραι* »*τινὲς ἱεραί κ. τ. λ.*« — Tum in Cod. W. est *animas* pro *animos*, et quidem ex correctione; sequens *et* omittit Cod. Cr. pro *domos* Codd. W. et M. habent *domus*, prior, ut videtur ex correctione. De antiqua Accusativi forma *domus* v. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenlehre I. p. 449. *Mr.*

Qui sacrum abstulerit,] Quinque Goerenzii et noster Cod. M. itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in lectt. varr. habent *sacrum*) exhibent *e sacro*. Inde conjici posse ait Goer. *sacrum e sacro*. Melius, credo, conjeceris (siquidem conjectura opus est) *qui de sacro abstulerit*, ut est in Epp. ad Att. VII. 21. *pecuniam de sanctiore aerario auferre*. Neque vero aliquis accusativum ad verbum *abstulerit* desiderabit, qui cogitaverit eum in v. *sacrilego* contineri. In Copp. Victt. b. est *sacrum commendatum*. *Mr.*

Quod et nunc multis fit in fanis] Tenendum *et nunc* pro *nunc etiam* unam esse ex iis formulis, in quibus Cic. *et* pro *etiam* admittere soleat. Cf. nostr. Ed. maj. Cic. de N. D. p. 810. Omittitur *fit* in Cod. Cr., et vocula *in* in Edd. Asc. 1. 2., utrumque male. In Cod. M. scribitur, ut in uno Goerenzii, *infamis;* apud eundem unus habet *multis nunc fiat*, alius *multum*, unus item omittit *in*. *Mr.*

Apud Solos *in delubro*] Antea legebatur *solem*. Male prorsus. Sed cum in MSto sit *Solem*, videndum num *Solenses* sit legendum. URSIN.

Apud Solos] Sic Turnebus. vulgata, *Solem*, quod et in Victoriana; neque aliter tert. At quartus, *Seleph*. S. Victoris *Solesit*. Gulielmius conjicit *apud Solenses*. GRUT.

Apud Solos *in delubro*] Codices fere *Solem*. Liber S. Victoris *Solesit*. *Ursinus* et *Gulielmius* legunt *apud Solenses*. Paris. *Sole sythim delubro*. Forsan *apud Solos* urbem *in delubro*. Morem vero pecuniarum fanis commendandarum fuse persequitur *Joan. Brodaeus* Miscell. IV, 17. Hinc illud

crum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum.
41. Quod et nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solos in delubro pecuniam dicitur; et Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, civis

apud *Curium Fortunatianum* Rhet. Schol. lib. I. p. 46. *De templo quidam privatam pecuniam sustulit; petitur ad poenam quasi sacrilegus.* Ac illud apud *Quinctilianum* Inst. Orat. III, 6. pag. 169. *Sitne sacrilegus, qui pecuniam privatam ex templo furatus est.* Et apud eundem IV, 2. *Qui, cum pecuniam privatam ex aede sacra surripuerit, sacrilegii reus est.* Vide sis et IV, 4. V, 10. pag. 289. VII, 3. pagg. 430, 433. *Plautus* Aulul. Act. III. Sc. VI, 46. *Nunc hoc mihi factum* (lege *factu*) *est optumum, ut te auferam Aulam in Fidei fanum.* Scribe *ut te auferam, Aula, in Fidei fanum.* Adi porro Bacchid. Act. II. Sc. III, 78. *Ciceronem* Fam. lib. V. Ep. 20. *Herodianum* I. (14.) denique *Lipsium* ad *Taciti* Annal. I, 8. Dav.

In Cilicia deposuisse apud Solos] Cod. M. *Cicilia — Soles item.* Codd. Cr. et W. *Solem*, ut plerique apud Goer. itemque Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Lamb. Gothofr. sed duae posteriores *Solos* in margine habent, quod ex vett. in sola Comm. reperi. Tres Goerenzii Codd. habent *Solesit*, unus *solesytin*, unus *soletim*, unus denique *soles isthinc:* quare Goer. aliud quid, quam *Solos* a Cicerone profectum credit, et amplectitur *Soleis* (Σολεῖς), ut noster, quod non raro facit, Graeca forma usus sit pro *Solenses.* — In seqq. Cod. W. *pecuniandum* pro *pecuniam dicitur. Mr.*

Atheniensis Clisthenes etc.] Cod. W. a prima manu *Athenienses*, idem *Clistenes;* tum Cod. Cr. *Samie cujus egregius. Mr.* — *Credidit* i. e. deposuit servandas in templo Junonis, quod erat in Samo insula, quod templum unum omnium religiosissimum fuit. V. Verr. I. 19. 50. *Clisthenes*, nobilis Atheniensis, a contraria factione in exilium expulsus anno a. Ch. 506., proximo anno in patriam redux libertatem ac leges Solonis restituit. Vid. Herod. L. V. c. 70. et sqq. *W.* — Nihil agit Rathius conjiciens: *et* (fort. *idem*) *Atheniensis* (quod ita dicitur ut *Ponticus Heraclitus* [imo vero *Heraclides*] ut *Phalereus Demetrius*) *civis egregius, Junoni Samiae, quum* etc. Si vero, pergit R., dicit, timuisse rebus suis, quia, egregius civis esset; virgula certe ante *quum* delenda est. — Hoc vero esset Ciceronianum! Verborum ordo paulo liberior merito praeter Rathium neminem offendit. *Mr.*

Sed jam de perjuriis: de incesto nihil] Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. Ald. habent *perjuris.* Goer. cum absit copula post *perjuriis*, aliquid excidisse putat. Delevit interea duo puncta post *perj.* eorumque loco, itemque post *incesto*, distinctionem posuit minorem. Quod merito displicuit Handio l. c., qui vulgatam interpunctionem servari et locum ita explicari vult: *Sed jam de perjuriis* (dictum est in legis formula): *de incesto* (qui sequitur) *nihil sane* (i. e. non magis, ac de illis) *hoc quidem loco disputandum est.* Bene quidem, quod ad rem. Neque vero minus desidero copulandi particulam. *Incesto* scribitur in omnibus Goerenzii Codd., nostro M. MS. Guelf. Edd. Ascens. 1. 2. Paris. Ven. 1494. Mediol. et Comm. *Mr.* — *Sed jam* etc. Li-

egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. Sed jam de perjuriis: de incesto nihil sane hoc quidem loco disputandum est. Donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant: qui vetat

brarii culpa haec disjunguntur; continuanda sunt ita legendo: *Sed jam de perjuriis et incesto nihil sane* etc. *W.*

De incesto] Sic Paris. Ascens. et Victor. Sic et in ipsa lege supra cap. 9. *Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto.* Vulgo *de incestis.* DAV.

Donis impii ne placare quidem *audeant Deos, Platonem audiant*] Vulgo deest *quidem*, quod nos ex Paris. et Balliol. adjecimus. Respicit autem noster ad lib. IV. de Legg. IV. pag. 601. B. *Παρὰ δὲ μιαροῦ*, inquit *Plato*, *δῶρα οὔτ' ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεόν ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι.* Ad eandem mentem in Alcib. II. pag. 43. C. *Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ* etc. *Hierocles* in Aur. Carm. pag. 24. *Ὁ δὲ ἄλλως τιμᾶν τὸ θεῖον προαιρούμενος καὶ μὴ δι' ἑαυτοῦ, παρανάλωμα τῆς ἔξωθεν εὐπορίας ποιεῖται τὴν τιμήν, οὐκ οἰκείαν ἀρετὴν προσφέρων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐκτὸς αὐτῷ* (nempe *τῷ θείῳ*, sic enim ex Mediceo legendum, non *αὐτοῖς*) *ἀφοσιούμενος. Ταῦτα δὲ οὐδὲ σπουδαίῳ ἀνδρὶ λαμβάνειν ἡδὺ, μὴ μετὰ τῆς ἀρίστης διαθέσεως διδόμενα.* Igitur optime *Dion Chrysostomus* Orat. I. p. 4. dixit, *Ὅστις δὲ κακὸς ὢν ἡγεῖταί ποτε θεοὺς ἀρέσκειν, κατ' αὐτὸ τοῦτο πρῶτον οὐχ ὅσιός ἐστι· ἢ γὰρ ἀνόητον ἢ πονηρὸν νενόμικε τὸ θεῖον.* Idem Orat. III. p. 45. Rex bonus *οὔποτε δῶρον δέξεται παρὰ τῶν κακῶν ἀνδρῶν, οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν· παράνομον δὲ τῶν θεῶν προσίεσθαι τὰ δεδομένα.* Scribe *παρὰ μόνων δὲ τῶν ἀγαθῶν*, vel *ὁσίων, προσίεσθαι τὰ δεδομένα.* Nec aliter legit Interpres, ut ex ejus versione liquet. Si plura velis, adi *Plautum* Rudent, Prolog. vs. 22. *Lactantium* Div. Inst. VI. 25. et *Baudium* ad *Plinii* Paneg. cap. III. pag. 22. DAV.

Donis impii ne placare audeant deos,] Post *placare* delevimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. incommodum *quidem*, quod non agnoscunt plerique, iique optimi, apud Goer., nostri Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Paris. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Comm. Sensus est: *Platonem audiant impii, ne* etc. Ad rem conf. quae congessit larga, ut solet, manu Gataker. Adversarr. Miscc. II. 11. p. 333. Opp. Critt. T. I. Traj. 1698. *Mr.*

Qua sit mente futurus deus etc.] Cod. M. *querit* pro *qua sit*, idem *probus* pro *bonus*, *donare* pro *donari*, *uterum* pro *votorum*, tum, *n̄o* pro *voti*, et Cod. Cr. *sponsis* pro *sponsio. Mr.*

Poena vero violatae religionis] Cum in lege dicatur *poena violati juris*, jus intelligendum est divinum, quod, si locum consideres, proxime ad *vota* refertur, nostro autem loco a Cicerone ad omnem religionem, atque adeo ad omnia ea extenditur, quae cum nefarie contra ipsum facta contendit, eo ipso religionem violasse affirmat. Ut enim Cicero in se laudando solet esse paulo verbosior, ita in recenti propter exilium dolore ea ipsa, quae ab inimicis passus fuerat, ita exaggerat, ut injuriam, qua ipse affectus erat, deorum jura, religionesque evertisse in sequentibus pronunciet. Quare facere non

dubitare, qua sit mente futurus deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo. Poena vero violatae religionis justam recusationem non habet. Quid ego hic sceleratorum utar exemplis, quorum sunt plenae tragoediae? quae ante oculos sunt, ea potius attingantur. Etsi haec commemoratio vereor ne supra hominis fortunam

possum cum Wagnero ejusque censore Halensi l. l., qui, cum Cicero h. l. non agat de eorum poenis, qui vota non solverint, sed de eorum, qui ipsum in exilium egerint, totum hunc locum usque ad finem c. 17. non quidem Ciceroni plane abjudicant, sed alieno plane loco infertum judicant; videlicet, ut Cicero hanc de suis rebus digressionem in margine adpinxerit, postea justo loco cap. 10, 25. post: *Quod autem non homo judex — confirmari videtur* inserendam; quam librarius, cum Cic. ipse hos libros non perpoliverit, minus commode hic assuenda esse censuerit. *Mr.* — *Poena* etc. i. e. qui religionem violavit, is non justam excusationem invenire potest, quo minus poenam luat. *W.*

Quid ego hic etc.] [Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. inverso ordine habent *sceleratorum hic.* Pro *sunt plenae* in Copp. Victt. b. est *placet*, quod ortum videtur ex *plenae sunt.* Cod. M. habet *timedie* pro *tragoediae.* Voluit fortasse *comoediae. Mr.*

Etsi haec commemoratio] Cicero commemorabit, quomodo ejus inimici, scelesti homines, praecipue P. Clodius, a diis immortalibus puniti sint, atque hanc suam fortunam dicit videri supra hominis fortunam. Ita mox cap. 18. ipse dicit: *quo quid accidere potuit homini praeclarius? W.* — Pro *fortunam* Cod. Cr. habet *vitam. Mr.*

Apud vos] Sic et ego memini hunc locum a *Ranconeto* emendari, cum vulgo legeretur *apud eos.* Lamb.

Quia mihi sermo est apud eos] Ita Turnebi vetus, item Gulielmiani: nam Pall. *Deos*, quod et in Victorian. Hodie fere excuditur, *apud vos*, ex conjectura Ranconeti, sed non necessario. Grut.

Apud vos] Est ex *Aemari Ranconeti* conjectura, quae *Turnebo*, *Lambino*, et *Aldo* nepoti se jure merito probavit; quamque firmat *Car. Stephani* vetus. Vulgo *apud eos;* plures Codices *apud Deos.* Inepte. Dav.

Tamen, quoniam mihi sermo est apud vos] *Schefferus* ad h. l. haec: »Gruterus *apud eos.* Sensum non assequor. An *apud* »*eos* est *apud homines?* quae »ergo causa nihil reticendi? Quare »mallem *apud deos*, quod habent »vulgati et defendunt veteres. »Propter *deos* enim, quorum laus »et honor in hac re vertebatur, »nihil ait se velle reticere. Sed »quomodo apud Deos loquitur? »credo respicere ad vicinam forte »aram aut delubrum aliquod.« Alia, neque vero meliore ratione, lectionem *deos* defendere studet Goerenzius ita exposita sententia: »cum sermo hic meus ad deos »ultores violatae, tutores servatae »religionis pertineat, dii autem »ignorare non possint, qua mente »quisque sit, nihil eorum quae »mente condo, sentio, reticebo.« Ad quae ego dudum in adversa-

esse videatur: tamen, quoniam mihi sermo est apud vos, nihil reticebo: velimque hoc, quod loquar, diis immortalibus gratum potius videri, quam grave.*****

Omnia tum perditorum civium scelere, discessu meo, religionum jura polluta sunt: vexati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exaedificatum tem- 17. 42. b.

riis haec adnotaveram: Quidquid dicat Goer. ad defendendam lectionem *deos*, nunquam mihi persuadere poterit, *sermo apud deos* hoc sensu dici posse, ut sit i. q. loquor nunc de diis violatae religionis ultoribus. Igitur Ranconeti conjecturam servo, *vos*, firmatam Car. Stephani Codice, probatam Lambino, Turnebo, Bruto, Morabino, Davisio, Ernesto, Wagnero. Vult enim, amicos suos suarum rerum commemorationem non vituperaturos esse, quasi nimium sibi tribuat. Iam video in eadem sententia fuisse Wyttenbachium, qui ita breviter: »*apud vos* Cicero »scripsit, nec ut vulgo legitur »*apud deos.*« Handius quoque in censura Ed. Goer. Jenensi contra Goerenzium nostram lectionem tuetur, accurate de hoc loco disputans l. c. p. 369. — In Cod. M. legitur: *videantur quoniam sermo nihil est apud deos. Deos* etiam est in Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Ald. Brut. Sturm. ita ut probam lectionem unus Car. Stephani Codex servasse videatur. *Eos* est in duobus Goerenzii: quod cum stare non posse viderent librarii pietatis studiosi, in *deos* mutaverunt. *Mr.*

Nihil reticebo, volamque] Vulgo *velimque*. Nos editiones *Victorii*, *Turnebi*que sequimur, quod *futura futuris* optime connectuntur. DAV.

Nihil reticebo: velimque] Exulare jussimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. Davisii *volamque*, quod et grammaticae rationi adversatur, neque agnoscitur a quinque Goerenzii Codd., nostris Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Gothofr. Sturm. *Mr.*

Gratum potius videri, quam grave.] Goer. et Sch. deleverunt lacunae signum, quod est in plerisque Edd., quia nihil deesse videatur. Ego cum Wyttenbachio sentio, qui, *Nihil excidit*, ait, *nisi unum vocabulum: hominibus. Grave* idem est, quod molestum propter arrogantiam. Primus Victorius aliquid deesse suspicatus est. *Mr.*

Cap. 17. §. 42. *Omnia tum* etc.] *Tum* universe continuandae narrationi inservit, eoque immerito offensus est Wagn. *Discessu meo* est i. q. exilio meo. Ita enim honoris causa suum exilium vocare solet. Neque Cic. debebat dicere *me expulso*, quamquam hoc cogitabat. Certus enim erat, se ab amicis ita intelligi, ut intelligi volebat. Eam ipsam ob causam, quia videlicet coram amicis se loqui fingit, et injuriam, qua affectus fuerat, et rem universam, ut diximus, exaggerat. De constructione loci v. Wopkens. Lectt. Tull. p. 156. — Cod. M. habet *omnia tamen perd.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Car. Steph. Sturm. Ald. Lamb. Gothofr. *Omnia autem tum.* Cod. Cr. *avium* pro *civium. Mr.*

Vexati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exaedificatum templum Licentiae] De Clodio loquitur: is enim domum Ciceronis incendit, et in area templum Libertatis construxit; quam contumelioso nomine Licentiam vocat noster. *Dion Cassius* lib.

plum Licentiae: pulsus a delubris is, qui illa servarat. Circumspicite celeriter animo, (nihil enim attinet quemquam nominari) qui sint rerum exitus consecuti. Nos, qui illam custodem urbis, omnibus ere-

xxxviii. pag. 70. *Ἧτε οὐσία αὐτοῦ (Κικέρωνος) ἐδημεύθη, καὶ ἡ οἰκία, ὥσπερ τινὸς πολεμίου, κατεσκάφη, τό, τε ἔδαφος αὐτῆς εἰς νεὼν Ἐλευθερίας ἀνέθηκαν.* Vide sis *Appianum* Bell. Civ. lib. II. p. 721. Orat. post reditum in Sen. cap. 7. de Harusp. Respons. cap. 8. pro domo cap. 41, 42, 51. denique *Plutarchum* in Cicer. pag. 877. Dav.

Vexati nostri Lares familiares] Conf. nostr. Symbol. et Mytholog. T. II. p. 848—850. ed. alt. *Cr.*

Templum Licentiae] Templum Licentiae dixit invidiose et criminose pro *templum Libertatis.* Lamb.

Templum Licentiae] Conf. Cic. pro Domo 51, 131. Dion. Cass. xxxviii. 17. *Mr.*

Pulsus a delubris is, qui illa servârat] Se ipse dicit. Pariter de suo exsilio verba faciens, *templorum custodem ac praesidem sceleratissime pulsum* praedicat Orat. pro domo cap. 55. Dav.

Qui illa servarat.] Cod. M. *servavit.* Ego, ait, pulsus sum a templis Romanis, qui illa servaveram ex incendio conjurationis Catilinariae. *W.* — Wagn. verba *pulsus — servarat* alieno loco intrusa censet, quia non tum demum pulsus fuerit Cicero, postquam Licentiae templum esset exaedificatum. Hoc vero est minutias captare. Scilicet periculum erat, ne Ciceronis amici ejusque frater, vel universe lectores, temporum rationem confunderent, nisi Cicero chronologico ordine omnia enarraret! *Mr.*

Circumspicite celeriter animo] Stabiliit hanc lectionem Victorius lib. XXII. Variar. lect. cap. 22. prius erat: *circumspicit haec celeriter animus.* Grut.

Circumspicite celeriter animo] Sic *Victorius* edidit, quem vide sis Var. Lect. xxii, 19. Codices exhibent *circumspicit haec celeriter animus.* Forsan igitur reponendum *circumspicite celeriter animis.* Sic *circumspicere mentibus* habet noster pro Sulla cap. 25. Adeas et lib. III. in Verrem cap. 12. Dav.

Circumspicite celeriter animo] Lectionem *animo* Victorius loco a Davisio laudato in antiquo libro se reperisse ait. Idem in Copp. a. eandem lectionem ex Codice aliquo ad marginem suae editionis enotavit, praetereaque adscripsit *circumspicite celeriter animo.* Nostri quoque Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Gothofr. habent *Circumspicit haec celeriter animus.* Copp. Victt. b. idem, sed omisso *haec.* Ed. Sturm. *Circumspicite haec celeriter animo,* Edd. Paris. Car. Steph. Lamb. et Comm., ut nos edidimus. In loco Cic. pro Sulla, quem laudat Dav. dicitur: *circumspicite paulisper mentibus vestris.* Hunc Goerenzius locum, et id, quod Cicero dicere non potuerit *circumspicite breviter*, ut *complecti breviter* dicitur, ad defendendum illud *celeriter* adfert, quod merito hoc loco incommodum censuerunt Wagn. et Rathius. *Paulisper* sane vel *diligenter* melius conveniret. Rathius igitur *celeriter* ante *consecuti* positum vult. Wyttenbachius in eandem plane sententiam ad verba *Circ. cel. an.* »nullus, ait, hic est »locus celeritati mentis; Adver»bium suo loco reponendum in »fine: *qui sint rerum exitus celeriter consecuti.*« Quod quo

ptis nostris rebus ac perditis, violari ab impiis passi non sumus, eamque ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus, judicia senatus, Italiae, gentium denique omnium, conservatae patriae consecuti su-

diutius considero, eo magis adducor, ut verum censeam. Cur enim *celeriter* circumspiciant potius, quam alio quocunque modo? Neque eo aliquid proficitur, quod Goer. *celeriter* Graece vertit *ἐν τάχει*. Nam eadem sententia exit, ad quam merito W. scripsit: nullus hic est locus celeritati. Quod vero Wagn. ait, se, quid parenthesis *non enim* etc. sibi velit, prorsus non assequi, cum nihil impediverit, quo minus coram amicis nominaret aliquem: eo nihil debebat offendi. Certe *non attinebat quemquam nominari*, quia et notissimi erant familiaribus homines, et odiosa nomina alibi quoque Cicero significare potius, quam eloqui solebat; vide modo Paradox. II. §. 17. Parad. IV. §. 27. Denique quod Censor Wagneri Halensis l. c. Wagnero suadet, ut ad *quendam* subaudiat *exitum;* in eo verum non vidit, et ratione plane destituitur. — In seqq. Cod. Cr. *sit* pro *sint*, Cod. M. *vos* pro *nos*. *Mr.*

Illam custodem urbis — ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus] Ex sua domo Minervam Tullius in Capitolium transtulerat. *Dion* lib. XXXVIII. p. 70. *Πρὶν δὲ δὴ ἀφορμῆσαι, ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἀγαλμάτιόν τι Ἀθηνᾶς ἀνέθηκε, ΦΥΛΑΚΙΔΑ αὐτὴν ὀνομάσας.* Idem lib. XLV. p. 278. *Τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς τῆς ΦΥΛΑΚΙΔΟΣ, ὃ πρὸ τῆς φυγῆς Κικέρων ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνετίθει* memorat. Eadem tradit *Plutarchus* in Cicer. p. 876. Minervamque *custodem urbis* vocat Orat. pro Domo cap. 57. Vide et lib. XII. Fam. Epist. 25. DAV.

Illam custodem urbis] i. e. statuam Minervae *πολιούχου*, quasi urbem tenentis, quam Cicero domi religiose colebat, deposuit in templo *patris ipsius* i. e. Jovis Capitolini, antequam exulatum abiret. Vid. Cic. in Ep. ad Div. XII. 25. *W.* — In seqq. Cod. W. a prima manu *perdidis;* Cod. M. *exceptis* pro *ereptis*, tum *eaque* pro *eamque*. Ern. dedit *ex nostra domo ipsius patris domum*, omisso *in*, quod operarum incuria excidisse videtur, cum nihil monuerit, et omnes ad unum libri illud exhibeant. Attamen Cicero aliquando *domum* in hac constructione cum Genitivo casu posuit absque *in*. Vid. Cic. de Off. III. 31. 112. *accurrisse Romam et cum primo luci Pomponi domum venisse dicitur*. Ita edidit locum Beierus. *Mr.*

Judicia Senatus, Italiae, gentium denique omnium, conservatae patriae consecuti sumus.] Ita legitur in vulgatis, neque causa est cur hanc lectionem improbem. In vetere tamen libro, qui est apud me, quemadmodum hic locus legatur, debeo lectorem monere: *Iudicio Senatus, Italiae, gentium denique omnium, conservatae patriae* nomen *consecuti sumus*. Notum autem est *Ciceronem* Patrem Patriae appellatum fuisse. URSIN.

Iudicia senatus, Italiae, gentium denique omnium etc.] Legendum puto, *judicio senatus, Italiae, gentium denique omnium, conservatae patriae testimonium consecuti sumus*. LAMB.

Iudicia Senatus, Italiae etc.] Frustra heic mutata quaedam cupit Lambinus; omnia sana sunt. GRUT.

Conservatae patriae] Haec le-

mus. Quo quid accidere potuit homini praeclarius? Quorum scelere religiones tum prostratae afflictaeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati jacent: qui vero ex his et horum scelerum principes fuerunt, et

ctio nihil habet in se vitii. Sed cum Paris. repraesentet *de servata patria;* sic ob praestantiam Codicis illius omnino legerim. De re ipsa vide *Ciceronis* Orat. post reditum in Senatu capp. 9. 10. et pro Domo cap. 28. Dav.

Judicia senatus — conservatae patriae] Nulla mutatione opus est, ut vere monuit Goer., qui quaedam Ciceronis similia loca adfert, quibus Genitivi, ut hic, cum duplici relatione ponuntur. Quibus adde quae congessit Cortius ad Sall. Catil. 23, 4. p. 157. Rathius corrigebat: *Nos — judicio* (ex Cod. Urs.) *senatus — omnium nomen* (ex eod.) *de conservata patria* (ex Cod. Par.) *consecuti sumus.* Quae omnia manifesto interpretum et correctorum manus produnt. In Cod. M. desunt verba *denique omnium*, tum scribitur *de servata patria consecuti sumus*, deinde verba *quo quid accidere potuit homini praeclarius?* plane absunt. Cujus auctoritas non debet apud quemquam eo valere, ut hoc ἐπιφώνημα Ciceroni abjudicet. Solet enim noster in rebus suis gestis enarrandis non tantum dicere, quae facta sunt, sed etiam addere, quam sint magnifica. V. c. in Or. in Pisonem cap. 2. et 3. consulatum suum exponens satis late, quamquam dicat breviter, praemittit haec: *Mihi ista licet de me, vera cum gloria, praedicare — — — magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum.* Ita etiam in quadam ad Tironem epistola (XVI. 11.) reditum suum in urbem narrans, addit: *nihil fieri potuit honoratius.* — In Cod. Cr. est *conservare*, a Cod. W. abest *patriae;* videlicet in priore vocabulo desinebat linea, nova incipit a verbo *consecuti*, ut appareat causa omissi vocabuli. Ita mox in Cod. Cr. in fine lineae scriptum est *tum pro —*, altera, omissis syllabis *stratae*, pergit *afflictaeque sunt. Mr.*

Quorum scelere etc.] Totius hujus periodi emendatio debita Victorio ac Turnebo. Antea legebatur, *quo scelere* etc. *illis distractae ac dissipatae jacent.* Grut.

Quorum scelere] Nostri quoque et Goerenzii omnes libri excepto uno, in quo est *quos*, habent illud *quo*, quod, cum lectione *distractae ac dissipatae*, occupat praeter Codd. plerosque MSS. etiam Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. In Cod. M. post *scelere* scribitur *tamen*, in Ed. Lamb. *quorum autem scelere*, quod probabat Rath.; in Copp. Victt. a. ex uno Cod. enotatur *quorum*. In Cod. Cr. legitur *religionis*. Vocem *tum* ejectam vult Wagn., ut otiosam et sententiae gravitatem infringentem, eique suffragatur Rathius. Abest etiam ea particula ab Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Lamb. Sturm. Gothofr. Sed quicunque ad totam sententiam animum adverterit, sarta tecta volet h. l. omnia. *Mr.*

Partim ex illis] Insolens esse hoc ait Wagn., et mavult *partim illorum*. Sed non recordabatur vir doctus loci in Cic. Philipp. VIII. 11. 32. *partim e nobis ita timidi sunt.* Cf. Gronov. Obs. III. 2. *Mr.* — De constructione voculae *partim* cum praepositione cf. Ruhnken. ad Terent. Hecyr. Prolog. v. 7. *Cr.*

Qui vero ex iis et horum scelerum] Est a mss. nostris et edd. Duumvirûm superiorum: nam vul-

praeter ceteros in omni religione impii; non solum
vita, cruciati dedecore, verum etiam sepultura ac ju-
stis exsequiarum caruerunt. Q. Equidem ista agno- 43.
sco, frater, et meritas diis gratias ago: sed nimis

gata, *ex his qui omnium scelerum*. GRUT.

Qui vero ex his et horum] *His* dedimus cum Goer. et Sch. ex Goerenzii Codd. omnibus et nostris Cr. M. Asc. 1. (ubi est *hiis*) Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. *Et horum* item ex Goerenzii compluribus, et Edd. Par. et Comm. Sed Codd. nostri Cr. W. itemque Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. habent *et omnium*, Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et septem Goerenzii *qui horum;* in Copp. Victt. a. est *aliqui vero*. Pro *fuerunt* est *fuerant* in Cod. W. et Copp. Victt. b. Tum pro *praeter* Cod. Cr. habet *pp.* i. e. *propter*. *Mr.*

Non solum vita cum cruciatu atque dedecore etc.] Sic restituimus, levi mutatione facta: et ita sine dubio legendum. Nam vulgata lectio, *non solum vita cruciati atque dedecore, verum etiam* etc. ferri non potest. Qui autem sic legi posse existimat, *non solum vitae cruciatu atque dedecore* etc. nihil aliud assequitur, quam ut hominibus risum moveat. LAMB.

Non solum vita cruciati etc.] Multa heic inepte mutat Lambinus, dum non assequitur mentem auctoris, quam pluribus explicavimus ad illud Taciti lib. II. Annal. c. 85. *More inter veteres recepto, qui satis poenarum, adversus impudicos, in ipsa professione flagitii credebant*. GRUT.

Non solum vita cruciati *atque dedecore*] Dure acceptus est a *Grutero Lambinus*, quod reposuerit *non solum vita* cum cruciatu *atque dedecore, verum etiam sepultura — caruerunt*. Mihi tamen in mentem non venit commodior ulla *Ciceronis* emendandi ratio. Certe scriptura, quam dant Codices, non est sincera. DAV.

Non solum vita, cruciati dedecore, verum etiam] Ita probante Handio l. c. corrigendum censuit Goer. et dedit Sch., cum libri MSS. omnes incommodum illud *atque* inferciant, duobus exceptis apud Goer. in quibus nonnisi *ac* interponitur. Brutus conjecit *vitae cruciatu atque dedecore:* sed quomodo tum convenit *caruerunt*? Pearcius: *vitae cruciati dedecore;* sed et facilior et concinnior est Goer. ratio; Wopkensius Lectt. Tull. p. 111.: *Vitâ cruciati, atque decore, verum etiam* etc. »Caruerunt, ait, vita atque decore.« Sed, interposito *cruciati*, unusquisque primo adspectu cogitaret, eos *vita et decore cruciatos* dici, quo nihil esset insulsius. Ernestus, cui neque Lambini neque Pearcii ratio satis placet, et hujus quidem, quia debeat hic esse nomen, quod conjungatur cum *caruerunt:* »Si tamen, pergit, intelligi potest *sunt*, legam: *non solum vivi cruciati dedecore:* »in altero intelligi [add. *debet*] »*mortui*, quod fortasse excidit.« Goer. in Ed. min. ediderat: *non solum vita, cruciati atque cum dedecore:* Rathius: *non solum vitae cruciati infamia atque dedecore sunt*, quia videlicet dicat Cic. pro Cluent. c. 22. §. 61. *judicia — operta dedecore et infamia*. Censor Wagn. Ed. Halensis vulgatam defendit, ut sit *vita cruciati atque dedecore*, figura, quam vocant ἓν διὰ δυοῖν, pro *vitae dedecore cruciati*. Egregie scilicet! *Mr.* — *Vita cruciati* etc. Deside-

saepe secus aliquanto videmus evadere. M. Non enim, Quinte, recte existimamus, quae poena divina sint; et opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. Morte, aut dolore corporis, aut luctu

ratur non modo sententiae absolutio, sed etiam copia et concinnitas. Sensus est: *non solum vivi cruciatu animi cum dedecoris infamia vexati obrutique sunt, sed etiam in morte caruerunt sepultura et justis exsequiarum.* Pertinent haec ad P. Clodium, qui talem exitum habuit. Conf. Cic. in Or. pro Milone cap. 13. *W.* Vides, Wyttenbachio Ernesti lectionem et explicationem probari; quod aperte significavit ad marg. Ed. Goer. min. *Mr.*

Iustis exequiarum] Hoc quoque a Turnebo et Victor. est, neque aliter nostri codices calamo exarati; praeterquam quod quart. *instar exequiarum.* Olim vulgati, *justis exequiis.* Grut.

Ac justis exsequiarum caruerunt.] Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. itemque Ed. Comm. habent *et justis.* Ed. Par. *verum et sepultura, etiam justis;* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *verum et sepultura, ac justis.* Cod. Cr. Edd. Crat. Herw. (hac in varr. lectt.) Sturm. Brut. Ald. Gothofr. Car. Steph. *exequiis.* Cod. W. et Copp. Victt. b. *caruere.* *Mr.*

§. 43. *Secus aliquanto*] Vox *secus* abest a Cod. Cr. in eodem et Cod. W. est *aliquos.* *Mr.*

Et opinionibus vulgi] Ista recepta est lectio, magisque placet, quam Victorii ac Turnebi, quae, *nos opin.* etc. quae diversitas facit, ut opiner omnino ejiciendam syllabam primam, rescribendumque: *quae poena divina sit opinionibusque vulgi rapimur in errorem* cet. Grut.

Et opinionibus vulgi] *Ascensius, Victorius* ac *Turnebus* contra fidem Codicum dedere *nos opinionibus vulgi.* Paris. Harleian. sec. et Gruteri veteres habent *nec opinionibus vulgi,* quapropter primam vocem, quippe quae menti Tullianae repugnabat, delendam censuit vir ille doctus. Temere quidem: nam lectionem, quam sequimur, prae se ferunt Eliens. Med. Harleian. pr. et Balliol. eaque omnino est vera. Dav.

Et opinionibus vulgi] Ita quinque Goerenzii, noster Cod. Cr. et Edd. Car. Steph. Sturm. Lamb. Gothofr. Brut. Ald. Reliquae Edd. Vett. *nos opin.* Videlicet cum in multis libris reperissent editores *nec op.*, quod est in plerisque Goerenzii, nostris Codd. W. M. Copp. Victt. b., corrigendum id censuerunt. Victorius in Copp. a. ad marg. editionis suae ubi est *nos,* ex uno libro notavit *et,* ex alio *sed*, quod cum antiquitus scriberetur *set,* fortasse genuinum est, et ab aliquo mutatum in *et,* qui in scriptione *set* non particulam adversativam agnosceret, sed copulativam latere censeret. *Mr.*

Offensione judicii,] Cum homines male de nobis judicant et existimant. Alibi est *offensio existimationis hominum. Ern.* — *Offensione judicii* dictum ait Wagn. pro damnatione in judicio, ut *offensio belli* pro clade in bello accepta; Or. pro lege Man. 9. Cum Ern. facit Goer. Sed Beierus ad Cic. de Off. III. 8. 36. ait: »*offensio judicii*, quidquid obloquatur Goerenz., est *ignominia et calamitas ex condemnatione,* qualis accidit e. g. P. Rutilio Rufo.« Quo mihi nihil videtur certius. Mox Cod. Cr. inverso ordine habet *bonis multis;* in Copp. Victt. b. est *accedisse.* *Mr.*

Sceleris est poena tristis; et praeter eos eventus, qui sequun-

animi, aut offensione judicii, hominum miserias ponderamus: quae fateor humana esse, et multis bonis viris accidisse: sceleris est poena tristis; et praeter

tur, per se ipsa maxima est] Optime *Seneca* Epist. XCVII. p. 480. *Prima et maxima peccantium est poena, peccasse: nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est; quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus* et haec et illa *secundae poenae premunt ac sequuntur*, (Lego *sed nihilominus* adhuc et illae *secundae poenae premunt ac sequuntur*) *timere semper, et expavescere, et securitati diffidere.* Licet ibi legas hanc in rem plura, ut et apud *Stobaeum* Serm. XXIV. ac Interpretes ad *Ciceronem* pro Milone cap. 23. Dav.

Sceleris est poena tristis] Pro *est* scribitur *etiam* in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2.; *autem* in Edd. Car. Steph. Lamb. Gothofr. Ald. Brut. *Mr.* — Est hoc a Platone et Stoicis sumtum, ipsum sibi peccatum, ipsam injustitiam maximam esse poenam. Quo de argumento disserit Plutarchus in libro de sera Numinis Vindicta p. 24. sqq. *W.* — Vir doctus in Miscell. Obss. III. 1. p. 68. »Sensus loci »facit ut credam forte legendum »esse: *Sceleris* s c e l u s *est poena* »*tristis.*« Adjicit verba Senecae a Davisio laudata et deinde addit: »Hoc pro dubia emendatione »offero.« *Cr.* Schützio quoque (Edit. ej. p. 24.) valde arridet haec viri illius docti suspicio, propter verba Senecae: *sceleris in scelere supplicium est.* »Certe, »ait, ad evitandam ambiguitatem »legendum esset *ipsius sceleris* »*est poena tristis*, ut de Off. III. »8. *Emolumenta enim rerum fal*»*lacibus judiciis vident; poenam* »*non dico legum, quas saepe* »*perrumpunt, sed* i p s i u s *tur*»*pitudinis, quae acerbissima est,* »*non vident.*« Ego quoque cum Wagn. et Sch. aliquid ad sententiae gravitatem desidero. *Mr.*

Per se ipsa maxima est] Ernestus conjecit *per se ipsum* (sc. scelus) *maxima est*, cum *ipsa* nihil habeat, quo referatur. Cui respondet Goer. intelligenda esse, quae proxime adduntur, *cupiditas, metus, conscientia*, quae semper sceleri adhaerent, quibusque animi scelestorum cruciantur. Bene, si legeretur *sceleris scelus* etc. Sed nunc certe sententiae nimis vagae et leni aliquid gravitatis accederet, si legeretur *ipsum. Mr.*

Vidimus eos, qui] Cod. W. *videmus.* A Cod. Gr. abest *nisi.* In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. inverso ordine legitur *nobis inimici. Mr.*

Ardenteis tum cupiditatum aestu, tum conscientia] Sic legendum censet *Adr. Turnebus.* Nam neque lectio vulgata, *ardenteis tum cupiditate, tum metu, tum conscientia* etc. neque antiqua, *ardentes cum cupiditatum metu, tum conscientia* etc. ferri possunt. Lamb.

Ardentes cum cupiditate, tum metu] Sic Victor. et Turnebiana; nam vulgata, *tum cupidit.* quod et in Pal. tert. quippe quartus, *ardentes vero cupiditate, metu, cum conscientia quid gerent.* S. Vict. codex, *cum cupiditatum metu;* quod fuit item in ms. Turnebi fingebatque, *ardentes tum cupiditatum aestu, tum conscientia,* quod ipsum statim in contextum recepit Lambinus; nec improbabat Henr. Stephanus lib. IV. Schediasmatum, nisi quod putaret adhuc requiri genitivum *conscientia peccatorum, scelerum: facinorumve.* Minus recte. *Conscien-*

eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. Vidimus eos, qui, nisi odissent patriam, numquam inimici nobis fuissent, ardentes tum cupiditate, tum

tia enim verbum est ambiguum et tam bonam notat, quam malam. Grut.

Ardentes cum cupiditate, tum metu, *tum conscientia*] Liber S. Victoris et Paris. habent *cupiditatum metu.* Sic etiam *Turnebi* MStus. Unde vir ille doctus legit *ardentes* tum cupiditatum aestu, *tum conscientia;* quod *ardere cupiditate* rectissime dicitur, non perinde *ardere metu:* dein quod mox de *metu* scribet, *quid agerent modo timentes;* ut hic de metu frustra scribatur. Hujus conjecturam recepit *Lambinus*, et accedit *H. Stephanus*, nisi quod ei genitivus *peccatorum* vel alius hujusmodi praetermissus videatur. Reponit itaque Schediasm. IV. 25. *ardentes tum cupiditatum aestu, tum conscientia peccatorum*, vel *scelerum*, vel *facinorum.* Sed *genitivus* ille minime necessarius est; cum *conscientia* pro mala conscientia passim reperiatur. Vide *Lactantium* Div. Inst. lib. VI. cap. xxiv, 21. Quin et *ardere metu* satis Latine dixeris. *Horatius* lib. II. Serm. III. 79.

Quisquis luxuria tristive superstitione
Aut alio mentis morbo calet —

Tacitus Annal. xv, 4. *Ira magis quam* metu *ceteros* accenderant. *Vopiscus* in Aureliano cap. 36. *Hi quum* exarsissent timore *qui merebantur offensam.* Nec hic de metu frustra scribitur: nam si noster subjicit, *quid agerent modo timentes;* addit etiam *vicissim contemnentes religiones*, quod ad cupiditates quibus agebantur respicit. Licet igitur rationes, quibus emendationem suam tuetur *Turnebus*, haud sint firmae; ea tamen ipsa, fateor, non est inconcinna. Nihilo minus rescripserim *ardentes tum cupiditate, tum metu* et *conscientia. Cicero* in Verrem lib. II. cap. 77. *Itaque illum in jure* metu conscientiaque *peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo.* Sic Milonem *nullo* metu *perterritum*, *nulla* conscientia *exanimatum Romam revertisse* dixit idem pro Milon. c. xxiii. Dav.

Ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conscientia:] Ita dedimus cum Goer. et Sch. Primum *tum* habent quinque Goerenzii et nostri Codd. Cr. et W. Copp. Victt. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Sturm. Car. Steph. Gothofr., in quibus haec omnia scribuntur, ut nos edidimus. Cod. autem M. habet *ardentes cupiditatum metu cum conscientia.* Handius l. c. p. 572. conjecit *tum metu conscientiae*, eodem sensu, quo supra I. 14. 40. est *angore conscientiae fraudisque cruciatu.* Quam conjecturam Beierus ad Cic. de Off. III. 8. 36. felicissimam dicit; nam (inquit) i. e. q. Parad. V. 3. 2. *exortus ex conscientia peccatorum timor.* Quae omnia me non movent, ut a vulgata recedendum censeam. Tria enim enarrantur, quae torquent homines sceleratos, *cupiditas*, quae nunquam satiatur; *metus* ne prava consilia sint irrita, et ipsi scelere suo in perniciem ruant; *conscientia* denique male factorum furiarum faces admovens, et deos iratos iis ob oculos ponens. *Mr.*

Quid *agerent, modo timentes*] Legerim *quicquid agerent*, prout etiam *Lambinus* edidit. Dav.

Quid agerent, modo timentes, vicissim etc.] Vix me continui, quo minus reciperem *quidquid*, quod etiam Wyttenbachius commendavit ad marg. Ed. Goer. min.;

metu, tum conscientia: quid agerent, modo timentes; vicissim contemnentes religionis; judicia perrupta ab iisdem; corrupta hominum, non deorum. Reprimam 44. p. 179 a.

hoc sensu: quidquid agerent, modo timide agentes, modo (vicissim) nihil sanctum existimantes. Scripsi autem *religionis*, casu genitivo, cum Goer. et Sch., ex quinque Goer. libris, ut solent Graeco more participia cum genitivo construi, cujus structurae multa exempla ex optimis scriptoribus congessit Schellerus in Gramm. maj. p. 414. add. Beier. ad Cic. de Off. III. 33. 116. p. 406. Recte vero observavit Goer., minus aptum huic loco pluralem *religiones* esse, cum jam supra de prostratis religionibus sermo fuisset et *cont. religionis* idem sit, ac *nihil sibi religioni ducentes. Mr.*

Judicia perrupta ab iisdem: corrupta hominum, non deorum] Cod. M. *hisdem*. Sensum loci Ern. sic explicat: »*Perrupta* refertur ad vim, *corrupta* ad pecuniam. Sensus est: evasere poenas judiciorum vi aut pecunia, sed non divinas.« — Priorem hujus sententiae partem Beierus ad Cic. de Off. III. 8. 36. p. 243. eodem, quo Ern., modo explicat, commode collato loco Cic. in Catil. I. 7. 18. *leges ac quaestiones perfringere;* aliisque, egregie hunc usum illustrantibus. Goer. in altera hujus sententiae parte scriptum vult: *corrupta, at hominum, non deorum;* idque probavit Handius l. c. p. 572. Neque ego additam particulam improbarem, si in libris esset; auget enim vim sententiae, vel potius eam, quae loco inest, apertiorem facit. Sed, ut saepe apud Ciceronem et alios, sono, quo enuncianda est propositio, suppletur particula, quae abesse videtur tacite legenti. Vid. ipsum Goer. ad Acad. II. 29. 92. p. 169. Schützius denique, deleto verbo *perrupta*, sic legendum esse opinatur: *judicia ab iisdem corrupta hominum, non deorum.* Hoc vero est vim inferre et sententiae et verbis. *Mr.* — Vir doctus in Miscell. Obss. III. 1. p. 69. »Clodius in hac causa non *perrumpebat*, sed *corrumpebat* judicia. Hoc et tota periodi constructio, in qua Ciceronis stylum non agnoscas, ansam praebet conjecturae, legendum esse: »*jura perrupta ab iisdem; corrupta judicia hominum, non deorum.* Alia hic sunt, quae »emendationem desiderant, ut videre licet in Davisii notis. Cum »Ciceronis libri de Legibus corruptissimi sint, major concedi debet licentia conjecturis.« — *Cr.*

Reprimam jam, et non insequar] Conjicit Turnebus, *jam me*, quod illico admisit Lambinus; maluissem, *Reprimam animum, et non* etc. ut id verbi natum sit a compendiaria scribendi forma. GRUT.

Reprimam jam, et non insequar longius] Interposito pronomine *Victorius* habet, *reprimam jam* me. Sic etiam *Lambinus;* nec aliter scribendum conjecit *Hadr. Turnebus.* Mihi legendum videtur *reprimam* iram, *et non longius insequar. Phaedrus* lib. I. Fab. XXIX, 9. *Aper cum vellet facere generosum impetum*, Repressit iram. *Terentius* Adelph. Act. V. Sc. III. 8. *Tandem* reprime iracundiam *atque ad te redi.* Vide sis et *Tacitum* Hist. IV. 72. DAV.

Reprimam jam me, et non] Quidquid de hoc loco sentias, minime tamen, credo, Davisii sententiae accedes, corrigentis, vel corrumpentis potius, lectionem scribendo *reprimam iram.* Sed cum nihil facilius fieri potuerit,

jam me et non insequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo, quam petivi. Tantum ponam, crimini duplicem esse poenam divinam, quae constet

quam ut inter *m* et *e* absorberentur eaedem literae, i. e. vocula *me*, eam cum Goer. et Sch. recipiendam censui, ut fecit praeter Vict. Turn. Lamb. etiam Sturm., qui deinde *nec* scripsit pro *et non*. Pro *reprimam* est *deprimam* in Cod. M. *Se reprimere ab aliqua re* dixit Plin. Panegyr. LXXXIII. p. 425. ed. Schwarz. Codd. Cr. et W. *sequar* pro *insequar*. Mr.

Eoque minus, quo etc.] Cod. M. *poenam;* Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Car. Steph. Lamb. Gothofr. *habui*. Cod. Cr. *perpetivi* pro *petivi;* ejus loco Cod. W. habet *potui*, Copp. Victt. a. *merui*. Rath. conjecit *quod plus poenarum habui*, quia *quo* propter *quam* ferri nequeat. — Cui rationi quodcunque opponas, nimium est. Mr.

Tantum ponam duplicem poenam esse etc.] Hunc locum ope duorum veterum librorum (quorum unum doctissimus vir, omniumque quos noverim humanissimus, *Hannibal Crucceius* mihi commodavit) facile correxi. Conjectura nihil opus fuit. P. Manuc.

Tantum ponam brevi] Sic legendum censeo. Nam et vulgati libri, qui habent partim *poenam erui*, partim *poenam merui;* et MSS. in quibus est scriptum *ponam erui*, corrupti sunt. Ego autem *ponam*, quod est in MSStis, retineo: ex *erui* facio *brevi*, una littera addita, et duabus alio ordine locatis. Non dissimulabo tamen docto cuidam videri sic legi posse: *tantum poenam Erebi duplicem ponam, divinam et humanam;* a quo dissentio. Quod autem *Turnebus erui* retinet, et interpretatur elici, colligi; nullo modo probo. Lamb.

Tantum ponam erui duplicem poenam esse] Obsecutus fere fuissem duobus mss. quos laudat P. Manucius, quibus abesset illud *erui*. Sed enim cum servet vulgata, *tantum poenam merui, duplicem* etc. restetque in mss. nostris, nisi quod Pal. quartus, *metui:* habeantque item membranae Turnebi; neque recedant Victorianae quam unâ litterâ, *poena merui:* quomodo et liber S. Vict., malui acquiescere conjectaneo Turnebi. Grut.

Tantum ponam erui *duplicem esse poenam divinam*] Haec est emendatio *Turnebi*, quam firmat *Car. Stephani* vetus: nam Codices fere *poenam* vel *poena merui*. Duo tamen MSSti *Manucio* laudati repraesentabant, *tantum ponam duplicem esse poenam divinam*, voce tertia prorsus neglecta; nec aliter legendum censuit vir ille doctus. Ven. 1471. et Ascens. exhibent, *tantum* poenam Erebi *duplicem esse poenam divinam*. Sensu quidem nullo. Tamen ipsam *Tullii* manum videntur attingere: nam cum Balliol. det *tantum* e rebus *duplicem;* omnino rescripserim, *tantum* ponam, rebus *duplicem esse poenam divinam*. *Rebus*, ex ipsis factis, ex iis quae contigerunt. Apud optimos scriptores eadem est huic voci potestas. Vide *J. F. Gronovium* Observ. III. 6. Dav.

Tantum ponam, crimini duplicem poenam esse divinam] De hoc loco, de variis virorum doctorum sententiis et nostra emendatione disseruimus in Excursu VIII.; hic tantummodo librorum lectiones enotabimus. Cod. Cr. *Tantum poenam merui duplicem poenam esse divinam quod constaret et ex* etc. Cod. W. *Tantum penam erebi* (in marg. *me-*

et ex vexandis vivorum animis, et ea fama mortuorum, ut eorum exitium et judicio vivorum et gaudio comprobetur.

rui) *duplicem* etc. reliqua ut Cr., Cod. M. *tamen poenam merui, duplicem -- quae constaret ex vivorum animis et ex fama — et judiciorum vivorum et gaudio comprobetur.* In Copp. Victt. b. ab alia, quam Victorii, manu in marg. Ed. Asc. 2. scriptum est: quidam legunt *merui.* Edd. Asc. 1. 2. *Tantum poenam Erebi dupl. poenam esse divinam quo constaret et ex vex.* etc. Edd. Crat. et Herw. *Erebi*, sed in varr. lectt. *merui*, tum: *quod constaret ex vex.* etc. Ed. Paris. *Tantum poena merui — quod constaret ex* etc. Ed. Ald. *tantum poenam merui — quod constaret et ex* etc. Ed. Car. Steph. *tantum poenam erui* (et in varr. lectt. ex vet. Cod. *tantum ponam, erui*) *dupl. — quod constaret et ex*, Edd. Brut. Gothofr. ut Ald. Ed. Sturm. b. item, nisi quod habet *et* pro *et ex;* sed Sturm. a. *tamen poenam merui — quae constaret et vex. — et judicio virorum*, postremum, credo, operarum errore; fortasse iisdem debetur, quod in eadem Ed. Sturm. a. post *et* abest *ea.* Edd. Comm. Dav. Ern. Verb. et Wagn. ut vetus Car. Stephani; Bip. ut Manut., Goer. in Ed. min. *tantum ponam, metui dupl. poenam quod constet ex* etc. in Ed. maj. *tantum ponam, erui — quod constat et ex* etc. Schützius edidit, ut Lamb., *tantum ponam brevi* etc. reliqua ut Goer., ex cujus libris unus habet *bona metui. Mr.*

Quod constaret *ex vexandis*] Sic *Victorius.* Non autem dubito quin reponendum sit, *quod* constat et *ex vexandis:* nam praesens tempus exigit oratio. Sane Harl. sec. editio pervetus, *Ascens.* et *Gruter.* dant, *quod* constaret et *ex vexandis;* et hoc nostrae conjecturae nonnihil favet. DAV.

Quae constet et ex vexandis] *Quae* scripsimus ex Cod. M. Ed. Sturm. et sententia Ernesti; ex ejusdem et Wagneri *constet*, cum Aldo nepote, quod ratio grammatica flagitabat, quamvis Goer. multis locis post acc. c. inf. indicativum sequi contendat. Scio id quidem: sed id tum tantum fieri solet, cum id, quod sequitur accusativum c. inf., ut certum et ita ponitur, ut ejus veritas aliunde et dicenti et audienti sit cognita, neque ita cohaeret cum eo, quod oratione obliqua effertur, ut inde pendeat. Ejusmodi sunt omnia exempla, quae congessit Goer. in indice ad Cic. de Fin. p. 674. s. v. *Indicativus:* veluti de Fin. IV. 11. §. 28. *necesse est — tamen esse in animo quaedam similia eorum, quae sunt in corpore;* ubi Goer. merito indicativum tuetur. Sed in Epp. ad Fam. III. 7. *sed scito, multo plures esse, qui de tributis recusent, quam qui exigi velint;* nemo credo, qui ad sententiam loci respexerit, conjunctivo litem movebit. Hujus vere, neque illius, generis nostrum esse locum, accuratius inspicienti patebit. Pendet enim a dicentis sententia id, quod post acc. c. inf. profert, neque ita certum est, ut, qui audiunt, id prius necessario jam censuisse existimandum sit. Servavimus autem *ex*, quia ita Cic. de N. D. III. 15. 38. *Temperantia autem constat ex praetermittendis voluptatibus corporis.* MS. Guelf. habet *quod extaret ex.* In fine capitis Cod. M. habet *comprobentur. Mr.*

Et ea fama mortuorum] *Ascensius* et *Lambinus* ediderunt,

18. Agri autem ne consecrentur, Platoni prorsus assentior: qui, si modo interpretari potuero, his fere
45. verbis utitur. „Terra igitur, ut focus domiciliorum, „sacra deorum omnium est. Quocirca ne quis

et ex fama mortuorum. Utraque lectione conjuncta, scripserim *et* ex ea *fama mortuorum.* Dav.

Cap. 18. §. 45. *Agri autem ne consecrentur*] Cod. M. *aut.* Locus Platonis est de Legg. XII. p. 955. sq. Steph. p. 206. Bip. p. 307. Bekker. De constructione *si potuero* vid. Beier. ad Cic. de Off. III. 23. 89. p. 351. *Mr.*

Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum etc.] Est a Turnebi mss. quibus adstipulantur item nostri, excepto quod in iis, *sacro;* vulgata, *ut focus, domicilium sacrum omnium deorum est.* Grut.

Terra igitur, ut focus domiciliorum] Sic ex suis et *Turnebianis* MSStis edidit *Gruterus.* At in nostris est *ut focus domicilium.* Lego *ut focus domicilii,* quemadmodum repraesentavit *Ursini* vetus. *Plato* de Legg. lib. XII. pag. 691. *Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε ΟΙΚΗΣΕΩΣ ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν.* De auro vero et argento non consecrando vide sis inter alios *Senecam* de Provid. cap. 5. et *Lactantium* lib. II. cap. IV, 10. ac lib. VI. cap. XXV, 4. seqq. Dav.

Ut focus domiciliorum] *Domicilii* habet liber antiquus, et ita videtur ab aliquo emendatum e Platone. *Γῆ μὲν,* inquit, *ἑστία τῆς οἰκήσεως ἱερά.* Ursin.

Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est.] Cod. Cr. *Terra igitur, ut focus, domicilium sacrum omnium deorum est.* Haud absone. Sed tum legendum esset apud Platonem: *Γῆ μὲν οὖν, ὥςπερ ἑστία, οἴκησις ἱερὰ πάντων θεῶν.* Hoc loco mirari subit, quam egregie conveniant Edd. Rath. et Sch. in laudando Platonis loco; utraque enim incipit: *τῇ μὲν οὖν ἑστία κ. τ. λ.* Cod. W. ut Cr. nisi quod habet *deorum omnium;* Cod. M. *Terra igitur ut focus domiciliorum sacrum deorum omnium est.* Cum Cod. W. faciunt Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par.; Cum Cod. Cr. Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. In Ed. Comm. et seqq. est ut nos edidimus. Rathius conjecit: *terra igitur, ut focus domicilii, sacra deorum omnium esto.* Cui lectioni ut auctoritas accedat, ipsum antea Platonem ita loqui docet: *γῆ μὲν οὖν, ἑστία τῆς οἰκήσεως, ἱερὰ ἔστω πάντων θεῶν.* Goerenzius, ut Ciceronis verba magis cum Platonis verbis congruant, ita legi vult: *ut focus domicilii, omnis* (vult enim *πᾶσα* pro *πᾶσι* cum Wagn.) *sacra deorum omnium est.* Ingeniosam esse hanc conjecturam fateor cum Handio; sed cum eodem contendo, *domiciliorum* ferri posse, si referatur ad *deorum,* et *focus* ad *terra,* syllepsi, Ciceroni haud inusitata. Schützius, qui dicit, se Goerenzii lectionem recepisse, aut calamum, aut operas, inobedientes habuit; omisit enim *omnis.* — Quod sequitur *idem* abest a duobus Codd. neque ejus in Graecis vestigium est. At bene addidit Cicero eam vocem, neque ego cum Goer. facile ea caruerim. *Mr.*

Aurum autem etc.] Post *privatim* omittitur *et* in Cod. W.; in Cod. Cr. scribitur *phanis* et infra *phani,* in Cod. M. *et infamis invidiosa res est. Mr.*

Tum ebur ex inanimo corpore extractum] Sic restitui, cum libri omnes habeant *ex inani corpore* etc. Plane inepte. *Ex inanimo corpore* autem valde convenit: sic

„iterum idem consecrato. Aurum autem et argen„tum in urbibus et privatim et in fanis invidiosa „res est. Tum ebur ex inani corpore extractum,

enim *Plato*, *ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος*. Hanc conjecturam admodum adolescens *Turnebo* natu grandiori exposueram, et mihi visus erat tum eam probare: postea aliud sensit, ut apparet. Quod non debuit, nam pluris est ratio, quam antiquitas depravata. Praeterea *inani* et *inanimo*, parvo inter se distant intervallo. Sed ita est: nostra amplectimur, et recta judicamus; aliena non item. LAMB.

Ebur ex inani corpore extractum] Ita edd. olim et mss. nostri omnes; cusi recentius *inanimo;* quod tamen eodem redit. Lips. lib. II. Antiq. lect. cap. 2. p. 116. item ad lib. II. Historiar. Taciti asseverat manifeste legendum, *ex immani corpore*. GRUT.

Ebur ex inani *corpore extractum, haud satis castum donum Deo*] *Platonis* verba sunt: *Ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα*. Legendum *οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα*, prout laudant *Clemens Alexandrinus* Strom. V. pag. 692. *Eusebius* Praep. Evang. III. 8. ut *Theodoretus* Therap. III. p. 50. Hoc olim vidit *Petr. Faber* ad Acad. II. 25. Huc respicit etiam *Lactantius* Div. Inst. VI. 25. Pro *inani* vero *Manucius* et *Lambinus* rescripserunt *inanimo: Lipsius* autem Ant. Lect. II. 2. *immani*. Sed is Graeca non consuluit, vulgatamque lectionem merito defendunt *Turnebus* et *Gruterus*. Eorum vestigiis insistit *D. Salvagnius* ad *Ovidii* Ibin vs. 152. et nonnulla protulit exempla, quibus docet *inane corpus* esse *σῶμα ψυχῆς ἐστερημένον*. Omnino recte. Nos aliqua quae praetermisit addemus. *Pedo Albinovanus* Eleg. I. 133.

Hic pietatis honos? artus *amplector* inanes,
Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Iterum vs. 315.

Frigidus ille tibi, corpusque *refertur* inane.

Ovidius in Epist. Sapphûs Phaoni vs. 116.

Portet ad exstructos corpus inane *rogos*.

Idem Metam. II. 611. plene;

Corpus inane animae *frigus lethale secutum est.*

Pariter *Propertius* lib. III. Eleg. XVI. 30. DAV.

Inanimo *corpore*] Ante *inani:* Ego et ex vetere libro, et, ut puto, recte *inanimo*. Minor etiam mutatio *inanimi* ex *inani:* sed antiquum librum sequi malo. P. MANUC.

Ebur ex inani corpore extractum] Lectionem *inanimo* glossatori deberi praeter Davisium recte censuerunt Ern. et praeter Wagnerum, post eum Editores omnes; quare non est, quod loca veterum laudemus ad hunc usum verbi *inanis* probandum; Ciceronis loca commode attulit Goer. II. Verr. 66. 160. V. 50. 131. — In Cod. Cr. legitur: *haud satis castum: haud donum deo*. Pro seq. *Jam aes* in Edd. Par. et Sturm. est *Nam aes;* tum in Copp. Victt. b. *duellis tutamenta*, et in Cod. M. *vero* pro *non*. Pro *ligneum* Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b. est *lignum*, Edd. vett. adjectivum servant. *Mr.*

Quodque voluerit] Sic mss. nostri, pro *quodcunque*. Turnebus conjicit, *quod qui vol.* quod recepit statim Lambinus, addita adhuc littera *s*. GRUT.

Quod qui *voluerit*] Vulgo *quodque voluerit: Henr.* vero *Stephanus* Castig. in Ciceronem pag. 29. reponit *quodcumque voluerit*. Med. habet *quod voluerit*. At ipsa

„haud satis castum donum deo. Iam aes atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. Ligneum autem „quodque voluerit, uno e ligno dedicato; itemque „lapideum, in delubris communibus. Textile ne ope-

Platonis verba, *ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις*, emendationem *Turnebi*, quam recepimus, firmant et stabiliunt. Dav.

Quodque voluerit] *Quodque* scripsi cum Goer. et Sch. ex omnibus Goerenzii, nostris W. M. Copp. Victt. b. Edd. Par. Car. Steph. Ald. Brut. (qui vult *quod quis*), Sturm. Comm. Gothofr., quia est idem, quod *quodcunque*. Neque vero omnes, quod credebat Goer., libri illam lectionem habent; noster enim Cr. habet *quodcunque*, quod ediderunt Asc. 1. 2. Crat. et Herw.; Ern. Wagn. et Bip. dederunt *quod quis*, videlicet ut respondeat Graeco *ὅ, τι τις*, cum Lambino. *Mr.*

Uno e ligno dedicato] S. Victoris antiquus liber, *cato*. Pall. et Fabr. *cavato*. Ortus forte inde error, quod illud *dedicato* prioribus litteris minus legere poterant librarii. Grut.

Uno ex ligno dedicato] Liber S. Victoris *cato*. Pall. autem, Fabr. *Car. Stephani* vetus, Paris. Med. Eliens. Harleian. pr. sec. et Balliol. dant *cavato*. Sic etiam Ven. 1471., editio pervetus, et Ascens. Noster scripsit *uno ex ligno* SACRATO. Supra cap. IX. *Auri, argenti, eboris* sacrandi *modus esto*. *Livius* V, 25. *Eum praedam Vejentanam publicando* SACRANDOQUE *ad nihilum redegisse absentes ferociter increpant*. Vide sis et VII. 15. Dav.

Uno e ligno dedicato] Quatuor Goerenzii, nostri Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. et vetus Caroli Steph. *cavato*. Victorius in Copp. b. ex veteri Cod. enotavit *cato* et adscripsit: »opinor *dedicato*: Plato enim »*ἀνατιθέτω*.« Recte. Pro *itemque* Cod. M. *iterque*; pro *ne* Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Sturm. Brut. habent *nec*, sed iidem libri male interpungunt post *textile* (pro quo nonnulli habent *testile*). Edd. Lamb. Gothofr. et Comm. probam et scriptionem et interpunctionem exhibent: hanc restituendam censuit jam Brutus, scriptionem *nec* non sollicitavit. *Mr.*

Color autem albus] Ad rem conf. quae congessit Brouerius de Adorationibus cap. XIV. p. 148—150. Post haec scripsimus cum Goer. et Sch. *cum* (pro *tum*) *in ceteris* ex quinque Goerenzii Codd. et nostris Cr. W. Edd. Paris. Sturm. Comm. flagitante ratione grammatica, quia posterius in priore, non vice versa, aliquo modo continetur. Pro his verbis Cod. M. habet *tamen interni*; Copp. Victt. b. habent *ceteros*; Cod. M. *tanta* pro *tincta*. *Mr.*

Divinissima autem dona habes et formae etc.] Sic non pauci impressorum Codicum habent: in aliis autem, qui meliores putantur, adhuc depravatius est, *dona* habent *et formae*. Legendum est ex *Platone*, unde totus locus sumptus est, *aves et formae*. Quare prior lectio verae propinquior, abundante tantum in ea aspiratione; nam *h* pro *v* frequenter capiebatur. Haec sunt verba *Platonis* in lib. XII. de Legibus, quae *Cicero* elegantissime interpretatur: *Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα. Ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνά-*

„rosius, quam mulieris opus menstruum. Color au-„tem albus praecipue decorus deo est, cum in ce-„teris, tum maxime in textili: tincta vero absint, „nisi a bellicis insignibus. Divinissima autem dona,

θημα. Σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. Ξύλον δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθον ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά· ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον. Χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ. Θειότατα δὲ δῶρα ὌΡΝΙΘΕΣ τε καὶ ἀγάλματα ὅσα περ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτέλῃ. Καὶ τἆλλα ἔστω κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀναθήματα μεμιμημένα. VICTORIUS.

Divinissima autem dona] Quidam libri MSS. habent, *divinibus dignissima;* unde *Turnebus* putabat legendum, vel *numinibus dignissima*, vel *divis dignissima*. Ego vulgatam lectionem damnare non possum, cum praesertim nulla vox Latina reperiri queat, quae Graecae magis respondeat θειότατα, qua utitur hoc loco *Plato*. Deinceps autem legendum, *aves et formae* etc. sic enim *Plato* ὄρνιθες καὶ ἀγάλματα. Quod et *Manucius* jam olim viderat. LAMB.

Divinissima autem dona] Ita nostri libri scripti omnes, itemque Edd. Par. marg. Crat. et varr. lectt. Herw. Brut. Lamb. Gothofr. Car. Steph. Sturm. Reliqui minus bene *dignissima*. *Mr.*

Aves et formae] Lectio haec egregia debetur conjecturae Victorii, cum invenisset in suis *habes*, quod et in nostris omnibus; nam vulgg. *habent et formae*. GRUT.

Aves *et formae*] Sic optime *Victorius;* cum Codices dent *habes*, vel *habent*, *et formae*. Hoc aperte monstrant *Platonis* verba de Legg. lib. XII. p. 691. G. DAV.

Aves et formae ab uno pictore] Codd. Cr. W. Edd. Crat. et Herw. (in varr. lectt.) Car. Steph. Brut. Gothofr. *dona habent et formae*, Edd. Asc. 1. 2. Par. Crat. Herw. *dona habes et formae;* Edd. Ald. Lamb. et Comm. *dona aves et formae*, quod jam volebat Brut. In Ed. Sturm. est *dona aves habent et formae;* credo ex vetere Caroli Steph., qui idem ex suo enotavit; quod ne probabile videatur, reputanda est origo depravationis. Semel enim prava pronunciatione mutato *aves* in *habes*, corrector quid constructio postulare videatur, non verba Platonis respiciens, scripsit *habent*. Cod. M. *dona habes et fore adhuc pudore uno abs. die*. Copp. Victt. b. *dona habens et formae*. Victorius adscripsit: *c. aves, in Graeco enim codice* ὄρνιθες. In Cod. Cr. legitur *ab ymo pictore*, et, quasi in his nomen pictoris contineretur, scriba in marg. adscripsit: *ymus pictor*. Pro *absolutae* Copp. Victt. b. *absoluto*. *Mr.*

Hujus exempli dona sunto] Cod. M. *exempla*. Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Gothofr. Sturm. Ald. Brut. habent *sunt* pro *sunto*. Reliqui recte posterius. Pro *haec* est *hoc* in Cod. M. deinde: *restricta pr. vel vitiis vel homini vel vitiis* (sic) — *temporum videmus*. Pro *victus* est *metus* in Cod. Cr. cujus erroris origo manifesta est veteres literarum ductus reputanti. *Mr.*

Vel hominum vitiis — victus] i. e. Ego haec non tam parce et accurate definio, quia vincor vel *hominum vitiis*, i. e. praesertim morum corruptione, vel *subsidiis temporum*, i. e. quia homines nunc plus pecuniae possident, quam temporibus Platonis. *W.*

„aves et formae ab uno pictore uno absolutae die. „Itemque cetera hujus exempli dona sunto.“ Haec illi placent: sed ego cetera non tam restricte praefinio, vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. Terrae cultum segniorem suspicor fore, si ad eam utendam ferroque subjiciendam superstitionis

Segniorem suspicor fore] Haud pauci apud Goer. et noster Cod. M. habent *insigniorem*. Erroris originem monstrat Cod. Cr. in quo est *signiorem;* quod cum corrigere vellent librarii, in pejus delapsi sunt. *Mr.*

Si ad eam tuendam ferroque subjiciendam] Ita nostri, nisi quod antiquo scribendi modo *subiciendam*. P. Manucius et Lambinus malebant, *subigendam;* at Gulielmius potius illud *tuendam* reformabat in *ruendam*. Bene. Grut.

Ad eam utendam *ferroque* subigendam] Vulgo *ad eam* tuendam *ferroque* subjiciendam. At *subigendam* bene reposuit *P. Manucius* ex antiquo libro. Notum illud *Virgilii* Georg. I, 125.

Ante Jovem nulli subigebant arva *coloni.*

Lucretius I, 213.

Terraïque solum subigentes, *cimus ad ortus.*

Arnobius lib. II. pag. 90. *Cum sanguinem totum* in subigenda tellure *fudissent*. *Seneca* Epist. LXXXVI, *Exercebat enim opere se*, terramque, *ut mos fuit priscus*, *ipse* subigebat. *Amm. Marcellinus* XIV, 4. Arva subigendo *quaeritat victum*. Et XXXI, 4. *Quibus et alimenta pro tempore et* subigendos agros *tribui statuerat Imperator*. Sic etiam *Lactantius* lib. II. cap. V, 26. et alii. Locus tamen ulteriore caret emendatione. Quid enim sibi vult *ad eam tuendam? Gulielmius*, probante *Grutero*, legebat *ad eam ruendam*. Sed, ut opinor, haud ita loqueretur *Cicero*. Nos ne litterula quidem mutata scribimus *ad eam utendam*. Ita pro S. Roscio cap. XV. *Tot praedia, tam pulcra, tam fructuosa S. Roscius filio suo, relegationis ac supplicii gratia, colenda ac* utenda *tradiderat?* Hoc modo recte nonnulli, cum *tuenda* vulgo legatur. Dav.

Ferroque subigendam] Sic opinor, melius quam *subjiciendam*, ut antea legebatur. Hoc quoque ex antiquo libro. P. Manuc.

Ferroque subigendam] Sic legendum; non ut est in libris omnibus *subjiciendam*. Lamb.

Ad eam utendam ferroque subjiciendam] Ita volebat edere Goer. sed in contextu reliquit *tuendam*, quod postea ad Acadd. I. 10. corrigendum esse monuit. *Utendam* habent tres Goerenzii Codd., idque obliteratum est in reliquis, quia librarii constructionem hanc ferri non posse credebant. *Subjiciendam* est in omnibus Goerenzii et nostris Codd., cujus glossam, *subigendam*, ex uno libro enotavit Vict. in Copp. a., receptam volebat Graevius ad marg. Ed. Commel., et receperunt Lamb. Dav. Ern. Wagn. Sch. et Bip. *Utendam* receptum volebat etiam Handius l. c., recepitque Sch. *Mr. Ad eam utendam:* Videtur dicendum fuisse *ad ea utendum*, ut nonnulli corrigere voluerunt. Sed antiquitus etiam dicebatur *uti aliquid*, quamquam nobis hodie non imitandum. Similes sunt dictiones apud Plautum, veluti Trinummo V. 2. 7. Terent. in Heautont. I. 1. 81. *W.* — Ad v. *superstitionis aliquid* Ern. haec adnotavit: »i. e. si religionis ali-

aliquid accesserit. Att. Habeo ista. Nunc de sacris perpetuis et de manium jure restat. M. O miram memoriam, Pomponi, tuam! at mihi ista exciderant. Att. Ita credo: sed tamen hoc magis eas res et me- 46. b. mini et exspecto, quod et ad pontificium jus et ad civile pertinent. M. Vero; et apertissima sunt istis

»quid accedere poterit, quo im»pediamur ab terrae cultu.« — Ad marg. Ed. suae Victorius in Copp. a. adnotavit: Aeschin. *κατὰ Κτησιφῶντος*. Significavit sine dubio locum qui est in Ed. Demosth. et Aesch. Wolfiana p. 289. (T. 1. Genev. 1607.). *Mr.*

Habeo ista. Num de sacris perpetuis] De *sacris perpetuis* in Excursu IX. ea addere visum est, quae ad totum hunc locum accurate disputavit Engelbronnerus l. c. p. 62. sqq. — Pro *restat* in Cod. M. est *restituta*, in Cod. W. *resta*. *Mr.*

O miram memoriam — Ita credo] Dicitur per elegantem ironiam utrumque. *W.* — Cod. Cr. *Omitam*, ut *omittam* voluisse videatur. Tum Cod. W. *excideant*. *Mr.*

Eas res et memini et exspecto] Cod. Cr. *ea* pro *eas*, idem et Copp. Victt. b. cum septem Codd. apud Goer. *et specto*, quod non absurdum est: sed praestat vulgata, quae est in Edd. omnibus. Post *quod* abest *et* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; in Cod. M. et tribus Goer. legitur *pontificum*, in Cod. M. *pertinet* pro *pertinent*. *Mr.*

Vero; et apertissima sunt etc.] Sic erat emendatum in codice *Memmiano*, et recte. LAMB.

Vero; *et apertissima sunt*] Hoc meum est: nam omnes et scripti et impressi, quos viderim, libri *vera et apertissima sunt*. Mihi et consuetudo vetus Latine loquendi et ipsa sententia *vero* demonstravit esse verius: est enim pro *sane*. Sic locutus est in Bruto, sic alibi. Locus etiam de Divinatione lib. I. cap. 46. mendose legebatur, et *vere* pro *vero* impressi libri habebant. P. MANUC.

Vero: *et apertissima sunt*] Sic recte dedit *Victorius*, ac ita repraesentat MS. *Eliens.* In reliquis autem *vera* legitur. Perperam. Vide Cl. *Clericum* Art. Crit. P. III. S. I. Cap. XVII, 20. DAV.

Vero; et apertissima sunt] Probam lectionem tuentur duo Goerenzii et noster Cod. W. itemque Copp. Victt. b. et Ed. Paris., quae primum habet Turnebi Commentarium. In reliquis omnibus est *vera et ap.*, praeter Cod. M. in quo omittitur *et*. Noster ipse in fine libri I. c. 24. *Vero: facis et merito* etc. *Mr.*

Quod ad cumque legis genus] Cod. M. *quod ad quocunque*. Copp. Victt. b. *legimus* pro *legis genus*. Tmesis illa nostro satis frequens est. Cf. de Divin. I. 72. *quo te cumque vertêris;* de Nat. Deor. II. 30. *quale id cumque est;* de Fin. IV. 25. *quod erit cumque visum;* de Divin. II. 2. *qua re cumque possemus;* Or. pro Sext. 31. *quod judicium cumque subierat;* quem locum laudavit Wagn. In seqq. Cod. M. *quo ac potero*. *Mr.*

Locus ut ipse] Ita dedimus cum Goer. et Sch. ut est in quatuor libris apud Goer., nostro Cod. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Dav. In reliquis est, minus *εὐφώνως*, *locus ipse ut*. *Mr.* — *Locus ipse* i. e. ipsum caput et argumentum universale. *W.*

Ex quo ducatur quaeque pars

de rebus et responsa et scripta multa: et ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cumque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo, quoad potero, ejus ipsius generis jus civile nostrum; sed ita, locus ut ipse notus sit, ex quo ducatur quaeque pars juris, ut non difficile sit, qui modo ingenio possit

juris] Sic restituit hunc locum *Ranconetus*. Lamb.

Ducatur quaeque pars juris] Antiquiores scripti *quaeque rars juris;* ex eo Ranconetus fecit *pars*, approbante Turnebo. Antea legebatur, *ducatur quaeque res et ars juris.* Ursin.

Ex quo ducatur quaeque pars *juris*] Ita rescribendum conjecit *Ranconetus*, cum in vetustis Codicibus legeretur *rars juris.* Nostri quidem MSSti prae se ferunt *ex quo ducatur quaeque* res et ars *juris.* Inde tamen nihil emendatione *Ranconetiana* melius elicere possum, nisi legatur *quaeque* res et pars *juris.* Dav.

Ex quo ducatur quaeque pars juris] Servavimus emendationem Ranconeti, quia et paullo antecedit *locus*, qui significat argumentum universale, et paulo post agitur de partitione; quam posteriorem causam Sch. quoque ad defendendam hanc lectionem valere vult. Ceterum admodum variant nostri quoque libri. In Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. est *res et ars.* In Ed. Par. est *r * ars*, asterisco inter *r* et *ars* posito, ut fere nostrae lectionis vestigia agnoscas; in Ed. Comm. est *quaeque ars*, ut exhibent Copp. Vict. b. Pro *quaeque* est *quoque* in Cod. M. Goerenzio placet *res juris*, ut sit id, quod nos dicimus *Rechtsbegriff.* Sed vereor cum Handio, ut haec significatio idoneis exemplis probari possit. Codices duo Goerenzii aliquid simile habent nostrae lectioni; unus *res pares*, alter *res pars;* unde conjecit Handius (Jen. Lztg. 1810. 72. p. 573.), *pars juris* esse glossam, scribendumque esse simpliciter: *ex quo ducatur quaeque res.* Quam suspicionem si quis veriorem ceteris censuerit, me non admodum adversantem habebit. Ceterum ex illa duorum librorum scriptione possis etiam conjicere *juris pars. Mr.*

Ut non difficile sit, qui paullum modo ingenio possit moveri] Sic restituit *Adr. Turnebus* ex antiquae scripturae vestigiis. Lamb.

Difficile sit, qui paullum modo ingenio possit moveri, quaecunque nova etc.] Hoc, *qui paullum modo ingenio possit moveri,* in nostrum librum ut reciperem, visum non est: nam neque vidi esse in antiquis libris, et speciem glossematis aliquam prae se fert. Etiam *ingenio moveri* quam Latinum et usitatum sit, videndum. P. Manuc.

Ut non difficile sit, qui paullum modo ingenio possit moveri, quaecunque etc.] Est a mss. libris, nisi quod *domo* mutarit in *modo* Turnebus. Ediderat Victorius, *ut non diff. sit qui domo ingenii possit moveri, quaecunque* etc. quod item exstat in exemplari S. Victoris. Grut.

Qui modo ingenio possit moveri] Haec verba non comparent in Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Ascens. et editione pervetusta. *Victorius* autem dedit *qui domo ingenii possit moveri;* et hinc lectionem quam repraesentavimus exsculpsit *Turnebus:* nam vulgo perperam dabant, *qui* paullum *modo* etc. Paris. *quid homo*

moveri, quaecumque nova causa consultatiove acciderit, ejus tenere jus; cum sciat a quo sit capite repetendum.

Sed Iurisconsulti, sive erroris objiciendi causa, 19.
quo plura et difficiliora scire videantur; sive, quod 47.
similius veri est, ignoratione docendi, (nam non so-

ingenii moveri. Balliol. *quid homa ingenio possit moveri.* Rescribendum puto, *qui modo ingenio sit mediocri.* Sin rationem *Turnebianam* potius sequaris, adi nos ad Acad. I, 10. Dav.

Qui modo ingenio possit moveri] Duo Goerenzii Codd. et nostri Cr. et W. non agnoscunt haec verba, neque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. (sed hic ea probat in notis) Sturm. Ald. In Copp. Victt. a et b. est: *quid homo ingenio possit moveri*, in Cod. M. *quid homo ingenii moveri*, in Ed. Par. *qui domo ingenii possit moveri*, in Edd. Lamb. et Comm. *qui paulum modo ingenio possit moveri;* unus Goerenzii *qui modo ingenii p. m.*, in alio *qui homo ingenii p. m.*, In primo Comm. Turnebus haec posuerat: »In vetusto exemplari »legitur: *quid homo ingenii no-* »*men:* ut manifestum sit locum »esse corruptum, nisi legas *qui* »*dono ingenii valet.* [Praestaret »tum certe *valeat. Mr.*] In aliis »hoc, ut supposititium, ejicitur.« Ern. de lectione nihil monet, sed interpretatur: *cujus ingenium habeat sensum veri, et amet cognitionem rerum.* Wagn. ad Manutii partes inclinat. Rathius restitutum volebat *paullum*, ut subaudiendo opponatur: *ne dicam acute;* qui sensus exibit, et recte quidem, etiamsi non addas *paullum*, quod est in nullo libro MS. *Mr.* — Non debebant haec verba tanquam glossa uncinis includi [hoc videlicet fecerat Goer. in Ed. min.]. Sensus est: quicunque non plane mente tardus et hebes sit. Sic *acute moveri* est ingenii celeritate valere in Ep. ad Div. 15, 21. Acad. I. 9. *W.* — In majori Ed. Goerenzius lectionem nostram idoneis rationibus firmavit, eamque recepit Sch. In seqq. Cod. Cr. habet *consultatio ne;* idem *tenete* pro *tenere.* Cod. M. *quacunque nova consultatione. Mr.*

Cum sciat] Vulgo *cum scias.* Siquidem vero Harleian. sec. et editio pervetus habet *cum sciatur;* eam lectionem reposui quam Grammaticae flagitant elementa. Dav.

Cum sciat] Recepimus cum Ern. Wagn. Goer. et Sch. lectionem Davisii, quamvis ex libris nostris nullus addicat. Sed ratio ipsa flagitat tertiam personam, eamque habere videntur complures Goerenzii libri, cum e duobus tantum enotaverit *scias. Mr.*

Cap. 19. *Sed jurisconsultus*] Soloecismus videtur esse, cum ad verbum *dispartiuntur*, quod est numero multitudinis, referatur. P. Manuc.

Sed Jurisconsulti] Vulgo *jureconsulti;* contra quam jubent Codices et editio *Victoriana.* Dav.

Sed jurisconsulti etc.] Codd. Cr. W. *sed jurisconsultus — videatur*, Cod. M. Copp. Victt. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. (hic in nota cum Manutio facit) *jureconsultus — videatur*, Edd. Car. Steph. Ald. Gothofr. Sturm. Verb. Ern. Wagn. Bip. et Sch. *jureconsulti — videantur;* Edd. Vict. Par. Comm. Lamb. Dav. et Goer. ut nos edidimus. *Jureconsulti* a Latinitate flagitari existimabat Hülsemannus; quo jure,

lum scire aliquid, artis est, sed quaedam ars etiam docendi) saepe, quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur. Velut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scaevolae faciunt, Pontifices ambo et iidem juris peritissimi? At, inquit Publii filius, ex patre audivi, Pontificem bonum neminem

ipse viderit. Cod. M. habet *causa objiciendi*, Cod. Cr. *abjiciundi*, Cod. W. *sine erroris* (hoc ex correctione, videtur enim scriptum fuisse *erroribus*) *objiciunda causa*. Tum Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *verisimilius*. In seqq. Lamb. et cum eo Schützius ediderunt: *ars est etiam docendi*, sine libris et praeter necessitatem. Tota parenthesis abest ab Ed. Ven. 1494. Sed cave eam abjicias; plane enim redolet Tullium. Post haec Codd. Cr. et M. omittunt *in* post *id* et Cod. Cr. Copp. Victt. b. exhibent cum Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Goth. Verb. Ern. Dav. Wagn. Bip. *dispartiuntur;* nos cum Goer. et Sch. ex quinque Goerenzii libris optimis, nostro W. Edd. Par. Lamb. Comm. frequentiorem Ciceroni scriptionem reduximus. *Mr.*

Scaevolae] Praeter Scaevolam augurem jurisconsultum duo fuerunt Scaevolae pontifices, item jurisconsulti: antiquior Pub. Muc. Scaevola, Publii filius, qui Consul fuit A. U. 620. (617.); alter Quint. Mucius Scaevola, Publii filius, cujus consulatus incidit in A. U. 658. (655.); Auguris consulatus interjectus inter duos priores fuit, A. U. 636. (633.) Hos duos in juris disciplina magistros habuit Cicero, ut ipse ait in Lib. de Amicitia cap. I. *W.*

Et iidem juris peritissimi?] Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. *et fidem*, Cod. M. *et fide* pro *et iidem*, tum *potissimi* pro *peritissimi*. *Mr.*

At, inquit Publii filius,] Revocavimus lectionem librorum MSS. fere omnium, itemque Editionum vett. ante Comm. (Turn.) omnium, quamquam post hanc omnes ex bona fide (ut se fecisse ait Goer.) ediderunt *Saepe, inquit*. Commodum esse illud *saepe* non nego; sed quid impedit, quo minus (quod fieri posse ipse concessit Goer.) cogitemus Publium patris auctoritate sententiam suam confirmantem; ut sit objectio? Cuinam id objiciat ille, cum Cicero nobis fragmentum tantummodo sermonis ejus exhibeat, quaerere nil attinet. *Saepe* certe nullus liber habet. Copp. Victt. b. neque *at* habent, neque aliud quid; unus Goerenzii *hae*. — In seqq. ex sex Goerenzii Codd. et nostris omnibus dedimus *pontificem bonum neminem*, meliore ordine, pro quo in vulgatis (etiam in Ed. Sch.) est *pontificem neminem bonum*. Illum jam habent Edd. Asc. 1. 2. Paris. Comm. Dav. *Mr.*

Nisi qui jus civile cognosset] Quid si postea juris civilis oblivisceretur? an ex sententia Scaevolae bonus esset Pontifex? Harleian. pr. et editio *Victoriana* dant *cognoscet*. Lego *cognoscit*. Dav.

Nisi qui jus civile cognosset.] Cod. M. *cognoscet*, et ita Ed. Paris. Sed nihil haec faciunt ad commendandam Davisii conjecturam plane supervacaneam. *Mr.* — Vir doctus in Miscell. Obss. III, 1. p. 69. »Forsan *cognosceret*.« Obloquitur ibidem alius, addens: »Plusquamperfectum pro tempore »imperfecto saepe venit, praecipue »in verbis: *odi*, *memini*, *novi*

esse, nisi qui jus civile cognosset. Totumne? quid ita? quid enim ad Pontificem, de jure parietum, aut aquarum, aut ullo omnino? Ergo, quod cum religione conjunctum est. Id autem quantulum est? de sacris, credo, de votis, de feriis, de sepulcris, et si quid ejusmodi est. Cur igitur haec tanta facimus,

»etc.« — De argumento hujus loci consule Chladenium de Gentilitate X. 2. pag. 117. sqq. *Cr.*

Aut ullo omnino] Haud aliter mss. nisi quod ii, *tullo*. Turnebus putabat legendum *aut luminum?* quod statim arripuit, pro auctoris genuino, Lambinus. GRUT.

Aut ullo omnino] Hoc plane repugnat: ad Pontifices enim spectant sacra, vota, feriae, quaeque sunt hujusmodi, sicut paullo post docet noster. Hinc fit, ut *Turnebus* et *Lambinus* rescribant *aut luminum*. Frustra quidem: nam cum Med. Eliens. Harleian. pr. sec. Balliol. et veteres editi representent *aut ullo omnino* si *ergo;* reponas velim *aut ullo omnino* simili? *Ergo quod* etc. DAV.

Aut ullo omnino] Vir doctus in Obss. Miscell. IV. 3. p. 334. »Vera lectio haec videtur esse: »*aut ullo omnino*, *nisi quod cum* »*religione conjunctum est*.« Contra ea ibidem alius V. D. ita monet: »At in voce *ullo* non jure in »genere, sed *jure civili* intelligen»dum, quatenus opponitur *juri* »*pontificio*. Et sic si interprete»tur, mutatione nulla opus fue»rit.« *Cr*. His, quae postremo loco dicta sunt, commotus sum, ut in lectione vulgata acquiescerem, cum Goer. et post eum Sch., quasi vulgata ferri non possit, ediderint *aut tali ullo omnino*, quod in nullo libro est, sed placeret, nisi, recta explicatione adhibita, idem sensus posset erui. Duo Goerenzii habent *aut at ullo*, duo ut Codd. Gruteri et noster W. *aut tullo*, unus *aut cullo*, noster Cr., ut edidimus, *aut ullo omnino*, Cod. M. inde ab *omnino* usque ad *religione* omittit omnia. Ante *ergo* Codd. plerique, nostri etiam Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. addunt *si*, unde fecit Dav. *simili*, contra Ciceronis morem, qui *omnino*, ut recte observavit Goer., in clausula ponere solet. Ceterum illa voce, quamvis ad sensum probabili, non minus aequo animo carere possumus, quam ea, qua Goer. Ciceronem auxit. Ern. ad vocem *ergo* recte subaudit *eo tantum*. Wyttenbachio placet Lambini conjectura. Engelbronnerus l. c. p. 62. verba *aut ullo omnino* pro glossemate habet; quod non fecisset, si recte intellexisset locum. Rathius denique, humeris Lambini insistens, conjecit: *aut illo luminum;* quod ei Ciceronis ipsius manes dictasse credas. — Ad v. *de sacris* Goerenzius monet videri excidisse *privatis*, quod Schützio veri videtur simillimum. Cogitari certe debent sacra privata; sed recte monet Beierus ea per se intelligi, tum quia praecessit §. 45. *de sacris perpetuis et de manium jure restat*, tum quia §. 47. locus *de sacris* ad *jus civile* pertinere dicitur: q. v. ad Cic. de Off. I. 17. 55. p. 131. — Mox post *feriis* additur *et* in Codd. Cr. et W. itemque in Edd. Asc. 1. et 2. *Mr.*

Cum cetera perparva *sint*] In Med. lectio vetus est erasa. Sed Harleian. primus recte, ni fallor, exhibet *cum cetera* praecipua *sint;*

cum cetera perparva sint: de sacris autem, qui locus patet latius, haec sit una sententia, ut conserventur semper, et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege
48. posui, perpetua sint sacra? Hoc posito, haec jura Pontificum auctoritate consecuta sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, et iis

ea scilicet quae ad jus Pontificium non pertinent. Dav.

Qui locus patet latius] Idem est, quod vulgo minus latine dicitur: quae materia longius se extendit. *W.* — Cod. M. habet *cum cetera perpetua sint.* Pro *semper* in Copp. Victt. a. et b. est *semet;* in Cod. Cr. *perdantur* pro *prodantur.* Ceterum monente Beiero ad Cic. de Off. II. 8. 30. interrogationis signum, quod in Edd. omnibus ponitur post *perparva sint*, promovimus in paragraphi clausulam, quia verba *haec sit una sententia* non minus, quam *perparva sint*, pendent a praecedenti conjunctionis particula *cum. Mr.*

Perpetua sint sacra. *Hoc posito, haec jura Pontificum* auctoritate consecuta *sunt*] Lambinus, omissa voce *sacra*, dedit *perpetua sint. Hoc posito, haec jura Pontificum* auctoritates consecutae *sunt.* At Codices exhibent *perpetua sint* sacra haec posita. *Haec jura Pontificum auctoritate consecuta sunt.* Reponendum videtur *perpetua sint.* Sententiam hanc positam *haec jura Pontificum auctoritate consecuta sunt.* Dav.

Hoc posito, haec jura pontificum auctoritates consecutae sunt] Sic emendatum est in codice Memmiano. Lamb.

Hoc posito, haec jura pontificum auctoritate consecuta sunt,] Valde variant libri. Unus Goerenzii et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. *perpetua sint sacra hic posita;* alter *hoc ponite;* quinque alii et nostri Cr. et M. *haec posita;* Cod. W. a prima manu *hoc posita*, ab altera *haec posita.* Ed. Ald. *perpetua sint. sacra hic posita;* Ed. Par. *perpetua sint sacra. Haec posite*, ubi Turn. in primo Comm. adnotavit: »Legendum *his positis*, *haec jura pontificum;* aut aliquid deerit.« Edd. Car. Steph. Comm. habent, ut nos cum Goer. edidimus. Sed Verb. Ern. Wagn. Bip. Schütz. *Hoc uno posito*, sine librorum auctoritate; quae scriptio post quatuor lineas suo loco redit. Editiones Sturm. variant inter se: prior habet: *perpetua sint sacra haec posita. Haec jura pontificum authoritatem consecuta sunt;* posterior: *perpetua sint sacra. Haec posita, haec jura pontificum, authoritate consecuta sunt.* In Copp. Victt. b. verba *hic posita* deleta sunt. Tum Cod. Cr. *ut de morte patris ff.* (sic) *sacrorum* etc. *Mr.*

Et esset ea adjuncta.] Ita scripsimus cum Goer. (nisi quod hic edidit *his*) ex Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Vulgo legitur *iis essent ea adj.;* sed *esset* referendum est ad sacrorum memoriam, et legitur in tribus Goerenzii, Cod. W. (ubi scribitur *iis esset ea d.* (sic) *adjuncta*) Copp. Victt. b. (ubi est *devincta* pro *adjuncta*) et praeter Edd., quas laudavimus, etiam in Ed. Sturm. Quinque Goerenzii et noster M. *his est ea;* Cod. Cr. *iis esset ea adj.* Schützius non recepit *et*, quod mea quidem sententia abesse nequit, quodque jam Wagn. desiderabat. Lamb. dedit *et ut iis esset.* Rathius conjecit: *ut* (ne morte patris fam. sacro-

esset ea adjuncta, ad quos ejusdem morte pecunia venerit. Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur Iurisconsultorum libri. Quaeruntur enim, qui adstringantur sacris. Heredum causa justissima est: p. 180. a. nulla est enim persona, quae ad vicem ejus, qui e

rum memoria occideret) *iis essent ea* [sc. sacra] *adjuncta* etc. Mihi aliquando in mentem venit legere: *ut* (*ne — occideret*) *iis essent ea* [sc. sacra] *injuncta*, *ad quos* etc. Neque nunc me hujus suspicionis poeniteret, si scirem, Ciceronem verbo *injungendi* unquam esse usum. *Mr.* — Cf. cap. 21. *sacra cum pecunia conjuncta sunt*, et vid. quae hac de re monuerunt Franc. Car. Conradi in Parergis Lib. II. p. 150 sqq. et D. Fr. *Ballhorn genannt Rosen* in libro *über Dominium* p. 14. sq. *De pontificum auctoritate* consule eundem p. 290. sq. De vario vocis *pecuniae* usu etiam apud Ciceronem cf. *van Lynden* in Interpretatione IurisprudentiaeTullianae in Topicis expositae. p. 52. sqq. *Cr.*

Ad cognitionem disciplinae satis,] Vocem *satis* non habet Cod. M.; pro ea in Cod. Cr. est *sūq̄*. quod legere possis vel *sane quam* vel *satis quam*. Ad sequentia v. quae ex Engelbr. Diss. saepe laudata in Excursu IX. excerpsimus. *Mr.*

Quaeruntur *enim*] Lego *quaerunt*, vel *quaeritur*. Dav.

Quaeruntur enim, *qui adstringantur sacris.*] Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b: *quaerentur*. Ernesto et Rathio probatur Davisii emendatio, quae totidem literis exhibetur in Edd. Crat. et Herw.; quamquam hae quoque in varr. lectt. habent vulgatam, *quaeruntur*, quam recte defendit Goer. subaudiens *personae*. Pro *adstringantur* legitur *adstringuntur* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *Mr.* — *Quaeruntur* etc. i. e. quaeritur, qui sint obstricti, obligati ad sacra illa gentilitia mortui patris familiae servanda. *W.* — Ad hunc locum adhibe *Savigny* in: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft.* Vol. II. n. XV. p. 365. sqq. ibique Cato lib. II. Origg. ap. Priscian. Lib. IV. p. 629. Putsch. [p. 153. Krehl.] *Si quis mortuus est Arpinatis*, *ejus heredem sacra non sequuntur. Cr.*

Heredum causa, *justissima* caussa *est*] Sic Paris. Vulgo deest vox penultima. Dav.

Heredum causa justissima est.] Delevimus repetitum *causa*, quod neque ex Goer. neque ex nostris libris ullus habet. Pro *heredum* Cod. M. habet *habendum*, Cod. Cr. *haerendum*. Sed in marg. adnotatum est: *heres et defunctus eadem persona censentur.* Rathius ad h. l. »equidem, ait, scribo: »*heredum ex asse justissima* »*causa est:* sequitur enim, qui »*semissem* ceperit, sacris ad»stringi similiter, et ita *quoque* »*ordine*; i. e. (ut ait Wagn.) ut, »quo majorem pecuniae partem »quis acceperit, eo majorem sum»tuum in sacra faciendorum par»tem recipiat. — Hac mea con»jectura rejecta, nil vides, quod »ordinem hunc indicet; ea ac»cepta, multo melius intelligis, »cur nulla sit persona, quae ad »vicem mortui propius accedat.« *Mr. Heredes* i. e. *Civilerben.* Vid. Savigny l. c. p. 365. ibiq. Ulpian. XXVIII. 12. §. 2. I. de bon. poss. 3. 10. *Cr.*

Quae ad vicem ejus etc.] Gesne-

vita emigrarit, propius accedat. Deinde, qui morte testamentove ejus tantumdem capiat, quantum omnes heredes. Id quoque ordine: est enim ad id, quod propositum est, accommodatum. Tertio loco, si ne-

rus in Thesauro L. L. v. *vicis* ad h. l. ita: »i. e. qui potius subire »debeat munera ab ipso relicta.« — *Emigrarit* habent octo Codd. apud Goer. et noster Cod. W. itemque Copp. Victt. b. Edd. Paris. et Comm. In reliquis est *emigraverit*, quod dedit etiam Schützius, quamquam sequi voluerit Goerenzium, ut ex nota apparet, quae item habet errorem duplicem. Scripsisse enim ait *Davisium* ex octo Codd. *emigravit*. Sed fuerunt hi Codd. Goerenzii, et hic, ut Dav. edidit *emigrarit*. Tum Cod. M. habet *proprius* pro *propius*. *Mr.*

Deinde, *qui morte* etc.] Codd. Cr. et W. *quom morte*, Copp. Victt. b. *quo morte;* tum Cod. M. *capit* pro *capiat*. *Mr.* — *Morte testamentove:* Recte interpretatur Turn. *donatione aut legato.* Nomine *mortis* a *testamento* distincto significant eam, quam jureconsulti postea nominarunt donationem mortis causa de qua exponitur Pandect. Lib. XXXIX. Tit. 6. Institut. L. II. Tit. 7. *W. Savigny*. Zeitschr. l. c. p. 366. singularem, ait, successorem una cum omnibus heredibus sacris adstringi, sive *legato* (testamento), sive *morte* (*durch Schenkung von Todes wegen*) quiritariam possessionem defuncti accipiat: sed tum tantum, si id, quod acquiritur, tantundem sit, quantum omnibus heredibus conjunctim relinquatur. — Sequitur doctrina antiquior (*die ältere Theorie*) p. 366. admoneturque legis Voconiae et laudatur Cic. in Verr. I. 43. *Cr.* In ea lege, lata a. u. 585., vetitum erat, ne, qui census esset, plus cuiquam legaret, quam ad heredem heredesve veniret. *Mr.*

Ad id quod propositum *est*] Convenientius, opinor, rescribas *ad id quod* positum *est*. Dav.

Quod propositum est,] Recte monet Goer. emendatione non opus esse cum nostro *proponere* pro *ponere* frequens sit; laud. Wopk. Lectt. Tull. III. 11. p. 297. *Mr.*

Tertio loco etc.] Savign. l. c. p. 367. sq. in doctrina antiquiori, ait, brevius ita dicitur: *aut si majorem partem pecuniae capiat.* — Deinde tertiam sententiam pluribus verbis explicat. *Cr.* — In seqq. Cod. M. *fuerit* pro *fuerint*. Verba *si nemo sit heres* Turn. in primo Comm. ita explicat: si quis intestatus, nullis superstitibus agnatis aut legitimis heredibus decesserit, is, qui vacua ejus bona usurpaverit, sacrorum oneri alligabitur. *Mr.*

Cum moritur, usu *ceperit plurimum* possidendo] Meliores libri dant, *cum* moriturus ut *ceperit plurimum* possidendo. At *Victorius*, *Turnebus*, et *Aldus* nepos ultimam vocem non agnoscunt, eaque manifesto παρέλκει. Totum locum sic constituo, *Qui de bonis quae ejus fuerint cum* mortuus est, *ceperit plurimum. Quarto* etc. Certe res usucapione fieri non potest nostra, nisi post aliquod temporis spatium; de quo vide sis Interpretes ad *Justiniani* Instit. lib. II. Tit. 3. Dav.

Cum moritur, *usu ceperit plurimum possidendo.*] Cod. M. *commoriturus ut ceperit possidendo.* Codd. Cr. et W. *quom moriturus, acceperit.* Et ita Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Gothofr. In Edd. Car. Steph. et Brut. legitur *cum moreretur*, *acceperit*, in Ed. Sturm. *cum moritur*, *acceperit;* in Edd. Paris. et

mo sit heres, is, qui de bonis, quae ejus fuerint, cum moritur, usu ceperit plurimum possidendo. Quarto, si nemo sit, qui ullam rem ceperit; de creditoribus ejus, qui plurimum servet. Extrema illa persona 49.

Comm. *cum moritur, usu ceperit plurimum* omisso *possidendo*. Rathius legi vult: *qui mortuus sit, ceperit plurimum possidendo*, abjecto *usu*, quod in libris non appareat. — Sed sunt certe ejus vestigia in Codd. manifestissima, v. c. in nostro Cod. M. Goerenzius vocem *possidendo*, ut ex interpretamento ortum, uncinis inclusit, *Sch.*, eum cupidius secutus, plane delevit. *Mr.* Tuetur *Savigny.* l. c. lectionem *possidendo* p. 374. l. c. Explicationis summa haec est: »primo loco sacris adstringuntur omnes heredes, quibus »altero loco aliae etiam personae »adduntur. Sed, si non secundum »jus civile, sed secundum jus »praetorium hereditas aditur, tertio loco sacris adstringitur is »bonorum possessor, qui plurimum usu ceperit possidendo. Ceterum non contendo, hoc nonnisi tertio loco factum esse. Eodem enim redit, cum is, qui »moritur, bona quidem, neque »vero heredes (neque civiles neque praetorios) relinquit.« Postea in epistola ad me data »tuetur, ait, (si forte novo argumento res egeat) verbum *possidendo* contra Goerenzium Gajus »II. §. 41.« Conf. Gaj. II. §. 52 — 58. add. III. §. 175. — Chr. Gottl. Schwarz. in Plinii Panegyr. cap. 37. p. 149. post verba *usu cepisset plurimum* (ita enim scribit) non agnoscit *possidendo*, et interpretatur: »h. e. qui majorem »bonorum partem usu cepisset, »et anno vel biennio, cum pater »familias sine alio herede moreretur, possedisset.« Deinde ita pergit: »ad haec *si nemo esset, qui* »*ullam rem cepisset;* is in sacra »familiae transibat *de creditoribus mortui, qui plurimum ser*»*varet*. Denique et *is, qui ei,* »*qui mortuus esset, pecuniam de*»*buisset, neminique eam solvis*»*set*, proinde habebatur, quasi »eam pecuniam (ex hereditate) *ce*»*perit;* adeoque sacris iisdem obnoxius erat, quibus creditor fuerat adstrictus.« Exponit denique causas onerosae hereditatis, nimirum sumtus in sacra privata quotannis faciendos; quae in vulgus nota sunt. *Cr.*

Quarto si nemo sit] Paris. *Quarto* qui *si nemo sit.* Lege *quarto* quod *si nemo sit;* uti diserte Balliol. Dav.

Quarto, si nemo sit, qui etc.] Servavi lectionem vulgatam, quam tuentur nostri Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Paris. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Comm. Cod. M. habet *quarto qui si nemo sit qui rem cep.* etc. Copp. Victt. b. *quarto si qui nemo sit, qui* etc. omisso *qui* ante *plurimum.* Ejusmodi lectiones cum Goer. etiam in plerisque suis reperisset, dedit, satis contorte: *Quarto, qui — si nemo sit, qui ullam rem ceperit, — de creditoribus ejus plurimum servet.* Rathius post *ejus* addi volebat *is:* ad perspicuitatem certe probabiliter. *Mr.* — *Qui plurimum servet: servare* dicitur creditor, si ex debitoris sui bonis vel totum debitum vel partem ejus recipit. Ita Paulus Digest. Lib. XVII. Tit. 1. leg. 45. Conf. Brissonius de verb. signif. p. 326. in v. *servare ab aliquo. W.* — *Savign.* l. c. p. 375 — 377. ante *creditoribus* deleri vult *de*, rationibus his ductus: sermonem esse vult de creditorum *concursu*, qui ex jure antiquo erat *auctio*, qua

est, ut, si qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit, neminique eam solverit, proinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit.

ei, qui ceteris creditoribus centesimas plurimas (*die höchsten Procente*) se soluturum suscepisset, facultates debitoris addicebantur. Is tum, debitoris heres habitus, reliquis creditoribus centesimas pactas solvebat, eoque bonorum debitoris possessor justus fiebat; sed iisdem etiam, quibus ille, sacris adstringebatur, cum in justi heredis locum successisset et centesimis paciscendis sibi cavere potuisset, ne nimiam pecuniae summam solvendam reciperet. Vertit igitur verba, *qui creditoribus ejus plurimum servet: Wer den Creditoren am meisten von ihren Forderungen rettet*, i. e. cui, ut emtori, tota debitoris res familiaris addicta est, plurimo licenti. — Sed in epistola, quam laudavi, dubiam ipse eam emendationem vocat; non enim, ait, quod posueram, emtor plane ut heres jure civili mortuo debitori succedebat. Vid. Gajus III. §. 80. 81. *Cr.*

Ut is qui ei qui mortuus sit pecuniam debuerit] Codices fere dant *ut sit is qui mortuus sit pecuniam debuerit*. Lege *ut* si ei *qui mortuus sit pecuniam debuerit*. Recepta lectio venit a *Lambini* conjectura, quae tamen incommoda videtur; cum ea fiat ut *masculinum pronomen* ad *personam* referatur. Dav.

Extrema illa persona est etc.] Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. *ut si is qui ei*, Cod. M. *ut si quis ei*, Edd. Asc. 1. 2. ut Cod. M.; Edd. Brut. Ald. Gothofr. *ut is, qui mortuus sit:* nullo plane sensu; Edd. reliquae vett. *ut is, qui ei, qui mort.* ex conjectura Lambini. Nos cum Goer. ex duobus Codd. dedimus *ut, si qui*, quod firmatur etiam lectione *si quis*, quae praeter nostrum M. est in septem Codd. Goerenzii et probatur Beiero ad Cic. de Off. I. 16. 52. p. 125. *Si quis* legi volebant Wagn. et Rath. Sed saepissime scriptionem Ciceronis *si qui* a scribis mutatum esse in *si quis* vere monet Goer., idemque addit Graecam esse constructionem, ut *εἴ τις* pro *ὅς τις*. In seqq. Cod. Cr. *debuit*, Codd. W. et M. *nemini qui*, sed in Cod. W. superscriptum est *que;* Cod. M. *solverat*. *Mr.* — *Savign.* l. c. p. 377. sq. »Si neque heres adest, neque bonorum »possessor, neque alius quispiam »aliquid ex facultatibus (pro suo) »usu cepit, neque creditorum fit »concursus: tum quidem debitores ejus, qui mortuus est, quippe debitis jam liberati, sacris »adstringuntur creditoris sui. Fingitur enim, pecuniam, quam debuerint, ex facultatibus herede »carentibus, in debitorum bona »transiisse, proinde ac si eam »pecuniam ceperint. Probatur hoc »loco, verissimum esse, ante legem Iuliam antiquo jure bona, »quorum heres non exstaret, vacua fuisse domino (*herrenlos*). »Ulpian. XXVIII. 7. *Si nemo »sit, ad quem bonorum possessio »pertinere possit . . . . . . populo »bona deferuntur ex Lege Julia »caducaria.*« *Kind.* de Lege Voconia p. 15. not. 50. emendat: *ut is cui qui mortuus sit;* ut locus referatur ad creditorem, neque vero ad debitorem: sed male, judice *Savign.* in epistola, quam laudavi, ad me data. *Cr.*

Proinde *habeatur*] Sic Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus et Ven. 1471. Vulgo *perinde*. Vide *Godesc. Stewechium* de Part. L. L. pag. 256. Dav.

Proinde habeatur] Sex Goe-

Haec nos a Scaevola didicimus; non ita descripta 20.
ab antiquis. Nam illi quidem his verbis docebant, tribus modis sacris adstringi: hereditate; aut, si majorem partem pecuniae capiat; aut, si major pars pecuniae legata est, si inde quippiam ceperit. Sed Pontificem sequamur. Videtis igitur omnia pendere ex 50.
uno illo, quod Pontifices pecuniam sacris conjungi volunt, iisdemque ferias et caerimonias adscribendas

renzii et nostri Codd., excepto M., omnes, itemque Edd. Asc. 1. 2. Comm. et Lamb. habent *proinde;* reliqui *perinde.* Cf. de his vocabulis Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. 8. 31. *Mr.*

Cap. 20. *Non ita descripta* sunt] Vulgo praetermittitur vox ultima, quam nostri Codices *Tullio* vindicant. DAV.

Non ita etc.] Delevimus Davisii *sunt*, quod non agnoscunt plerique Codd. Goer. noster M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Ald. Comm. Idemque fecerunt Goer. et Sch. Solebant autem librarii addere hoc verbum plurimis locis. Ad rem vid. Excursum X. *Mr.*

Tribus modis adstringi: hereditate etc.] Secuti sumus editionem Victorii, quam et Turnebus repraesentavit; cui Turnebo per omnia fere libris his tribus secundas agit A. Manucius Nepos. Equidem in re tam obscura neminem invenire poterat, cui se tutius honestiusque committeret. GRUT.

Tribus modis sacris adstringi:] In praecedentibus Cod. Cr. *doceant* pro *docebant.* Nostro loco quinque Goerenzii, nostrique Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Paris. Lamb. Gothofr. habent: *tribus modis sacris adstringi hereditatem;* iidem libri, videlicet ne tertius modus desit, ante *si inde* inferunt tertium *aut.* Sensus autem hic est: Secundum doctrinam antiquiorem tres erant modi, secundum quos aliquis adstringebatur sacris defuncti servandis. Primum adstringebantur heredes omnes, deinde cum his legatarii quidam, denique, si nemo esset heres, is, qui rei familiaris defuncti plurimum usu ceperat. Vid. *Savign.* l. c. p. 364. *Mr.*

§. 50. *Pendere ex uno illo*] Cod. M. *ex illo uno.* Tum Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Crat. Herw. Ald. Brut. (hic vero in nota cum Turn. facit) habent *pontificum pecuniam sacro.* Postremum, videlicet *sacro,* est etiam in Edd. Asc. 1. et 2. Davisius et Goer. in omnibus suis libris nostram lectionem habuisse videntur, quam dedimus ex Edd. Par. et Comm.; nihil enim monent. *Mr.*

Iisdemque ferias] i. e. iisdem pecuniis seu possessoribus pecuniarum defuncti volunt adjungi sacra, adscribique ejusdem defuncti ferias et caerimonias, quas colere solebat. *W.*

Atque etiam dant hoc Scaevolae,] Vox *etiam* abest in Copp. Victt. b. Pro *dant* Lamb. *addunt;* minus bene; nam *dant* est *concedunt. Scaevolae* est i. q. ambo Scaevolae. *Mr.*

Quod est partitionis caput *si*] Hoc ex ingenio vir acumine ingenii doctrinaque excellens *Ranconetus* praeclare apteque in primis ad sententiam emendavit. Veteres libri *partitio, ut si.* Sed infra dictum est: *Partitionis caput scriptum caute* etc. P. MANUC.

Quod est partitionis caput. Si in testamento, ut c. deducantur

putant. Atque etiam dant hoc Scaevolae, quod est partitio: ut, si in testamento deducta scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. In donatione hoc iidem secus interpretantur: et quod pater familias in ejus donatione, qui in ipsius potestate esset, appro-

etc.] Secutus sum emendationem adscriptam ad marginem libri Memmiani, a qua non multum discrepat quorumdam conjectura, quam refert *Adr. Turnebus*, *Si deducta c. in testamento scripta non sint.* Lamb.

Quod est partitio etc.] Lambinus heic mire omnia confundit, ut sententia sua sibi constet Tullio, si diis placet: recepitque praeterea in contextum Ranconeti divinationem, *partitionis caput;* eumque secutus, quod miror, Aldus Nepos. Grut.

Quod *est partitio*] Reponendum credo *cum est partitio.* Veteres *quom* scribebant, eaque vox in *quod* facile mutabatur. *Theophilus* Inst. lib. II. Tit. xxiii. 5. *Ἦν πεμπτὸν γένος ληγάτου, καὶ ἐλέγετο ΠΑΡΤΙΤΙΩΝ ἤτοι μερικόν. Κατελιμπάνετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Titius mihi heres esto, et cum Seio hereditatem dividito in dimidia portione.* Ut vero quod res est dicam, in hoc loco nonnullisque sequentibus haereo, nec memet extrico satis; nam Pontificum Jurisque Consultorum libros, ex quibus haec elucidari forsan et suppleri poterant, dudum consumsit edax vetustas. Monebo tamen a *J. Fr. Gronovio* de Pecun. Vetere lib. IV. cap. vii. pag. 304. totum locum sic refingi, *Atque etiam* dat hoc Scaevola caput partitionis, *ut, si in testamento deducta* sacra *non sint, ipsique minus ceperint quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur.* Rem tamen in tenebris esse non diffitetur vir acutissimus. Dav.

Quod est partitio:] Vocem *quod* omittit Cod. Cr. Tum scripsit Sch. cum Lambino *partitionis caput;* Goer. malebat *partitionis.* Nobis neutrum faciendum visum est, cum et libri in vulgata consentiant, eaque, si recte explices, non offendat. *Mr.* — *Partitio* est genus legati, quo legatarius tantum capit, quantum heres, si unus est heres: aut tantum, quantum omnes simul heredes, si plures sunt. Sed ita legatarius sacris adstringebatur, ut vid. §. 48. Hoc ut effugeret, ipse aliquanto minus, quam dimidiam partem hereditatis pro legato sumebat, idque licere affirmabant Scaevolae; si quidem ipse testator in testamento nil scripsisset de parte legati a legatario non remittenda, h. e. quod Cic. ait, *si deducta in testamento scripta non sit.* Ita locus sine emendatione, quam multi interpretes tentarunt, accipiendus videtur. Vid. Ulpianus regul. Tit. 14. §. 25. et Gronovius de Pecunia veterum Lib. IV. cap. 7. *W.*

Si in testamento deducta scripta non sit] *Deductum* pro deductione sumi, quia *remissam* pro remissione, *missam* pro missione dixerint Ecclesiastici scriptores, id vero non persuadet *Turnebus.* Eum tamen sequitur *Meursius* in Crit. Arnob. p. 93. *Victorius* edidit, *si in testamento ut deducantur scriptum non sit.* Forsan legi possit, *si in testamento, ut deducantur* centum nummi, *sit.* Vide cap. xxi. Dav.

Ut si in testamento deducta scripta non sit.] Victorii editio, *ut si in testamento ut deducan-*

bavit, ratum est: quod eo insciente factum est, si id is non approbat, ratum non est. His propositis, quaestiunculae multae nascuntur; quas qui intelligat, non, 51.

tur scriptum non sit. Pal. tert. item Turnebi codd. stant a vulgato; quartus habet, *ut si in testo se ducta non sit.* GRUT.

Deducta] Ea pars quae deducta est ab herede, quo minus caperet quam ceteris heredibus relinqueretur. P. MANUC.

Si in testamento deducta scripta non sit] Cod. Cr. *testio*, Cod. M. *deducto.* Graevius ad marg. Ed. Comm. scripsit ad h. l. »*de*»*ducta* ponitur pro *deductio*, ut »*declamatae* pro *declamationi*»*bus* apud Capitolinum: *multae* »*ejus declamatae feruntur.*« Sed Engelbr. l. c. p. 65. ait: »*Si de*»*ductio scripta non esset:* Sic »omnino legendum est: vid. Ba»chius ad Brisson. de formulis »p. 118.« Pearcius conjecit: *si in testamento, ut centum numi deducerentur, scriptum non sit.* Lambinus edidit: *si deducta C. in testamento scripta non sint.* Hoc dicit Ern.; sed in nostra Lambiniana ut Lambini lectio haec profertur: *Atque etiam addunt hoc Scaevolae, quod est partitionis caput, Si in testamento, ut C. deducantur, scriptum* non sit, *ipsique centum minus ceperint* etc. et ita etiam marg. Gothofr. Ad seq. *ipsique* Ern. ait: »Qui sint, nemo dixit: »sunt legatarii.« *Mr.*

Secus] Dissentiunt a se ipsis: in testamento enim, quod scriptum non est, probant tamen. In donatione vero filii familias, si donavit insciente patre, non probant. P. MANUC.

In donatione hoc iidem secus interpretantur:] Codd. Cr. et W. *idem* pro *iidem. Mr.* — Cicero videtur non simpliciter *donationem testamento*, sed testamentum filii familias donationi filii familias opposuisse: nam in his demum est repugnantia. Atque idem sequentes retinuerunt jureconsulti: nam, ut ait Gajus Pandect. L. XVIII. Tit. 1. *de filio familias*, qui in potestate patris est, testamenti faciendi jus non habet, adeo ut, quamvis pater ei permittat, testari non possit. Et tamen certis conditionibus, patre permittente donare potest secundum Julianum et Ulpianum. Pandect. L. XXXIX. Tit. 5. *de donationibus. W.*

Et quod pater familias] Lamb. delevit hoc *et*, Goerenzius contra ante repetitum *quod* alterum *et* addi vult. Utrumque bene, hoc melius. Sed in librorum omnium consensu nihil mutandum: neque magis cum Lamb. post *non* scribendum *approbavit* pro *approbat.* Pro *ejus* legitur *ejusdem* in Edd. Asc. 1. et 2.; pro *esset*, *approbavit* Copp. Victt. b. *etiam adpropravit;* pro *insciente* Codd. Cr. W. Copp. Victt. a. et b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. *inscio.* In Cod. M. est *inscicio*, in Ed. Par. *eo sciente*, in Ed. Comm. *eo insciente*, cui, quamquam Dav. et Goer. nihil monent, quasi hanc lectionem in omnibus suis libris habuerint, haec lectio originem debere videtur. Sed cave ideo litem moveas lectioni nostrae, quae est optima. Consuetam enim formam substituerunt librarii minus tritae. Vocem *is* non habent nostri Codd. Cr. et W. Illud *et* ante repetitum *quod* Sch. se ex mente Goerenzii recepisse ait; sed non recepit. *Mr.*

His propositis] Lego *his positis:* quod ipsa res videtur postulare. DAV.

§. 51. *Quas qui intelligat, non, si* etc.] Sic habent libri veteres,

si ad caput referat, per se ipse facile perspiciat?
b. Veluti, si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur; ac post de ejus heredibus aliquis exegisset pro sua parte id, quod ab eo, cujus ipse heres esset, praetermissum fuisset; eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam heredibus omnibus

et nonnulli vulgati, et recentes. In aliis ita impressum est: *quas qui non intelligat, si ad caput referat, per se ipse perspiciat.* Quae lectio probabilior videtur. Lamb.

Quas qui intelligat, non si ad caput referat] Exhibendam putavi iterum lectionem exoletam: Victorius enim, Lambinus, Aldus Nepos maluerunt, *quas qui non intelligant, si ad caput referat*, contra auctoris mentem, ut bene ostendit Turnebus. Grut.

Quas qui non intellegat, si ad caput referat] Vulgo *quas qui intelligat, non si ad caput referat;* quod congruo sensu carere putem, licet in alia sententia fuerint *Turnebus Gruterus*que. Nos igitur editionem *Victorianam* sequimur, prout *Lambinus* etiam fecerat. Dissimulandum tamen non est in Eliens. Balliol. Harleian. pr. sec. Med. editione pervetere, simul ac Ven. 1471. legi *quas qui* nascuntur *intelligat*, non *si ad caput referat.* Sed sedem suam particula negans haud tenet et altera vox e superioribus est perperam repetita. Dav.

Quas qui intelligat, non, — perspiciat?] Ita necessario cum Goer. et Sch. ex optimis libris scribendum fuit, cum Davisii lectio, reliquorumque, qui eum insecuti sunt, librorum MSS. auctoritate destituatur. Error inde natus est, quod non viderunt Editores, interrogandi signum post *perspiciat* esse ponendum. A Cod. M. absunt verba *quas qui.* In Codd. Cr. et W. *quas qui nascuntur intelligat*, male repetito vocabulo paulo ante suo loco posito, quod habent etiam quatuor Goerenzii; *non* ante *si* habent scripti ad unum omnes, itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. Sequens *facile* omissum est in Cod. Cr. *Mr.*

Veluti si minus quis cepisset] Pro *minus* est *munus* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. sed duae posteriores in varr. lectt. habent *minus.* Tum Cod. M. *deligaretur;* idem cum Cod. W. *ut* pro *ac*, pro eodem Copp. Victt. b. *et*, unde prioris vitii originem agnoscis. *Mr.* — Veluti Titius reliquit hereditatem XM. numorum, ut Cajus ex illa pecunia VIM. numos legati nomine acciperet. Cajus tantummodo sumsit IVM., ne sacris adstringeretur; at Caji heres Maevius hos IIM. numos a Cajo quondam remissos, exigit ab heredibus Titii, iisque exactis habet VIM. ex vetere illa Titii hereditate: ergo plus habet, quam reliqui heredes. Itaque solus sacris Titii alligatur. *W.* — Tu vide *Savigny.* l. c. p. 379. ibiq. laudd. *Balduinum* in Jurisprud. Muciana p. 471. *Trekell.* de origin. Testamentifact. p. 233. *Meermann.* de rebus mancipi p. 134. *Cr.* — In seqq. Cod. M. *cujus ipse heredis esset. Mr.*

Solum sine coheredibus] Mss. nostri *nisi coheredibus:* neque aliter vulgati ante Victorium et Turnebum. Grut.

Solum sine coheredibus] Codices *solum* nisi *coheredibus* male repraesentant. Dav.

Solum sine coheredibus, sacris alligari] Codd. Cr. W. et M.

esset relicta; qui eam pecuniam exegisset, solum, sine coheredibus, sacris alligari. Quin etiam cavent, ut, cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat, is per aes et libram heredem testamenti solvat; propterea quod eo loco res est, ita soluta hereditate, quasi ea pecunia legata non esset.

Hoc ego loco multisque aliis quaero a vobis, 21. 52.

nisi pro *sine*, Cod. M. etiam *solus* pro *solum*, et cum Copp. Victt. b. *allegari* pro *alligari*. Illud *nisi* est etiam in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. (sed hic in nota Turnebi rationem probat) Ald. Gothofr. *Mr.*

Quam sine religione capere *liceat*] Paris. *quam* sinit religio non habere *liceat*. Corrupte quidem; sed ejus ductu reponendum censeo, *quam sine religione* habere *liceat*. DAV.

Quam sine religione capere liceat,] Aliquot Goerenzii habent *sinit religione*, noster M. *quam sinit religio ne capere liceat*. *Mr.* — *Sine religione capere* i. e. ita accipere legatum vel hereditatem, omnino pecuniam defuncti, ut accipiens non adstringatur sacris. *W.*

Per aes et libram] Hac ratione fit *mancipatio*, quae non in homines solum, sed etiam in res mobiles immobilesque legitimum parit dominium. Vide sis Interpretes ad *Caji* Inst. lib. I. Tit. VI. 3. et *B. Brissonium* Select. Antiquit. I. 7. nec non Form. lib. VI. pag. 513. Locum fusius explicat *J. Fr. Gronovius* de Pec. Vet. IV. 5. pag. 306. Adde *Jos. Scaligerum* ad *Festum* in *puri*. DAV.

Per aes et libram] i. e. liberet a sacris, vendenda hereditate per aes et libram emtori fiduciario, qui post emtionem reddat bona fide heredi, ut jam non esset hereditas amplius, quae dicitur post hereditas soluta. *Ern.* — *Per aes et libram:* fuit certus ritus, quo fiebant certae emtiones, venditiones, manumissiones, omnino rationes, quibus mancipium i. e. proprietas in alium possessorem transferebatur. Vid. Brissonius de formulis juris L. VII. p. 599. Igitur legatarius, ne sacris alligaretur, liberabat heredem testamenti per aes et libram; liberabat eum a necessitate solvendi dandique legati, idque faciebat per venditionem legati et renunciationem ac repudiationem, stipulans sibi simul id, quod legatum esset. Vid. Cic. sequente §. 53. in fine. Ita fere ex ipso nexu patet. Paullo aliter Turneb. et Ern. ipsi inter se dissentientes. *W.* — Adde de h. l. Grupen. de Uxore Rom. c. V. p. 258. sqq. *Mr.*

Heredem testamenti solvat] S. Victoris scriptus et Pal. quart. *heredis*, quod valet *heredeis*. GRUT.

Heredes *testamenti solvat*] Sic Pal. quart. liber S. Victoris, Paris. et editio *Victoriana*. Vulgo *heredem*. DAV.

Heredem testamenti solvat;] Restituimus vulgatam *heredem* ex Goer. libris nostrisque Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb. Gothofr. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Tres Goer. et Copp. Victt. b. habent *heredis*. *Heredem testamenti solvere* recte monet Goer. esse i. q. eum obligatione testamenti solvere; quare, quae in Edd. Asc. 1. et 2. est lectio *testamento*, interpreti, eique non inepto, deberi videtur. *Mr.*

Cap. 21. §. 52. *Hoc ego loco* etc.] Cod. Cr. non habet *ego*, ut

Scaevolae, Pontifices maximi, et homines meo quidem judicio acutissimi, quid sit, quod ad jus Pontificium civile appetatis. Civilis enim juris scientia Pontificium quodam modo tollitis. Nam sacra cum pecu-

duo Goerenzii; Cod. M. ejus loco compendium habet, quo significatur *ergo*. In eodem mox legitur *Pontificis — hominis quod judicio*. Tum Cod. Cr. *scit* pro *sit*; in Codd. W. et M. scribitur *pontificum;* posterior omittit omnia inde a *civile* usque ad *pontificium*, oculo scribae propter repetitum vocabulum aberrante. *Mr*.

Nam sacra — conjuncta sunt.] i. e. pendet conservatio sacrorum ex ratione pecuniae acceptae per hereditatem. Lex tantum sacris conservandis cavet: pontifices e pecuniae ratione judicari volunt, qui sacris adstringantur. *Ern.* Pro *pontificum* est *pontificis* in Cod. M. Quod Goer. legi vult: *nulla pontificum auctoritate, nulla lege*, in eo verum eum vidisse vix jam, credo, ipse existimabit, si reputaverit, locum ita esse explicandum: qui pecuniam accepit defuncti, ejusdem sacris adstringitur nulla lege civili, sed pontificum auctoritate. Vid. etiam Beier. ad Cic. de Off. I. 17. 53. p. 131. *Mr.*

Itaque si vos tantummodo Pontifices essetis pontificalis maneret etc.] Elegans haec emendatio manavit a libris P. Victorii; prius cusi, *itaque usibus tantum modo pontificis esset*, si pontificalis etc. Grut.

Itaque si vos tantummodo] Nihil monet de librorum vett. lectione Goer. quamquam in suis libris sine dubio habuit, quod nos in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. a. b. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Brut. (qui Turnebi lectionem probat in annott.) Gothofr. *itaque usibus tantummodo pontificis esset, si*, nisi quod in Copp. Victt. b. legitur *pontifices esset* absque *si*. Ed. Asc. 1. omittit *usibus*, reliqua habet ut ceteri libri; nostram lectionem reperi in Edd. Paris. Lamb. Comm. et Ald. *Mr*.

Quod iidem juris civilis estis peritissimi, hac etc.] Debemus et istud Victorio; antea enim erat, *quod idem juris civilis est aspernitis, ac* etc. Grut.

Sed quod iidem juris civilis etc.] Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Sturm. Gothofr. *sed quod idem juris civilis est, spernitis* (neque vero *aspernitis*, ut Grut. ait). Cod. M. *sed quod idem juris civilis estsptissimi*, ubi verae lectionis vestigia conspicis. Copp. Victt. b. ut vett. Edd. sed *spernetis*, Ed. Paris. ut nos edidimus, nisi quod exhibet *idem*. Ed. Ald. *sed quod iidem juris civilis est is, peritissimis*. Lamb. Comm. Verb. et rell. ediderunt ut Gruterus primum Victorium edidisse ait. *Mr.*

Hac scientia illam *eluditis*] Vulgo *illa eluditis*. Nos *illam* reposuimus, ut voluit *Turnebus*, postulante Syntaxi. Dav.

Hac scientia illam eluditis] Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Gothofr. habent *ac scientia illa eluditis*, Cod. M. *ac scientia illa illudisti*. Ed. Par. *ac scientia illa illuditis*. Edd. Ald. Lamb. et Comm. *hac scientia illa eluditis;* et ita etiam Verb.; sed Ern. et qui eum insecuti sunt, receperunt Turnebi emendationem certissimam. *Mr.*

Placuit P. Scaevolae] Cod. M. *Placuit post Scaevolae*. Tum plerique Codd. et Edd. vett. haud paucae exhibent *Coruncano*, Cod. M. *Coruntario*. Sed *Coruncanio* est in Copp. Victt. b. *Mr*. — *Ti. Coruncanius* primus e plebe fuit

nia, Pontificum auctoritate, nulla lege, conjuncta sunt. Itaque si vos tantummodo Pontifices essetis, Pontificalis maneret auctoritas: sed quod iidem juris civilis estis peritissimi, hac scientia illam eluditis. Placuit P. Scaevolae et Coruncanio, Pontificibus maximis, itemque ceteris, qui tantumdem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Habeo jus Pontificium. Quid huc accessit ex jure civili? Partitionis 53.

pontifex maximus: consulatum gessit a. u. 474.; in praecipuis habebatur jureconsultis veteri ille aevo. Vid. Bachius in Hist. Iurispr. Rom. L. II. c. 2. pag. 233. 244. §. 7. et 18. *W.*

Itemque ceteris eos *qui tantundem* caperent] Vulgo *itemque ceteris, qui tantundem* caperet. MSto Paris. nos adhaeremus, nec aliter *Victorius* ac *Turnebus* edidere. DAV.

Itemque ceteris, qui tantundem caperet,] Quatuor Goerenzii, nostrique Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. satis firmant hanc lectionem, quam restituerunt Goer. et Sch. Ernestus *eos* ejecit, sed servavit *caperent*, quia non modo ad singulos pertineat, sed etiam ad plures, ut legatarios omnes simul. Quasi vero, ut hoc intelligas, plurali opus sit! Eodem modo supra C. 19. §. 48. dicitur: *qui — tantumdem capiat, quantum omnes heredes.* Post *omnes* legitur *heredibus* in Codd. nostris omnibus, quod sine dubio in pluribus legitur, sed nemo adhuc notavit. *Mr.*

§. 53. *Habeo jus pontificium*] Codd. Cr. W. M. *ab eo* pro *habeo.* Tum Cod. M. *pontificum. qui huc accesserit. Partitionis caput* est i. q. *partitio*, vel *id quod ad partitionem attinet.* Ita Cicero voce *caput* non semel utitur. Vid. Cic. in Verr. Act. II. L. I. c. 46. §. 118. *in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus;* ib. Ascon. Pedian.: *proprie juris capita dicuntur.* Ceterum, quid sit *partitio*, supra ad §. 50. a Wyttenbachio expositum est. *Mr.*

Inventa est ratio] Cum in uno libro post *ratio* addatur *se*, inde conjici posse, ait Goer. addendum esse *scilicet*, quod ferrem, sed non desidero. In seqq. omnes Goerenzii libri habent *quid si hoc*, uno excepto, itemque nostri Cr. et W. et Ed. Ald. In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *quid si hic*, in Cod. M. *quod si hic.* Sed vulgata bene se habet. Tum Cod. M. *qui testimonium*, Cod. Cr. *voluisset* pro *noluisset.* Ad v. *admonet* subaudi *legatarium.* Tum in Codd. nostris omnibus est *jurisconsulto*, in Cod. M. *hoc* pro *hic;* in Copp. Victt. b. *Munius* pro *Mucius*, in Cod. M. pro eodem *minimus*, in quo mox absunt verba *capiat quam omnibus. Mr.*

Super dicebant] Pal. tert. ita scribit, tanquam si una esset dictio, Turnebus legendum censebat, *superiores dicebant*, quod illico Lambinus textui intulit. GRUT.

Super dicebant] *Super* idem nonnunquam valet ac insuper. Vide *Virgilium* Aen. II. 71. et *Salmasium* ad *Spartiani* Pescennium Nigrum cap. 2. Ea tamen potestas huic, ut videtur, loco non convenit. Quapropter *Turnebus* eumque secutus *Lambinus* bene, ni fallor, reponebant SUPERIORES. Supra cap. 20. ANTIQUI *docebant — sacris adstringi — si inde quippiam ceperit.* Possis eodem

caput scriptum caute, ut centum numi deducerentur. Inventa est ratio, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Quod si hoc, qui testamentum faciebat, cavere noluisset, admonet Jurisconsultus hic quidem ipse Mucius, Pontifex idem, ut minus capiat, quam omnibus heredibus relinquatur. Super, dicebant, qui

sensu scribere, VETERES *dicebant;* quod MSStorum lectioni propius accedit. Possis etiam legere *priores dicebant*, quod maxime placet. Dav.

Super, dicebant, qui quid cepisset, adstringi.] Codd. omnes tuentur lectionem *super*, excepto M. in quo est *simile*, et Cod. W. in quo haec omnia: *super — liberantur* omissa sunt. Sed etiam lectio *quicquid* omnes libros occupat. Offensi hac lectione Editores varia tentaverunt. Turnebus in primo commentario haec: »*Supra* legendum. Dixerat enim supra, tribus modis hereditatem »sacris adstringi: aut si majorem »quis pecuniae partem capiat: aut »si major pecuniae pars legata sit, »aut si quis quippiam inde ceperit. Nunc autem a Scaevolis sacris liberatur, qui quippiam ceperit.« Idem postea conjecit *superiores*, ut vides ex commentario, quem ad calcem horum librorum edidimus. Videlicet quia supra c. 20. §. 49. est *antiqui docebant*, ut referatur ad pontifices a Scaevolis elusos. Ita Goer. et Sch. Iidem servant *quicquid*, quod explicat Goer. *si vel tantillum cepisset.* Brutus conjecit *insuper*, quod Hülsem. intelligi vult in lectione *super*, explicat enim *praeterea, porro, ceterum.* Mihi semper placuit Schefferi ratio, qui ita in notis: »Dubitant de hoc loco. »Turnebus judicat scribendum *su*»*periores.* Ego censeo connecten»dum cum sequenti *cepisset*, hoc »ordine ac sensu: *quicquid* [in »hoc ab eo discedo: lego enim »*qui quid*] *cepisset super* sc. »quam omnibus heredibus relin»quatur. *Super capere* sic dictum, »ut *super habere* in illo notissi»mo *satis superque habere* pro »habere plus quam satis. Ita plane »hoc loco.« Melius etiam Wyttenbachius rem explicat: »Cicero »scripsit *super:* nectitur cum an»tecedentibus hac constructione: »dicebant, eum adstringi sacris, »*qui* accepisset *quid super*, quam »omnibus heredibus relinquere»tur.« Ita est apud Livium 27, 20. *Marcellus etiam adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat.* Scriptio *quicquid* pro *qui quid* orta videtur inde, quod scribae dictantem non recte intellexerunt. Mox Cod. M. *sic* pro *sacris. Mr.*

Hoc vero nihil ad pontificium jus] Cod. Cr. *nisi* pro *nihil;* Cod. M. *pontificum*, ut semper. Laudat hunc locum Grupen. de Uxore Rom. c. IV. §. 2. pag. 114. et §. 18. p. 159. eique nonnihil lucis affundit. *Mr.*

Et e medio est jure civili.] Cod. M. *et e medio est e jure civ.* et ita Ed. Asc. 1. Sed Ed. Asc. 2. *et medio est e jure civili.* Sensus est: *hoc plane ad jus civile pertinet. Mr.* Fr. God. van Lynden in Interpretatione Jurisprudentiae Tullianae in Topicis expositae p. 22.: »*Sacras* porro »*leges*, quibus confarreationis for»ma praescribebatur, illas fuisse »putamus, quae cum aliis ponti»ficio jure continebantur, adeo»que a jure civili distinguebantur.« Sequitur hic ipse locus Ciceronis. *Cr.*

Ut per aes et libram heredem

quid cepisset, adstringi. Rursus sacris liberantur.
Hoc vero nihil ad Pontificium jus, et e medio est
jure civili, ut per aes et libram heredem testamenti
solvant, et eodem loco res sit, quasi ea pecunia le-
gata non esset, si is, cui legatum est, stipulatus est p.181.
id ipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipu- a. 54.
latione debeatur, sitque ea non ****

testamenti solvant,] Cf. Theophili Institutt. Lib. II. Tit. X. §. 1. ibiq. interprr. p. 331. sqq. ed. G. O. Reiz. *Cr.* — In seqq. vox *ea* post *quasi* abest a Codd. Cr. et W. Pro *quasi* tres Goerenzii et noster Cod. M. *quo si.* Sed cum supra §. 51. etiam legatur *quasi,* nihil mutandum esse recte censet Goer.: quamquam ceteroquin merito placere possit *quo* (sc. loco) *si. Mr.*

Si is, cui legatum est] Cod. W. *cui legatum esset.* In seqq. pro *quod legatum est* in Codd. Cr. W. et M. legitur *quo legatus est,* quod ex nullo alio Cod. enotatum esse miror. *Mr.*

Sitque ea non alligata sacris. Venio nunc ad manium jura etc.] Duae voces *alligata sacris,* quae desiderabantur, a nobis additae sunt ad sententiam hujus loci explendam. Quas tamen nolumus haberi *Ciceronis:* sed hoc tantum voluimus, hocque nobis propositum fuit, lectori ostendere, quid credibile sit, a *Cicerone* hoc loco esse scriptum, et vel a librariis praetermissum, vel ab aliquo data opera deletum, vel injuria temporis consumtum. Quae sequuntur de manium juribus, et de Decimo Bruto, qui mense Decembri, non, ut veteres, Februario Diis manibus parentabat, partim ex codice perantiquo, ad cujus oram fere iisdem verbis adscripta erant, partim ex Plutarcho restituta sunt, quae nihilo magis Ciceronis esse affirmo. *Plutarchi* verba sunt haec Ῥωμαϊκοῖς. *Διὰ τί τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, Δέκιμος Βροῦτος, ὡς Κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ Δεκεμβρίῳ τοῦτ' ἔπραττεν* etc. *Πότερον ὥσπερ ἡμέρας ληγούσης καὶ μηνὸς φθίνοντος εἰώθασιν ἐναγίζειν οἱ πολλοὶ, λόγον ἔχει καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ καταστρέφοντος ἐν τῷ τελευταίῳ μηνὶ τιμᾶν τοὺς τεθνηκότας; Ἔστι δὲ τῶν μηνῶν τελευταῖος ὁ Δεκέμβριος.* Id est, *cum alii Romani Februario mense inferias mittant et parentent mortuis, Decimus Brutus, ut Cicero scriptum reliquit, Decembri mense hoc agebat* etc. *An, quemadmodum vesperi, et mensis ultimis diebus, solent plerique sacrificare: ita et rationi consentaneum est, anno vertente, extremo anni mense mortuos colere? Est autem December mensis postremus.* LAMB.

Sitque ea (non alligata etc.)] Vncis inclusa adfirmat Lambinus inventa sibi in codice perantiquo ad oram: ideoque heic retineri posse censebat Gulielmius, quamvis eorum nullum exstaret vestigium in Fabr. aut S. Vict. et vero nihilo magis comparent in Pal. tert. aut quart. respuuntque omnes ad unum editiones. GRUT.

*Sitque ea non ***] Huic explendae lacunae *D. Lambinus* ex ora Codicis antiqui partim, partim ex *Plutarcho ῥῆσιν* intruserat, eumque secuti sunt recentiores; *alligata sacris. Venio nunc ad manium jura, quae majores nostri et sapientissime instituerunt et religiosissime coluerunt. Februario autem mense, qui tunc*

Desunt nonnulla.

doctum hominem sane; cujus fuit Attius perfamiliaris: sed mensem, credo, extremum anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. Hostia autem maxima parentare, pietati esse adjunctum putabat.

extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt: quod tamen D. Brutus, ut scriptum a Sisenna est, Decembri facere solebat. Cujus ego rei caussam cum mecum quaererem, Brutum reperiebam idcirco a more majorum discessisse, (nam Sisennam video caussam, cur is vetus institutum non servarit, ignorare; Brutum autem majorum institutum temere neglexisse non fit mihi veri simile — [Parentheseos clausula in Edd. est post verba: *cujus fuit Atticus perfamiliaris*]. Et haec pro *Ciceronianis* laudat *Joan. Kirchmannus* de Funer. Rom. IV, 1. Cum tamen ipse *Lambinus* ea esse *Tullii* non adfirmet, illaque nesciant omnes MSSti; non est cur alienis adsumentis nostrum maculemus. *Plutarchi* vero locus ab eo laudatus exstat Quaest. Rom. pag. 272. eundem prior adduxerat *H. Magius* Miscell. I. 9. Vide sis et ejusdem libri p. 268. et *Servium* ad *Virgilii* Georg. I. 43. Dav.

Sitque ea non ***] Lambini supplementum Goer. etiam et Sch. e contextis ejecerunt, sed in notis servarunt. Utrumque merito. Nam et ipse Lamb. ea, quae addidit, noluit haberi Ciceronis, et tamen, judice Wyttenbachio in scholis, si minus verbis, certe sententiâ prope ad mentem Ciceronis accessit. Vocem *non* habent omnes Codd. Goer. et nostri et fortasse omnes, qui exstant. Quare non erat, quod Grut. et, qui eum sunt insecuti, Ern. Wagn. Bip., eam Lambini supplemento adscriberent. Sed in quibusdam *non* positum videtur post lacunam, ut est in Edd. Car. Steph. Sturm. Brut. Ald. In Codd. Cr. et W. ad h. l. in marg. adscriptum est in altero *deest*, in altero *def.* Posterior, quod ex nullo alio enotatum invenio, habet *sitque ea non solum doctum* etc. Locus Plutarchi, quem laudat Lamb. est in Quaest. Rom. p. 114. Wytt. Tom. VIII. p. 332. n. XXXIV. ed. Hutten. *Mr.* — Cf. Chladenium de Gentilitate vett. Romanor. IV. 3. p. 49. sq. Adde Jo. Laur. Lydum de mensibus Rom. in Februario I — III. p. 69 — 71. et conf. quae hanc in rem disputavi in Dionyso p. 291. — 293. et in Symbol. u. Mythol. II. p. 919. sqq. *Cr.*

Doctum hominem sane] Haec ad D. Brutum pertinent. Vide praeter loca ab aliis laudata (Cic. Brut. 47. 175. ib. 28. 107. pro Arch. Poet. 11, 27.) etiam Laur. Lydum de Menss. in Febr. c. 1. p. 68. et p. 71. Symbol. II. p. 378. ed. alt. et Meletemm. ex Disc. Ant. I. p. 53. *Cr.* — In Cod. Cr. *Attius* (qui in plerisque minus bene scribitur *Accius*) scriptus est *Acticus*, in Cod. M. *Actius*. *Mr.*

Sed mensem, credo, extremum anni,] Vid. censuram meam *Savignyi* de sacrr. privatt. in Annall. Heidelbb. 1817. nr. 75. sqq. Symbol. u. Myth. II. p. 867. *Cr.* — Annus Romuli antiquus erat decem mensium, CCCIV. dierum; anni mensis primus erat Martius. Igitur ratio apparet, quare D. Brutus Februarium non pro fine anni, sed Decembrem habuerit. *W.* — In Cod. Cr. legitur *sed hic Dec. sequatur*. *Mr.*

Hostia autem maxuma] Ove; quae maxima fuit hostia, sed non maxima victima. Vide *Jos. Scali-*

Iam tanta religio est sepulcrorum, ut, extera sacra et gentem inferri, fas negent esse: idque apud majores nostros A. Torquatus in gente Popilia judi- 22. 55.

gerum ad *Festum* in *maximam hostiam*, et ad Catalecta p. 233. DAV.

Hostia autem maxima] Locus Scaligeri ad Catalecta Virg., quem Dav. laudat, est in Ed. Lugd. 1572. p. 497. *Mr.* — *Hostia maxima* i. e. ex genere ovili, ut Paulus, epitomator Festi, refert p. 232. Scaliger ad h. l. pag. xc. ed. Santandr. 1593. ait, *victimas* de majoribus animalibus dici, *hostias* de minoribus; quam sententiam probat de la Cerda ad Virgil. Georg. II. 146. — *Parentare* est mortuis, seu diis manibus, sacrificare. *W.* — De *hostiis* et *victimis* vid. etiam Fronto de differentiis vocabulorum Tom. II. p. 482. ed. A. Maj. Mediol. *Cr.*

Pietati *esse adjunctum*] Vulgo *pietatis*, et ita nostri Codices. Ob Latinitatem tamen sequenda videbatur edit. *Vict.* DAV.

Pietati esse adjunctum] *Pietatis* est in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Gothofr. Paris. Comm. Sola Asc. 1. habet *pietati*. *Mr.*

Cap. 22. *Extra sacra et gentem inferri fas negent esse*] Hinc *Julius Paulus* Sentent. lib. I. Tit. XXI, 6. *Qui sepulchrum alienum infregerit vel aperuerit, eoque mortuum suum alienumve intulerit, sepulchrum violasse videtur.* Plura dabunt viri praestantissimi *J. Cujacius* Observ. XXI, 13. et *Joan. Clericus* in Genes. XXIII, 4. DAV.

Ut, extera sacra et gentem inferri, fas negent esse:] Ita scripsimus cum Goer. et Sch. ex conjectura Pearcii, quam probaverunt etiam Ern. et Wytt. itemque Hülsemannus. Ad *gentem* supple, ex antecedente, *exteram:* ita dicitur Tusc. I. 4. *vir summo ingenio, scientia, copia;* ubi ex priori bis supplendum est *summa.* Ubi vid. quae plura adfert exempla Davisius. *Mr.* — De sepulcrorum religione universa consule *Zoëgam* de Obeliscis IV. 1. 13. 14. p. 245. sqq. *Frid. Schlegelii Vorlesungen über d. Gesch. d. Litt.* I. p. 160. sqq. et nostras Commentatt. Herodott. I. cap. II. §. 9—12. §. 24. et cap. III. §. 25—28. Plurimum autem hanc partem legum, in XII tabulis obviam, ad mores veterum Romanorum judicandos facere, recte disputavit *Jacobus Grimm* in eleganti diatriba de poesi juris in *v. Savigny Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissensch.* II. 1. p. 29. — Vir doctus in Miscellann. Obss. IV. 3. p. 335. conjicit: *ut extera sacra in gentem inferri* etc. comparans capitis 9. supra haec verba: *sacra privata perpetua manento*, et Cic. de Off. I. 17. — *iisdem uti sacris.* Ei reponit in epicrisi ibidem alius V. D.: »Sed hic non »agitur de ritibus funeralibus in »genere, sed de sepulchris gentilibus, in quae neminem mortuum »inferre licet, qui extra sacra et »gentem est. *Inferre* vero hic ab»solute ponitur pro *inferre mor»tuum;* ut clarum ex illis, quae »adduxit Davisius et ex centum »titulis sepulchralibus, quibus ve»tatur alienum inferre, id est, qui »extra sacra et gentem sit. Cice»ro saepius hac praepositione uti»tur, ut exceptionem indicet; sic »pro Sulla cap. XIII.: *qui extra »conjurationem est:* et alibi.« De re consule *Chladenium* de Gentilitate V. 7. p. 62. sqq. et *Dirksen. Civilist. Abhandlungg.* II. p. 90. *Cr.* — Cod. Cr. habet *negant*, Cod. W. *negens*. *Mr.*

cavit. Nec vero tam denicales, (quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortuis,) quam ceterorum caelestium quieti dies, Feriae nominarentur, nisi ma-

§. 55. *A. Torquatus*] Valde incertum est, neque unquam fortasse ad liquidum perducetur, quis fuerit hic Torquatus. Ernestus in Clav. Cic. eum esse censet, qui Censor fuit A. V. 506. et deinde (509. et 512.) bis Consul. Praenomen abest ab octo Goerenzii libris, nostris Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Gothofr. itemque Copp. Victt. b. *Mr.*

Nec vero tam denicales feriae etc.] Hic locus praeclare a *Ranconeto* restitutus est: ut testatur *Adr. Turnebus. Denicales feriae*, inquit *Festus*, *colebantur*, *cum hominis mortui causa familia purgabatur*. Quod a *Turnebo* relatum est, aliaque quae ad hujus vocis notionem pertinent. Quare ab ipso petat lector, ne mihi necesse sit quasi dictata reddere. Lamb.

Nec vero tam denicales] In reliquis libris corruptissime legitur *tam Delphica lex:* in Paris. vero nonnihil melius *tandelica lex*. *Ciceronis* autem manum perquam feliciter restituêre *Petr. Victorius* et *Aemarus Ranconetus*. De feriis denicalibus loca veterum suppeditabunt Interpretes ad *Agellii* XVI, 4. aut *J. Kirchmannus* de Funer. Rom. IV, 1. Dav.

Nec vero tam denicales,] Proxime ad veram lectionem accedunt duo Codd. Goerenzii, quorum unus habet *tandelicales,* alter *tandelica lex*. Plerique habent *delphica lex*, ut noster Cod. Cr. In Cod. W. est *delfica lex*, in Cod. M. *nec vero causa delita lex*, in Copp. Victt. a. *tanndelicalex*, ibidemque a Vict. ex veteri codice enotatum est *denicales*, quod receptum reperio in Edd. Car. Steph. Paris. Ald. Brut. Lamb. Gothofr. Sturm. Comm.; in Copp. Victt. b. est *tam delica lex quae antea appellata sunt;* in Ed. Ven. 1494. *Νέκυιος — appellata*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *tam Necia — appellata*. Posteriores duae in varr. lectt. *delphica lex — appellatae*. Ad locum Festi v. *Denicales*, a Turn. et Lamb. exscriptum, addenda sunt ultima verba: *Graeci enim νέκυν mortuum dicunt*. Ceterum non est, quod post virorum doctorum notas, quas exhibuimus, plura addamus. *Mr.*

Quia residentur mortuis] Legendum videtur, *quia residetur mortuis*, ut sit impersonale, hoc est, quia cessatur mortuis: vel *quia resident mortuis;* hoc est, quia homines resident, cessant et feriantur mortuis. Quod si quis volet retinere *residentur*, quo modo habent libri veteres; legendum, *quaeque residentur mortuis:* ut sit, quae feriae residentur, id est, quasi cessantur, seu coluntur cessando ac residendo mortuis. Atque haec scriptura mihi magis placet: nam haec lectio, *quae a nece appellatae sunt*, *quia residentur*, seu *residetur mortuis*, durior est: non enim videri possunt id circo dictae esse denicales feriae a nece, quod residetur mortuis: sed a necando potius. Itaque putavi aliquando Ciceronem hic etymum vocis *denicales* ponere voluisse, et ita scripsisse: *quae a nece dictae sunt quia neci dantur mortui*. Omnino totus hic locus mihi suspectus est. Lamb.

Quia residentur mortui] Quam Turnebus ait lectionem esse a Ranconeto, eam ego quoque offendi in editione Victorii. Publicati alii, *residunt*, sed contra mss. nostros, in quibus fere nostra illa, quam

jores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. Eas in eos dies conferre

mirifice, sed ridicule tamen, versat agitatque Lambinus. GRUT.

Quia residentur mortui] Doctissimus *Salmasius* legendum censuit, *quia residentur mortuis.* Vide *Ioan. Lomeierum* de Lustrat. cap. 30. pag. 293. Med. et Harleian. pr. *qua residerent mortui.* Paris. Harleian. sec. editio pervetus, et Ven. 1471. *qua residentur mortui.* Lego *qua resident mortui*, ut pronomen ad *necem* referatur: ac sic *Ascensius* edidit. DAV.

Quia residentur mortuis] i. e. quia feriae denicales aguntur v. coluntur cessando i. e. residentur in honorem mortuorum. Ita cum Sch. edidi ex sententia Salmasii ad Plaut. Epid. III. 4. In hoc loco variant et lectiones et virorum doctorum sententiae. *Quia residentur mortui* est in tribus Goerenzii, nostris Cr. et W. (nisi quod in hoc est *qua*) Copp. Victt. a. et b., idque dedit Goer., non plane probante Handio l. c. p. 569. In Cod. M. legitur *qua resideretur mortui*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. est *qua resident mortui*, ut dedit Ern.; in Ed. Paris. *quia residentur mortui*, in Ed. Car. Steph. *qua residentur mortui*, in Ed. Ald. *quia residunt mortui*, in Ed. Brut. *qua residunt mortui;* in Ed. Comm., quae habet ut Par., Graevius in marg. adscripsit *mortuis.* Ceterum haec omnia *quae a — mortuis* in parenthesi posuimus, neque tantum *quae — sunt*, ut fecit Goer. Passeratii etiam hic adscribi meretur nota ad Propert. Eleg. I. 15. 12. »Sedere »solebant lugentes. Hesychius: »καθέδραι, πένθους ἡμέραι ἐπὶ »τετελευτηκόσιν. Unde Turnebus de »feriis denicalibus exponit illud ex »Aeneid. 9, 4. *luco tum forte pa»rentis Pilumni Turnus sacrata »valle sedebat.* Idem de lusci»nia lugente 4. Georg. *at illa flet »noctem, ramoque sedens mise»rabile carmen integrat.* Cicero »2. de legib. *Feriae denicales re»sidentur mortuis.* Homer. »Odyss. κ. 567. ἑζόμενοι δὲ κα»ταῦθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας. »Euripid. Iphigen. in Aulide [1162. »sq.] ἐπὶ δὲ δακρύοις μόνη κάθη»μαι τήνδε θρηνῳδοῦσ' ἀεί. Virg. »6. Aen. *totamque videmus con»sedisse urbem luctu.* Propert. »El. III. 14. 23. *sertisque sepul»crum ornabit custos ad mea »busta sedens. Mr.* — Sanctius in Minerva III. 3. p. 519. Baueri: »Cicero de legg. II. *Denicales* »ferias appellat, *quibus residen»tur mortui*, quod scilicet seden»do mortuis feriarentur.« Perizonius ibid. p. 518. sq. »In Cicero»nis loco, ut sensus sit verbis con»gruens, legerim cum Salmasio »*quia residentur mortuis* sc. fe»riae. Sed et habent vulgatae edd. »*quia.* Nam integer est locus: »*Denicales, quae a nece appella»tae sunt, quia residentur mor»tui.* Manutius edidit *quia resi»dunt mortui.* At antiquissima »Mediolanensis anni 1499. exhibet »longe aliter et forsan rectissime: »*nec vero tam Necia, quae a »nece appellata sunt, qua resi»dent mortui. Necia* videtur »ex Graeco *Νέκυα* ortum: certe »νέκυες notat defunctos, *Νέκυα* »et *Νεκυία* actionem, quae ad mor»tuos pertinet, seu librum, in quo »de mortuis agitur.« De his vocabulis vid. Hesych. II. p. 664. Alberti, ubi νέκες· νεκροί. cf. Eustath. p. 668. Etym. M. p. 599. Apollonii Lex. Homer. p. 471. Tollii, et consule Davisium ad Tuscull. I. 16. Gatacker. ad M. Antonin. IX. 24. p. 273. sq. et Irmisch. ad Herodian. IV. 12. 8. p. 997. *Cr.*

Quam ceterorum caelestium quieti

jus, ut neque ipsius, neque publicae feriae sint. Totaque hujus juris compositio pontificalis magnam

dies,] Cod. M. *qua.* Ad v. *quieti dies* Graevius in marg. Ed. Comm. adscripsit ἄπρακτοι ἡμέραι. In seqq. Cod. W. habet *eos quis ex hac*, sed literae *s* punctum subscriptum est. *Mr.*

Eas in eos dies etc.] *Eas*, sc. ferias denicales, jus est conferre in eos dies, sc. mensis Februarii, quo omnibus mortuis parentabatur: ut hae feriae neque sint *ipsius*, i. e. unius (privatae) familiae, neque *publicae*, quia non publice parentabatur, sed privatim ab unaquaque familia. *W.* — Pro *eas* legitur *fas* in Cod. M. Edd. Asc. 2. Herw. Lambinus dedit: *quas in eos dies conferre jus est.* Ante *conferre* monet Rath. supplendum esse *eum* sc. parentantem. *Mr.*

Jus, quibus neque ipsius etc.] Ita Turnebus aliique eum secuti, verum priores, *jus, ut neque ipsius;* Victorii editio, *jus, ut ne ipsius* etc. quomodo et scripti fere nostri, alioqui mendosissimi. Grut.

Ubi *neque ipsius*] Vulgo *quibus neque ipsius;* quam lectionem peperit *Turnebi* conjectura. Codices dant *ut ne*, vel *ut neque ipsius;* unde fecerim *ubi neque ipsius.* Illas certe voculas librarii passim confuderunt. Dav.

Ut neque ipsius, neque publicae feriae sint.] Ita nostri Codd. Cr. et W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Gothofr. Sed Lamb. Grut. Ern. Wagn. Verb. Bip. secuti sunt Turnebum. Goer. ex octo libris recepit *ut ne ips.* et ex uno *neve publicae;* prius dedit etiam Sch., alterum neglexit, cum tamen, ut recte monet Goer., post *ut ne* non soleat sequi *neque.* Ceterum *ut ne — neque* legitur in Codd. plurimis Goerenzii, nostro M. Copp. Victt. b. et Ed. Paris. Ad marg. Ed. Goer. min. Wyttenbachius pro *ipsius* conjecit *unius*, ut explicuit in annotatione. *Mr.*

Quae finis funestae familiae] i. e. quando luctus desinat. *Familia funesta* dicitur ea, quae in luctu est propter mortem hominis cognati vel affinis. *W.* — Rathius ex Aldina scribi vult *qui finis.* Eo certe vocabulo ut feminino alibi non saepe utitur noster. Sed consentiunt libri. Ad rem conf. Passerat. ad Propert. III. 6. p. 436. sq. Ad rationem Grammaticam Schneider. Latein. Formenlehre I. p. 100. sq. *Mr.*

Totaque hujus rei compositio] Legendum putat *Memmius*, *Ideoque hujus* etc. conjectura facta ex antiquo codice, in quo scriptum est *toque hujus.* Lamb.

Quod genus sacrificii Lare vervecibus fiat] Laribus vervece sacrum fiebat, ut ex inscriptione fratrum Arvalium intelligere possumus, in qua est, LARIB. VERB. N̄. II. MATRI LAR. OV. IV. II. Ursin.

Quod genus sacrificii Lari vervecibus fiat] Secutus sum antiquae scripturae vestigia, quae partim talis est, *sacrificare verbecibus:* partim hujusmodi, *sacrificare verberibus*, neque tamen longe admodum a vulgatis libris discessi: qui sic habent, *quod genus sacrificii lari verberibus fiat.* Credibile est autem ex *vervecibus* factum esse *verbecibus*, *b.* pro *v.* errore librariis usitato: deinde ex *verbecibus, verberibus. Turnebus* autem sic legendum putat, *quod genus sacrificii arae verberibus fiat.* Scribit tamen aliam olim se fecisse conjecturam, et hoc modo legendum censuisse: *quod genus sacrificii farre et verbenis* etc. Lamb.

Quod genus sacrificii lare vervecibus fiat] Haec est lectio communis ab Aldo usque Manucio, liceat aliam proferat Lam-

religionem caerimoniamque declarat. Neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae, quod genus sacrificii Lare verbecibus fiat; quemadmodum os resectum terra obtegatur; quaeque in porca

binus. Turnebi ms. ut et noster S. Victoris, *quod genus sacrificare verberibus fiat*. At Pal. tert. nihil abit a vulgato, nisi addita littera *e lare*. Quartus exhibet, *sacrificii verberibus fiat*. Turnebo videbatur scriptum fuisse, *sacrificii arae vervecibus fiat*. GRUT.

Quod genus sacrificii Lare vervecibus *fiat*] Saltem scribendum fuit *Lari*, quo Latinae linguae consuleretur. Et Laribus quidem immolatos fuisse verveces docet *Joan. Saubertus* de Sacrif. cap. 23. pag. 570. Illi tamen scripturae locus esse non videtur, quia disertis verbis *sacrificii genus* indicat. MSS. Turneb. et S. Victoris, *quod genus* sacrificare verberibus *fiat*. Pal. quartus, *quod genus sacrificii verberibus fiat*. Paris. *quod genus sacrificii* e verberibus *fiat*. Cogitaram *quod genus sacrificii* in exverris *fiat*. *Festus* in *everriator;* Exverrae *sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito, ab* extra verrendo *dictae*. Sed in medio posita est palma. DAV.

Quod genus sacrificii Lare verbecibus fiat;] Servavimus scriptionem *Lare*, cum nullus liber habeat *Lari;* neque vero ut ablativum casum, sed ut antiquam ex sermone vulgari a Cicerone receptam dativi formam, de qua vid. K. L. Schneider. Latein. Formenl. I. p. 200 — 203. Scripsi item antiquo more *verbecibus*, cum ita exhibeant quinque Goerenzii libri, et plures *verberibus*. Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Brut. Ald. Car. Steph. Sturm. Comm. Ern. Verb. Dav. habent *q. g. s. lare vervecibus fiat*, Cod. M. *quod genus sacrificii e verberibus fiat*, Graevius ex uno libro in marg. Ed. Comm. enotavit *sacrificare verberibus fiat;* in uno Goerenzii est *sacrificulare*, in alio *sacrisigilare*. Wagnero placet Davisii ratio, et si larum mentionem servatam velis, desiderat *laribus;* quasi non de lare domestico s. familiari sermo esse possit; de quo recte locum explicat Wyttenbachius in scholis. Ernestus immerito verbis *quod genus* offenditur, cum sint i. q. cujus generis sacrificium. Quare etiam non opus est ejusdem conjectura *larido* vel *lardo*, videlicet ut verbum rei sit, qua sacrum fiat. Goer. edidit *Lari*, quod etiam volebat Schützius; sed hoc quoque loco, ut sexcenties, contextus cum notis non consentit. Ad rem et ad lectionem vide *Creuzer. Symb. u. Mythol.* II. p. 862. *Mr.* — Conf. *Marini gli Atti de fratelli arvali* II. p. 373., ubi inscriptio, quae ita habet: *Laribus Verbeces Duos, Matri Larum Oves Duas. Cr.*

Quemadmodum os resectum terra obtegatur] Omnes libri vulgati, quibuscum consentiunt MSSti, habent, *os rejectum terrae obtegatur:* emendatum est tamen in codice Memm. *rejectu terrae*. Quidam doctus legendum putat, *os rejectum terra obtegatur*. Nonnulli, *os exceptum terra obtegatur*. *Turnebus* lectionem vulgatam retinet, et *rejectum terrae* interpretatur rejectum in terram, et redditum terrae. Ego ex *Festo*, *resectum terra obtegatur*, legendum conjeci, quod item quibusdam doctis in mentem venisse video. Sic autem *Festus: Membrum abscindi mortuo dicebatur: cum*

contracta jura sint; quo tempore incipiat sepulcrum
56. esse, et religione teneatur. At mihi quidem antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur, quo apud

digitus ejus decidebatur; ad quod servatum justa fierent reliquo corpore combusto. Lamb.

Os receptum] In reliquo corpore comburendo. *Recipere* antiqua lingua Latina valet excipere: ut cum *ruta caesa recipi* dicuntur in lege praediorum. P. Manuc.

Quemadmod. os rejectum terrae obtegatur] Ita omnes mss. nostri, ita editi fere ante Lambinum, qui maluit e Festo, *os resectum terra obt.* Aldus Nepos expressit, *os receptum terra obt.* Grut.

Os rejectum terrae *obtegatur*] Malim cum aliis *os* exceptum terra *obtegatur:* os enim exceptum, terra prius fuit obruendum, quam familia pura fieret. Vide *Varronem* L. L. lib. IV. pag. 10. Dav.

Os resectum terra obtegatur;] Ita dedi cum Goer. contra Codd. omnium auctoritatem, cum vulgata, utcunque se torqueant interpretes, sensum non habeat. Ceterum jam Patricius ad Cic. Fragmm. p. 3919. ed. Verb. ita scribi voluit. In primo Commentario Turnebus *os* de *ore* intelligit, aitque: »si lectio sincera est, »ideo ore in terram rejecto mortui »humabantur, quod ad inferos, »non ad superos, pertinerent: vel »ut matrem omnium Terram, in »cujus gremio jacerent, sepulti »oscularentur. Quanquam *os ex»ceptum terra obtegatur* legen»dum censeo.« Wagnerum item *os* de *ore* s. de capite accipientem, refellit Goer. in Excursu I. Videlicet a cadavere igne cremando digitus rescindebatur, qui reliquo corpore combusto terrae mandaretur, quoque demum ritu sepultura compleretur. De qua re veterum loca congessit Kirchmannus de Funeribus Romanorum III. 7. p. 234. sqq. *Mr.*

In porca contracta jura] Sic et membranae nostrae meliores. vulgata olim, *confracta.* Grut.

In porca contracta jura sint] Qui justa defuncto non fecerunt aut in faciendo peccarunt, iis *porca contrahitur*, quam singulis annis immolari oporteat. Ea vero *praecidanea* vocabatur, quod antea caederetur, quam novas fruges gustarent. Huc spectantia veterum loca congessit *Joan. Kirchmannus* de Funer. Rom. IV, 1. Vide sis et Interpretes ad *Agellii* IV, 6. Dav.

Quaeque in porca contracta jura sint]; *Ius contrahitur in porca* dictio est, ut in fine capitis *porcam heredi esse contractam*, i. e. suscipere sacrificium porcae, tanquam debitum solvendum. Ita est apud Liv. Lib. V. cap. 15. *nefas contrahere*, i. e. committere nefarium facinus poena expiandum. Conf. idem Lib. V. c. 52. et Papinianus Digest. L. VI. Tit. 5. Leg. 31. 2. *contrahere culpam. W.* — Rathius vocem *contracta* ablativum esse censet ad *porca* referendum, quia si ad *jura* referatur ut fecit Wagn., contra porcam potius, quam contra manes, peccasse viderentur. Recte. Dicit enim Mar. Victorin. Art. Gramm. 11. p. 2470. *qui justa defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccaverunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolare oporteat.* Ceterum legitur *confracta* in Codd. nostris omnibus et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Car. Steph. Ald. Brut. (qui tamen probat Turnebi rationem) Sturm. *Mr.*

Sepulcrum esse et religione teneatur] i. e. locus sit inviolabilis et religiosus. De sepulcrorum religione cf. Zoegam de Obeliscis p. 198. p. 336. *Cr.*

§. 56. *At mihi quidem*] Nupe-

Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terrae corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. Eodemque ritu in eo sepulcro, quo,

rae editt. *Ac*, sed altera scriptura remanet in mss. nostris. GRUT.

At mihi quidem] *At* est lectio Codd. omnium, quos sciamus; sed *ac* legitur in Edd. Lamb. Comm. et nuper ita edidit Sch. Plane omissa est ea vocula in Ed. Ald. *Mr.*

Antiquissimum sepulturae genus illud *fuisse videtur*, *quo apud Xenophontem Cyrus utitur*] Vulgo *genus* id *fuisse videtur*; contra quam jubent Codices et editio *Victoriana*. Pariter *humandi consuetudinem veterem et meliorem* jure dicit *Minucius Felix* cap. 34. Respicit autem noster ad *Xenophontis* Cyropaed. VIII, 7. 25. Et Persae quidem terra vulgo condebantur. Vide nos ad Tuscul. I, 45. GRUT.

Illud fuisse videtur] Probam lectionem *illud* habent quinque Goerenzii, et nostri Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Paris. Ald. Comm. Verba *fuisse videtur*, absunt a Cod. Cr. itemque a duobus Goerenzii; quod si probes, *antiquissimum* ponitur pro *probatissimum*. Idque placet Goerenzio. Quod ad rem, non dissentio: Cicero enim hanc rationem sepeliendi magis probare se ostendit. Sed si hoc voluisset dicere, non ita locutus esset; quod facile apparebit ei, qui loca, in quibus Cicero illo vocabulo hoc sensu usus est, contulerit. In Cod. W. scribitur *fuisse s videtur*, sed litera *s* puncto subscripto notata est. In Cod. Cr. est *Cirus* pro *Cyrus*. *Mr.*

Redditur enim terrae corpus] Locus ex *Xenophontis* Paedia Cyri: *Τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μητ' ἐν χρυσῷ θῆτε, μητ' ἐν ἀργύρῳ, μητ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε· τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; Ἐγὼ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἂν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι τοῦ εὐεργετοῦντος ἀνθρώπους.* URSIN.

Quasi operimento matris *obducitur*] Nam terra *novissime complexa gremio jam a reliqua natura abnegatos*, *tum maxime*, *ut* MATER, OPERIT. Verba sunt *Plinii* H. N. II, 63. Adi sis infra cap. 25. DAV.

Quasi operimento matris obducitur.] Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. habent *operimentum*. »Respicit, ait Ern. ad h. l., hac forma loquendi locum Xenoph. in Cyrop. L. V. circa fin. ubi est *κοινῇ γῇ ἐπιέσασθαι*, quod sic expressit Cicero, quia *ἐπιέσασθαι* est induere.« Infra c. 25. §. 63. dicit: *ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur. Mr.* — Valckenaer. ad Herodot. VIII. 24. p. 630. ed. Wessel.: »In versu Theognid. 427. quem citat Dorvill. ad Charit. p. 366. vulgata displicebat Hemsterhusio lectio, melior altera videbatur, *γαῖαν ἐφεσσάμενον*, ad Hesych. T. I. p. 1352. Sic dicitur jacere cadaver *operimento matris obductum;* quibus verbis Cic. de LL. II. c. 22. istum adludebat Xenophontis locum, quem tractat vir summus.« Adde Ejusdem epistolam ad Roeverum in Opuscull. p. 370. et cf. quae in hanc rem disputavi in Dionyso p. 216. sq. *Cr.*

Non procul a fontis ara] Sic emendandum censeo, antiquae scripturae vestigiis insistens. In hoc ab ea discedo, quod pro *quod* repono *non*. Saepe autem vide-

haud procul a Fonti ara, regem nostrum Numam conditum accepimus: gentemque Corneliam usque ad me-

mus in libris MSStis librarios pro *non* scripsisse *quod*. Lamb.

Quod procul ad Fontis aras] Haec est vulgata, item mss. Turnebus abiecit *procul*, quod tamen in omnium mss. quippe et ipsius liber habebat, *quod procul a Fontis ara*, unde Lambinus fecit, *non procul a Fontis ara*, sed praeter meliores membranaceos, in quibus exstat recepta lectio. Grut.

Quod ad Fontis aras] Vulgo *quod* procul *ad Fontis aras*. Sed vocem secundam merito praetermittit Harleian. primus, eumque, simul ac editionem *Turnebianam*, sequor. Plurimi Codices prae se ferunt *quod procul a Fontis ara:* quapropter *Lambinus* reponit, *non procul a Fontis ara; Grotius* autem in *Martiani Capellae* lib. I. pag. 16. *quo haud procul a Fontis aris*. Sed potior videtur ea lectio quam recepimus; nisi forsan, quod libri fere *procul* retineant, malis *quod prope ad Fontis aras*. De hujusce Regis sepulcro vide *Plut.* in Numa pag. 74. C. Dav.

Ad Fontis aras] *Fontis arae* extra portam Capenam erant in via Appia, ut ex inscriptione ibi eruta conjicere licet; quae basi incisa fuit, cui Fontis statua superposita fuit. In ejus autem aversa parte hoedus sculptus est, qui Fonti (ut *Horatius* in quodam carmine cecinit) sacrificatur. Ursin. Respexit *Ursinus* ad *Horatii* Carm. lib. III. Od. xiii, 3. Dav.

Quo haud procul a Fonti ara] Ita partim ex Codicum vestigiis partim ex conjectura restituendum essse existimavi hunc locum a multis tentatum, necdum ad liquidum perductum. *Quo* recepi ex Copp. Victt. a., *haud* ex litera *d*, quae in omnibus fere libris voci *quo* adhaeret, *procul* est in libris omnibus (quod stare non posse absque negatione bene viderunt Edd., quare vel *non* addiderunt, vel *prope* scripserunt, vel eam vocem induxerunt;) *a* et *ara* in plurimis Codd. esse testatur Dav.; *ara* Turn. reperit in uno, et *a* est in Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. a; denique *Fonti* recepi ex egregia Wagneri conjectura, cui ansam dedit locus Arnobii adv. Gentes III. p. 69. *Ianum ferunt Coelo atque Hercule procreatum in Italia regnasse primum, Ianiculi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum, Iuturnae maritum.* Inde conjecit Wagn., nimis certe libere, *quod prope Ianiculum ad Fonti aras*. Nostram vero lectionem etiam illud firmat (quod jam Wagn. animadvertit), quod nunc cum Plutarcho [in Numa c. 22.] et Livio XL. 29. convenit nostro; illi enim in Janiculo sepultum esse narrant Numam; ibidem autem Fonti, qui fuit Jani filius, aram fuisse consentaneum est. Accedit, quod fere aliter fieri non potuit, quam ut librarii *Fonti* nomen, quod ne fando quidem unquam audiverant, facillima (ut opinabantur) medela in *Fontis* mutarent. Rathius conjecit: *quod non procul a Fontis ara erat*. Goerenzius aliquando se conjecisse ait *quod ad Iani aras;* dedit autem *quod* [*procul*] *ad Fontis aras;* Sch. cum Dav. vocem *procul*, incommodam scilicet, plane ejecit. *Mr.* — Ad rem et ad lectionem cf. quae annotavi ad Cic. de N. D. III. 20. p. 582. Orellii Appendix ad Arnob. p. 42. Adde nunc Symbolic. II. p. 904. 905. ubi de *Fonto*. *Cr.*

Regem nostrum Numam] In Cod. W. est *reges*, in Copp. Victt. b. *Nummam* — *accipimus*, in Cod. M. *condictum*. *Mr.*

Gentemque Corneliam — hac sepultura scimus esse usam] *Hu-*

moriam nostram hac sepultura scimus esse usam. C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari jussit Sulla victor, acerbiore odio incitatus, quam si tam

matam repraesentant multi Codices, et in his Balliol. Med. ac Harleian. pr. Alii, *Lambino* teste, *unam*. Sed in asserenda vera lectione *Turnebo* praeiverunt *Ascensius* et *Victorius*, eamque praestant Paris. Eliens. Harleian. sec. ad oram et Ven. 1471. De re ipsa sic *Plinius* H. N. lib. VII. §. 55. *In Cornelia* (familia) *nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus: idque eum voluisse veritum talionem*, eruto *C. Marii cadavere*. MSSti dant *obruto C. Marii cadavere*. Forsan *ob erutum C. Marii cadaver;* quod et ad editionem Lugdunensem notatum video. Nam prorsus est absurda *Joan. Harduini* suspicio, pro qua legit *ab eruto C. Marii cadavere*. Quis enim a cadavere, quaeso, talionem metuat? Dav.

Gentemque Corneliam etc.] Quem Davisius laudat Plinii locum tractavit Zoëga de Obeliscis p. 271. cf. p. 274. qui etiam: *eruto C. Marii cadavere:* haec addens: »Neque in causa consentio cum »Plinio. Rara enim sunt profana»tarum reliquiarum exempla, quae »vesana saevitia omnibus gentibus »horrori fuit: neque Aegyptii aut »Persae, post Amasidis cadaver »a Cambyse contumelia affectum, »a mortuis condiendis abstinue»runt. Scimus praeterea e legibus »atque inscriptionibus sepulcrali»bus, veteres post crematum cor»pus aeque reformidasse cinerum »dispersionem. Kirchmann. de Fu»nerib. III. 21. sqq. Gruter. p. »917. num. 1. Muratori p. 1577. »n. 8. Nec Sylla aliud quaesivit, »quam ut regio honore rogus sibi »exstrueretur in campo Martio, »cum solemni decursione, et quae »alia in splendidissimo funere fieri »adsueverunt. Appian. de bell. »civil. I. p. 417. At Plinius pro»perante calamo excerpsisse vide»tur Ciceronem.« Sequitur locus noster. *Cr.*

Hac sepultura scimus esse usam] Cum in libris veteribus reperiam, *scimus esse unam:* ego *unam* corruptum esse puto, et *usam* restituendum. Nam vulgatam lectionem *humatam* non probo: quamquam, nequid dissimulem, etiam in eo exemplo, quod edidit *Adr. Turnebus*, *usam* impressum est. Lamb.

Hac sepultura scimus esse usam] Glossam *humatam* habent plures Goerenzii et nostri Cr. W. itemque Copp. Victt. b. Sed *usam* est in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae *humatam* habent in varr. lectt.) Paris. Lamb. Comm. et inde a Grutero omnes. Nomen *Marii* in Cod. M. antique scribitur *Mari*. *Mr.*

Sitas] Livius I. 2. *Situs est* (Aeneas) *quemcunque eum dici jus fasque est*, *super Numicium flumen. Iovem indigetem appellant:* ubi vid. Nannium et Drakenborch., qui haec ipsa Ciceronis verba adhibuerunt. *Cr.* — Post haec in Cod. M. legitur *reliquias a tenendis si pari visit;* Cod. Cr. *Sylla*. *Mr.*

Acerbiore odio incitatus, *quam si tam sapiens fuisset*] *Lambinus* reponendum censuit, *acerbo odio incitatus*, cui paruisset nunquam, *si tam sapiens fuisset*. Omnes vero renituntur Codices, vulgatamque lectionem constanter servant; nec ea videtur tentanda. Dav.

Acerbiore odio] Cod. Cr. *ac cerbiore*. A Copp. Victt. b. absunt verba *si tam;* Cod. M. *qua* pro *quam*. *Mr.*

Quam fuit felix] Sic malo quam

57. b. sapiens fuisset, quam fuit vehemens. Quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. Declarat etenim Ennius de Africano, *Hic est ille situs.*

vehemens, quod antea legebatur. Malo autem, quia et in antiquo libro sic est, et habet quiddam, quod magis cum sententia congruere videatur. P. Manuc.

Quam fuit vehemens] Ita et nostri scripti omnes. P. Manucius secutus fidem unius libri reposuit, *q. fuit felix*. Grut.

Quam fuit vehemens] In antiquo libro, quem laudat P. Manucius, est *felix*, eamque lectionem probat vir doctissimus. Et certe Sulla sibi FELICIS imposuit cognomen. *Velleius* lib. II. cap. XXVII, 5. *Occiso C. Mario adolescente, Sulla* FELICIS *nomen adsumsit. Lucanus* II, 221.

Hisne Salus rerum, FELIX *his Sylla vocari*,
His meruit tumulum medio sibi tollere campo?

Plura suppeditabit *Joan. Savaro* ad *Sidonii Apollinaris* lib. II. Ep. 13. quibus adde *Senecam* Cons. ad Marciam cap. 12. Cum tamen nostri *Gruteriani*que Codices receptam scripturam magno consensu retineant, ea non est repudianda. *Cicero* Philipp. XI. cap. 1. *L. Sulla* VEHEMENS. Ea vox rabiosum ferocemque denotat. Vide sis Interpretes ad *Phaedri* lib. II. Fab. 3. Et Sullae quidem cum primis convenit, quem *Tacitus* Hist. II, 38. *nobilium saevissimum* vocat. *Seneca* Controv. XII. pag. 189. *Nemo sine vitio est. In Catone moderatio* (desideratur:) *in Cicerone constantia: in Sulla clementia.* Ac merito sane; quod ejus res gestae satis superque demonstrant. Eas brevi depictas vide sis apud *Florum* lib. III. cap. XXI, 23. seqq. Hinc eum crudelissimis annumerat *Claudianus* in Rufin. I, 255. Consule *Velleium Paterculum* lib. II. cap. XXV. 3. Dav.

§. 57. *Timens corpori suo posse accidere*] *Lambinus* emendavit, *timens* ne *corpori suo* posset accidere; nec dubitari potest, quin illa recta sit loquendi ratio. Altera tamen contra fidem Codicum non est respuenda; quod paullo pluribus confirmatum dabo. *Lucretius* III, 774.

An metuit *conclusa* manere *in corpore putri?*

Virgilius in Ciri vs. 360.

Namque ipso verita est orbari *maesta parente.*

Horatius lib. III. Od. XI, 10.

Ludit exsultim, metuit*que* tangi.

Et lib. I. Epist. XVI, 60.

Labra movet metuens audiri.

Silius Italicus, de Paride Venerem Dearum formosissimam judicante, VII, 470.

Nec judex sedisse valet, fessique nitoris
Luce cadunt oculi, ac metuit *dubitasse* videri.

Claudianus in primum Cons. Stilich. I, 204.

— *Jussi properant, segnique* verentur
Offendisse *mora* —

Ac in secundam Cons. Stilich. vs. 355.

— *Sed pigra* cunctari *mole* veretur.

Nec aliter orationis solutae scriptores. *Curtius* VIII, 7. *Liberam vocem innocentis* audire metuis. Et IX, 7. *Quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium* recidisse verebatur. *Augustinus* C. D. VII, 18. *Juvenis impius vel ab impio patre* interfici metuens. Vide sis etiam *Latinum Pacatum* Pan. XII. capp.

Vere: nam siti dicuntur hi, qui conditi sunt. Nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam justa facta et corpus ingestum est. Et quod nunc communiter in

2, 31. et e Poëtis *Ovid.* Ep. XVI, 75. DAV.

Quod haud scio an etc.] Pro *haud* Cod. M. *autem*; pro *timens* Cod. W. *mens;* tum Cod. M. *corpore posset — Cornelius.* Recte Goer. contra Lambinum vulgatam probam esse contendit, neque vero Davisii longa demonstratione opus fuisse ait, ut probetur, Ciceronem cum poetis esse locutum. *Timens* enim si ponitur pro *existimans*, non magis, quam hoc, respuit Accus. c. Inf., quamquam ea lectione nihil mendosius esse posse contendat Rathius. *Mr.*

Declarat etenim Ennius] Codd. Cr. W. Edd. Lamb. Gothofr. Sturm. Ald. Brut. Car. Steph. habent *enim;* Cod. W. *Emnius*, Cod. Cr. *Affricano: hic est ille scitus vere.* Vocem *vere* conjungit etiam Cod. W. cum dimidio Ennii versu. In seqq. cum Goer. ex quatuor Codd. et nostro M. recepi *hi* pro *ii*, quod librarii ante pronomen relativum semper esse ponendum existimabant, quamquam hoc sensu soleat Cicero praeferre *hic.* Una Ed. Asc. 2. habet *siti dici dicuntur.* Tum Cod. Cr. *contra sepulcrum:* sed in marg. adscriptum est *ante;* pro *justa* Cod. M. habet *ista. Mr.* — De monumento Scipionum cf. Zoega de Obeliscis p. 371. — Ad *justa facta* adhibe Festum p. 363. Dacer. *qui mortuo justa non fecisset;* et conf. Wassium ad Sallust. Jug. c. XI. qui Homericum ὅσσα ἔοικεν comparat. Vid. Odyss. α, 292. conf. infra c. 25. circa finem. *Cr.* — Ut *justa* Latini, ita eodem sensu Graeci τὰ δίκαια, τὰ νόμιμα, τὰ νομιζόμενα. *W.*

Et corpus cessum est] Vel sic legendum est, quomodo et *Turnebo* videtur; vel *et corpus ustum est*, quod minus probo; vel potius, *et corpus tectum est.* Atque hanc scripturam esse rectam ac germanam *Ciceronis* puto. Sic lib. primo Tusc. Quaest. *Cadentibus corporibus, hisque humo tectis* etc. Quod autem *Turnebus*, sententia mutata, lib. XIV. Advers. c. 6. vult legi, *et corpus ejus est;* subintelligens *sepulcri*, ut sit, et quam corpus ejus sepulcri factum est; nimis durum ac violentum est. LAMB.

Et corpus incensum est] Palat. quart. *intestum est.* Lib. S. Vict. *et corpus orsus est*, quomodo et Turnebi ms. unus, nam alius *cesus.* P. Manucius putat Tullium heic loqui de eis, qui cremabantur. Turnebus vero contra. Unde lib. XIV. Advers. cap. 6. cupide ac perlibenter legerit, *et corpus ejus est*, id est corpus sepulcri factum est. GRUT.

Et corpus incensum *est*] Hoc cum *Tullii* mente vehementer pugnat: nam de terra conditis, qui non cremabantur, agit. Multi Codices *cesum*, unde *tectum* facit *Lambinus.* MStus *Turnebo* memoratus, *et corpus* cesus *est:* hinc vir ille doctus Adv. XIV, 6. legit *et corpus* ejus *est*, nimirum sepulcri. Sed hoc durum videtur. Liber S. Victoris et alter Turnebianus dant *orsus est*: Pal. quart. *intestum est.* Forsan *et corpus* intus *est*, vel *inlatum est.* Attamen, nisi fallor, optime reposueris *et corpus* ingestum *est. Columella* lib. II. c. 8. *Quod sicco loco* ingestum *et inoccatum est.* Vide sis et ejusdem libri cap. 10. DAV.

Et corpus ingestum est] Ita cum Goer. et Sch. scripsimus ex Davisii emendatione, ad quam proxime accedit Codicis Pal. lectio

omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur; id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret: eumque morem jus pontificale confirmat. Nam

intestum, et duorum apud Goer. *incestum*. *Incensum* stare nequit, quia de humandis corporibus sermo est. Cod. Cr. habet *cessum*, Cod. W. *caesum*, Cod. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Comm. Par. Sturm. Goth. habent *incensum*. Brutus autem in nota haec: »Cum in nonnullis sit *orsus est*, »forte *vorsum est* legendum: su»pra enim dixerat: *quemadmodum* »*os rejectum terrae obtegatur:* »sed haec conjectura.« Graevius ad marg. Ed. Comm.: »*corpus* »*caesus est*, *orsus est*. Leg. *et* »*corpus oestu est* pro *aestu* »*combustum est.*« *Mr.* — Vir doctus in Miscell. Obss. III. 1. p. 70: »Conjecturâ lego *et cor*»*pus intectum est*, hoc est »*tectum*. Idque probabilius mihi »videtur, quoniam verbum *in*»*tectum* ab aliquo mutatum esse »potuit, qui credidit, *intectum* »tantummodo significare posse »*apertum*, *non tectum.*« *Cr.* — Equidem, ut verum fatear, vel propter lectionem Cod. Pal. *intestum*, hanc viri docti conjecturam prae Davisii emendatione amplexus essem, nisi scirem, verbo *intego*, *intectus*, Ciceronem, in his quidem libris, qui exstant, non esse usum. Wagnerus, qui, offensus voce *tamen*, haec omnia *nec tamen — est* ejecta vult, non est audiendus, quia in jure et legibus, ne ambiguitati sit locus, saepe aliquid additur, quod alibi facile sua sponte intelligatur. *Mr.*

In omnibus sepultis] *Sepelire* proprie est *seponere*. Hujus in mortuis apud Romanos duae erant species: *humare* vel *cremare*. *W.* — Cod. W. *sepulti* pro *sepultis*. *Mr.*

Sepultis penitus, humati dicantur] Haec est consentiens omnium vett. librorum lectio. Turnebus primum de suo fecit *sepultis ponitur*, *ut humati d.* quod Lambinus, Aldus Nepos, alii sequuntur, quo jure, ipsi viderint. Turnebus sane aperte fatetur, illud *ponitur ut*, non esse a libris, sed a conjectura sua. Grut.

Et quod nunc in omnibus sepultis penitus humati dicantur] Ex conjectura *Turnebus* reposuit *et quod nunc in omnibus sepultis* ponitur, ut *humati dicantur*. Ac eam emendationem recepere *Lambinus* ac *Aldus* nepos. Harleian. primus, omissa voce *penitus*, exhibet, *et quod nunc in omnibus sepultis humari dicantur*. Hoc autem falsum puto; nam *humari* de solis humo tectis dictum videtur. *Plinius* H. N. lib. VII. §. 55. Sepultus *vero intellegatur quoquo modo conditus;* Humatus *vero humo contectus.* Apte, nisi fallor, reponi queat *et cum* (veteres *quom*) *nunc in omnibus* sepeliri dicatur; *id erat proprium tum in iis*, *quos humus injecta contegeret*. Usum veterem noster explicat cap. 23. *Quod autem*, inquit, *addit* neve urito, *indicat non qui uratur sepeliri*, *sed qui humetur*. Vide et cap. 24. Dav.

In omnibus sepultis ponitur] Sic legit *Turnebus;* cui assentior. In codice autem Memmiano emendatum est, *in omnibus sepulcris;* quod minus probo. Lamb.

Ponitur, ut humati dicantur] Recepimus cum Goer. et Sch. Turnebi emendationem, cum vulgata lectio sensum exhibeat nullum. Ernestus ejectum volebat *penitus*, quod tamen omnes habent libri. Davisio, qui *humari* de sepultis dici negat, recte respondet

priusquam in os injecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis. Injecta gleba, tum et illic humatus est, et gleba vocatur: ac

Goer., corpore cremato digitum saltem terra injecta in sepulcri loco fuisse conditum. De nostro loco disputat Schellerus in Praecc. Styli I. p. 79. 117. II. p. 579. *Mr.* — Perperam Ed. parvula (Goer. minor): *in omnibus sepultis venit.* Nam simpliciter *venit* non dicitur pro *usu venit*, *contingit*, *usurpatur.* Turnebus ex veteri lectione *penitus* sagaciter restituit: *in omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur.* Nam verbum *ponere* praecipue dicitur de nominibus pro *imponere. W.* — Ita noster de N. D. I. 17. 44. *sunt enim rebus novis nova ponenda nomina.* Ceterum non diffiteor, mihi dudum esse visum in voce *penitus* latere lectionem *venit usu.* Ita etiam, inverso ordine usitato, neque *usu venire*, legitur in Edd. nonnullis vett. apud nostrum de Fin. I. 3. 8. *sed ex eo credo quibusdam venire usu, ut abhorreant a Latinis. Mr.*

Id erat proprium tum etc.] Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *illud erat.* Tum Cod. M. *in hiis quos hujus injecta contingeret.* Cod. Cr. *contegraet*, Cod. W. et Copp. Victt. b. *contegerat. Mr.* — Conf. Drakenborch. ad Liv. VIII. 24. et Ruhnken. ad Terentii Andr. I. 1. 101. *Cr.*

Nam prius quam in os injecta gleba] Quidam libri vett. habent, ut vulgati, *in eos injecta gleba est.* Quae scriptura sine dubio depravata est, ideoque rejicienda; quamquam eam tuetur *Turnebus.* LAMB.

In os injecta gleba est] Vulgo *in eos.* Sed veram lectionem primus eruit *Victorius*, eamque *Lambinus* merito recepit. Quin et ita dat Eliens. DAV.

Priusquam in os injecta gleba est] Os illud resectum, seu amputatum ex mortui corpore, tegebatur gleba. Iam reliquo corpore cremato, locus, ubi corpus erat crematum, nihil habebat religionis, nisi illi ossi injecta erat gleba: et tum demum ille locus dicebatur *tumulus. W.*

In os injecta gleba est] Festus in *praecidanea* (p. 363. ed. Paris.) *Qui mortuo justa non fecisset, id est glebam non objecisset.* Ubi Dacerius nostrum locum adhibuit; Wassius autem ad Sallustii Jug. c. XI. p. 251. sq. [p. 42. ed. Haverc.] indidem in Festo corrigit: *non ob os jecisset.* Ad rem adhibe Zoegam de Obeliscis IV. 13. p. 272. sq. »Cic. de Legg. »II. 22. cum quo conferendus Euripides in Supplicc. vs. 534. »Mox subdit [Cicero; sequitur »hic ipse locus, ita quidem: *Nam* »*priusquam in mortuos injecta* »*gleba est — tum et illic humatum est* cet.«] Deinde ita pergit: »Itaque cum crematione conjunxerunt priscum humandi ritum, cineresque et ossa in ustrina residua terra obruerunt: quo »factum est, ut, qui combusti »essent, tanquam duplici gauderent sepulchro; altero ubi corpus crematum, altero ubi urna »condita. Quapropter etiam in »bustis cippos erigere consueverunt, in quibus notatum, quis »illic crematus esset: cujusmodi »tres, e Tiburtino lapide reperti »prope mausoleum Augusti, atque »spectantes ad Germanici Caesaris »filios, exstant in Museo Pio — »Clementino, ad hunc modum inscripti: *C. Caesar. Germanici.* »*Caesaris. F. Hic. Crematus.* »*Est.* Sic Augusti ustrinam religiose clausam memorat Strabo

tum denique multa religiosa jura complectitur. Itaque in eo, qui in navi necatus, deinde in mare projectus esset, decrevit P. Mucius, familiam puram, quod os

»lib. V. p. 361: et Graeci in »littore ad Trojam commune se»pulcrum struxerunt circum ro»gum, singuli vero commilitonum »ossa domum portanda legerunt. »Iliad. η. 334.« *Cr.*

In os injecta gleba est] Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Sturm. Car. Steph. Goth. habent *in eos*, reliqui recte *in os*. Pro *locus* in Cod. W. a prima manu erat *locos*. *Mr.*

Tum et illic humatus est, et gleba vocatur] Expressi quod erat in Pal. quart. neque abit S. Victoris, quam quod is *illis:* sed et *tum illis* erat in Fabr. nihilque ab hac scriptura recedit Turnebus, quam quod edat, *tum et ille.* Victorius lib. V. L. XXIII. cap. 8. emendarat *tum is hum.* Recepta lectio, *tum tumulis humatus est* etc. Grut.

Tum et illic humatus est et gleba vocatur] Nonnulli Codices, et in his Med. ac Harleian. sec. *tumulis et humatus est et gleba vocatur.* Unde *Pet. Victorius* Var. Lect. xxiii, 8. legit *tum is humatus est.* Sed unde pendeat illud pronomen, mihi quidem latet. Harleian. primus *tumulus et humatus est et gleba vocatur.* Balliol. vero, *tumulus illic et humatus est et gleba vocatur.* A multis saeculis hunc locum foedavit glossa, quam, nisi fallor, eximas, si modo reponatur: *Injecta gleba, tumulus illic est; ac tum denique multa religiosa jura complectitur.* Nimirum notaverat aliquis, *humatus etiam gleba vocatur:* nam *glebam* pro cadavere ponunt aetatis mediae scriptores. Vide *Dufrenii* Glossarium et Cl. *Galeardum* ad *Ramperti* Sermonem de Translatione B. Philastrii cap. 4. Ea autem verba *Tullianis* immixta nitidissimum scriptorem turpiter deformarant. Dav.

Et humatus est, et tumulus vocatur] Sic scriptum est in Codice *Memmiano.* Nonuulli vulgati habent *et sepulcrum vocatur:* quidam veteres, *et gleba vocatur.* Plane mendose. Lamb.

Et gleba vocatur] Sic Pall. duo, sic S. Victoris, sic Fabricianus; neque aliter legit in veterrimo suo Turnebus, adprobatque. Lambinus eo rejecto oggerit ex Memmiano, *et tumulus voc.* quod quis non videt esse glossema, aeque ac Victorii, *et sepulcrum vocatur?* Grut.

Tum et illic humatus est et gleba vocatur:] Nihil muto, ne violentius agere videar, quamquam neque hanc vulgatam, neque alicujus libri veteris lectionem sanam puto. Cur placere non possit, satis, credo, Dav. exposuit. Sed videamus librorum lectionem. Codd. Cr. et W. *injecta gleba tumulis et humatus est et gleba vocatur;* Cod. M. *injecta gleba tum et illic humanatus est et gleba vocatur.* Copp. Victt. a. *inj. gl. tum is et hum.* etc. Cum Codd. Cr. et W. faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Car. Steph. Sed Car. Steph. ex veteri libro enotavit: *injecta gleba tum is et humatus est et sepulchrum vocatur.* Ed. Par. *inj. gl. tum et illis hum.* Ed. Sturm. ut Codd. Cr. et W. sed pro *gleba* habet *sepulcrum*, Ed. Comm. *injecta gleba tum et ille humatus est et sepulchrum vocatur;* ubi Graev. in marg. adnotavit *gleba.* Rathius Davisio assentit. Goer. conjecit: *inj. gleba tum is illico et humatus est* etc. Sed idem in tribus ultimis verbis haeret. Cum vero ea excusare vult,

supra terram non exstaret, porcam heredi esse contractam, habendas triduum ferias, et porco femina

dicens, auctorem non sua verba, sed in jure pontificio usurpata, ponere: quid proficiat, ipse viderit. Equidem desidero: *Injecta gleba tum et illic humatus est et conditus vocatur;* ut supra ait: *nam siti dicuntur, qui conditi sunt.* Vocis *conditus* primam syllabam agnoscere possis in prima litera vocis *gleba.* Compendium enim vocis *con* in multis libris, etiam in Cod. nostro Cr. mox in voce *contra* figuram habet literae g simillimam. Mr.

Ac tum denique etc.] Cod. M. *at cum;* Cod. W. *ac totum*, sed literis *to* puncta subscripta sunt. Quod sequitur *multa* Wagnerus otiosum dicit. Sed opponitur superioribus *nihil habet religionis.* Mox Cod. M. *in nave;* idem cum Cod. W. et Copp. Victt. b. *vocatus*, sed hic in marg. habet *necatus;* Cod. Cr. *in navi ne vocatus*, ubi vides, religiosum scribam, cum voci *vocatus* in libro superscriptam reperisset syllabam *ne*, qua prava lectio corrigeretur, utramque in contextu recepisse, ne quid, cum ipse judicio non valeret, omisisse videretur. Post haec Codd. Cr. W. et M. *in mari. Mr.*

Quod os supra terram non extaret; porcam heredi esset] In MSto Codice legitur *quoad os supra terram non extaret porcaque heredi esset.* Alius liber habet *porcam heredi esse.* Sed post *porca* in alio libro et in alia manu additum est *praecidanea;* ex *Nonio*, ut opinor, qui in verbo *praecidanea* citat locum ad hanc rem facientem. URSIN.

Quod os non exstaret, citra porcam heredi esset] Sic hunc locum restitui, atque ita sine dubio legendum. Piget autem aliorum conjecturas refellere, partim quia sunt inanes, partim quia propero: tantum hanc lectionem, quam probavi, confirmabo. Ab eo, *qui mortuo justa non fecisset*, ut testatur *Festus*, *porca praecidanea Cereri mactari debebat: aliter neque* ipse neque *ejus familia puri erant.* Sic et *Varro* [apud *Nonium* in *praecidaneum*] *Quod humatus non sit, heredi porca praecidanea suscipienda Telluri et Cereri: aliter familia pura non est.* Hoc igitur dicit hoc loco M. Tullius, in eo, qui in navi necatus, deinde in mare projectus esset, decrevisse P. Mucium, familiam heredis puram nihilo minus esse, quamvis porcam praecidaneam non mactarit; quia os supra terram non exstaret. LAMB.

Porcam heredi esset: C. Cotta censet] Sic antiquus liber: alii *contra*, ut ad Mucium referatur. Quo sensu, ego non video; nam quem locum habet *contra?* non enim opponi video proximis superioribus verbis. Malo igitur *C. Cotta:* fuit enim pontifex, sicut Mucius, ut ex libris de N. D. II. et III. constat. P. MANUC.

Quod os supra terram non exstaret: porcam heredi esse contractam, et habendas triduum ferias, et porco femina piaculum pati. si in mari mortuus esset, eadem praeter piaculum et ferias] Locus desperatus est. Itaque cum viderem aliter ei medicinam facere Victorium, aliter Turnebum, aliter Lambinum: repraesentavi eam omnino scripturam, quam expresserat pro vera, in Nonio suo, Josias Mercerus: tanto quidem proclivius, quod conspiraret fere omnino cum Pal. nostro quart. qui habebat: *quotos supra terram non extare porcam heredi esse contractet habendas* etc. Aldus senior publicarat, *quotos supra terram non extare porcam*

piaculum pati. Si in mari mortuus esset, eadem, praeter piaculum et ferias.

heredi esset. contra censet hab. trid. ferias, et porco fem. piac. pati si in mari mortuus esset: eadem praeter piaculum et ferias: quomodo, apice nullo minus, Pal. tert. nisi quod is, *portam.* Grut.

Porcam heredi esse contractam, et *habendas triduum ferias*] Pall. quart. quint. succinentibus fere melioribus Codicibus, exhibent *porcam heredi esse* contractet *habendas triduum ferias.* Hinc a *Grutero* jure recepta est acutissimi *Josiae Merceri* conjectura; quem vide ad *Nonium* in *praecidaneum.* Illi certe dabatur οἴω πεπνῦσθαι, cum *Victorius* Var. Lect. xxiii, 8. *Manucius*, *Turnebus* et *Lambinus*, viri caeteroquin eruditissimi, nihil hic viderint. Dav.

Decrevit P. Mucius, familiam puram etc.] De hoc loco omnes omnium sententias et enumerare et ponderare infinitum est. Nos, quoad ejus fieri poterit, paucis defungemur, nihil repetentes, quod in notis VV. DD. superioribus dictum est. Cod. Cr. habet: *quot os supra terram non extare portam heredi esset contra censet habendas* etc. Cod. W. *quotos supra terram non extare portam heredi esset contractet* (in marg. *contra cesset*) *habendas* etc. Cod. M. *quotos supra terram non extare porcam hendi esset. contractet habendes.* Copp. Victt. a. *quod os — extaret — C. Cotta censet hab.* etc. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *quod os supra terram non extra portam heredi esset. contra censet hab.* sed duae posteriores in varr. lectt. habent *extare porcam.* Edd. Brut. et Car. Steph. *quod os supra terram non extaret, porcam heredi esse. contra censet hab.* Posterior ex vet. Cod. *quod os supra terram non extra portam heredi esse. contra censet hab.* Edd. Ald. et Par. *quot os supra terram non extare, porcam heredi esset. C. Cotta censet hab.* nisi quod posterior habet *quod os.* Ed. Comm. *quod os supra terram non extare portam heredi esset: contra censet hab.* Graevius in marg. ej. Ed.: *quod os supra terram non extaret, porcam heredi contractam censet, habendam* [voluit, credo, *habendas*] *triduum ferias.* Turn. in primo comm. conjecit: *decrevit P. Mucius familiam puram (quod os supra terram non extaret) citra porcam heredi esse.* Rathius ejectis verbis *et porco femina piaculum pati*, quia idem dicatur verbis *porcam contrahere*, locum sic refingit: *porcam heredi esse contractam, et habendas triduum ferias, si in mari mortuus esset idem praeter piaculum et ferias.* Sed in eo ipso fallitur, quod illa verba nihil aliud, quam praecedentia significare credit. Goer. et Sch. nihil a Gruteri lectione immutarunt, nisi quod *et* ante *habendas* deleverunt. Ante *porcam* Goer. supplet: *sed, quod non rite sepultus esset.* Quod nobis quoque probatur, ut hic sensus exeat in sequentibus: sed si in mari sit mortuus, reliqua, praeter porcam contractam, Scaevola remisit heredi, quod, in navi necato, os rescindi seu ossa legi potuerant, in mari mortuo, non potuerant. Ceterum valde arridet Wyttenbachii conjectura ad marg. Ed. Goer. min. ita hunc locum scribentis: *Decrevit P. Mucius, familiam puram, quod os supra terram non exstaret, porcam heredi esse contractam; at habendas triduum ferias, et porco femina piaculum pati, si in mari mortuus esset* [*eadem, praeter*

Att. Video, quae sint in Pontificio jure. Sed 23.
quaero, quidnam sit in legibus. M. Pauca sane, Tite, 58.
et, uti arbitror, non ignota vobis. Sed ea non tam ad religionem spectant, quam ad jus sepulcrorum.

piaculum et ferias]. In marg. ad v. *pati* adscripsit: *πάσχειν*, et ad postrema verba uncinis inclusa: *f. glossa*. *Mr.*

Contra censet habendas] Quidam legunt, *Cotta censet* etc. LAME.

Et porca femina piaculum pati: *si in mari mortuus esset*] *Victorius*, invitis Codicibus, edidit *piaculum dare: Lambinus* autem reponebat *piaculum dandum*. Mihi rescribendum videtur, *et porco femina* piandum. Atqui *si in* mare *mortuus esset*. *Mare* in ablativo legitur apud *Plautum*, *Varronem*, *Ovidium* et alios, ac hic ita dant Paris. et Med. Vide *G. J. Vossium* de Annal. lib. II. cap. 11. *Piandum* vero significat expiandum, satisfaciendum, placandum. Adi *Nonium* ut et *Servium* ad Aen. II. 184. *Porcum* denique *feminam* similiter dixit *Cato* R. R. cap. 134. ubi nonnulla *Meursius*. Consulas etiam licet Interpretes ad *Quinctiliani* I. 6. p. 49. ed. Par. DAV.

Et porco femina piaculum pati] *Porco femina*, ait K. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 6., dixit, ne esset vocabulum *porca*, paulo superius positum, repetendum. Pro *pati* est *dare* in Edd. Par. Ald. et Sturm. sed ex correctione. *Pati*, quod habent Codd. MSS. omnes, dicitur *piaculum* ut *pati poenam*, quod jam viderunt Ern. et Wagn. *Mr.* — Editores fere omnes vocem *pati* vel delent vel mutant: at nil est innovandum. Similis exquisitae significationis in v. *pati* exemplum habuimus supra [intelligit, credo locum: *naturam feminarum omnem castitatem pati*, supra c. XII. 29. extr.]. Huc etiam pertinet illud Virg. Aeneid. VI. 743. *Quisque suos patimur manes. W.* — *Marini* in *Atti de' Fratelli Arvali* p. 216. postquam virorum doctorum conjecturas memoravit, quaerit: »*perchè non* »*anche piaculum faciendum?*« Idem ibidem prodit, veteres saepius *porcus* pro *porca* usurpasse videri; ac sicut ceteris in hostiis, ita in porcis quoque, feminarum sacrificia diis gratiora adeoque efficaciora esse habita. Cf. eundem p. 307. 308. *Piaculum fieri* etiam in legibus Numae dicitur, quum victima piandi propitiandique causa immolatur. Vid. *Lanzi* in *Saggio di l. Etrusca* III. p. 704. ad Tabul. Eugubin. III. ubi etiam: *piaculum fiet*. *Cr.* — Pro *in mari* Codd. nostri omnes *in mare*, quam ablativi formam veteribus, vel prosae orationis scriptoribus, haud inusitatam fuisse docet Schneider. Lat. Formenlehre: T. I. p. 219. *Mr.*

Cap. 23. *Sed quaero* quidnam *sit in legibus*] *Victorius* edidit *sed quaero* et quidnam *sit in legibus*. Ac sic Eliens. Legendum *ecquidnam*, ut *Aldus* etiam nepos exhibuit. DAV.

Sed quaero, quidnam sit in legibus] Pro *sed* est *et* in Cod. M. idem habet *legionibus*, unde cave conjicias *legibus omnibus*. Leges sunt h. l. *jus civile*. Sed *quidnam* restituimus, quod habere videntur omnes Goerenzii et habent nostri Codd. Cr. W. M. et Edd. vett., quae ad manum sunt, fere omnes: una Par. et Copp. Victt. b. habent *et quidnam*, et Comm. cum Dav. *ecquidnam*. Tum Codd. Cr. et W. *ut* pro *uti*, Cod. M. *nobis* pro *vobis*, ibid. deinde omittitur *ea*. Plane non est Ciceronianum, quod legitur in qua-

Hominem mortuum, inquit lex in xii, in urbe ne sepelito, neve urito. Credo vel propter ignis periculum. Quod autem addit, neve urito, indicat, non, qui uratur, sepeliri, sed qui humetur. Att. Quid? qui post xii in urbe sepulti sunt, clari viri? M. Credo, Tite, fuisse aut eos, quibus hoc, ante hanc legem, virtutis

tuor Goerenzii libris *juris*, *et quaero*, etiamsi vox *pontificio* non flagitaret ablativum casum. *Est aliquid*, s. *hoc vel illud*, *juris* serioris aetatis est. *Mr.*

Inquit lex in xii] Vulgo *in* xii *tabulis*. At Eliens. Med. Harleian. primus aliique plures habent *in* xii *milia;* quod ineptum. Cum igitur ea vox librariorum stultitiae debeatur; nos editiones *Victorii Turnebi*que censuimus exprimendas, cum quibus facit Paris. Extra urbem vero sepeliebantur Athenienses et alii, quod docebit *Sam. Petitus* ad Legg. Attic. lib. VI. Tit. viii. p. 495. Hanc ob caussam aegroto *ἐξελαύνειν πόλεως* videri pro regulis Oneirocriticis fatale censebatur. Vide *Artemidorum* I. 58. p. 51. et *Henr. Valesium* ad *Amm. Marcellini* xviii. 7. Dav.

Inquit lex in XII.] Ita nostri Codd. W. et M. et quinque Goerenzii. Plures habent *XII milia*, ut noster Cod. Cr. et Copp. Victt. b.; in posteriori libro post *milia* etiam *tabulis* additur. Sed ipsum illud *milia* probat, omissam esse a Cicerone vocem *tabulis*, pro qua homines inepti, cum numerum absque re numerata non concoquerent, aliquid addere sibi visi sunt, addito numero aucto. Vocem *tabulis* omittunt Edd. Par. Comm. et Ald. Male reduxerunt Ern. Bip. Wagn. *Mr.*

Hominem mortuum — in urbe etc.] »Plerique, ait *Dirksen.* in »schedis nobiscum communicatis, »duodecim Tabularum restituto»res verba legitima ita reddide»runt, ut a Cicerone sunt laudata. »Fuerunt tamen, qui crederent, »nonnisi post numerum XII. inci»pere legis verba, ideoque, quod »abesse nequit, *hominem mor»tuum*, omitterent: v. c. Alexan»der ab Alexandro Genial. dier. »VI. 10. qui legit: *in urbe ne »urito*, *neve sepelito;* et Rival»lius (in Hist. Iur. Civ. Lib. II. »Mogunt. 1527. 8.) c. 1.: *in urbe »ne sepelito, neve urito.*« Egregie et copiose de hac lege egit *Idsinga* (Variorum juris civilis lib. singular. Harlingae. 1738. 8.) cap. XVIII. p. 152 — 165. *Mr.* — Exhibet hanc legem in decimae tabulae Fragmm. *Haubold.* in Institutt. Jur. Rom. Epitome p. 135. sq. Disputavit de eadem lege doctissimus *Dirksen* in: *v. Savigny's Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissensch.* II. p. 421. sq. cf. eundem in: *Civilist. Abhandlungg.* II. p. 309. sq. *Cr.*

Credo vel propter ignis periculum] Turnebus lib. XXIV. Advers. cap. 3. mallet *credo videlicet;* at vulgatum mihi efficacius. Alterum tamen pro legitimo auctoris recepit Lambinus. Grut.

Credo vel *propter ignis periculum*] Nonnulli reponunt *credo* videlicet *propter ignis periculum.* Mihi, fateor, locus mutilus videtur: nam ratio, quae redditur, ad ustionem solam, non item ad humationem pertinet. Forsan igitur *Tullius* hoc seu simili modo scripsit, *credo* vel propter cadaverum foetorem, *vel propter ignis periculum. Isidorus* Orig. lib. XV. cap. 11. *Prius quisque in domo sua sepeliebatur. Postea vetitum est legibus, ne foetore ipso cor-*

causa tributum est, ut Publicolae, ut Tuberto, quod eorum posteri jure tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa, soluti legibus, consecuti sunt. Sed in urbe sepeliri lex vetat. Sic decre- p.182. tum a Pontificum collegio, non esse jus, in loco publico fieri sepulcrum. Nostis extra portam Collinam

pora viventium contacta inficerentur. Et mortuos quidem domi suae sepultos olim fuisse testantur *Plato* in Minoë p. 45. A. et *Servius* ad Aen. V, 64. Dav.

Credo vel propter ignis periculum] Non audiendus est Dav. Ciceroni aliquid de suo commodans. Sine dubio noluit noster omnes enarrare rationes, igitur unam addit, quae ad posterius (*urito*) spectaret, idque ipso vocabulo *vel* significavit, quod homines semilatini dicerent: *credo jam propter ignis periculum. Mr.*

Quid qui *post* XII *in urbe*] Vocem secundam non agnoscunt Paris. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. et edit. pervetus. Omnino, deleta interrogatione rescribendum videtur, QUIN *post* XII *in urbe sepulti sunt clari viri.* De re ipsa vide *Joan. Kirchmannum* de Fun. Rom. II. 20. et *Ant. Schultingium* ad *Julii Pauli* Sent. lib. I. Tit. XXI, 3. Dav.

Quid? qui post XII. in urbe sepulti sunt, clari viri?] Haec est Turnebi lectio in Ed. Comm. eamque firmant quatuor Codd. Goer. Vocem *qui* omittunt plures, nostri quoque Cr. W. M., in Codd. Cr. et W. est: *sepulti sunt? Claros viros, credo, Tite, fuisse.* Et ita, sed addito *qui*, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Lamb. Gothofr. Car. Steph. Sturm. In Ed. Par. est: *A. Atqui in urbe sepulti sunt clari viri.* Neque ibi desiderabat quidquam Turnebus. *Clari viri* scriptum est etiam in Cod. M.; in Cod. Cr. *sepeliti*, in Cod. M. *sepultus.* Offenditur h. l. Rathius, quia, cum Atticus quaesierit de iis, qui *post* illam legem latam in urbe sepulti sint, Marcus respondeat de iis, quibus hoc *ante* XII tabulas sit tributum. Ideoque ei locus corruptus visus est. Nihil ad eum refellendum addo: illud moneo, ut, si cui idem dubium in mentem venerit, antequam emendatum velit, locum accuratius inspiciat. — Ad v. *Publicolae* Brutus *Poplicolae*, ait, scribendum esse lapides Capitolini testantur. *Mr.* Ad argumentum consule Heubach. Commentat. de Politia Romann. p. 24. sqq. et Zoegam de Obeliscis IV. 1. 14. p. 278. *Cr.*

Ut Tuberto — ut Fabricius] Pro *Tuberto* Edd. Asc. 1. 2. *Tubero*, idem Crat. et Herw. in contextis; in varr. lectt. *Tuberto.* Tum Cod. M. *ante eos — Fabrinus. Mr. — P. Posthum. Tubertus* consul fuit a. u. 248. cum M. Valerio, fratre P. Valerii Publicolae, et a. u. 250. cum Menenio Agrippa. Vid. Pighius in Ann. Magistrr. Romm. his annis. — *C. Fabricius Luscinus* per excellentiam dicitur *Fabricius*, quod ejus fides et constantia maxime bello adversus Pyrrhum spectata est. Consul fuit a. u. 471. 475. 480. *W.*

Si qui hoc, ut C. Fabr., virtutis causa, soluti legibus, consecuti sunt.] Verba *soluti legibus* a tribus Goerenzii nostrisque Codd. Cr. W. absunt: »ex vitio, ait »Goer., opponuntur enim prae»gressis *ante hanc legem.*« Sed cum Fabricii nomen audivisset Atticus; qui quando vixerit cum certe non fugiebat, temporis significatione repetita sane non opus

aedem Honoris: et, aram in eo loco fuisse, memoriae proditum est. Ad eam cum lamina esset inventa, et in ea scriptum lamina: HONORIS: ea causa fuit aedis hujus dedicandae. Sed cum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. Statuit enim collegium, locum publicum non potuisse privata religione obli-

fuit. Ego quidem, cum in Copp. Victt. b. reperissem *non secuti* pro *consecuti* et in Cod. M. (cujus scriptorem de suo ingenio aliquid attulisse nemo suspicabitur) legissem: *virtutis causa soluti legimus, non secuti sunt;* mihi orta est suspicio Ciceronem scripsisse: *aut eos, si qui hoc* (i. e. illa lege, quae, ne quis in urbe sepeliatur, vetat) *ut C. Fabricius, virtutis causa soluti sunt.* Erat enim in quibusdam libris perperam scriptum *secuti:* quod cum falsum esse vidisset alius, in margine adscripsit: *soluti legimus, non secuti.* Quam glossam cum homo quidam, qualis fuit scriptor Codicis M. in contexta recepisset, ne quid perire sineret, acutior eum insecutus mutavit *legimus* in *legibus*, et, ut opus compleret, verba *non secuti*, quae jam sensu carebant, mutavit in *consecuti.* Ex eodem fonte fluxit etiam, quod est in Copp. Victt. b. *solutis legibus.* — In seqq. Cod. M. habet *decreta Pontifica. Mr.*

Aedem Honoris] De aede honoris cf. Cic. de N. D. II. 23. ibiq. annott. p. 238. et p. 752. ed. nostrae. *Cr.* — Vocem *et* non habent Copp. Victt. b. itemque Edd. Paris. Comm. Sequens *in* ante *eo* non est in Ed. Sturm. a. operarum fortasse errore, cum in nullo alio libro desideretur. *Mr.*

DOMINA HONORIS] Est ab Aldi antiqua, reperique in Palatin. tert. nam quart. *numa honoris.* Victorius MINA HONORIS, conjecit Turnebus, LAMINA HONORIS, quod illico recepit in contextum Lambinus. Accipitrem qui vocaverit, verum ei dederit cognomen. GRUT.

DOMINA HONORIS] Sic Pal. tert. Harleian. pr. sec. Balliol. et Med. At ipse *Gruterus* Inscripti. p. C. 3. ex *Marliano Faunoque* dedit *Dominae Honoris.* Verum nec haec nec illa lectio sensum fundit idoneum. In Paris. et aliis quibusdam MSStis est MINA HONORIS; unde *Turnebo Lambino*que placuit LAMINA HONORIS. Pal. quart. *numa honoris.* Repono NUMINI HONORIS. Sic lapides exhibent *numini Fortis Fortunae, numini Serapidis*, et quae sunt alia ejusdem generis innumera. DAV.

Et in ea scriptum lamina: HONORIS.] Ita, neque vero scribendo LAMINA HONORIS, ut voluerunt Turnebus et Lambinus, restitutum credo locum. Eodem modo supra noster substantivum repetit I. 1. 2. *Tamen erit his in locis quercus, quam Marianam quercum vocent.* Vocem *Domina* habent Codd. Cr. et W. itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Paris. Ald. Brut. Sturm. et Copp. Victt. b. In Ed. Comm. est *Mina Honoris*, ibique Graevius ad marg. adscripsit: »leg. *et in* »*ea scribtum Lamina Hono*»*ris* vel *Honori.*« Rathius volebat *domu* s. *domui Honoris.* Frustra. Goer. in ed. min. scripsit DOMINAI HONORIS, quam lectionem postea silentio pressit et in Ed. maj. vocem DOMINA uncinis inclusit, ut ejiciendam. Et quamvis non facile aliquis dixerit, qui fieri potuerit, ut, si hujus vocabuli loco nihil scripsisset Cicero, vocabulum tam ineptum irreperet,

gari. Iam cetera in XII minuendi sunt sumtus lamentationisque funeris, translata de Solonis fere legibus. 59.
Hoc PLUS, inquit, NE FACITO: ROGUM ASCIA NE POLITO. Nostis quae sequuntur. Discebamus enim pueri XII,

Schützius tamen Goerenzio ita obtemperavit, ut eam vocem ejicere, quam corrigere mallet. In Cod. nostro W. legitur *inventa scriptum mia honoris*. Wagnerum, qui, adhibito Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 83. *Dominae Honoris*, conjecit, (quae est ipsa fere Goer. scriptio in Ed. min.) merito minus etiam, quam Davisium, audiendum censet Goerenzius. Quod vero idem contra Turnebi emendationem ait: quid *lamina* in lamina? id recte quidem monet: sed mireris eum non vidisse, si ita scribatur, ut nos fecimus, nihil restare, quod offendat. *Mr.*

Aedis hujus *dedicandae*] Paris. *aedis* haec *dedicandae*. Forsan *aedis* huic *dedicandae*. DAV.

Aedis hujus dedicandae.] Copp. Victt. b. *haec dedicare*, Cod. M. *hujus dedicare*. *Mr.* — *Exarata sunt* i. e. arando eruta. Vid. infra c. 27. et supra c. 18. *W.* Pro *collegium* in Cod. M. est *collegiunum* (sic). *Mr.*

§. 59. *Cetera in XII minuendi sumtus lamentationesque funeris*] Non variant Codices, nisi quod ex iis plerique dent, *minuendi* sunt *sumtus*. *Lambinus* edidit, *cetera in* XII. de minuendo sumtu lamentationeque *funeris*. Ego totum locum sic constituendum putarim, *Jam cetera in XII minuendi sumptus* lamentationisque funebris *translata* sunt *de Solonis fere legibus*. De loquendi ratione videas licet *Rivium* ad *Sallustii* Catil. cap. 6. DAV.

Cetera in XII minuendi sunt sumtus lamentationisque] *Sunt* reduximus ex omnibus Goer. nostrisque Codd. itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Car. Steph. Brut. Sturm.; *lamentationisque* ex tribus Goerenzii. Videlicet Genitivum casum sustulerunt librarii partim, quia hanc constructionem verbi *sunt* non recte caperent (ut est v. c. Liv. 38. 50. *nihil tam aequandae libertatis esse*): partim crederent, haec esse verba legis. Nam in Edd. Car. Steph. et Brut. litera majuscula scriptum est, distinctione praeposita: *Minuendi sunt sumptus lamentationesque funeris*. Brutus, cui merito haec non videbantur esse legis, conjecit: *minuendos esse sumptus lamentationesque*. Sed praestat ea, quam nos cum Goer. et Sch. ex Codd. MSS. reduximus, lectio. Ad verba: *translata de Solonis fere legibus* vid. quas nuper dubitationes injecit *Wachsmuth*. in libro bonae frugis plenissimo: *Aeltere Gesch. d. Röm. Staates* p. 369. *Mr.*

Hoc plus] Quid si *opus* legas? nam et infra, *Opere tectorio sepulchrum exornari non licebat*. Aut *hoc plus* intellige plus eo quod supra definitum esset: omittuntur enim fortasse quaedam ex lege XII tabularum. Sed magis placet *opus ne facito:* quod explanatur sequentibus verbis, *Rogum ascia ne polito*. Sunt qui ita distinguant, *Hoc plus inquit: Ne facito rogum, ascia ne polito*. Sed non puto rogum prohiberi, cum uri concedatur: prohibebatur autem rogus ascia politus, non omnis rogus. P. MANUC.

HOC PLUS, *inquit*] Inclinat Paul. Manucius legere OPUS, *inquit*, non necessario. GRUT.

Rogum ascia ne polito] Facit ad hunc locum vetus inscriptio, in qua sunt haec, SUB. ASCIA. DEDICAVIT. De ascia *Plinius* lib. XVI. cap. 4. Eam D. Hieronymus

ut carmen necessarium: quas jam nemo discit. Extenuato igitur sumtu, tribus riciniis, et vinclis purpurae, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem:

dolatoriam appellat. Inde verbum *ascio* et *exascio:* et *exasciatum opus* pro expolito dixit *Plautus* in Asinaria. Ursin.

Hoc plus, inquit, *ne facito: rogum ascia ne polito*] *Jac. Raevardus* ad xii Tabb. c. 15. legit, *hoc plus inquit.* Ne facito rogum ascia, ne polito. Ut vellet *Cicero* legem xii. Tabularum illud legibus a Solone latis plus continere. Ne facito rogum ascia, ne polito. *Ausonius* etiam *Popma* ad *Catonem* de R. R. p. 160. eadem mente sed audaciore conjectura reponit; *hoc plus*, rogum ascia ne polito. Perperam, sicut arbitror: hoc enim solum statuisse Decemviri videntur, ut nemo homo plus faceret, quam statim subjecta legum capita permittebant. Vide *J. V. Gravinam* de Jure Nat. p. 252. Dav.

Hoc plus, inquit, ne facito etc.] i. e. ne facias, inquit lex, plus, quam hoc, sc. quod lege concessum est. *W.* Ad v. *inquit* vid. Cr. ad Cic. de Nat. Deor. I. 36. p. 164. add. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 4. 78. et Gernhard. ad Cic. Parad. III. 2. Addend. p. 320. Pro *ascia* in Cod. M. est *secula.* Ad hunc locum *Dirksen.* in schedis haec adnotavit: »Quam proposuit »Manutius emendationem *hoc opus* »pro *hoc plus* probavit *Balduinus* c. 31.; *Calcagninus* (in Collectann. vetustatis ex antiquis »ritibus, ex XII. Tabulis in collectione Opp. aliquot Caelii Calcagnini. Bas. 1544. form. max. p. »376. sqq.) legit: *in urbe ne facito rogum, ascia ne polito;* et »*Nic. Lesueur* (Leges XII. Tabb. »de universo et privato jure. Paris. 1547. 4.) corrigit *asciave polito.* Ex duodecim tabularum restitutoribus plures verba *hoc* »*plus* Ciceroni tribuunt, et nonnisi haec: *Ne facito rogum,* »*ascia ne polito* legis esse verba »existimant; v. c. *Rivallius* c. 1.; »*Calcagninus, Contius* (Brev. collectio veterum Legis XII. Tabb. »fragmentorum, in Opp. Neap. »1725. form. max.) p. 266. c. 2. et »*Raevardus* (Lib. singular. ad »Leg. 12. Tabb. Brug. 1563. 8.). »Alii abjiciunt etiam verba *ne facito*, et in legum fragmentis ponunt: *Sumtuosa funera ne facito. — Rogum ascia ne polito:* »ut sint duo fragmenta. Ita *Pratejus* c. 42. (vid. ej. Jurisprud. »vetus, in Otton. Thesaur. Vol. IV. »p. 447. sqq.). Sunt, qui verba »*hoc plus* fragmentis legum addant, indeque haec duo fragmenta »componant: *Hoc plus ne facito;* et: *Rogum ascia ne polito;* ita *Hotomannus* (Tripartita commentatio de Legg. xii. »Tabb. Lugd. 1564. 8.) c. 4. et »*Lipsius* (Legg. Regiae et Decemvirales. Opp. Vol. 2. p. 227. sqq.) »§. 16. Alii utrumque in unum »cogunt fragmentum, veluti *Pithoeus* (xii. Tabb. Fragmm. in »Cod. Theodos. ed. Cujac. Paris. »1586. f. m.); alii ea adjungunt, »quae sequuntur apud Ciceronem »v. c. *Ursinus* (nott. ad Anton. »Augustini Lib. de Legg. et SCtis. »Rom. 1583. 4.): *Tribos recinieis,* »*rica porporea, decemque tibicinebos oetier liceto; hoc plus ne facito. — Marulius* c. 90. (v. ej. »Legis xii. Tabb. collecta et interpretamentum. Paris. 1600.) »*Sumtum minuito. Tria si volet* »*reicinia et vincula purpurae et* »*x tibicines adhibeto. Hoc plus* »*ne facito. — Charondas* (Legg. »xii. Tabb. restitutae, ad calc. »Zasii Catalogi legum antiquar. »Paris. 1555. 1567. 1578. ab eo

Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Hoc veteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari

»editi.) §. 85. *Hoc plus ne facito: rogum ascia ne polito.* »§. 86. *Tria ricinia, rica purpurea, x tibicines, nec amplius sunto.* — Jac. *Gothofredus:* (vid. »ej. Fontes quatuor jur. civ.) »*Sumtus et luctum a deorum Manium jure removeto. Hoc plus* »*ne facito. Rogum ascia ne polito.*« *Mr.* — Vid. Fragmm. tabulae decimae apud Hauboldum in Institutt. Jur. Rom. Epitome p. 136. *Cr.*

Discebamus enim pueri] Antiquitus leges etiam cantatae, ut Charondae leges Athenis: ᾔδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον. Athen. XIV. p. 619. b. p. 242. cf. Schweigh. Animadvers. ad eum locum Tom. VII. p. 367. Hinc Aristoteles Problem. XIX. 28. T. II. p. 766. ed. Duval. musicorum modorum nomen νόμων ab illo more legum cantandarum repetebat. Hinc Mazaceni in Cappadocia νομῳδὸν constituebant, qui ipsis Charondae leges recineret. Strabo p. 539. Quas mentiones ad suam causam firmandam adhibuerunt *Bentlejus* Respons. ad Boyl. p. 208. sq. ed. Lennep. et *F. A. Wolf.* in Prolegg. ad Homer. XVII. p. LXVII. sq. *Cr.*

Tribus riciniis] Explicat haec contra Raevardum Lipsius lib. I. Epist. quaest. cap. 8. Grut.

Tribus riciniis] sc. Lex concedit, ut mortuus involvatur tribus riciniis, obligetur fasciis purpureis, et X. tibicines adsint pompae funebri, sed ceterum vetat lamentationem. *W.* — Cod. Cr. *reciuus et vincla purpurae et X tibii civibus.* Cod. W. *recimis et vincla purpurae et X tibii cinibus.* Cod. M. *vincla — XII. tibicinibus, tolli etiam lamē ne lessum funus igitur habento.* Verbis *mulieres — radunto* plane omissis. Quod pro *ergo* scriptum est *igitur*, inde factum puta, quia utrumque vocabulum saepe eodem compendio (*g.*) scribebatur. *Vincla* est etiam in Copp. Victt. b. Inde scripsimus cum Goer. et Sch. *vinclis* pro vinculis, quod faciendum quoque monuit Beier, ad Cic. de Off. III. 18. 73. p. 320. Graevius in marg. Ed. Commel.: omnino, ait, legendum: *et tunica purpurae.* Rath. conjecit: *vinctis purpura*, deleto *et.* Sed v. Wyttenbachii explicationem, quae verissima est, et Goerenzii quoque explicationi adversatur, qui locum sic capit, ut tria ricinia *limbo purpureo praetexta* intelligantur, et sit quasi Hendiadys. *Mr.* — In tabulis fratrum Arvalium pueris patrimis et matrimis junguntur pueri et praetextati et vero *Riciniati.* Vid. *Marinium* ad Tab. XXIV. p. 278. sq. qui ibidem de *rica, ricino* et *ricinio* anquirit, nec nostrum locum omittit. *Cr.*

Tribus riciniis et vinclis *purpurae*] Paris. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. aliique Codices repraesentant *et* vincla *purpurae.* Quapropter *Fulv. Ursinus* ad Legg. et SCta pag. 253. legit, *tribus riciniis, rica purpurea:* quam conjecturam nullo suo merito probat *P. Merula* de Legg. Rom. cap. 9. *Turnebus* autem reponit *et clavis purpurae;* nec multum abit *Lambinus*, cujus editio prae se fert *et clavis purpureis.* Sic et *Alb. Rubenius* de re Vest. I, 7. nisi quod interdum mavult *cum clavis purpurae.* Mihi rescribendum videtur *tribus riciniis* clavatis *purpura. Festus:* Clavata *dicuntur vestimenta clavis intertexta. Lampridius* in Alexandro

vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius, lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis judico verum esse, quia lex Solonis

Severo c. 37. *Ita tamen ut pura mantilia mitterentur : saepius cocco* clavata. Pariter *auro clavatas vestes* memorat *Vopiscus* in Tacito cap. 11. Lex autem non jubet ut tres tantum mulieres indutae riciniis in funus essent, quod perperam voluit *Jac. Raevardus* ad XII. Tabb. cap. 15. [et Jac. Gutherius de Jure Manium in Graevii Thes. A. R. XII. p. 1126. 1127. *Cr.*], sed ut tria tantum ricinia purpureis clavis praetexta cum mortuo vel urerentur vel humarentur. Vide *Lipsium* Ep. Quaest. I. 7. et *Gravinam* de Jure Nat. pag. 251. Dav.

Et clavis purpureis] Haec visa mihi est et antiquissima, et optima scriptura, ut et *Turnebo.* Lamb.

Et vinculis purpurae] Pall. et S. Vict. item Turnebi, *vincla*, unde idem conjicit, *et clavis purpurae*, quod et textui intulit Lambinus. Grut.

Decem tibicinibus] *Ursinus* ad Legg. et SCta pag. 254. legit *decem siticinibus ;* quod *siticines* sint, qui apud *sitos* tuba canere solebant, ut docent *Agellius* xx, 2. et *Nonius.* Attamen cum receptam lectionem servent omnes libri, non est cur eam deseramus: nam

Cantabat moestis TIBIA *funeribus*,

ut ait *Ovidius* Fast. VI. 660. Haud opus est ut plura congeramus; nostram enim operam supervacuam reddiderunt *Hieron. Magius* Miscell. I. 13. et *Joan. Kirchmannus* de Fun. II. 5. Dav.

Extenuato igitur sumtu etc. *Mulieres genas* etc.] Ad h. l. haec *Dirksenii* schedis accepta referimus: *Contius* p. 266. c. 3. Lambini partibus se applicat, *clavis purpureis* legentis. Lectionem *rica purpurea* jam habent *Charondas* §. 88., *Ursinus* p. 1364. et *Merula* (de Legib. Romanor.; in Opp. postum. Lugd. B. 1684. 4.) c. 9. §. 1. — *Hotomannus* c. 5. legit *vinculis purpureis; Calcagninus* habet *vinculo purpurae; Ursinus* conjicit *siticinibus* pro *tibicinibus.* — *Lambini* conjecturae, verba : *mulieres genas ne radunto*, ex Servio ad Virgilium (Aen. XII, 606.) esse corrigenda: *mulieres genas ne carpunto*, accessit *Contius* p. 266. c. 4. — Duodecim Tabularum restitutores ex nostro loco duas fecerunt leges separatas : *unam* de *riciniis* et *tibicinibus. Contius* l. c.: *Tribus riciniis et clavis purpureis et X tibicinibus in ducendo funere tantum utuntor.* — *Calcagninus: sumtus funeris fiat tribus riciniis et vinculo purpurae et X tibicinibus. Pithoeus: In funere tribus riciniis decemque tibicinibus utier liceto.* Similiter *J. Gothofredus: Tribus riciniis et X tibicinibus foris efferre jus esto.* Alteram composuerunt de mulieribus ad funera adhibitis; ubi fluctuant restitutores inter Ciceronis verba et ea, quae Servius profert l. c., utrisque etiam nonnunquam inter se copulatis. *Alexander ab Alexandro: Faciem ne carpito.* — *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Ursinus* p. 1366. *Molieres faciem nei carpunto, neive cenas radunto, lesom foneris nec habento. Rivallius* c. 2.: *Ploratus et lamentationes in funere sublatae sunto.* c. 40. *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Pithoeus : Mulieres genas ne radunto, faciem ne carpunto, neve lesum funeris ergo*

id ipsum vetat. Haec laudabilia, et locupletibus fere cum plebe communia: quod quidem maxime e na- 60.
tura est, tolli fortunae discrimen in morte.

habento. *Contius* l. c.: *Mulieres genas ne carpunto, neve lessum funeris ergo habento.* Reliqui, videlicet *Charondas*, §. 89. *Hotomannus* c. 7. *Lipsius* §. 17. *J. Gothofredus* et alii nonnisi ea, quae Cicero affert, verba legitima repetunt. *Mr.*

Mulieres genas ne radunto] *Victorius* exhibuit, MULIER GENAS NE CARPITO. *Servius* ad Aen. XII. 606. *Cautum lege* XII *Tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis*, MULIER FACIEM NE CARPITO. Unde *Lambino* placet, *mulieres genas ne carpunto:* »nam pilos, inquit, carpere solent »mulieres parvulis forcipibus, non »genas radere.« Sed mirum quantum lapsus sit vir doctissimus; mulier enim *faciem carpit*, quae laniat eam et cruentat unguibus, non quae pilos forcipibus evellit; hoc enim nulla lex vel vetuit vel vetabit. At feminae non solent *genas radere.* Haud sane malas novacula tondebant; eas tamen in luctu lacerabant. *Euripides* Hec. vs. 651. [644.]

Πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
Τέκνων θανόντων τίθεται χέρα,
ΔΡΥΠΤΕΤΑΙ τε ΠΑΡΕΙΑΝ,
Δίαιμον ὄνυχα
Τιθεμένα σπαραγμοῖς.

Plura *Joan. Kirchmannus* de Fun. lib. II. c. 11. Et hoc est *radere. Festus:* Radere genas *vetitum in lege* XII. *id est, unguibus scindere. Plinius* H. N. lib. XI. §. 58. *Malas prisci* genas *vocabant*, XII *tabularum interdicto* RADI *a feminis eas vetantes.* Non igitur in *Cicerone* sollicitanda est lectio, quae cunctis nititur MSStis, et sensum rei congruum fundit: ut etiam *Lipsius* Epist. Quaest. I. 7. dudum monuit. DAV.

Genas ne carpunto] *Servius* in Aen. XII. sic legit, *ne carpunto*, non ut est in vulgatis, *ne radunto.* Et vero sic legendum est: nam pilos carpere solent mulieres parvulis forcipibus, non genas radere. LAMB.

GENAS NE RADUNTO] Lambinus reposuit e Servio CARPUNTO, sed contra edd. omnes et mss. nostros, item auctoritatem Plinii lib. XI. c. 37. quae mihi Serviana potior. GRUT.

Mulieres genas ne radunto] Haec abesse a Cod. M. jam diximus. *Radunto*, ait W., est laceranto unguibus, quod faciebant vel naturae affectu, vel ostentatione: cf. §. 64. *Mr.* — Ad h. l. cf. Boeckh. ad Platonis Minoa et Leges p. 57. sq. Ad v. *Lessum* v. *Pouqueville Voyage de Morea à Constantinople* Vol. I. cap. 30. (p. 233. sqq. ed. german.). *Cr.*

Hoc veteres interpretes] Scribitur in Cod. M. *Sextus Exsius, L. Actilius non satis se intellexerunt sed funeris Lesius lessum* etc. omissis verbis *suspic.* — *genus.* Est etiam *funeris* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *Attilius* autem legitur in Edd. Asc. 1. 2.; *Laelius* in Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Brut. (qui tamen in nota recte *L. Aelius* censet legendum) Ald. Sturm. Lamb. Goth. *Mr.*

Interpretes] Sc. legum XII Tabularum: Sex. Aelius Paetus, ejusque frater Publius; a Sexto etiam Jus Aelianum exstitit. Vid. Bachius in Hist. Jur. Rom. Lib. II. c. II. Sect. IV. §. 5. et §. 23. L. Acilius eorumdem temporum fuit aequalis ibidemque notatur a Bachio §. 24. L. Aelii insignis laus exstat apud Ciceronem in Bruto c. 56. *W.* — De Aelio cf. etiam

24. Cetera item funebria, quibus luctus augetur, Duodecim sustulerunt. Homini, inquit, mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. Excipit bellicam peregrinamque mortem. Haec praeterea sunt in legi-

Bach. Hist. Iur. I. 2. §. 11. et *Dirksen.* in *Bruchst. der Röm. Juristen.* III. p. 43. *Cr.*

Sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius etc.] *Lipsius* noster lib. I. Ep. quaest. c. 7. p. 218. immittit *sed Acilius suspicari* etc. Decepit eum quod sequitur *L. Aelius*, quem eundem putavit cum Sexto; cum tamen sit ille cui cognomen *Praeconini.* Grut.

L. Aelius] Ita Turnebus, nam prius editi *Laelius*, quod et in Pall. et Gulielmianis. Grut.

Quod eo magis judico verum esse] Cod. M. habet *veterum esse. Mr.*

Lex Solonis id ipsum vetat] Vide sis infra cap. xxv. Dav.

Id ipsum vetat] Vid. Plutarchum in Solone cap. 21. — Vocem *id* non habet Cod. Cr. Perperam. In seqq. Cod. W. habet *locupletibus;* tum Cod. M. *quod quidem maxime necesse est;* in quo glossatoris manum agnoscis: ibid. in fine *mortem. Mr.*

Cap. 24. *Cetera item funebria*] Cod. M. *idem funebris a quibus Lucius augetur.* Copp. Victt. b. *funebris a. Mr.*

Homini mortuo ne ossa legito] Cavet lex ne mortuorum cadaveribus eximantur ossa quaedam, quo post sepeliantur; ut recte vidit *Jac. Raevardus* ad LL. xii Tabb. cap. xv. quem secutus est *Paullus Merula* de Legg. Rom. cap. ix. §. 9. *Quinctilianus* Inst. Orat. VIII. 5. pag. 509. *Clarum auctorem juvenis audivi cum* lecta e capite cujusdam ossa *sententiae gratia tenenda matri dedisset; Infelicissima femina, nondum extulisti filium, et jam ossa legisti.* Ubi vide *Turnebum;* nam prorsus errant ii, qui locum sanum conjecturis inanibus tentarunt. *Seneca* de Benef. V. 24. *Postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, et* in capite lecta ossa. Legendum videtur *e capite lecta ossa.* Pari modo locutus est in aliis locis, quos *Lipsius* indicabit. Dav.

Homini, inquit, mortuo etc.] Ad h. l. *Dirksen.* in schedis haec: »Pro *quo post funus faciat* nonnulli fragmentorum XII. Tabb. editores legunt *quo — facias*, v. c. *Hotomannus* c. 8. *Raevardus* c. 15. *Lipsius* §. 18. Alii ejus loco ponunt *fiat*, v. c. *Charondas* §. 90. *Marulius* c. 94.; alii *faxit*, v. c. *Schickhardus* Tab. X. frg. 4. (v. ej. Commentariolos duos *de principiis juris* et *de Lege xii. Tabb.* praefixos ej. Logicae Juridicae. Herborn. 1615. 8.); alii denique *faciunt*, ut *Lesueur*. Scripserunt etiam *Marulius*, *Schickhardus* aliique *quoi post funus; Lesueur*, *quod post funus.* Restitutorum nonnulli ea tantum verba ut legitima receperunt, quae a Cicerone notantur, v. c. *Pratejus* c. 44. *Raevardus*, *Marulius* et *Schickhardus* ll. cc. *Calcagninus* ne ea quidem plena recepit, exclusis videlicet verbis *quo post funus faciat.* Alii contra, praeter haec, ea quoque receperunt, quae Cicero non ut Decemvirorum verba profert, videlicet bellicam peregrinamque mortem exceptam, vario modo hoc additamento assuto; v. c. *Contius* p. 266. c. 5. *ni is endo duello peregreve mortuus fiat. Charondas* §. 90.: *praeterquam si peregre aut militiae mortuus sit. Hotomannus* l. c.: *extraquam si militiae aut peregre mortuus sit.*

bus [de unctura, quibus]: SERVILIS UNCTURA tollitur, omnisque CIRCUMPORTATIO: quae et recte tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent. Ne SUMPTUOSA RESPERSIO,

— *Lipsius: nisi belli peregreve mortuo.* — *Ursinus* p. 1366. *extra quam sei quis foris meilitiaeque mortuos siet.* — *Pithoeus* et *J. Gothofredus: extra quam si belli peregrive* (vel *endove hostico*, ut legit *J. Goth.*) *mortuus escit.*« — Verba *ne ossa legito* Ern. ita explicat: ne ante funus ossa e cadavere eximas; Wytt. vero ad h. l. Eorum, ait, qui in militia aut peregrinatione obiissent, cognati corpus comburebant, ossa colligebant, ut iis postea in patriam reportatis justum funus facerent. Aliis ea ossium collectio hac lege vetita erat. — Quod dissidium ut solvatur, in Excursu XI. *Raevardi* explicationem exscripsimus, quam laudavit *Davisius*; additis ibidem iis, quae ad sequentia: *Haec praeterea* etc. ex *Dirksenii* schedis sunt afferenda, ne nimia sit notarum moles contextis subjecta. *Mr.* — Ad rem cf. Boeckh. ad Platon. Min. et de Legg. p. 57. sq. Vid. etiam Fragmm. tabulae X. apud Haubold. in Institutt. I. R. Hist. Dogmm. Epitome p. 136. Ad argumentum loci cf. Zoëgam de Obeliscis IV. 1. 13. p. 270. »Festus: *Membrum abscindi mortuo* »*dicebatur, cum digitus ejus deci-* »*debatur, ad quod servatum justa* »*fierent reliquo corpore combusto.* »Ex utroque loco recte colligit »Kirchmannus de Funerib. Roma- »nor. lib. III. c. 7. apud priscos »Latinos moris fuisse, cadaveris »partem quasi doloris lenimen ser- »vare, ad quam post tempus ali- »quod funus instaurarent. Quae res »barbarorum ritibus modo memo- »ratis admodum affinis videtur. Hoc »vetuit lex; at de peregre crematis »quibuscunque ossa vel ossium par- »tem domum referre ad sepulcrum, »apud Romanos nunquam interdi- »ctum invenio. Neque Senatus con- »sultum, quod in bello Italico la- »tum ex Appiano B. C. I. p. 377. »affert Kirchmannus, huc spectare »puto, cum in eo non de cineri- »bus agatur, quos ex bello reversi »secum reportarent commilitones, »sed de recens occisorum cadave- »ribus, quorum lugubri adspectu »a bellis obeundis plebs deterrere- »tur.« *Ossuaria* et *ossuariae ollae* saepius memorantur v. c. ap. Ulpian. in Digest. XXXVII. 12. 2. ubi Cujacii lectionem *ossuaria* pro *ossaria* confirmant inscriptiones v. c. ap. *Gruter.* p. 626. 6. et apud *Marinium* in *Atti de' Fratelli Arvali* p. 116. b. *Cr.*

Excipit] Legitur *excepit* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Sturm. Par. Minus bene: praecedit enim *inquit*. *Mr.*

Haec praeterea sunt in legibus de unctura, quibus servilis unctura tollitur omnisque circumpotatio] De hoc loco in duas partes discedunt viri docti. *Jac. Raevardus* ad LL. XII. Tabb. cap. 15. et *Paullus Merula* de Legg. Rom. cap. IX, 2. statuunt eam tantum uncturam prohiberi, quae servorum corporibus fuit adhibita. Lex enim, ut putant, decemviralis noluit, ut idem honos iis ac liberis mortuis daretur. At hoc modo non *tollitur fortunae discrimen in morte*, quod tamen fieri debere censuit *Tullius* cap. XXIII. *Turnebus* autem et *Ursinus* ad Legg. et SCta pag. 254. volunt uncturam tolli, quae fit a pollinctorum familia. Tamen ut haec immunda munia, si omnino praestanda fuerant, servi praestare vetarentur, veri non est simile. Librariorum, credo, negligentia fecit, ut laborarint Interpretes. Nam Paris. sim-

b. ne LONGAE CORONAE, nec ACERRAE praetereantur. Illa jam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod CORONAM VIRTUTE PARTAM, et ei, qui

pliciter exhibet, *haec praeterea sunt in legibus de unctura tollitur omnisque circumpotatio.* Lego *haec praeterea sunt in legibus,* UNCTURA TOLLITUR OMNISQUE CIRCUMPOTATIO. *Circumpotationem,* silicernium Latini, Graeci *περίδειπνον ἢ τάφον* nominabant, ut docebit *Joan. Kirchmannus* de Funer. IV, 4. 5. Vide sis et *Lipsium* ad *Taciti* Annal. VI. 5. Dav.

De unctura. Quae servilis unctura tollitur] Mancum puto locum esse et fortasse supplendum sic, *de unctura circumpotationeque.* Deinde sequuntur verba Legis, *Servilis unctura tollitor:* mendosum enim opinor *tollitur.* P. Manuc.

Haec praeterea sunt in legibus etc.] Uncinis inclusimus monente Goerenzio verba *de unctura, quibus,* quae Schützius plane ejecit. Variant etiam in his libri. Cod. M. *vinctura,* id. cum plerisque, nostris quoque et Edd. ante Lamb. omnibus habet *quae* pro *quibus,* pro quo Schefferus frustra tentabat *queis.* Pro *servilis* in Cod. M. est *sml.* Ad rem vid. Excurs. XI. *Mr.* — *Servilis unctura* est ea, quae servis adhibebatur. Alii [male] accipiunt de unctione, quae fit a servis. *W.*

Circumportatio] Ita scripsimus cum Goer. ex quinque Codd. MSS.; *Circumpotatio* omni tempore in usu fuit; sed intelligitur pompa funebris in servilibus funeribus.— In seqq. *et* ante *recte* abest a Codd. Cr. et W. *Mr.*

Ne sumtuosa respersio, ne longae coronae, nec *acerrae* praetereantur] *P. Manucius* reponit *praeferantur.* Ea tamen vox, ut videtur, loco non bene convenit: nam rogus vino vel murrhata potione respergi solebat; longas vero coronas simul ac acerras sepulcris imponere vel ante mortuum collocare mos erat. Vide *Raevardum* ad XII. Tabb. cap. XV. *Merulam* de Legg. Rom. cap. IX, 2. et *Gravinam* de Jure Nat. pagg. 255. 256. Legendum suspicor, *ne sumtuosa respersio, ne longae coronae,* ne *acerrae* (sic Paris.) USURPANTOR. Si velis alia, vide *Gutherium* de Jure Man. I. 21. Dav.

Ne sumtuosa] Pro *respersio, ne longae* Cod. M. *relione longae;* Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. *aspersione longae.* Nos cum Goer. et Sch. verba *ne—ne—nec* ita describi jussimus, ne, quod fuit in omnibus Edd. prioribus, pars legis videantur, sed ut Cic. usus fuerit ea figura, quam Rhetores praeteritionem (*παράλειψιν*) vocant. *Mr.*

Nec longae coronae] Quidam legi volunt, *nec laneae.* Lamb.

Praeterantur] Quid hoc significat? Interpres, unus ille, qui omnium est optimus, aut quasi nimis apertum, aut quod sibi parum satisfaceret, omisit: mihi placeret magis et mutatione fieret minima *praeferantur.* P. Manuc.

Nec acerrae praetereantur] Palatin. quart. *praetereant.* Paul. Manucius divinabat, *praeferantur.* Grut.

Illa jam significatio est] Cod. M. *signatio — ornata mortuos.* Rathius, scribo, ait, *illud etiam significatum est.* Sed aliud est interpretari, aliud emendare. Pro *partam* est *paratam* in Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Et ita etiam scripsit Calcagninus. Quae ad hoc fragmentum Legis XII. tabb. restituendum a viris doctis tentata sunt,

peperisset, et ejus parenti, sine fraude esse lex impositam jubet: credo, quod erat factitatum, ut uni plura fierent, lectique plures sternerentur; idque ne

loco Plinii H. N. XXI. 3. nituntur omnia. Vid. p. 234. Ed. Harduin. E Ciceronis verbis suspiceris, ait W., coronam dici civicam funeralem, navalem etc.; e Plinio nonnisi gymnicam intelligas. *Mr.*

Coronam virtute partam] S. Victoris, et Palat. quart. *paratam.* GRUT.

Coronam virtute partam] Fragm. Tabulae X. *Qui coronam parit ipse, pecuniave ejus, virtutis ergo duitor ei.* Vid. Plin. l. c. et cf. Haubold. in Institutt. Jur. R. Hist. Dogmatt. Epitome p. 136. *Cr.*

Et ei qui perperisset et ejus parenti] *Fulv. Ursinus* ad Legg. et SCta pag. 258. legit, *coronam virtute partam ei qui peperisset ejus* parentalibus *sine fraude esse lex impositam jubet;* illique succinit *P. Merula* de Legg. Rom. cap. IX. §. VI. pag. 114. *Plinius* tamen H. N. lib. XXI. §. 5. *Inde illa* XII. *Tabularum lex:* QUI CORONAM PARIT IPSE PECUNIAVE EJUS, VIRTUTIS ERGO DUITOR EI. *Quam servi equive meruissent,* pecunia *partam lege dici nemo dubitavit. Quis ergo honos?* Ut IPSI MORTUO PARENTIBUSQUE EJUS, DUM INTUS POSITUS ESSET FORISVE FERRETUR, SINE FRAUDE ESSET IMPOSITA. Ubi etiam *parentalibus ejus* reposuerunt iidem Duumviri. Sed ut Cl. *Harduinus* ex *Cicerone* vulgatam *Plinii* lectionem tuetur, ita vicissim ex *Plinio* Codicum *Tullianorum* scripturam defendendam censeo. Quin et id observandum puto, quod Harleian. sec. et editio pervetus dant *ejus parentis:* unde forsan rescribi possit *ejus parentibus;* uti *Plinium* quidem locutum vidimus. DAV.

Sine fraude] Sine poena, sine periculo. Vide *Servium* in Aen. X, 72. XI, 708. ac Interpretes ad *Sallustii* Catil. cap. XXXVI. DAV.

Sine fraude] i. e. *sine noxa, sine damno.* Vid. Horat. Carmm. II. 19. 20. *Cr.*

Credo, quod] Ita dedimus cum Goer. et Sch. ex quinque Goerenzii et nostris Cr. W. M. et Ed. Sturm. Ita noster de N. D. I. 31. *credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis;* ubi vero ironice ponitur: sed eodem modo, ut nostro loco, in Bruto c. 93. §. 320. Non intellexit constructionem Rathius, cum conjiceret, infra scribendum esse *sancitum esse* pro *sanctum est.* Plane supervacanea est Wagneri conjectura: *crebroque quod erat factitatum. Mr.*

Ut uni plura feretra inferrentur, lectique plures sternerentur] Sic nunc edidi, antiquae scripturae vestigia secutus, et *Simeonis Bosii* sententia comprobata: quamvis olim sic ediderim ex codice Memmiano, *ut murrhatam injicerent.* Cautum enim fuisse lege XII. Tabb. ne murrhata potio mortuo injiciatur, etiam *Festus* prodidit. Omnino utraque lectio probabilis est. LAMB.

Ut uni plura fierent lectique plures sternerentur] Corruptus est locus. Multi reponunt, *ut uni plura* funera *fierent, lectique plures sternerentur.* Vide *Fulv. Ursinum* ad Legg. et SCta pag. 255. Nec mihi melius aliquid in mentem venit. Cum tamen Paris. habeat, *lectique plures niterentur;* forsan legendum *mitterentur.* Ipsam rem illustrabunt *Seneca* Cons. ad Martiam cap. 3. et *Servius* in Aen. VI, 862. DAV.

Ut uni plura fierent] Goerenzius pro *fierent* vult *feretra,* ita ut hoc vocabulum per zeugma cum

fieret, lege sanctum est. Qua in lege cum esset, NEVE AURUM ADDITO; quam humane excipit altera lex,

sequenti verbo jungatur; quod ut probo, ita sine libris mutare non audeo. Quod autem Goer. ex duobus Codd. scripsit *insternerentur* pro *sternerentur*, id facere noluimus, tum quia sensus, servata vulgata, idem exit, tum quia noster hoc verbo saepius, illo nusquam utitur. Cod. M. et Copp. Victt. b. habent *inferrentur*. Sed *idque* pro *id quoque* cum eodem recepimus ex quinque Codd. et nostro M. Denique in Edd. nonnullis vett. scribitur *sancitum* pro *sanctum*. — *Dirksen*. in schedis ad h. l. haec: »Plerique post *plura* supplent *funera* v. c. *Charondas* §. 99. *Hotomannus* c. 12. *Ursinus* p. 1365. *Pithoeus*, *Marulius* c. 98. et *J. Gothofredus*. Pro *sternerentur* *Hotomannus*, *Ursinus*, *Marulius* et *Merula* legunt *inferrentur*. Legum restitutores ita hanc legem concinnaverunt: *Calcagninus: Quom uni plures sternerentur lecti, id lex prohibet fieri.* — *Pithoeus: Plura uni funera ne facito* [cf. Seneca Consol. ad Marciam c. 3.], *neve lectos plures inferto, neve aurum addito.* — *Charondas* §. 99. *Ne uni plura funera facito, neve plures lectos sternito.* Eodem modo *J. Gothofredus*, nisi quod scripsit: *Uni plura funera ne facito* etc. — *Hotomannus: Uti plura funera ne uni fierent, neve lecti plures inferrentur.* — *Ursinus: Plusa fonera unei nei facito, neive pluseis lectos endo ferto.*« *Mr.*

Neve aurum addito] Cum sint haec verba XII. Tabularum, scribendum puto, *Nive aurum arduito. Ni* enim antiquum pro *ne: duere* pro dare, et *ar* pro *ad: im* valet *eum*, quae notavimus in Comment. *Horatianis* et *Lucretianis*. Paullo post reclamantibus libris omnibus, rationis et veritatis voce audita, legendum censeo, *Si quoi auro dentes vincti escunt*, ubi omnes libri habent *essent:* et ita olim edi jusseram. *Escunt* autem, id est erunt. Notavimus in secunda editione *Lucretii*. LAMB.

Qua in lege cum esset — se fraude esto] Quae sequuntur, *Dirksenii* schedis accepta referimus: »*Charondas* §. 97. scripsit *ne aurum* pro *neve aurum*. Pro *addito* legunt *Ursinus* p. 1366. *Funccius* aliique *adduito*. *J. Gothofredus* verba *quam humane excipit* posita vult ante: *Quoi auro;* contra ea verba *altera lex praecipit*, *altera lex vetat* post: *se fraude esto.* — *Calcagninus* et *Contius* p. 266. c. 10. vocem *si* ante *quoi auro* Ciceronis esse credunt; reliquorum plerique particulam, sive *si*, sive *ut*, omittunt. Nonnullos lectio *ut quoi auro* permovit ut *ast*, quod est ante *im*, ponerent ante *quoi:* (*Ast quoi auro* etc.). Ita *Hotomannus* c. 13. *Ursinus* l. c. *Pithoeus* et *J. Gothofredus*. Alii contra *astim* conjunctim scribunt, explicantes *intra urbem;* v. c. *A. Augustinus* §. 44. — Pro *dentes juncti* placuit *Contio*, *Charondae*, *Hotomanno*, *Raevardo*, *Lipsio*, aliis *dentes vincti*. — *Calcagninus* et *Charondas* legunt *essent; Hotomannus* scripsit *erunt; Raevardus* et *Lipsius esunt; Lesueur sunt; Ursinus sient; Pithoeus escunt; J. Gothofredus escint. Lesueur*. in fine legit: *sepelire ureve se, fraus esto.* At *Contius*, *Charondas*, *Hotomannus*, *Lipsius*, *Ursinus*, *Pithoeus*, *Marulius*, *Gothofredus* habent: *sepelire urereve se fraude esto.* — Restitutores in verbis a Cicerone ut legitimis prolatis acquiescunt.« *Mr.*

Quam humane excipit altero capite, si cui auro etc.] Hunc

QUOI AURO DENTES VINCTI ESCUNT, AST IM CUM ILLO SEPELIRE URERЕVE SE FRAUDE ESTO: et simul illud videtote,

locum miris modis in aliis libris depravatum, adjutus a codicis *Memmiani* emendationibus, felicissime restitui, ut eis intelligere licebit, qui hanc editionem hoc loco cum aliis comparabunt. LAMB.

Humane excipit altera lex: QUOI AURO DENTES etc.] Secutus sum vestigia Victorii et Turnebi. Victorius tamen adhuc abjecerat, *altera lex.* Nam vulgo recepta lectio habebat, *humane excipiat: Altera lex praecipit, altera lex vetat,* ut CUI AURO etc. quomodo et Pall. nostri. De illo ESCUNT videatur Columna ad Ennium, Gifanius ad Lucretium. Imo de emendatione atque interpretatione harum legum consulatur Raevardus, Hotomannus, aliique, qui scripserunt in XII. tabulas, neque enim vacat occupari ipsorum conjecturis, cum quot eorum capita, tot etiam sint sententiae. GRUT.

Quam humane excipit altera lex, QUOI AURO DENTES] Codices dant *quam humane excipiat*, altera lex praecipit, altera lex vetat, *ut cui auro dentes* etc. Sed illae voces *altera lex praecipit*, *altera lex vetat* glossema sunt manifestarium. Quapropter, iis praetermissis, *Victorius* edidit, *quam humane excipiat* QUOI AURO DENTES. Ipse lubens rescripserim, *quam humane* excipitur, QUOI AURO DENTES etc. DAV.

Neve aurum addito] Nostri quoque Codd. glossema habent, quod omnes fere occupat. Codd. Cr. et W. *excipiat altera lex praecipit altera lex vetat;* in Cod. M. post *praecipit* additur *et.* Sed abest illa glossa a Copp. Victt. b. ubi solummodo post *lex* additur *ut*, quod item est in Codd. Cr. W. M. Glossam illam habent etiam Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae sequente *at*) Ald. Car. Steph. Brut. Sturm. sequente *ut.* Cum Copp. Victt. b. facit Ed. Comm. Sed Ed. Par. non modo glossam non habet, sed in ea omissa etiam sunt verba *altera lex;* scribitur autem *excipiat — essent, a si im cum illo sepeliet, uret ve, se fraude esto.* Ibi Turn. in primo comm. conjecerat *at cui auro digiti vincti sunt, cum illo sepelire urereve sine fraude esto;* ut intelligatur: homo cum annulo suo vel sepeliatur vel uratur. Pro *vincti* est *juncti* in Codd. Cr. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Car. Steph. Brut. Tum *essent astim* in Codd. nostris et Edd. Vett. praeter Paris. omnibus. Denique Codd. Cr. et W. *sepeliretur et ne se fraude esto.* In Cod. M. scribitur *sepeliretur*, tum usque ad *aere* omittuntur omnia. Cum Codd. Cr. et W. faciunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. In Copp. Victt. b. est *et ve se fraunde* (sic) *esto.* Pro sequente *illud* legitur *id* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. *Mr.*

Quoi auro etc.] Dentes significantur vel alieni vel insititii, quod antiquitus factitatum notat Martialis XII. 23.

> *Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emtis;*
> *Quid facies oculo, Laelia? Non emitur.*

Ad hunc locum faciunt, quae attulit Boettigerus in Sabina p. 24. »Legibus, ille ait, cautum erat, ne mortuis sepultisque pecunia adderetur. Sed licebat dentes insititios auro vinctos una sepelire. Memorabile est, quod narrat *Tischbein.* (*Vasengemälde* I. p. 65.), in sepulcro quodam una cum vasis antiquis repertos esse septem dentes auro vinctos. Fuisse hunc morem Martialis certe temporibus frequentem, docet etiam Epigr.

61. aliud habitum esse, sepelire et urere. Duae sunt praeterea leges de sepulcris: quarum altera privatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cavet. Nam quod

XIV. 56. quod inscribitur *dentifricium:*

Quid mecum est tibi? me puella sumat;

Emtos non soleo polire dentes. « Ubi vid. Raderi Commentar. Adde Luciani Rhetorum Praeceptorem §. 24. p. 26. Tom. III. ed. Hemsterh. *Mr.*

Astim cum illo] Ex Maffei libro legendum est *ne in Astico sepeliretur*. *Asticus* autem locus erat Athenis, ubi liberi homines sepeliebantur, cum alibi mercedem pro sepulchro penderent. P. Man. A scopo vehementer aberravit vir eruditus. Nam leges XII. Tabularum Romanis hominibus inserviebant, nec tam stulte scribebantur, ut caverent ne locus in Attica situs eos mortuos caperet. Praeterea *Asticus* iste commentum est inane, nec ullus erat Athenis istiusmodi locus. Quin et hanc observationem curis posterioribus damnasse videtur *Paullus* ipse *Manucius;* ea enim in *Aldi* nepotis editione, qui patris sui notas auctiores exhibuit, nulla legitur. Dav.

Ast im] *Im* pro *eum* dixisse veteres tradit *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. IV. adducto testimonio ex XII. Tabb. SEI. NOX. FURTUM. FACTUM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOURE. CAISUS. ESTO. Paulo post *ne sibe* est in antiquo pro *ne sibi*. Ursin.

Sepelire, urere nesi fraude esset] Antiquus liber mendose, *sepeliretur et ne se fraudi esset*. Alii emendarunt, *sepelire urereve se fraude esto:* suamque correctionem *Sex. Pompeii* testimonio probare conantur: aiunt enim, *Se*, Pompeius inquit, *pro sine inveniuntur posuisse antiqui*. Hoc an ipsi ita scriptum in *Festo* viderint, ignoro, ego scriptum video *sed*, et in antiquo lapide, nuper in Gallia reperto, eodem modo. Itaque malui legere sic, *Sepelire, urere, nesi fraude esto*, mutatione minima; praeterea *Festi* auctoritate adductus: is enim *nesi* pro *sine* dictum a veteribus tradit. P. Manuc.

Se fraude esto] Cf. Fragmm. Tabulae X. ap. Haubold. in Institt. Iur. Rom. Hist. Dogmatt. Epitome p. 156. et Dirksen. in Savignyi Zeitschr. II. p. 422. *Cr.*

Aliud habitum esse sepelire, et urere] Sic emendavit *Turnebus* conjectura ductus, ita tamen ut ab antiquae et vulgatae scripturae vestigiis non longe discederet. Lamb.

Sepelire et urere] Est a conjectura Turnebi, prius cusi, *sepeliretur aere*, quod et in mss. nostris. Grut. In Codicibus est *sepeliretur aere.* Emendationis vero laude privandus non est *Victorius*, qui *Turnebo* praeivit. Dav.

Sepelire et urere] Scribitur *sepeliretur aere* in Codd. nostris et Edd. Vett. omnibus exceptis Par. Comm. et Lamb. et Copp. Victt. a. *Mr.*

§. 61. *Nam quod rogum*] Sustulimus pravam lectionem *namque*, quae post Ed. Grut. propagata est per Dav. Ern. Wagn. Vera lectio est in omnibus Goerenzii nostrisque libris, et Edd. vett., uno tantum Cod. M. excepto, in quo scriptum est *namque*. In eodem mox est *bustumne — prius*. Tum ex eod. et Cod. W. cum Goer. scripsimus antique *adici* pro *adjici*, consentiente Ed. Paris. — Ad v. *propius sexaginta Wytt.:* i. e. propius quam sexaginta pedes. Lex vetat adjici i. e. admo-

rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adici aedeis alienas, invito domino: incendium veretur acerbum. Quod autem forum, id est, vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulcro-

veri bustum aut rogum novum ad aedes alienas. Praepositio *ad* omissa est antiquo more. — Ad h. l. *Dirksen.* in schedis haec: »Pro *adjici* habet *Rivallius* c. 2. *adduci*; et *Lesueur.* edidit *addi.* Restitutores legem ita composuerunt: *Rivallius: Rogum bustumve novum invito domino ne propius aedes alienas LX. pedes adducito.* — *Charondas* §. 11. *Rogum bustumve novum propius LX. pedeis ne adiicito aedeis alienas invito domino.* Hunc secuti sunt omnes fere reliqui, v. c. *Pratejus* c. 41. *Contius* p. 266. c. 11. *Hotomannus* c. 14. *Ursinus* p. 1366. *Pithoeus* modo et *Jac. Gothofredus* verba *invito domino* mutaverunt in *si dominus nolet.*« *Mr.*

Incendium veretur acerbum] *Acerbum* quidem pro gravi calamitosoque passim sumitur: id tamen epitheton hoc in loco videtur otiosum. Hinc fit ut *Manucius* legat *incendium veretur aedium: Lambinus* autem, *incendium videtur arcere.* Paris. *incendium veretur acerbum vetat.* Forsan legi possit, *incendium veretur ac eo rem vetat.* Dav.

Acerbum] Corrupta dictio, meo quidem judicio: quid enim hic addatur *acerbum?* Observetur in antiquis libris an vestigia sint aliqua veritatis, unde fortasse *aedium* aut *aedificiorum* legi possit. P. Manuc.

Incendium veretur acerbum] Nihil mutavi, cum nostri quoque, ut Goerenzii, libri in vulgata conspirent, nisi quod Cod. M. ut Davisii Parisin. habet *vetat* post *acerbum.* Nunquam tamen mihi persuadere poterit Goer., locum sanum esse, quia fortasse nescio quid superstitionis in ejusmodi incendio posuerint veteres. Mihi cum Wyttenbachio (in scholis) placet Lambini lectio: *incendium videtur arcere.* Idem tamen Wyttenbachius ad marg. Ed. Goer. min. conjecit *incendium veretur ad urbem.* Fortasse etiam aliquis conjiciat *incendium* (eo) *arcetur ad urbem* v. *ab urbe.* *Mr.*

Quod autem forum, id est vestibul.] Ita legit ex Festo Turnebus, cum esset in scriptis ejus nostrisque, *eorum.* Victorius excudit *ἡρῷον.* Grut.

Quod autem forum] Nostri quoque Codd. habent *eorum;* sed *forum* tamen exhibent Copp. Victt. a. Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Comm. Brut. Ald. Turnebus in Comm. primo de lectione *forum* nondum cogitavit, sed lectiones *ἡρῷον* (quae est in Edd. Par. Sturm. et in Cod. Car. Steph.) et *ἥριον* (ut habent Edd. Asc. 2. Crat. et Herw.) explicuit. *Eorum* est in Ed. Asc. 1. et in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. In Cod. M. hic locus ita scriptus est: *quod autem eorum idem vestibulum se pulcris tū ne usu capi vetat. quod autem eorum idem vestibulum se pulcris tuetur.* In Cod. W. scribitur *bustum ne usi capi.* — *Dirksen.* in schedis: »Restitutorum nonnulli omiserunt verbum *forum*, servata tantummodo Ciceronis explicatione (*vestibulum sepulcri*) v. c. *Rivallius* c. 2. *Vestibulum sepulchri bustumve ne usucapito.* Alii *forum* recipiunt, sed addito, quod ad *vestibulum* pertinet, *sepulcri*; ita *Contius* p. 266. c. 12. *Forum sepulchri bustive ne usu capito.* — *Ursinus* p. 1366. *Neve forom sepolcrei bustomve nei*

rum. Haec habemus in Duodecim, sane secundum naturam; quae norma legis est. Reliqua sunt in more: funus ut indicatur, si quid ludorum; dominusque

oesocapito. — *Hotomannus* c. 14. *Neve forum sepulcri bustumve usucapi liceret.* Alii denique *forum* receperunt absque illo additamento; v. c. *Charondas* §. 48. *Pratejus* c. 46. et *Lipsius* §. 24. iique legunt: *Forum bustumve ne usucapito. Jacobus Gothofredus: Fori bustive aeterna auctoritas esto.*« *Mr.* — Ceterum tituli a sepulcrorum monumentis saepiuscule et litem et controversiam et dolum malum et vero *jus* ipsum *civile* adeoque Jureconsultos abesse jubent. Exempla si quaeris adi *Marini* librum *gli Atti de' Fratelli Arvali* II. p. 632. Violati aut venditi sepulcri mulcta dabatur Pontificibus aut Virginibus Vestalibus. Docent monumenta ibidem descripta I. p. 345. et praecipue II. p. 825. *Cr.*

In more] Ad rem cf. Kirchmann. de Funerib. Rom. I. c. 40. Fuerunt videlicet funera *indictiva* et *tacita*. In Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Crat. Paris. Brut. Sturm. est *inducatur*. *Mr.*

Siquid ludorum] *Siqui ludorum* videtur legendum potius, quam *si quid;* quamvis non putem hunc locum vacare mendo. Sane hoc, *si quid ludorum*, olet glossam aut annotationem: nam, eo deleto, sententia facilis et plana est. Jam *dominusque funeris* nos quoque edidimus, approbata *Manucii* conjectura, ut et *Turnebus;* rejecta vulgata lectione, *domusque funeris*. Lamb.

Si quid ludorum] Obiter inspecta Davisii editione Goerenzius pravam conjecturam *si qui* Davisio tribuit. Schützius vero, ne inspecta quidem Davisii editione, Goerenzium exscripsit. *Mr.*

Domusque funeris] Multis abhinc annis adduxit me locus interrogationis in Vatinium ipsaque simul sententia, ut legendum suspicarer *Dominusque funeris.* Meam conjecturam probavit in suo Commentario, is qui mihi probatur maxime, *Hadrianus Turnebus.* P. Manuc.

Dominusque funeris] Editi omnes et scripti, *domusque;* alterum conjecit Paul. Manutius, probavitque Turnebo. Grut.

Dominusque funeris] Scribitur *domusque* etiam in nostris Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. (ibi Turneb. in Comm. primo conjecit: *si quid ludorum detur in funere utantur accenso*) Brut. Ald. Car. Steph. Comm. Goth. Sed *domus* omisso *que* est in Ed. Sturm. a. Tum Cod. W. *acenso*, Cod. M. *accenssio*. *Mr.*

Honoratorum virorum laudes in concione memorentur etc.] Sic legendum videtur potius, quam ut vulgo, *memorantor*, *prosequuntor* etc. nam pendent haec e superioribus, et repetenda est ἀπὸ κοινοῦ, ac subintelligenda particula *ut*, ab illo loco, *funus ut indicatur* etc. Lamb.

Honoratorum virorum laudes in concione memorent, *easque etiam cantu ad tibicinem* prosequantur] Vulgo *memorentur* — *prosequantur;* quae cum male conjungi viderentur (hoc enim *deponens* est, illud *passivum*) ac Eliens. Harleian. pr. aliique Codices *memoranto* repraesentarent, veram lectionem, nisi fallor, reposui. De his Romanorum moribus adi sis *Quinctilianum* Inst. Orat. III. 7. et nos ad Tusc. I. 2. Dav.

funeris utatur accenso atque lictoribus. Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easque etiam cantus ad tibicinem prosequitor; cui nomen ne- 62

§. 62. *Honoratorum virorum laudes*] Copp. Victt. b. *vivorum* pro *virorum*. — Ceterum restituimus cum Goer. et Sch. imperativum in his legum verbis legitimum. Proxime accedit scriptio quinque librorum Goerenzii nostrorumque Cr. et W. *memoranto*, aliorum nostrique M. *memorantur*. Prior lectio est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In Edd. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. recte scribitur *memorantor*, sed in omnibus (excepta Ald. ubi est *prosequuntor*) scribitur *prosequantor*. Unus tamen Goerenzii et noster Cod. Cr. proxime ad veritatem habet *prosequitur*, Cod. W. *prosequatur*, Cod. Mr. *persequatur*. Pro *cantu* autem restituendum fuit etiam cum Ern. *cantus*, quod est in Codd. nostris omnibus, sed male praecedente *ad*, ut in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Car. Steph. Sturm., pro quo in Copp. Victt. b. est *et*, in Ed. Par. conjuncto utroque *et ad cantus*. In Ed. Comm. legitur *memorentur — etiam cantus — prosequatur* et ita edidit Ern. Sed conjunctivis locum non esse bene monuit Goer. Laudavit nostrum locum *A. W. Schlegel.* in censura Historiae Romanae a *Niebuhrio* conscriptae (Heidelbb. Jahrbb. 1816. 53. p. 840.), ubi ille pro *easque* conjicit *eosque*: quod ferrem, si in libris esset, nunc non desidero. Ibidem male scribitur *Honoratiorum*. Ceterum valde placet Wyttenbachii ratio, qui ita ad h. l.: »Praestat veterem lectionem retinere *memorentur — prosequatur:* non enim pars legis XII. Tabb. haec est, sed *moris*, pendetque ab antecedentibus: *reliqua sunt in more — ut —*. De laudationibus funebribus Romanorum vid. Quinctil. Institutt. Oratt. L. III. c. 7. Tusc. Qu. L. I. c. 2. ib. Davis. *Honorati viri* dicuntur, qui honores gesserunt, i. e. maxima rei publicae munera, Praeturam, Consulatum, Censuram.« *Mr.* J. F. Gronovius ad Livium VII. 2. haec ita laudat: *memorantor*, *easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntor* [ut est in Ed. Ald.]. Livius ipse ibidem: *descripto jam ad tibicinem cantu.* De locutionibus: *ad tibiam*, *ad tibicinem*, *ad fides* et similibus vid. ibidem J. Fr. Gronov. Ducker. et Drakenborch. *Cr.*

Cui nomen neniae] De vocabulo *neniae* vid. Schneideri Lex. Gr. v. *Νηνία*; et *K.* L. Schneider. Lat. Elementarl. I. p. 54. Reines. Varr. Lectt. p. 81. cf. Pollux Onomast. IV. sect. 79. ib. interprr. p. 394. Ed. Hemsterh. Scaliger ad Varron. de L.L. p. 142. ed. Amst. 1623. [Durdr. 1619.] *Mr.* — Adde Festum in *Naenia* et in *Naeniam.* (p. 260. sq. Paris.) ibiq. interprr. Cf. Gisberti Cuperi Variae Obss. I. 1. et Jo. Lanzoni Adversaria de luctu mortuali in Sallengrii Suppll. Thesauri Antiqq. Vol. III. Ziegler. de Mimis Romanorum. Gotting. 1788. Carol. Fea ad Horat. A. P. v. 431. et *A. G. Schlegel. Vorles. üb. dram. Litt.* II. p. 8. sqq. cf. infra c. 25. fin. ib. Davis. *Cr.*

Etiam Gracchos] Ignota mihi dictio: sed ita est in antiquis libris. *Graecos* Parisini. P. Manuc.

Etiam Graccho cantus lugubres nominantur.] Vulgati *Graeci;* sed falso. Meliores mss. habent, *Gracchos*, unde fecit *Graccho* Turnebus. Pal. quart. non agnoscit illa, *etiam Graeci*, neque quidpiam habet eorum loco,

-niae: quo vocabulo etiam Graecis cantus lugubres nominantur.

25. Q. Gaudeo nostra jura ad naturam accommodari, majorumque sapientia admodum delector. M. Sed credo, Quinte, ut ceteri sumtus, sic etiam sepulcrorum modum recte requiri: quos enim ad sumtus pro-

et potuit glossa esse ad vocem *naeniae.* Grut.

Quo vocabulo] Cod. M. *quos ad vocabulo.* Tum scribitur *Graecos* pro *Graecis* in plerisque Goerenzii, nostrisque Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Sed cum optimi apud Goerenzium, nostrique Codd. Cr. M. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. et Comm. servent *nominantur*, Dativum cum Ern. reliquisque servavimus. In Edd. Ald. Par. Sturm. est *Graeci — nominant;* in Edd. Car. Steph. et Comm. *a Graccho — nominantur.* Plures apud Goer. habent *Gracchos*, ut Copp. Victt. b. *Mr.*

Sed credo, Quinte] Ita pergit Marcus oratione continuata, quasi Quintus nihil dixerit; quod est in Dialogis usitatum. Hoc monere volui, quia video nonnullos de mendo suspicari, offensos ut puto, particula *sed.* Dav.

Cap. 25. *Sed credo, Quinte,*] Cod. M. *sed recedoquero.* Hoc quamquam est nihil, tamen similis lectio Graevio ad marg. Ed. Comm. ansam dedit conjiciendi: *Sed reliqua cedo. Quaero enim, Quinte* etc. sic infra, ait, *reliqua perge.* Mox idem ibidem conjicit: *recte requirit.* — Tenendum autem *ceteri sumtus* esse Genitivum, quod primus vidit Wagn. In plerisque libris est *ceteros*, sed *ceteri* habent septem Goerenzii, noster Cod. M. et Edd. Vict. Comm. Dav. De sensu loci, inprimis quid differant vocabula *ceteri* et *reliqui* vid. disputantem C. Beierum in Miscc. Critt. ed. Friedemann. et Seebode. I. p. 184. sq. *Mr.*

Ceteri *sumptus*] Sic recte Paris. nec aliter ediderant *Victorius*, *Turnebus*, et *Aldus* nepos. Vulgo *ceteros sumtus;* quod soloecum est, licet id repraesentent Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. aliique MSSti. Dav.

Sic etiam — ad sumtus] Haec omnia desunt in Cod. Cr. oculo scribae a priore *sumtus* ad repetitum vocabulum aberrante. Pro *modum* Cod. M. *mo̅;* pro *quos* est *quis* in Codd. W. M. et Copp. Victt. b.; in iisdem, excepto Cod. W., *processa.* Tum pergunt Copp. Victt. b. *esta ressit hinc figuli sepulcro vidisse minimam*, omisso *credo. Mr.*

C. Figuli] Hoc nomine complures fuerunt clari viri. Significari videtur C. Marcius Figulus, qui a. u. 689. Consul fuit cum L. Julio Caesare. *W.*

Vides: sed credo] Ceteri omnes libri *vidisse credo;* ego conjectura ductus *vides: sed credo:* nec dubito quin ordinem verborum attente considerantibus, nostra correctio probetur. P. Manuc.

Vides. Sed credo] Nos quoque cum plerisque amplexi sumus Manutii emendationem, quam exhibent quoque Copp. Victt. b. Reliqui libri et Goerenzii omnes habent *vidisse credo*, nisi quod posterior vox, ut notavimus, abest a Copp. Victt. b. In Cod. M. absunt verba *res — alioquin — interpretes. Mr.*

Alioquin multa extarent exempla majorum] Pall. et Fabr. *extarent ampla maj.* quod item expressum a Victorio, a Turnebo aliisque. Nostrum restat in Aldina vetere. Grut.

gressa jam ista res sit, in C. Figuli sepulcro vides. Sed credo minimam olim istius rei fuisse cupiditatem; alioquin multa exstarent exempla majorum. No-

Alioquin multa exstarent exempla *majorum*] *Ampla majorum* dant Pall. Fabric. Paris. Med. Eliens. aliique Codices, prout etiam *Victorius* et *Turnebus* ediderunt. Ac ita legendum credo. Pariter *amplitudines sepulcrorum* memorat infra cap. LXVI. DAV.

Exempla majorum] *Exempla* exhibent omnes Goerenzii, duo Oxon. et noster Cod. M. itemque Edd. Vett., quae ad manum sunt, omnes. In Copp. Victt. b. scribitur *ampla* sed superscripto *e. Mr.*

Jubentur] Lego *jubemur;* hoc enim non ad solos juris interpretes, sed ad omnes Romanos pertinebat. DAV.

Jubentur] Wagn. quoque vel *jubemur* desiderat, vel *jubent.* Prius placet etiam Wyttenbachio ad marg. Ed. Goer. min. Et accuratius certe loqueretur noster; quam vero ἀκρίβειαν nimiam appellat Goer. Fortasse in lectione Cod. M. *jubentis* vera auctoris manus latet, ut pro *quo* legendum sit *eodem.* Pro *luctum* est *luctus* in Cod. Cr. in eodem *maniumque;* pro *intelligunt* Copp. Victt. b. et Cod. M. *intelligant. Mr.*

Hoc intelligunt, in primis sepulcrorum] Distinguo, *hoc intelligunt in primis, sepulcrorum magnificentiam etc.* DAV.

Sepulcrorum magnificentiam] Sepulcrorum modum apud Romanos arguunt haud pauci tituli mediocritatem excusantes. Hinc hujuscemodi formulae: *pro paupertate sua; ex sua paupertate; e mediocritate sua; quod potuit — fecit*, et similes, itidemque deminutiva, ut *casula*, *memoriola*, *ariola*, *atriolum*, *aedificiolum*, cet. Rarum illud, quod apud Muratorium legitur p. 1405. *Oblitus mediocritatis suae hoc monumentum instituit*, docente *Marinio* in *Actis Fratrum Arvall.* I. p. 184. sq. *Cr.*

Nam et Athenis jam ille mos a Cecrope permansit corporis *terra humandi*] Sic omnino legendum. Atque hanc lectionem neque vetus scriptura *hoc jus* respuit, et ratio approbat. Pendent autem haec verba *corporis humandi* ab illo loco, *jam ille mos* etc. ex quo lectio vetus, quae depravata est, ferri non potest. *Corporis* autem facile depravari potuit in *hoc jus.* LAMB.

Permansit hoc jus terra humandi] Sic et idem Aldus, neque recedunt nostri, quam quod scribant *ocius.* GRUT.

Hoc jus terra humandi] De Graecorum more, nunc terra humandi, nunc igne comburendi cadavera consule *Zoegam* de Obeliscis IV. 13. 14. nec nostri loci oblitum p. 275. sq. ubi tamen haec ipsa a Tullio elegantius quam verius prodita existimat. Ceterum quod ab *humando humanitatem* repetit J. Bapt. *Vico* in *Grundr. e. neuen Wissensch.* p. 391. ed. W. E. *Weberi*, licet ea re magna pars humanitatis contineatur, ingeniosius tamen quam verius pronuntiatum existimo. *Cr.*

Ille mos a Cecrope, ut aiunt, permansit, hoc jus *terra humandi*] *Turnebus* edidit, *illo more a Cecrope, ut aiunt, permansit hoc jus terra humandi.* Verum nec sensus nec Codices addicunt. Libri *Gruteriani* simul ac Paris. et editio pervetus exhibent *ocius terra humandi.* Reliqui vulgatam servant, ex qua *corpus* fecit *Victorius*, *Lambinus* autem *corporis terra humandi.* Mihi reponendum videtur, *ille mos a Ce-*

strae quidem legis interpretes, quo capite jubentur
p. 183. sumtus et luctum removere a deorum manium jure,
a. hoc intelligunt in primis, sepulcrorum magnificentiam
65. esse minuendam. Nec haec a sapientissimis legum

crope, ut aiunt, permansit NOS USQUE *terra humandi. Arnobius* lib. VI. pag. 242. [VI. 6. p. 206. ed. Orell. cf. hujus annott. p. 353. 354.] *In historiarum Antiochus nono, Athenis in Minervio memorat Cecropem esse mandatum terrae.* Idem ex *Antiocho* refert *Clemens* Protr. p. 39. ac ex *Clemente Eusebius* Praep. Evang. II. 6. et *Cyrillus* in Julian. x. p. 342. *Theodoretus* Therap. VIII. pag. 115. [p. 908. ed. Schulzii, ubi nunc in textum receptum Ἀντίοχος.] Καὶ γὰρ Ἀθήνησιν, ὡς Ἀντίλοχος (leg. Ἀντίοχος) ἐν τῇ ἐννάτῃ γέγραφεν ἱστορίᾳ, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλει Κέκροπός ἐστι τάφος παρὰ τὴν Πολιοῦχον αὐτήν. De posteris vero temporibus vide *Petronium* Satir. cap. CXI. ibique *Joan. Wowerium.* Scilicet inter Graecos mortuorum tam cremandorum quam terra condendorum mos obtinuit. Multo tamen frequentior erat crematio; cujus solius apud *Homerum* superest memoria. Adeantur *Everardi Feithii* Antiq. Homer. I. 14. Ejus initium ad Herculem refert *Andronis* fide nixus Scholiastes minor in Iliad. A. 52. repugnat autem *Eustathius* pag. 32. Dav.

Nam et Athenis jam ille mos] Nihil variant libri, ideoque nihil moveo. Sed, ut fatear quod est, neque loci scriptio, neque Goerenzii ejus defensio satisfacit. *Et* pro *vel, adeo,* neque vero pro *etiam,* esse sumendum monet. Quasi vero illo sensu magis Ciceronianum sit! *Iam,* incommodo loco positum, eo defendit, quia hac verborum serie numerus adjuvetur. Quasi numerus probari possit, qui sensui officit! Nisi ergo aliquis docuerit, *et Athenis jam* dictum esse pro *etiam Athenis,* ut *ne quidem* separatur, scribiturque *ne Athenis quidem:* ego desidero *nam etiam Athenis ille mos,* ut *etiam* ponatur pro *vel, adeo,* quo sensu *et* accipi volebat Goer. Nihil proficit Roeverus, qui apud Valckenarium ad Ammon. p. 7. *jam olim more* conjecit, minus etiam Wagnerus, conjectans: *nam Athenis et ἰάλεμος;* minimum Rathius, qui scribi vult: *Nam et Athenis ille mos (jam a Cecrope, ut ajunt) perm.* Manet enim illud *et,* quod ita stare nequit. Recepimus autem Goerenzii lectionem *ocius terra humandi* pro *hoc jus t. h.* quod nihili est, et tamen plerosque libros, nostros quoque, occupat. Sed *ocius* (videlicet tertio jam die, neque vero octavo, quod Romae fiebat) habent complures apud Goerenzium libri, et hoc si restituas, intelligis corruptionis originem. Quod si vero statuas *corpus* esse legendum, quod est in vetere Caroli Steph. et apud Manutium, correctoris vel glossatoris manum Ciceronis contextis inseris. *Mr.*

Quam cum proximi injecerant] Est a conjectura Paulli Manucii. Turnebus quoque divinarat *jecerant;* nam vulgata et mss. *fecerant.* Grut.

Quam cum proximi injecerant] Est a *Manucii* conjectura, quam secuti sunt *Lambinus* et *Gruterus;* nam Codices *fecerant.* Fortean reponendum, *quod cum proximi fecerant.* Nec hoc *Turnebo* latuit, licet magis probet, *quam cum proximi* jecerant. Sin illud malis, de terrae injectione videas licet *Everardum Feithium* Antiq. Homer. I, 15. aut *Joan. Kirchmannum* de Fun. III, 21. Dav.

scriptoribus neglecta sunt. Nam et Athenis jam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permansit, ocius terra humandi: quam cum proximi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et gremium

Proximi fecerant] Pro *fecerant* reposui *injecerant:* nam cum in corrigendo tum litterarum similitudinem, tum sententiam sequi solitus sim; hoc in loco neque a litteris longius discedo, cum *injecerant* de litteris extremis antecedentis verbi et de *fecerant* conficiam; neque sententiam, ut opinor, a *Ciceronis* mente alienam induco: nam ipsemet ante ostendit hic legendum *injecerant*, ut subaudiatur *terra.* Dixit enim, *Quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus humati dicuntur; id erat proprium tum in iis quos humus contegeret.* P. MANUC.

Quam cum proximi injecerant] Veteres habent *fecerant*, quod puto esse rectum. Non enim illud *fecerant* referri debet ad praecedens *terra*, sed subintellectum *humationem.* Praecedit quippe *terra humandi*, quod mente accepit Cicero pro *humatione*, eoque retulit sequens *quam.* Reperias exempla istius modi etiam apud alios. *Scheff.* — Nostri quoque libri habent *fecerant;* unde Goer. conjecit *jecerant*, deditque in contextis, quamquam in nota *injecerant* exhibere voluisse videtur. Excidisse autem syllabam *in* facillime post vocabulum in *i* desinens, cum plerumque scriberetur *ī*, nemo, credo, dubitabit, qui veteres libros manu triverit. Quam Davisius, ut suam, profert conjecturam: *quod — fecerant*, non contemnendam illam, ea Bruti est. Pro *obducta* est *abducta* in Cod. M. ibid. *observatur* pro *obserebatur.* Pro quo vocabulo Wyttenbachius »scribendum, ait, *se*»*rebatur.* Praepositio enim *ob* »invecta est ab antecedente *ob*»*ducta.*« Sed si displicet verbum *obserendi*, quia alibi apud Ciceronem non legitur, magis displicere debet constructio *terram serere frugibus*, quae plane non est Ciceroniana. Si quid mutandum, malim *conserebatur:* quod cum in Codd. scriptum esset ꝯ*serebatur*, facile in vulgatam abire potuit, praesertim, cum praecederet obducta. *Conserit* autem nostro sensu legitur libro II. de N. D. 52. §. 130. *Mr.*

Gremium quasi matris] Hegesippus III. 17. p. 447. *Priventur quasi quodam* matris gremio, *terrae sepulchro.* DAV.

Gremium quasi matris] Cf. infra c. 27. §. 67. et Livii I. 56. *terram osculo contigit: scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. Cr.* — Graevius in nota ad marg. Ed. Comm. *ut* deletum vult ante *vivis*, cui aliquantum suffragari videri possit Cod. W., in quo est *utius redderetur. Mr.*

Quas inibant coronati] Vocem *parentes*, quae nata est ex glossemate, sustuli, ut et inanem, et ineptam: nam facile repetitur ἀπὸ κοινοῦ, et e superiore loco *proximi.* Alii, in quibus est *Manucius*, substituunt *propinqui.* LAMB.

Quas inibant propinqui coronati] Sic Pal. quartus; vetus editio *quas inibant parentes;* tert. *quas inirent prop.* quod et in Vict. et Turn. — S. Vict. exhibet, *quas intrant propinqui cor.* GRUT.

Quas inibant propinqui *coronati*] Vulgo *parentes;* ac sic Eliens. Harleian. pr. et Med. Ac *parentem* quidem pro *agnato* dixit *Eutropius* I. 8. et etiamnum dicunt Galli. Sed meliori Latinitati prorsus ignota fuit haec *parentis*

quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum ut vivis redderetur. Sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati: apud quas de mortui

potestas. Nos igitur Pall. tert. quart. S. Victoris, Paris. Balliol. Harleian. sec. Ven. 1471. aliosque veteres editos expressimus. *Propinqui* sunt necessarii, *οἱ γένει προσήκοντες*. *Petronius* Satir. cap. cxi. *Non parentes potuerunt abducere*, *non* propinqui. Vide sis et *Quadrigarium* apud *Agellium* II, 19. *Velleium Paterculum* lib. II. cap. xiv, 2. ac *Suetonium* in Julio cap. 1. Hoc certe melius, quam si cum *Lambino* legas, *quas inibant coronati:* nam vocem commodam suppeditant plures MSSti. Dav.

Quas inibant propinqui coronati] Cod. W. *inirent.* Lectionem *propinqui* tuentur Codd. Goerenzii omnes, et nostri W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm. *Mr.* — *Inire epulas* exquisite dicitur, ut apud Cicer. in Or. pro Roscio Amerino c. 17. *filius convivia cum patre non inibat.* — *Coronati* i. e. laeti, quasi non amplius in luctu essent: nam coronae non adhibebantur in luctu. *W.* — Cf. Luciani Nigrin. §. 32. T. 1. p. 94. Horat. Sermon. II. 3. 256. Paschalius de Coronis IV. 5 — 8. Boettiger. Sabina I. p. 240. sqq. ibiq. Visconti ad Mus. Pio — Clem. IV. p. 44. aliique. *Cr.*

Cum aliquid veri erat praedicatum: (nam mentiri nefas habebatur) justa confecta erant] Hunc locum perpurgavi, a codice *Memmiano* adjutus: in quo erat repositum *confecta* pro *conjecta*, et *ad* deletum. Nam lectio vulgata, *at justa conjecta erant*, vitiosa est. Lamb.

De mortui laude cum quid veri erat praedicatum] Locus, ut vides, valde controversus, et in libris male habitus. In Cod. Cr. est: *apud quas de mortui laude cum inquid veri erat praedicatum, nam mentiri nephas habebatur, ad justa conicta* (sic) *erant;* in Cod. W. *apud — laude cum quid — nefas habebatur, ad justa conjecta erant.* Cod. M. *apud — laude cum non quid — habebatur, ac justa conjecta erant.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Brut. Ald. Sturm. Car. Steph. *Apud quas de mortui laude cum niquid veri erat praedicatum, nam mentiri nefas habebatur, ad justa conjecta erant.* Ed. Comm. eodem modo, nisi quod habet *cum quid.* In marg. Ed. Comm. Graevius conjecit. *ad justa conjectum erat.* Copp. Victt. b. *cum nequid.* Inde patet falli Goerenzium, qui credit, *quum nisi quid* legi in omnibus libris, quum in nostrorum nullo legatur. Goer. et Rath. scripserunt: *quum, si quid veri, erat praedicatum (nam — habebatur) justa confecta erant.* Davisius dedit, *de mortui laude, si quid veri, praedicatum: nam mentiri nefas habebatur. Ita justa confecta erant.* Ita etiam Ern. Schützius Goerenzium secutus est. Nos Lambini scriptionem, ut simplicissimam, praetulimus. *Cum quid* recepimus ex Cod. W. Vocem in libris ante *justa* tam inconstanter scriptum (*ad*, *ac*, *at*) ejecimus. Eadem lectio placebat Wagnero. Wyttenbachius in scholis vulgatam, quae est Davisii, servat, sed scribi vult *praedicabatur. Mr.*

Nam mentiri nefas habebatur] Audi tamen *Zenobium* Cent. V. 28. *Οὐκ ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ. Ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρῶν ἡ παροιμία λέλεκται, καὶ μηδὲ τοῦ τυχόντος ἐπαίνου ἀξίων. Εἰώθασι γὰρ οἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς περιδείπνοις*

laude cum quid veri erat praedicatum, (nam mentiri nefas habebatur) justa confecta erant. Postea, cum, 64. ut scribit Phalereus, sumtuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. Quam legem eisdem prope verbis nostri decemviri in decimam tabulam conjecerunt. Nam de tribus riciniis,

τὸν τελευτήσαντα ἐπαινεῖν, καὶ εἰ ΦΑΥΛΟΣ ἦν. Vide et *Diogenianum* VII. 24. *Suidam* in *οὐκ ἐπαινεθείης*, et *Apostolium* Cent. xv. 31. Dav.

Nam mentiri nefas habebatur] De vi harum laudationum cum ad mores Romanorum conformandos, tum vero ad historicam fidem evertendam, loci classici sunt Polybii lib. VI. c. 53. p. 567. sq. Schweigh. et ipsius Tullii in Bruto XVI. 62. cf. de eodem instituto Chladenium de gentilitate V. 5. p. 60. sqq. Niebuhrii Roem. Gesch. I. p. 180. et A. W. Schlegel. in Annall. Heidelbb. 1816. p. 837. sqq. *Cr.*

At justa conjecta erant] Mendum omnes vident: tollere nemini adhuc licuit: conanti quidem viro docto, quem ego probare soleo maxime, non successit. *Sua tamen*, quod ille ait, *cuique sponsa.* Mihi placet sic, *justa confecta erant.* Funeris enim extrema pars erat laudatio. Ea cum erat absoluta, justa confecta erant. P. Manuc.

At justa, conjecta erant] Ita fere mss. nostri. neque aliter Victorii aut Turnebi editio: nam vulgata, *ad justa* etc. Paullus Manucius conjiciebat, *confecta:* quod non improbem. Pal. quart. servat, *ac justa conjectaverant.* Grut.

Ita *justa* confecta *erant*] Vulgo *at justa* conjecta *erant;* sic et Paris. In aliis legitur *ad justa.* Unde *Manucius* et *Lambinus*, deleta voce prima, reponebant, *justa* confecta *erant.* Nos quidem *confecta* recepimus, licet in Codicibus sit *conjecta.* Sed in altero vocabulo non, ut illi, ferrum et ignem, sed lenissimam medicinam adhibuimus. Dav.

§. 64. *Postea quam*] Suspicor, cum in antiquis libris esset *postea quom*, factum esse ab imperitis librariis *postea quam*, qui non intelligerent pro *cum* scribi solere *quom.* Quod mendum in ultimam quoque Epistolam lib. II. Fam. irrepserat. Quo in loco, et in hoc magis omnino placet *postea cum.* P. Manuc.

Postea cum] Secuti sumus Manutium, cum Goer. et Sch., ratione grammatica permoti coactique, quae *posteaquam* cum conjunctivo poni vetat. In Cod. M. est *postquam.* *Mr.*

Phalereus] Est hic Demetrius Phalereus, Aristotelis discipulus, Atheniensis et Athenarum sub Cassandro, Macedoniae rege, gubernator. Vid. mox §. 66. item Lib. III. c. 6. Off. I. 1. de Finib. V. 19. Diog. Laërt. V. 75. *Phalereum* simpliciter nominat noster Orat. 27. 94. *W.* — Nimirum Phalereus *ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἀττικὴν νομοθεσίαν.* De his commentariis, qui ab Harpocratione, Polluce, aliis, saepiuscule laudantur, videsis *Jo. Luzac* in Disquisitione de Epistatis ac proedris, ad calcem Orat. de Socrate Cive p. 110. De re ipsa eleganter disputavit *Schlegel.* in prooemio ad Lysiae *ἐπιτάφιον* in *Wielandi Attisch. Mus.* I. p. 217. sq. *Cr.*

Nostri Decemviri in undecimam tabulam] Est a mss. Turnebi: cui consentit codex S. Victoris, qui tamen non habet illud sed

et pleraque illa Solonis sunt: de lamentis vero expressa verbis sunt. [*Mulieres genas ne radunto, neve lessum, funeris ergo, habento.*]

26. De sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius, quam *ne quis ea deleat*, *neve alienum inferat:* poenaque est, *si quis bustum* (nam id puto

nostris viri. Vulgata, *nostri viri in decimam tabul.* Grut.

Nostri decemviri in decimam *tabulam*] Vulgo *in undecimam.* At Paris. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. Ven. 1471. *in decimam* repraesentant; ac ita *Victorius* edidit. Et merito quidem. Nam confectae sunt ex legibus Solonis aliarumque Graeciae civitatum institutis *decem* primo tabulae; quibus deinceps adjectae sunt aliae duae. Vide *Livium* III. 34. et *Dionysium Halicarnasseum* X, 57. 58. Cum igitur res funebres sint *ultima rerum* mortalium *linea;* non mirum si de iis *ultima* statuerit, quae tum ferebatur, tabula. Dav.

Decemviri in decimam tabulam] Codd. Cr. M. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Goth. *nostri viri.* Pro *decimam* est *undecimam* in Edd. Lamb. et Verb. neque vero in Ed. Turn. ut Goer. ait. Idem monet, si quid addidissent supplementi Decemviri, id, cum ad religionem pertineret, in *duodecimam* tabulam conjiciendum fuisse. Et eundem ipsum numerum totidem literis exhibet noster Cod. W. In Cod. M. est *conjecerint.* *Mr.*

Tribus riciniis] Jussit enim Solon οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. Vide *Plutarchum* in Solone pag. 90. Dav.

Tribus riciniis] Cod. Cr. *recinis*, Cod. W. *recimis.* *Mr.*

Et pleraque alia] Vulgo *illa*; nec aliter Codices. Sed res ipsa mihi libris omnibus dux potior videbatur. Sed et *Lambinum* sic edidisse video. Dav.

Et pleraque illa] Sc. quae supra hujus generis memorata sunt, ait Ern. Recte. Quare facessat Davisii et Lambini emendatio, contra librorum omnium auctoritatem, qua nihil est minus necessarium. *Mr.*

De lamentis vero expressa verbis sunt] Forte *de lamentis vero expressa* verba *sunt. Lactantius* lib. III. cap. XVII. 30. *At idem nos metu liberat mortis*, *de qua haec ipsius* verba *sunt* expressa. Nimirum Solon ἀμυχὰς κοπτομένων καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν, ut ait *Plutarchus* Solon. p. 90. Dav.

De lamentis vero expressa verbis sunt] Schützius recepit Davisii conjecturam *verba*, et plane ejecit, quae sequuntur, verba legis. Mihi haec cum Davisio spuria videntur; sed lectio *verba* non magis, quam Ernesto, satisfacit. *Mr.*

Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento] Hanc legem supra memoravit noster cap. 23. Et, ut dicam quod suspicor, eam *Tullius* hoc in loco non iteravit; sed cum haec verba margini studiosus aliquis adscripserat, ne, quo respiceretur, nesciremus; in rationis contextum tandem fuerunt adscita. Igitur uncinis ea circumdedimus. Dav.

Cap. 26. *Alienum inferat:*] De stipulationibus Romanorum sepulcrorum causa vid. locos a Marinio laudatos in Actis Fratrum Arvall. p. 613. *Cr.* — Pro *poenaque* Cod. Cr. habet *poena.* Idem cum Cod. W. *tumbon.* De Etymologia v. τύμβος accuratius monet Ev. Scheidius in Lennepii

appellari τύμβον) *aut monumentum*, inquit, *aut columnam violarit, dejecerit, fregerit.* Sed post aliquanto, propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est, *ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo.* Neque id opere tecto- 65.

suoque Etymologico L. Gr. ed. alt. p. 755. *Mr.*

Aut monumentum, inquit] Hoc in loco meas aures radit vox ultima, nec dubito quin male se habeat. Vide num reponendum sit, *aut monumentum* aliquod *aut columnam.* Has porro Solonis leges, quas memorat noster, illustravit *Sam. Petitus* de Legg. Attic. lib. VI. Tit. VIII. pag. 494. seqq. p. 596. ed. Wesseling. DAV.

Aut monumentum, inquit,] Goer. defendit *inquit*, post parenthesin positum exemplis duobus ex nostro (pro Rege Dejot. 12, 33 et Orat. II. 3. 13.) allatis, ubi *inquit* ante parenthesin positum, post parenthesin repetitur. Sed eorum locorum aliam esse rationem, ipse intelliget. Quicunque enim repetito ibi *inquit* litem moverint, eos immerito id fecisse facile largior: nostro loco offendor eo vocabulo ita, ut a Cicerone profectum credere non possim. Neque vero Davisio crediderim, *inquit* ortum esse ex *aliquod:* unde enim in vocabulo tritissimo talis error? neque Rathio, *antiquum* conjicienti: cur enim antiquis potissimum monumentis lege caveatur? Mihi veri videtur similius, antiquitus scriptum fuisse *inquinaverit.* Quod vocabulum scribendi compendio exaratum, *inq̃rit*, cum semel male lectum esset, in vulgatum abire facile potuit. *Mr.*

Columnam] Cf. Callimachi Epigramma VII. p. 280. sqq. Ed. Ernesti:

Στήλην μητρυιῆς, μικρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος,
Ὡς βίον, ἠλλάχθαι καὶ τρόπον, οἰόμενος·
Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

Ubi vide Interprr. *Cr.*

Dejecerit] Codd. Cr. et W. *jecerit*, Copp. Victt. b. *jacerit*, Wagnerus conjecit *disjecerit.* Frustra. Cf. Corn. Nep. Alcib. 3. 2. ib. intt. Post *sepulcrorum* in Cod. Cr. omnia omissa sunt usque ad v. *faceret.* In Cod. W. scribitur *geramico*, in Cod. M. *geranico.* Praeter necessitatem pro *videmus*, i. e. *videre potest unus quisque*, v. quae exstant, Ern. conjecit *vidimus.* Pro *sanctum*, ut supra, in nonnullis Edd. vett. est *sancitum* ex emendatione supervacanea. *Mr.*

Ceramico] Ceramicus, κεραμεικός, locus Athenis antiquitus frequens fabricis tegularum i. e. κεράμων. V. Turn. *W.* — *In Ceramico:* nimirum in Ceramico extra urbem. Vid. Pausan. I. 29. 2. ibiq. Siebelis p. 106. Scholiast. Thucyd. II. 34. et quae plura congessit Meursius in Ceramico gemino cap. XXI — XXIV. (Thesaur. Gronov. Antt. Grr. Vol. IV. p. 1006 — 1010). Atticorum hominum hac in re instituta et mores e suis causis intelligenter repetiit *Schlegelius* in *Wielandi Att. Mus.* l. c. p. 218. sqq. cf. etiam *Ruhnk.* ad Terent. Andr. I. 1. 90. *Cr.*

Opere tectorio] i. e. quasi tegumento, quod superficiei aedificii, muri, sepulcri inducebatur, eratque triplex, *albarium*, *arenatum*, *marmoratum*, ut refert

rio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi; nec de mortui laude nisi in publicis sepulturis; nec ab alio, nisi si qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. Sublata etiam erat ce-

Vitruvius de Architectura VII. 2. De priore genere est proverbialis locutio *sepulcrum dealbatum* in Evang. Matth. 23, 27. *W.* — In Copp. Victt. b. male scribitur *textorio*. De *Hermis* vid. Annott. ad Creuzeri Orat. de Civitate Athenarum p. 60. ib. Platon. Hipparch. p. 228. Add. Sluiter. Lectt. Andocidd. p. 37. sqq. Scribitur in Codd. Cr. et W. *hermasos quos;* in Copp. Victt. b. item, sed a sec. manu *hermas eos quos;* in Cod. M. omittitur *nec* et scribitur *trinas hos vocant.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. (sed. haec in marg. habet *hermas*) *Hermaeos quos;* Edd Par. et Herw. *Hermas eos*, reliquae *Hermas hos.* Mihi cum Rathio Lambini lectio placet, quae item est Gothofr., *Hermas*, *quos vocant.* Tum Cod. W. *lauda* pro *laude*, Cod. Cr. *nec in* pro *nisi in.* *Mr.*

Publicis sepulturis] In Cod. W. a prima manu fuit *sepulcris.* — *Publicae sepulturae* sunt, quae fiunt magistratuum aut populi jussu: *publice* ad eam rem constitutus orator est is, qui vel a senatu, vel a populo, vel ab utroque ad eam rem electus est. *W.*

Si qui publice] Malim *nisi qui publice;* quod, ut mihi videtur, ipsa postulat sententia. P. Manuc.

Nisi si qui] Ita dedimus cum Goer. et Sch. ex tribus Codd. *Si* post *nisi* Ciceroni haud est infrequens, vide modo exempla apud Tursell. de Particul. p. 552. sq. et veri est similius, repetitum *si* esse obliteratum a scribis quam additum, praesertim ab iis, qui *si qui* pro *si quis* dici posse nescirent. Sed. v. modo Cic. pro Rosc. Amer. 38. 111. *in privatis rebus si qui rem mandatam — malitiosius gessisset* etc. Cf. Lindemann. ad Pompeji Commentum Artis Donati p. 64. In Cod. W. mox scribitur *licebat dici.* — *Celebritas* dicitur pro *frequentia.* Pro seq. *ac* scribitur *et* in Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. Tum *lamento* est in Cod. M. pro *lamentatio.* *Mr.*

Habet *enim luctum concursus hominum*] *Auget* est in vetere libro pro *habet:* sed nihilo meliore sententia. Ursin.

Habet *enim luctum*] *Ursini* liber *auget enim luctum.* At Paris. reliquique nostri miro consensu dant *hunc enim luctum:* ut *Tullium* reliquisse crediderim, *Nutrit enim luctum.* Vide *Senecam* de Ira II, 21. Dav.

Habet enim luctum concursus hominum] Dudum mihi displicebat istud *habet*, neque, quod cum Graecis ἔχει ταῦτα λύπην nostrum locum comparat Goerenzius, (cui jam accedit Beier. ad Cic. de Off. II. 6. 19. *fortuna casus rariores habet*) satisfacere visum est. Conjeci igitur *auget*, quod nunc, in vetere Ursini libro repertum, verum existimo, neque vero Davisii conjecturam *nutrit.* Neque etiam *habet* omnes libros MSS. occupat. In nullo certe nostrorum comparet. Omnes Davisii, tres Goerenzii, noster Cr. et Copp. Victt. habent *hunc*, duo Goer. et noster M. *huc*, noster W. *Nunc*, marg. Ed. Gothofr. al. *auget.* Graecam istam formulam plane nihil huc facere, quivis statim intelliget, qui reputaverit eam significare, positum esse aliquid in natura alicujus rei, vel certe plerumque cum ea esse conjunctum; concursum vero hominum neque plerumque cum luctu esse

lebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur: habet enim luctum concursus hominum. Quo- b.
circa Pittacus omnino accedere quemquam vetat in 66.
funus aliorum. Sed ait rursus idem Demetrius, increbruisse eam funerum sepulcrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est. Quam consuetudi-

conjunctum, multoque minus in natura ejus positum esse luctum; sed, uti *augetur* laetitia in rebus laetis, cum est hominum concursus et frequentia, ita in re lugubri et tristi *augeri* etiam luctum concursu hominum. *Mr.*

Pittacus] De eo cf. Diog. Laërt. I. 74. Mox Cod. Cr. *infimus* pro *in funus*. *Aliorum* i. e. alienorum, qui non cognati v. affines essent. Sequens *idem* abest a Copp. Victt. b. Ex omnibus Goerenzii nostroque Cod. M. Edd. Asc. 2. Lamb. Comm. et Copp. Victt. b. scripsimus *increbruisse* pro vulgato *increbuisse*, quod minus recte scribi non est quod doceam. Mox legitur *sepulcrorum* sine *que* in Codd. Cr. et W.; in Cod. Cr. omittitur *nunc*. — Verba *quae — est* ex sua Cicero addit, neque vero ex Demetrii sententia: alioquin scribendum fuisset *sit*; quod dicere non potuit Demetrius. *Mr.*

Tuendaeque civitatis peritissimus] Palatin. et Fabr. *paratissimus*. S. Vict. *parilissimus*. GRUT.

Tuendaeque civitatis peritissimus] In Pall. Fabric. omnibusque nostris legitur *paratissimus*; nec aliter editio pervetus et Ven. 1471. Igitur quidni reponamus? *tuendaeque civitati paratissimus*. DAV.

Tuendaeque civitatis peritissimus.] Goer. cum a tribus Codd. voculam *que* abesse vidisset, et in suis libris reperisset *paratissimus*, quod etiam in nostris est et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., haec verba, ut glossema, uncinis inclusit, eaque plane ejecit Schützius. Ego vero, quamquam locum non sanum judico, tamen ea ratione non persanatum credo. Variat enim scriptio etiam in aliis. Pro *etiam* est *et* in Edd. Asc. 1. 2. Crat., quod vocabulum in Ed. Herw. plane omittitur. Turn. scribitur *et rei publicae* in iisdem Edd. itemque, sed omisso *et*, in Codd. Cr. W. Edd. Ald. Brut. Car. Steph. Goth.; quod si scribas, merito cum Bruto desideres *studiosus*. Si vero *civis e re publica maxime* scripseris, desiderabis exempla, quae doceant, dictum fuisse *aliquem* esse *e re publica*, quamquam frequens sit *aliquid* esse *e rep.* Nam quod est pro C. Rabirio 9. 23. *Demetrium — ex re publica Athenis*, cave hic adhibeas, cum pergat oratio: *et ex doctrina nobilem*. Quare non est de nihilo, quod desiderat Wagn. *civis in rep. maximus* [v. *civis rei publ. maximus*]. Quod autem idem vult *constituendaeque*, in quo ei assentit Goer., (si serventur illa vocabula) id non desiderabit, qui significationem verbi *tuendi* non nimis arctis limitibus circumscribit. Ad h. l. Victorius ad marg. ed. suae in Copp. a. laudavit Athen. XII. p. 225. *καὶ ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων κ. τ. λ.* [est hic locus p. 268. in Ed. Bas. 1555.] *Mr.* [Pag. 542. b. Cas.]

Sumtum minuit] Duo Codd. Goer. noster M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Sturm. Brut. Ald. Lamb. Goth. habent *sumtus*. Sed tantummodo sumtu in funere exornando loqui nostrum monet Goer. — *Poenam* intellige *mulctam; tem-*

nem lege minuit ipse. Fuit enim hic vir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime, tuendaeque civitatis peritissimus. Iste igitur sumtum minuit non solum poena, sed etiam tempore. Ante lucem enim jussit efferri. Sepulcris autem novis finivit modum. Nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis ne altiorem, aut mensam, aut labellum; et huic procurationi certum magistratum praefecerat. Haec igitur Athe-
27. nienses tui. Sed videamus Platonem, qui justa fune-
67. rum rejicit ad interpretes religionum. Quem nos morem tenemus. De sepulcris autem dicit haec. Vetat

pus explicatur iis, quae statim subsequuntur. *Mr.*

Ante lucem enim jussit efferri] Haec lex prius obtinuit quam Demetrius est in lucem editus. *Demosthenes* advs. Macartatum pag. 666. *Νόμος — ἐκφέρειν τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται, ΠΡΙΝ ἭΛΙΟΝ ἘΞΕΧΕΙΝ.* Eum vero morem revocasse videtur Phalereus, postquam fuisset longa desuetudine sepultus. Vide Cl. *Petitum* ad Legg. Attic. pag. 498. Dav.

Jussit efferri] Vocem *efferri* non habet Cod. Cr., pro ea in Cod. W. est *fieri*. Tum sequitur in Cod. M. *sepulcri enim autem vobis finiunt modus*. In seqq. Cod. Cr. et Copp. Victt. b. *voluit* pro *noluit*, Cod. Cr. *quidem* pro *quid*, ib. *columnellam*, ut accuratius secundum ἔτυμον scriberetur hoc vocabulum. Pro *ne* est *non* in haud paucis scriptis et Edd. sed servant *ne* plures Goerenzii, noster M. Edd. Par. et Comm. *Mr.*

Aut mensam, aut labellum] *Mensa*, sepulcro imposita, erat genus arae seu altaris. *Labellum* i. e. parvum labrum, quod erat vas fere planum ac patulum, a similitudine labrorum humanorum dictum. Videtur Graecum χερνίψ significari, quo utebantur ad inferias fundendas. Vid. Kirchmannus de Funerib. Rom. L. I. 2. *W.* — In fine capitis Cod. W. habet *praefecerant*, sed litera *n* punctis notata est. *Mr.*

Cap. 27. §. 67. *Sed videamus Platonem*] Nisi fallor, legas oportet, *sed* audiamus *Platonem*. *Audire* dubio procul et *videre* passim miscuerunt librarii. Dav.

Sed videamus Platonem] Praeter necessitatem scribi vult Rath. *sed veniamus ad Platonem quoque*. Neque melior est Davisii conjectura. Verbo *videndi* saepe noster hoc sensu utitur, ut bene monuit Goer. Pro *funerum* Cod. Cr. habet *funereum*. *Mr.*

Ad interpretes religionum] Vide lib. XII. de Legg. p. 692. p. 958. sq. Steph. Dav.

Interpretes religionum] I. e. horum procurationem tradit interpretibus religionum. Hi Athenis dicebantur ἐξηγηταί. *W.* Cf. Ruhnken. ad Timaei Lex. Platon. p. 111. Symbol. et Myth. I. p. 13. IV. p. 486. *Cr.* — In seqq. Edd. Asc. 1. et 2. habent *dicit hoc* pro *dicit haec*. *Mr.*

Vetat ex agro culto, eove qui coli possit, ullam partem sumi sepulcro] Lib. XII. de Legg. pag. 692. *Θήκας δὲ εἶναι τῶν χωρίων ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα μηδαμοῦ, μήτε τι μέγα, μήτε τι σμικρὸν ΜΝΗΜΑ.*

ex agro culto, eove, qui coli possit, ullam partem sumi sepulcro: sed, quae natura agri tantum modo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur: quae autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve
vivus, neve mortuus. Exstrui autem vetat sepulcrum 68.
altius, quam quod quinque homines quinque diebus

Lego *θήκας δὲ εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ μήτε τι μέγα, μήτε τι σμικρὸν ΜΕΡΟΣ*. Hoc ex ipsius *Ciceronis* interpretatione liquet. DAV.

Vetat ex agro culto etc.] Quod conjecit Dav. *μέρος*, reprobavit Goer. et ex *μνῆμα* fecit *τμῆμα*. In quo neuter Bekkerum obsequentem nactus est, qui T. III. 3. p. 312. servavit *μνῆμα*. Pro *coli* Cod. Cr. habet *tolli*. *Mr.*

Natura agri] Cod. M. *natura agitur*. — *Natura agri* dicitur ut Cic. de N. D. II. 54. *alvi natura* pro *alvus*, ubi vid. Annott. p. 436. coll. p. 745. item Ernesti Clav. Cic. v. *natura* et annot. ad Plotin. de Pulcritud. p. 139. sq. *Cr.*

Ut compleatur] Subaudi *jubet:* nam ex negante verbo *vetat* elicit affirmationem; ut lib. XII. Fam. Epist. 30. *Nec mihi molestiam* etc. Quo loco vide nostros Commentarios. P. MANUC.

Et, ut mater etc.] Vocem *et* omittit Cod. M. In seqq. Cod. Cr. *vivis — mortuis*, Cod. M. et Copp. Victt. b. *vivos — mortuos*. Cod. M. *necat* pro *vetat*. *Mr.*

Quam quod quinque diebus, homines *quinque*] Voces illae *homines quinque* ortum habent a Turnebo, qui eas adjecit e Platone; non visuntur in anterioribus edd. aut mss. nostris. GRUT.

Quinque homines *quinque diebus absolverint*] A MSStis absunt *quinque homines*. Sed adjici debere patet ex *Platone*; qui p. 693. *πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον* habet. Ac ita supplerunt *Turnebus* ac *Lambinus*. *Henr.* quidem *Stephanus* Lex. Cicer. pag. 41. *Aldus* nepos et *Gruterus* ediderunt, *quinque diebus* homines quinque *absolverint*. Sed ad alterum verborum ordinem ducunt *Platonis* exemplaria. DAV.

Quinque homines quinque diebus] Nostri quoque Codd. MSS. itemque Edd. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Car. Steph. Sturm. Brut. Ald. verba *quinque homines* non habent; neque tamen iis carere potest contextus. Igitur ea cum plerisque ex Platone adjecimus. Schefferus modo desiderabat *quinque, quinque diebus*, quorum alterum *quinque*, cum imperito librario nimium visum fuisset, omissum fuerit. Sed vix credo Ciceronem ita locutum esse. Quod vero dedit Goer. et, eum secutus, Sch. *quod quini quinque diebus abs.*, id falsum et ne latinum quidem esse pronunciat Wyttenbachius ad marg. Ed. Goer. min. *Mr.*

Nec e lapide excitari plus *nec imponi*] *Gruteriani* nostrique Codices dant *prius*. Lege, *nec e lapide excitari* amplius *nec imponi*. *Plato* lib. XII. de Legg. p. 693. *Λίθινα δὲ ἐπιστήματα μὴ ΜΕΙΖΩ ποιεῖν* etc. DAV.

Nec e lapide excitari amplius] Cod. Cr. *ne*, Cod. M. *a* pro *e;* Codd. nostri omnes *prius*, itemque Goerenzii; in Edd. est *plus*,

absolverint; nec e lapide excitari amplius, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quattuor herois versibus; quos *longos* appellat Ennius. Habemus igitur hujus quoque auctoritatem de sepulcris summi viri: a quo item funerum sumtus praefinitur ex censibus, a minis quinque usque ad

quod minus placet; et statim recurrit. Igitur amplexi sumus Davisii lectionem, probatam Goerenzio, receptam a Schützio. *Mr.* Cf. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 324. seq. et Ast. ad locum de Legg. in Animadvv. p. 568. sqq. *Cr.*

Laudem mortui incisam quatuor] Pall. et Gulielmiani, *incisam ne plus*, quod et in editis a Victorio et Turnebo, poteratque revocari. Monendum tamen, Pall. supra habere, *excitare prius*, non, *exc. plus*, ut est in publicatis omnibus. Grut.

Incisam ne plus *quatuor herois versibus*] Vulgo *incisam quatuor herois versibus.* Et sane *ne plus* desunt in Eliens. et Harleian. primo. Ea tamen agnoscunt reliqui Codices tam nostri quam *Gruteriani*, et ea postulat ipse *Plato*, qui *ΜΗ ΠΛΕΙΩ* τεττάρων ἡρωικῶν στίχων dixit. Dav.

Incisam ne plus quattuor] Verba *ne plus* habent Cod. Guelf. Ed. Ven. 1494. Mediol., quinque Codd. Goerenzii, nostri omnes, itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Sturm. Comm. Tum recte Copp. Victt. b. Cod. M. Edd. Comm. Grut. Verb. et seqq. *herois* pro *heroicis*, quod est in reliquis. Pro *Ennius* Cod. W. *Emnius.* Tres Goerenzii et noster M. omisso *igitur* habent *Habemus quoque hujus.* Edd. Car. Steph. Sturm. Crat. Herw. Ald. Brut. Lamb. Goth. habent *summi viri de sepulcris;* sed Codd. MSS. nostri et ut opinor, cum nihil monuerint, Davisii et Goerenzii omnes, itemque Edd. Asc. 1. 2. et Par. vulgatum ordinem servant. Uterque singularis est; neque tamen reprobandus: vid. Beier. ad Cic. de Off. II. 7. 23. In Cod. Cr. scribitur *appellat Ennius. Hennius igitur:* ubi repetita nominis scriptione ejectum est vocabulum ab auctore profectum. *Mr.*

A quo item] Ita dedimus pro *iterum* ex conjectura Wagneri cum Goer. et Sch., jubente in scholis et ad marg. Ed. Goer. min. Wyttenbachio, quia non funerum sumtus in praecedentibus praefinitus est, sed sepulcrorum. Cf. Beier. ad Cic. de Off. II. 5. 12. In seqq. Codd. nostri Cr. W. M. male *sensibus.* — *Ex censibus* i. e. ex classe, qua quisque secundum possessiones suas existimatus ac taxatus est. Post haec in Cod. W. scribitur *a mnis — ad mnam*, qua Graeca forma non usi sunt Latini. *Mr.*

Dicit eadem illa *de inmortalitate animorum*] Quae, quaeso, sunt *eadem illa?* an eadem quae dicere solitus est? Non opinor. Lego, *deinceps dicit* ea divina *de inmortalitate animorum* etc. Loca *Platonis* huc pertinentia congessit *Eusebius* Praep. Evang. XI. 27. 35. XII. 6. XIII. 16. Dav.

Deinceps dicit eadem illa] Non possum, quin cum Wagnero et Goerenzio haec omnia, quae uncinis inclusi, admodum suspecta et spuria etiam existimem, cum neque deinceps aliquid ejusmodi apud Platonem sequatur, et, quae antecedunt pauca (p. 959. b. τῷ μὲν ἀγαθῷ θαῤῥαλέον, τῷ δὲ κακῷ μάλα φοβερόν·), ejusmodi sint, ut his verbis, quae uncinis inclusi-

minam. [Deinceps dicit eadem illa de immortalitate animorum, et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum.] Habetis igitur explicatum 69.
omnem, ut arbitror, religionum locum. Q. Nos vero, p.18 a.
frater, et copiose quidem: sed perge cetera. M. Pergam equidem: et quoniam libitum est vobis me ad haec impellere, hodierno sermone conficiam, spero; hoc praesertim die. Video enim Platonem idem fe-

mus, vix uti potuerit Cicero, ut alia taceam, quae reprehenderunt duumviri illi. Schützius ea omnia plane ejecit. Si ejicias, tamen cum Goer. lacunam paucorum versuum statues, ne duo deinceps enunciata eodem fere modo (*Habemus igitur*, *Habetis igitur*) incipiant. Wyttenbachius in scholis conjecit: *dicit divina illa*. Sed velim ille nobis divina illa in Platone monstravisset, quae Plato *deinceps* dixerit. *Mr.*

Religionum *locum*] Vulgo *religionis locum*. Nos vero MStum Parisinum sequimur. Sic *religionum legem* memorat infra III. 1. DAV.

Religionum locum] Ita etiam quinque Goerenzii, noster Cod. M. et Copp. Victt. b. Reliqui minus bene *religionis*. Solet enim hoc sensu noster plurali numero uti v. c. pro Domo sua I. 1. *ut clarissimi cives — r e l i g i o n e s — conservarent*. *Mr.*

Sed perge cetera] Editi olim *perge ad cetera*, sed sic nulli mss. nostri. Revocavit primum Victorius. GRUT.

Perge ad *cetera*] Vulgo *perge cetera*, quod Latinum non est. Nos igitur Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. editosque nonnullos repraesentamus. Apud *Tacitum* quidem Annal. II, 28. edunt *prospereque cessura quae pergerent:* quod parum recte dici merito statuit *J. Fr. Gronovius*. Lego *prospereque cessura quae* agerent: nam litteram caninam vacare notavit librarius. Cum tamen *perge cetera* dent Pall. et Paris. forte legi possit, *sed* perage *cetera*. M. Peragam *quidem*. Sic passim *Livius*. Vide I, 28. 32. II, 1. 8. III, 40. IX, 8. etc. DAV.

Sed perge cetera] Ita fere omnes Goerenzii libri, noster Cod. M. Edd. Par. et Comm. Quod cum ipse Davisius ne latinum quidem censuerit, non est mirum librarios addidisse *ad*, cujus loco subaudiendum est *exponere*. Ita noster ad Att. IV. 11. *perge reliqua*, quem locum laudavit Goer. Veri autem est similius, additum esse illud vocabulum, cum a Cicerone non esset scriptum, quam, si fuisset scriptum, a librariis esse ejectum. Tum scripsimus *pergam equidem* ut est in Codd. Goerenzii omnibus, nostrisque Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. etiam, quae ad manum sunt, vett. Una ex nostris Ed. Verb. habet *quidem*, unde propagatum videtur ad Ed. Ern. rell., cui tamen ex nostris unus suffragatur Cod. M. Sequens *et* abest a Cod. Cr.; in Cod. M. scribitur *nobis* pro *vobis;* pro *haec* est *hoc* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. *Mr.*

Peroratam esse uno aestivo die] Cod. Cr. *portam esse*, Cod. W. *peroratem esse;* pro *aestivo* Cod. M. *exstimo*, unde aliquis conjiciat antiquitus scriptum fuisse *existimo*, indeque, cum a librario quodam factum esset *aestimo*, a correctore procusum esse *aestivo*. Neque tamen vulgatae litem mo-

cisse, omnemque orationem ejus de legibus peroratam esse uno aestivo die. Sic igitur faciam, et dicam de magistratibus: id enim est profecto, quod, constituta religione, rem publicam contineat maxime. Att. Tu vero dic, et istam rationem, quam coepisti, tene.

veo. Sequens *sic* abest in Copp. Victt. b. In praecedd. vocem *spero*, cum in duobus libris non reperisset Goer., deletam mavult, quia Cicero vel *spero* posuisset ante *conficiam*, vel potius scripsisset *ut spero*. Neque tamen in tanto librorum consensu aliquid mutaverim. Nam cum ita dicere potuerit Cicero, ut scriptum est, cur non aliquo loco in libris, non ad unguem expolitis, ita dixerit? *Mr.*

Id *enim est profecto*] Vulgo *idem enim est profecto;* contra quam jubent et Codices et res ipsa. Dav.

Id enim est] Ita omnes Goerenzii Codd. nostrique, et Edd. Par. et Comm. Sed quam Dav. vulgatam appellat, eam nonnisi in Ed. Verb. reperio; in Edd. enim reliquis legitur *id est enim.* De scriptione *est enim* et *enim est* vid. Goer. ad Cic. de Fin. I. 13. 43. p. 60. ad Acadd. I, 5. 21. p. 34.

Ad v. *contineat* v. Ern. Clav. Cic. *Mr.* — *Const. rel.* i. e. posteaquam religio, tanquam fundamentum, constituta fuerit. *W.*

Et istam rationem quam cepisti] Palat. quart. et liber S. Victoris, *accepisti:* forsan *occepisti*, inquit Gulielmius. Grut.

Quam occepisti] Vulgo *quam coepisti.* Pal. quart. S. Victoris et Paris. *quam accepisti:* unde cum *Gulielmio* fecimus *quam occepisti.* Sic passim loquuntur *Plautus* et *Terentius.* Sic et *Tacitus*, *Livius*, aliique. Dav.

Quam coepisti] Quod scripsit Dav., Guilielmo obsecutus, *occepisti*, Ciceronis non est, neque in aliquo libro MSto legitur. Duo Goerenzii nostrique Codd. Cr. et W. Edd. Crat. Herw. Ald. Brut. Car. Steph. Par. Comm. Sturm. Lamb. Gothofr. vulgatam firmant, nisi quod in quibusdam est *cepisti.* Reliqui male *accepisti. Mr.*

M. TULLII CICERONIS

DE

LEGIBUS

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Diis immortalibus proximi et dignitate et potestate sunt magistratus. Itaque constituta religione statim Cicero de magistratibus leges, eodem modo prooemio et explicatione adjectis, subjecit, quibus eorum genera, potestas imperiumque definiuntur. Ita autem sapienter a majoribus tota haec rei publicae pars constituta videbatur, ut non multum in ea novandum putaret. Itaque descriptionem magistratuum Romanam retinuit et parum attulit novi. Explicationis magna pars interiit: in ea autem, quae restat, egregiae et sapientes de Legationibus liberis, de potestate tribunitia, de senatus sanctitate et integritate, de legibus tabellariis etc. disputationes reperiuntur. — Ern.

1. MARCUS. Sequar igitur, ut institui, divinum illum
1. virum; quem, quadam admiratione commotus, sae-
pius fortasse laudo, quam necesse est. Att. Platonem
videlicet dicis. M. Istum ipsum, Attice. Att. Tu
vero eum nec nimis valde umquam, nec nimis saepe
laudaveris: nam hoc mihi etiam nostri illi, qui nemi-
nem, nisi suum, laudari volunt, concedunt, ut eum
arbitratu meo diligam. M. Bene hercle faciunt. Quid
enim est elegantia tua dignius? cujus et vita et ora-
tio consecuta mihi videtur difficillimam illam socie-
tatem gravitatis cum humanitate. Att. Sane gaudeo,
quod te interpellavi, quandoquidem tam praeclarum
mihi dedisti judicii tui testimonium. Sed perge, ut
2. coeperas. M. Laudemus igitur prius legem ipsam
b. veris et propriis generis sui laudibus. Att. Sane qui-

Cap. 1. *Illum virum*] Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. habent *virum illum.* Tum offenditur Goer. lectione *quadam adm.* desideratque *nimia quadam adm.* Ego malim *quem equidem admir. Mr.*

Platonem videlicet dicis] Pall. Fabr. S. Victoris, *diligis.* GRUT.

Platonem videlicet dicis] Pall. Fabric. ac S. Victoris habent *diligis*, nec temeraria *Gebhardo* videtur talis concordia. Licet autem sic dent etiam Paris. Harleian. pr. sec. Balliol. Eliens. et Med. eorum tamen consensus haud facit, quin eam lectionem inter librariorum deliria numerem. DAV.

Platonem videlicet dicis.] Omnes Goerenzii Codd., uno excepto, itemque nostri habent *diligis*, Edd. autem vett. omnes *dicis.* Hoc quidem requirit ratio ipsa. Sed in tot librorum consensu equidem non tam praefracte dixerim, alteram lectionem in librariorum deliriis esse ponendam, vel Schefferi conjecturam, *dicis, quem diligis*, tam fastidiose rejecerim, ut fecit Goer.; quamquam, ut sine libris recipiatur, non postulo et in vulgata, quae librorum auctoritate non destituitur, acquiesco. — In seqq. Cod. W. *tu enim* pro *tu vero.* — *Nostri illi* sunt *Epicurei.* Vid. Lucret. de Rer. Nat. III. init. et Cic. de Fin. I, 5. 14. quae loca laudavit Wagn. — Post haec Cod. M. habet *conceditur — diligant.* Ad v. *arbitratu* v. Cr. ad Cic. de N. D. p. 721. — Pro *hercule*, quod dedit Dav., scripsimus, ut supra II. 4. 8., *hercle*, quam formam exhibent quinque Goerenzii Codd. et nostri omnes, itemque Edd. vett. quae ad manum sunt. *Mr.*

Elegantia] *Elegantia* non tantum refertur ad pulcritudinem morum et orationem, verum etiam ad animi moderationem in usu aliorum hominum, quae est virtus, quam hodierni barbare dicunt *discretionem.* Ceterum de moribus Attici v. Corn. Nep. Att. I. et XV. et nostrum ad Fam. V. 5. — §. 2. *Laudemus* i. e. citemus, referamus legem civilem, eamque suis laudibus suadeamus, quod

dem, sicut de religionum lege fecisti. M. Videtis igitur, magistratus hanc esse vim, ut praesit, praescribatque recta et utilia et conjuncta cum legibus: (ut enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus:) vereque dici, magistratum legem esse loquentem; legem autem, mutum magistratum. Nihil 3.
porro tam aptum est ad jus conditionemque naturae: (quod cum dico, legem a me dici, nihil aliud, intelligi volo,) quam imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus

fit Cap. 3. et 4. et similiter factum erat de lege sacra L. II. c. 18. *W.* — In Cod. W. a prima manu scriptum erat *ludemus*, ibid. est *veriis* pro *veris;* pro *et*, quod sequitur, in Copp. Victt. b. est *sed. Mr.*

Sicut de *religionum lege fecisti*] Lego *sicut* in *religionum lege fecisti.* Ita certe loquitur infra cap. 5. DAV.

Ut enim magistratibus etc.] Verba *ut* — *magistratus* in parenthesi posuimus cum Goer. et Sch. ut constructio melius procedat; cum iisdem etiam delevimus *potest* post *dici*, quod abest a quatuor Goerenzii Codd. et nostro Cod. Cr. In Cod. Cr. oculo scriptoris aberrante omissa sunt verba *magistratibus* — *praesunt;* pro *ita* in Copp. Victt. b. scribitur *et hi. Mr.*

Magistratum legem esse loquentem;] Ad sententiam cf. Livii verba II. 1. init. — *annuos magistratus, imperiaque legum potentiora, quam hominum. Cr.* Videtur expressum esse ex Aristotelis dicto de poetica et pictura, picturam esse poësin tacitam, poesin autem picturam loquentem. Aristot. de Arte Poet. XXVI. 2. p. 71. Hermann. *W.* — Pro *legem autem* Cod. Cr. *lege autem*, idem *conditionem* omisso *que. Mr.*

§. 3. *Legem a me dici nihilque aliud intelligi volo*] Ita Palat. quart. reliqui *nihil aliud*, quod et in editionibus omnibus, ante quam operi huic manum admovisset Victorius. Is enim delevit par illud vocum, secutusque eum Turnebus et Aldus Nepos et alii; an recte, nescio. Nam quod Lambinus asseveret, duas illas lectiones deletas in Memmiano, nihil eum juvat; cum non constet, a quo sint deletae; certe non quo jure. GRUT.

Legem a me dici, nihil aliud, *intellegi volo*] Voces *nihil aliud* omisit *Victorius*, et eas in Codice *Memmiano* recte deletas censuit *Lambinus.* Immerito quidem; cum in Paris. Harleian. pr. sec. Balliol. Med. Eliens. aliisque MSStis reperiantur, nec omnino sint incommodae. *Seneca* Cons. ad Helviam cap. XVI. *Fuerim tantum*, nihil amplius, *doliturae domus piamentum.* Sic et alii scriptores plurimis in locis, quae se legentibus offerent. DAV.

A me dici intelligi volo] Sic restitui, emendationem codicis *Memmiani* secutus: in quo duae voces, *nihil aliud*, deletae sunt: quas verisimile est ab aliquo sciolo additas esse, quasi ea, quae sequuntur, *quam imperium*, ad illas referri deberent: cum haec quae dico, *quam imperium*, pendeant ex illis superioribus, *Nihil porro tam aptum* etc. LAMB.

Quod cum dico etc.] Verba *nihil aliud* absunt in Copp. Victt. b.

stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam et hic deo paret, et huic obediunt maria terraeque, et hominum vita jussis supremae legis obtemperat.

2. Atque, ut ad haec citeriora veniam et notiora
4. nobis, omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperii primum ad homines justissimos et sapientissimos deferebatur: (idque in

Edd. Par. Lamb. Comm. eaque uncinis inclusit Goer., qui idem in Ed. min. etiam vocem *intelligi* incluserat. Quod magis probaverim; nam, ut ipse Goer. sensit, isti infinitivi pass. *dici intelligi* duriuscule sonant. Schützius cum Grutero scripsit *nihilque*. Mihi videtur Cicero scripsisse *quod cum dico, legem intelligi volo*, ut glossatoris, qui verbum *intelligi* explicare vellet, sint verba: *a me dici, nihil aliud. Mr.*

Hic Deo paret] Sane non videtur haec lectio; nam *pronomen* ad *mundum* referatur necesse est. At hoc modo supervacanea fient ea quae sequuntur, *huic obediunt maria terraeque;* cum *maria terraeque* mundi sint partes. Eliens. Med. et Harleian. pr. exhibent *huic Deo paret*. Lego *huic* caelum *paret*, imperio nempe. Forsan etiam non male reponas, *huic* Deus *paret*. *Euripides* Hec. vs. 798. *Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὡ ΚΕΙΝΩΝ ΚΡΑΤΩΝ ΝΟΜΟΣ.* Hinc *νόμος βασιλεὺς εἰκότως ἀνθρώπων καὶ θεῶν κέκληται*, ut ait *Dion Chrysostomus* Orat. LXXXV. pag. 645. Dav.

Nam et hic deo paret, et huic] Wagn. *huic* ita explicat: sc. mundo vicissim, lege per universum mundum pertinente; laudatque Aristot. de Mundo c. 6. Sed vere monet Goer. *huic* ad deum esse referendum. Idemque sensit Wyttenb. addens in scholis: ut initio Lib. I. et II. omnis juris legumque origo repetitur a summo Jove, ita hic idem deus significatur. Hac cum imagine convenit egregius Horatii locus Carmm. III. 4. 45. Ceterum pro *hic* est *huic* in Cod. Cr., *hoc* in Ed. Asc. 2. In Cod. W. scribitur *oboediunt*, ut scribitur in Cod. librorum Cic. de Rep., quos nuper edidit A. Majus. *Mr.*

Cap. 2. §. 4. *Ut ad haec citeriora veniam*] Pal. quart. editioque Victorii: *certiora*, nihilo pejus; olim vulgati destituebantur pronomine *haec*, additum est e libris. Grut.

Atque, ut ad haec citeriora veniam] Codd. Cr. et W. *Namque* pro *atque*. Vox *ad* omittitur in duobus Goerenzii libris; in quinque ejusdem, nostrisque omnibus et Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Lamb. Goth. omittitur *haec*, denique in duobus Goer. Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. est *certiora*. Sed nihil mutandum; neque Goerenzii conjecturâ *atque ut citeriora videamus* opus est. *Citeriora* sunt propiora, humana. *Mr.*

Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt] *Aristoteles* lib. I. Pol. [c. 2.] *Διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη.* Ursin.

Omnes antiquae gentes etc.] Scribitur *gentis* in Codd. Cr. et W. Ad rem cf. Cic. de Rep. I. 36. p. 94. ib. Maj. Idem liber conf. ad sequentia *quod genus imperii* etc. videlicet cap. 31. p. 80. *Mr.*

Ad homines justissimos et sa-

re publica nostra maxime valuit, quoad ei regalis potestas praefuit;) deinde etiam deinceps posteris prodebatur: quod et in his etiam, qui nunc regnant, manet. Quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere voluerunt. Nos autem, quoniam leges damus liberis populis; quaeque de optima re publica sentiremus, in sex libris ante diximus; accommodabimus hoc tempore leges

pientissimos] Palatin. quart. non admisit *et sapientissimos*. Viderique queat minus necessarium: nam et Justinus libro I. cap. 1. *Reges ad fastigium hujus majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio*, verum nihil pertendo provehebat. GRUT.

Ad homines justissimos et sapientissimos] Duas ultimas voces nescit Pal. quart. eaeque *Gebhardo* minus necessariae videntur. Omnino male. *Cicero* Offic. II, 12. *Hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero ut iidem etiam PRUDENTES haberentur, nihil erat quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur.* Auctoribus quos laudarunt Interpretes ad *Justini* I, 1. adde *Dionysium* Halicarnassensem lib. II. c. 58. et l. V. c. 74. DAV.

Idque in *Rep. nostra*] Paris. *idque* ut *in Rep. nostra*. Lego *idque* et *in Rep. nostra*. DAV.

Idque in re publica nostra] Cod. M. *idque ut in — quousque ei regalis — deinceps possis prodebatur*. Quinque etiam ap. Goer. libri *ut* addunt. Codd. Cr. et W. *quod et* pro *quoad ei*. *Mr*.

Deinde etiam deinceps posteris] Cod. Cr. inverso ordine *posteris deinceps*. *Mr*. — Illud *deinde — deinceps* non habet gratiam hoc loco. Nec *prodebatur* potest intelligi: quid enim prodebatur? Mallem *deinceps posteris tradebatur*, puta: *genus illud imperii*, quod ex superioribus huc trahendum. Nam eodem modo lib. II. de Off. *deinceps regna posteris per manus a patribus tradita sunt*. Illud *deinde* glossa est vocis *deinceps*. Postea conjunctio *etiam* interposita. *Scheffer*. — Non diffiteor, me quoque offensum esse scriptione *deinde — deinceps*; sed simili tamen modo noster in Bruto 90. 312. *deinceps inde multae causae, quas* etc. Et infra c. 19, 43. est: *Sunt deinde posita deinceps* i. e. *post haec* et *suo ordine*, *certaque serie*. — *Prodere* autem pro *tradere* apud nostrum non tantum in tritissimo illo *memoriae prodere* frequentatur, sed etiam plane ut nostro loco: vid. modo Or. pro Milon. 30. 83. extr. *qui sacra — nobis, suis posteris, prodiderunt*. *Mr*.

Quod et in his etiam] Nihil muto in omnium, quotquot innotescunt, librorum consensu. Quod vero monet Goer. *et — etiam* poni pro *vel adeo*, id lubens ei concedo, si dicitur *et* copulative vel praecedente alio *et*; sed ita, ut hoc loco, ubi significare debet *etiam in his*, addi centies *etiam*, ut ait Goer., velim aliquot certe exemplis comprobasset. Nam quem unum hujus constructionis ex Cicerone laudat locum Schellerus in Lex. et in Gramm. p. 753. ex Epp. ad Fam. V. 12. extr. *addam et illud etiam*, is ibi non legitur, sed Lib. V. 2. ubi vero Martiny-Laguna p. 215. recte edidit: *Addam*

5. ad illum, quem probamus, civitatis statum. Magi-
stratibus igitur opus est; sine quorum prudentia ac
diligentia esse civitas non potest; quorumque descri-
ptione omnis rei publicae moderatio continetur. Ne-
que solum his praescribendus est imperandi, sed
etiam civibus obtemperandi modus; nam et qui bene
p. 185 a. imperat, paruerit aliquando necesse est; et qui mo-
deste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus

illud etiam, ut est in Edd. Ascc. Crat. Herw. Car. Steph. Lamb. Goth. Wechel. 1601. (quam curavit F. Sylburg.) et Rob. Steph. Quod est in tribus Goerenzii libris et nostro Cr. *iis* pro *his*, id minus bene scribitur h. l.; de earum vocum permutatione vid. quae notavimus ad Cic. de N. D. I. 5. p. 23. coll. p. 808. quibus adde, quae disputavimus ad eundem locum in Ed. min. p. 11. not. 37. *Mr.*

Qui nunc regnant] Prorsus legendum *regnantur:* ut recte monuit eruditissimus *Clericus:* loquitur enim de populis, qui regibus parent sive *βασιλεύονται*. *Servius* quidem ad Aen. III, 14. ait, Regnata *participium est sine verbi origine*. Quasi *regnor* non diceretur. Eum tamen falli docebunt exempla. *Livius* I, 17. Regnari *tamen omnes volebant*. Ibi vide *J. Fr. Gronovium*. *Tertullianus* Apol. cap. xxv. *Etiam si qui non regnarunt, tamen* regnabatur *ab aliis nondum cultoribus suis, ut qui nondum Dî habebantur. Ergo aliorum est regnum dare, quia* regnabatur *multo ante quam isti Dî inciderentur*. Lege *Dî viderentur*. Et cap. xxvi. *Cujus est et orbis qui* regnatur, *et homo ipse qui regnat*. *Cassianus* Collat. I. cap. 13. *Ipsi caeli incipiant a Christo* REGNARI. *Seneca* Thyest. vs. 215. *Precario regnatur*. Sic passim *Tacitus*. Adi *Curtium Pichenam* ad Annal. xiii, 54. Dav.

Qui nunc regnant] Intellige *reges* v. *regibus:* tum nihil opus est mutatione, ut jam monuerunt, sed dubitanter, Ern. et Wagn. In seqq. Cod. M. habet *non bene memini, sed non*. *Memini* est etiam in Cod. Cr. — *Mr.*

In sex libris ante diximus] Tres voces priores non visuntur in Pal. quart. Grut.

Quem probamus] I. e. ad eam rei publicae formam, quam in libris de re publica probavimus. *W.*

Magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest] Locus sumptus ex lib. VI. Pol. *Aristotelis* [cap. 8.] *Τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀρχῶν χωρὶς ἀδύνατον εἶναι πόλιν.* Ursin.

Magistratibus igitur opus est] Vocem *est* non habent Codd. Cr. et W. In Cod. Cr. primum scriptum fuit *esse non potest civitas*, quod postea correctum est. *Mr.*

Quorumque descriptione] Vulgo *quorum descriptione*. Nos conjunctionem fide MSStorum Paris. Harleian. pr. sec. Eliens. Med. ac Ball. addidimus; id quod postulat orationis concinnitas. Sed et ita *Victorius* edidit. Dav.

Quorumque descriptione] Nostri quoque et Goerenzii Codd. omnes, itemque Edd. Par. Comm. et Sturm. habent *quorumque*, idem etiam reperit Ern. in MS. Guelf. *Mr.* — *Descriptione* i. e. ordinatione, in suas classes redactione. *W.*

Sed etiam civibus obtemperandi modus] Hotomannus lib. VIII. c. 7.

esse. Itaque oportet et eum, qui paret, sperare, se aliquo tempore imperaturum; et illum, qui imperat, cogitare, brevi tempore sibi esse parendum. Nec vero solum ut obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam, ut eos colant diligantque, praescribimus, ut Charondas in suis facit legibus. Noster vero Plato

Observationum habet pro adulterino *civibus*, mihi non videtur. Grut.

Sed etiam civibus *obtemperandi modus*] *Fr. Hotomannus* Observ. VIII, 7. vocem *civibus* ejicit ut adulterinam, quia toto hoc loco de solis magistratibus *Tullium* locutum censet. Sed egregie fallitur: nam vox illa prorsus est orationi necessaria, nec eorum est, qui summae Reip. praesunt, *obtemperare* sed *imperare*. Idem.

Nam et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est] *Aristoteles* lib. VII. Pol. [cap. 14.] *Τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον.* Et paullo post: *Ἐπεὶ δὲ πολίτου καὶ ἄρχοντος τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναί φαμεν καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνδρός· τὸν δ' αὐτὸν ἀρχόμενόν τε δεῖ γίγνεσθαι πρότερον, καὶ ἄρχοντα ὕστερον· τοῦτ' ἂν εἴη τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνωνται.* Ad hunc locum quin respexerit *Cicero*, dubitandum non est. Ursin.

Qui bene imperat etc.] Solonis est gnome: *ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν, ἄρχειν ἐπιστήσῃ.* Ap. Stobaeum Serm. CXLIX. p. 518. Ed. Wechel. 1581. Serm. CIIII. p. 174. Ed. Aurel. Allobr. 1609. in Excerptis Ant. et Maximi Monach. *Mr.*

Qui bene imperat] Stagiritae loco, quem laudavit *Ursinus*, addatur Polit. III, 4. *Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα.* Ad Platonem tamen potius quam Aristotelem *Tullius*, ut opinor, respexit. *Plutarchus* Polit. Praecept. p. 806. *Ὡς οὐδὲ ἄρξαι καλῶς τοὺς μὴ πρότερον ὀρθῶς δουλεύσαντας, ἤ φησιν ὁ Πλάτων, δυναμένους.* In animo videtur habuisse lib. VI. de Legg. p. 618. ubi sic Philosophus, *Δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διανοεῖσθαι περὶ ἁπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου, καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι.* Vide *Senecam* de Ira II, 15. Vide *Cassianum* de Inst. Coenob. II, 3. et ibi *Gazaeum*; ac *Gatakerum* ad Antonini XI, 29. Dav.

Videtur qui aliquando imperet dignus esse] Paris. et Balliol. *imperare dignus esset.* Lego *videtur, qui aliquando* imperaret, *dignus esse.* Dav.

Videtur, qui aliquando imperet, dignus esse] Cod. W. *videtur mihi aliquando — dignus est.* Cod. M. *imperare — dignus esset.* In eodem abest sequens *eum* et mox scribitur *imperatur — sibi esse imperandum.* A Cod. Cr. abest *sibi.* Pro *solum* Cod. M. *solo;* pro *ut* Cod. W. *no*; tum Copp. Victt. b. *optemperent.* Ita in Cod. Vat. librorum Cic. de Rep. scribitur *optinere.* Sequens *eos* omittitur in Cod. M. *Mr.*

Ut Charondas in suis facit legibus] Hanc in rem Charondae verba suppeditabit *Stobaeus* Serm. XLII. pag. 290. Dav.

Titanum e genere eos statuit, qui ut illi coelestibus] Gulielmius collocat defectus notam post *eos* et legit, *quia ut* etc. Videtur sane aliquid deesse. Grut.

Titanum e genere statuit eos] Lib. III. de Legg. pag. 595. p. 701. St. *Ἐφεξῆς δὴ ταύτῃ τῇ ἐλευ-*

Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi caelestibus, sic hi adversentur magistratibus. Quae cum ita sint,
6. ad ipsas jam leges veniamus, si placet. Att. Mihi vero et istud, et ordo rerum iste placet.

θερία ἡ τοῦ μὴ ἐθέλειν τοῖς ἄρχουσι δουλεύειν γίγνοιτ' ἄν. — Πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῷ τέλει ὅρκων καὶ πίστεων καὶ τοπαράπαν θεῶν μὴ φροντίζειν, τὴν λεγομένην παλαιὰν ΤΙΤΑΝΙΚΗΝ φύσιν ἐπιδείκνυσι καὶ μιμουμένοις. Post has autem *Tullii* voces aliquid deesse censent *Gulielmius* et *Gebhardus*. Eos vero fugit ratio. Idem de *Lambino* dicendum; cui paullo post vox *hi* supervacua videtur. Sic enim sexcenties loquuntur probatissimi scriptores. Vide nos ad Acad. II, 25. Dav.

Titanum e genere] Titanes et Gigantes diis bellum intulerunt, diversum utrique et tempore et loco. Cicero utriusque meminit de Nat. Deorr. II. 28. [ib. Cr. p. 521. sq.]. De Titanum bello prodidit Hesiodus Theogoniae versu 660. sqq. Ovid. Fast. III. 795. Apollodor. I. 1. De Gigantum bello ejusdem est Apollodori locus I. 6. Ovid. Metamorph. I. 151. Utriusque mentio conjungitur ab Horat. Carmm. III. 4. 43. sqq. *W.* — Add. Creuzer. Symb. et Myth. II. p. 430. 440. *Mr.*

Qui, ut illi coelestibus] Cod. W. pro *sic hi* habet *sic ii;* male. *Hi* vero optime se habere, neque, ut scriptum est in marg. Ed. Lamb., supervacaneum esse, nostro quoque loco adhibito probavit Wopkens. Lectt. Tull. I. 5. p. 25. — In fine capitis in Codd. Cr. W. Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. Sturm. et Comm. scribitur *iste rerum* pro *rerum iste*. Sed reliqui nostri et tres Goerenzii eum, quem dedimus, ordinem tuentur. *Mr.*

Iusta imperia sunto:] Ad argumentum de *imperio* magistratuum vide Gellium in N. A. XIII. 12. ubi in primis Varronis verba de imperio magistratuum tenenda sunt; cf. Sigonium de Jure Antiquo Populi Romani I. 20. p. 220. et Heineccii Antiquitt. Romanarr. Jurisprudentiam illustrantium Syntagma Lib. IV. Tit. VI. §. 5. p. 659. sq. ed. Haubold. ubi hic ipse locus Tullii adjici debet. — Ad verba *Magistratus — ratumque esto* consule Hugonem in *Gesch. d. Röm. Rechts.* Period. I. II. IV. p. 255 — 257. ed. octav. *Cr.* — Cod. Cr. *sumpto* pro *sumto*. Tum idem cum Cod. W. *iisque civis*, posterius, ut antiquam formam, recepimus; prius item cum Schützio, ut rei convenientius, cum omnes nostri et scripti et editi habeant *iisque*, neque adversetur Cod. M. in quo est *hijsque*. Goerenzii libri exhibent *hisque*, quod dedit etiam Dav. *Mr.*

Nec obedientem et noxium civem] Membranae nostrae quatuor *et innoxium*, reperitque item in suis Turnebus: adeo ut ita restituendum videatur; vel certe, *et in noxia civem*. Grut.

Nec obedientem et noxium *civem*] Codices *innoxium;* ac ita restituendum censuit *Gebhardus*, vel certe *in noxia civem*. MSStorum tamen lectio sensum parit auctoris menti contrarium. Itaque legerim *nec obedientem* nec innoxium *civem;* vel, quod eodem redit, receptam scripturam non moverim. Dav.

Nec obedientem et noxium civem] Omnes quoque Codd. nostri, et quibus Goer. usus est, in lectione *innoxium* consentiunt; Edd. autem Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *et nocuum*, posteriores duae in varr. lectt. et reliquae omnes *et noxium*, quo vocabulo Cicero

M. IUSTA IMPERIA SUNTO; IISQUE CIVIS MODESTE AC SINE RECUSATIONE PARENTO. MAGISTRATUS NEC OBEDIENTEM ET NOXIUM CIVEM MULTA, VINCLIS, VERBERIBUS COERCETO: NI PAR MAIORVE POTESTAS POPULUSVE PROHIBESSIT; AD QUOS PRO- 3.

alibi non magis, quam verbis *nocuus* et *nocivus* utitur. Schefferus existimabat *innoxium* stare posse, si significet *valde noxium*, ut *incanus* significat *valde canus*. Quod non facile cuiquam probabitur. Gebhardi conjectura *in noxia civem* (ut est in fine hujus legis c. 4. §. 11. *noxiae poena par esto*) prorsus placet Goerenzio; et mihi quoque magis quam Davisii ratio probatur. Sed, ut fatear, quod est, ego certissimam credo vulgatam lectionem, ejusque antiquam corruptionem inde ortam censeo, quod librarii crederent, *nec* jungendum esse cum verbo *coerceto*, et vetari, ne civis obediens poenis afficiatur. Quare necessario alterum civis obedientis ἐπίθετον mutandum fuit in *innoxium*, cum ignorarent *nec obedientem* esse i. q. *non obedientem*. Post haec scripsimus priscâ formâ *vinclis*, ut est in tribus Codd. Goerenzii; tum dedimus *verberibus* pro *verberibusve;* nam et abest syllaba *ve* a duobus Codd. Goer. et varie scribitur in aliis; Cod. enim M. et Copp. Victt. b. habent *ne*, Cod. Cr. *que*. Goer. quoque malebat omissam illam syllabam. Quae sequuntur, scribuntur in Cod. M. *cohercendo imperat major vero*, in Cod. W. *coherceto impar. Major vero* etiam est in Copp. Victt. b. *Mr.*

Ni par etc.] I. e. si censor aliquem civem volebat punire, alter censor, i. e. par potestas, poterat prohibere: aut si quaestor poenam imponeret, prohibere poterat praetor, consul i. e. major potestas, ad quos provocatio esset puniendis. *W.* — Pro *populusve* est *populosque* in Cod. Cr., et *populo prohibuit* in Cod. M.; unus apud Goer. habet *populo sine*, unde haud absone suspicatur Goer., prisce scriptum fuisse *populosve*. Pro *esto* quatuor Goerenzii et noster Cod. M. exhibent *est*. Ad rem cf. Cic. de Rep. II. 31. p. 192. ubi est: *Itemque ab omni judicio provocari licere judicant XII Tabulae compluribus legibus. Mr.*

Cum magistratus judicassit inrogassitve; per populum multae, poenae certatio esto] Multam vel poenam pronuntiare solitus est Magistratus, eamque populus aut jubebat aut remittebat; id quod *multae, poenae certatio* vocabatur. Vide *Car. Sigonium* ad *Livii* XXV, 3. Pal. autem quartus, Paris. et Ven. 1571. habent *judicassit interrogassitve*, quo modo reponendum censuit *Gulielmius*. Omnino praeter rem: Magistratus enim erat *irrogare multam*, non *interrogare;* nec ita quisquam locutus est. DAV.

Judicassit inrogassitve] Pal. quart. *interrogassitve*, quomodo emendandum divinabat Gulielmius. Sed non video, quei heic locum habere debeat prae altero; sic tamen etiam habet Aldi vetus. GRUT.

Judicassit inrogassitve, per populum etc.] Videtur legendum, *multamve inrogassit* etc. seu *inrogassitve multam* etc. LAMB.

Iudicassit inrogassitve;] Nihil opus est addere *multam*, quam nemo non ex statim subsequentibus ad v. *inrogassit* subaudiet, sicuti poena ad *judicassit* referenda est. Scribitur in Cod. M. *judicasset interrogassetve;* in Cod. Cr. *judicassit inter ro. ve. po. ve populum multe pene certatio est;* in Cod. W. *judicassit interrogassitve*. Pravam lectionem *interrogassitve* habent etiam Edd. Crat.

vocatio esto. Cum magistratus iudicassit inrogassitve; per populum multae, poenae certatio esto. Militiae ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto: quodque is, qui

Brut. et Sturm. In Ed. Herw. est *errogassitve*, ubi vides erroris illius originem. Ex lectione Cod. Cr. aliquis conjiciat *irrogassitve poenam. Mr.*

Certatio esto] I. e. accusatio et defensio, quae Graecis item dicitur ἀγών, i. e. certamen [v. Lycurg. in Leocrat. p. 140. Reisk.]. *Per populum* i. e. in concione populi. *Multae*, *poenae* dicitur per ellipsin pro *multae aut poenae.* — *Militiae* dicitur pro *in bello. W.* — In Cod. W. est *malitiae;* in Cod. M. legitur: *qui imperabit jus ratumque provocatione esto. quod is qui;* in Copp. Victt. b. *ne cesto quoque.* Voluit sine dubio *nec esto:* et ita scribitur *nec* infra c. 4. §. 10. *senatori, qui nec aderit:* neque vero ante imperativum. Tum dedimus *geret* pro *gerat* cum Goer. et Sch. ex quatuor Codd. apud Goer. et Edd. Vict. Par. et Comm., et ita solet noster in his legibus. Vox *geret* abest a Cod. Cr.; in eodem scribitur *jusjurandumque esto. Mr.*

Jus ratumque] I. e. justum et irrevocabile: *ratum* opponitur *irrito* et habet conjunctam originem cum vocabulo rationis. — Qui sint *magistratus minores* et *majores*, patet ex comparatione hujus cum loco Messalae apud Gellium XVI. c. 15. *Majores* sunt in militia *Imperator;* domi *Consules, Praetores, Censores: minores* in militia *Tribuni;* domi *Quaestores, Triumviri capitales, Decemviri litibus judicandis, Aediles, Triumviri monetales. W.*

Plures in pluria sunto] *In proelia* habent vulgati nonnulli libri, et item MSS. quod non placet. Alii legunt *in pluria:* quod non probo: alii, *in plera*, quod etiam probo. *Plera* autem antiquum, id est, pleraque. Lamb.

Partiti juris, plures in plera sunto] Est a Victorio et Turnebo; alluduntque fere mss. nostri ut prius publicati, *periti juris plures in* praelia *sunto.* Grut.

In plera *sunto*] Codices *in proelia;* quod innuere videtur *in pluria*, quemadmodum *Lambinus* emendavit. Adi sis *Agellium* V, 21. Dav.

Partiti juris, plures in pluria sunto] Codd. Cr. et M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. Sturm. Car. Steph. male *periti juris plures in praelia sunto;* Cod. W. *partiti — praelia.* Copp. Victt. a. et b. *partiti juris plures im imploera.* Edd. Par. et Comm. *partiti — plera*, et ita posteriores ediderunt. Nos cum Goer. et Sch. Lambinum secuti sumus, cum omnes fere libri MSS. habeant *praelia* v. *proelia* v. *prelia*, unus Goer. *pluralia*, quae omnia orta videntur ex ignota scribis forma *pluria*, de qua vid. Gell. N. A. V, 21. ib. Gronov. p. 342. sq. *Pluria* etiam probavit Wytt. in scholis, et ita hunc locum explicat: plura sunto munera, v. c. Quaestura, Aedilitas, cetera, quae modo dicta sunt, in quorum unoquoque plures sunto praefecti ac magistratus, qui inter se jus administrationis partitum habent. — Pro *militiae*, quod de minoribus magistratibus intelligendum est, Copp. Victt. b. habent *meliciae.* Cum Ern. nescio unde dederit *qui jussi erunt*, merito id operarum vitio tribuit Goer. dicitque, si *quibus* scribatur, recte ei respondere *eorumque*, neque opus esse Manutii emendatione *aerariique.* Sed offenduntur Wagn. et Rath. scriptione *imperanto*, quorum ille

BELLUM GERET, IMPERASSIT, IUS RATUMQUE ESTO. MINORES MAGISTRATUS, PARTITI IURIS, PLURES IN PLURIA SUNTO. MILITIAE, QUIBUS IUSSI ERUNT IMPERANTO, EORUMQUE TRIBUNI SUNTO.

desiderat et fidentes nos scribere jubet *obtemperanto*, hic: *a quibus jussi erunt, iis parento.* Quo facto hi duumviri prodiderunt, se non intellexisse legis sensum orationisque structuram. Sensus est: in bello magistratus minores iis imperanto, quibus imperare jussi erunt, et sint eorum tribuni. — In Copp. Victt. b. pro *erunt* est *erant. Mr.*

Aerariique *tribuni sunto*] Sic duo veteres libri. Placet. Nam et auctoritatem habet antiquitas; et *aerarii* addi placet, ut aerarii Tribuni distinguantur ab aliis tribunis; nempe a tribunis mil., a tribunis pl. P. MANUC.

Vincla sontium servanto] Iterum prisce scripsimus *vincla* cum Goer. Pro *servanto* in Copp. Victt. b. est *spernanto.* Ad rem laudat Wagn. Liv. 39, 14. Sall. Cat. 47. — Pro *vindicanto* est *judicanto* in Cod. M. *Mr.* Ad v. *publice* v. *Marini gli Atti de' Fratelli Arvali*, II. p. 571. *Cr.*

Stlitis contractas judicanto] Ita dedimus cum Goer. et Sch. cum in uno Goer. libro sit *si litis*, in altero *se litis*, in tertio, nostro M. et Copp. Victt. b. *litis* pro vulgato *lites.* Codd. Cr. et M. habent *contractus*, posterior omittit vocem *judicanto. Mr.*

Domi etc.] De his *Triumviris* adde iis, quae Turnebus collegit, Reimarum ad Dion. Cass. LIV. 26. p. 756. sq. et quos Bachius laudavit in H. I. R. II. 1. 6. De *triumviris capitalibus* vid. Lipsius ad Tacit. Annall. V. 9. Wasse ad Sallust. Catilin. c. 58. p. 194. qui τοὺς ἕνδεκα Atheniensium comparat. De his vid. Polluc. Onom. VIII. 102. 121. Sturzii Lex. Xenoph. II. p. 174. sq. et *Ullrich.* in Append. ad quatuor Dialogg. Platonn. Berolin. 1821. p. 223—273. De *monetalibus* consule, praeter laudd., Ezech. Spanhem. de U. et P. Numismm. II. p. 167. et Eckhel D. N. V. Vol. V. p. 61. sqq. *Cr.*

Quodcunque senatus creverit, agunto] Graevius ex Codd. MSS. in marg. Ed. Comm. enotavit lectionem *quod quodcunque.* Pro *creverit* est *decreverit* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par.; sed Crat. et Herw. in varr. lectt. recte *creverit*, haec enim est forma antiquior. *Mr.*

Suntoque aediles etc.] Intellige *curules.* Pro *sunto* Cod. W. *sunt.* Tum nostri libri et Edd. vett. praeter Lamb. omnes minus bene *curatores.* Ad rem vid. Excurs. XII. — In seqq. pro *ollisque* Cod. M. habet *omniumque. Mr.*

Is primus ascensus] In Rep. Romana, ad quam ferre leges suas accommodat *Tullius*, Aedilitatem praecessit Quaestura. *Ulpianus* Digg. lib. I. Tit. XIII. §. 3. Quaestura *ingressus est et quasi primordium gerendorum honorum sententiaeque in Senatu dicendae.* Hac de caussa Quaesturam *primum gradum honoris* vocat *Cicero* Act. prima in Verrem cap. IV. Quin et Sylla Dictator στρατηγεῖν ἀπεῖπε πρὶν ΤΑΜΙΕΥΣΑΙ, καὶ ὑπατεύειν πρὶν στρατηγῆσαι, prout docet *Appianus* B. C. lib. I. p. 687. Vide sis et *Aurelium* ad *Taciti* Ann. III, 29. ac ipsum *Tacitum* XIII, 29. Aedilitas tamen honor fuit curulis, et ex ea ad Praeturam majoresque Magistratus via. DAV.

Is primus adscensus esto] Cod. M. *hiis* pro *is.* Wytt. ad marg. Ed. Goer. min. conjecit *quaestura* (pro *is*) *primus ascensus esto:* fuit enim primus gradus *quaestura:* Vid. not. Dav. Sed cum

Domi pecuniam publicam custodiunto: vincla sontium servanto: capitalia vindicanto: aes, argentum, aurumve publice signanto: stlitis contractas iudicanto: quodcumque senatus creverit, agunto. 7. Suntoque aediles coera-

et libri consentiant, et *aedilitas* re vera is magistratus fuerit, unde, utpote a prima dignitate curuli, ad *ampliores* magistratus via esset, nihil muto. Pro *primus* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. *prius* legitur. *Mr.*

Censores populi, civitatis soboles, familias pecuniasque censento] Veteres libri *aevitates, soboles* etc. Sed neque hic tantum, sed aliis etiam locis in hac lege hoc nomen restituimus, cum semper in eundem errorem incidisset Librarius: ut paullo post, Exin *pecunias*, aevitates, *ordines partiunto;* cum antea *civitatis* esset. *Aevitas* autem pro *aevo* in usu fuit apud antiquos, auctore *Nonio Marcello* de proprietate verborum, qui etiam adducit e *Varronis* Tithono vel περὶ γήρως hunc locum: *Qua voluntatem aevitatis extima attigit metam aevitas.* Studiose autem in hac lege describenda *Cicero* prisca verba sectatur. Victor.

Censores etc.] Ad rem vid. Excurs. XII. In Codd. Cr. W. M. est *Censoris;* in Codd. Cr. et M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *civitates*, Asc. 1. *civitatis*, unde nos cum Goer. scripsimus *aevitatîs* et *sobolîs. Mr.* — *Aevitates* i. e. civium numerum secundum varias aetates; *soboles* i. e. progeniem natorum, *familias* i. e. famulos et servos; *pecunias* i. e. possessiones inanimatas. *W.* — Non est, quod ex aliquot libris (quibus ex nostris nullus suffragatur) corrigas *tuentor;* est enim prisci sermonis *tuento*, qualia Activa pro Deponentibus sunt admodum frequentia. *Mr.*

Urbis templa etc.] Ad rem vid. Liv. IV. 8. — Post haec scripsimus cum Goer. ex Cod. nostro Cr. *partîs. Populi partes* i. e. classes. Pro *distribuunto* in tribus Goer. est *discribunto*, in Codd. W. M. Cod. Car. Steph. Edd. Ald. Sturm. *describunto.* Quod quamvis fortasse placeat nonnullis, duplici tamen ratione ducti non recepimus: primum, quia statim idem vocabulum redit, tum quia propria vox, ut monuit Goer., esse videtur, ut cum *tribus* jungatur *dis trib uo*, ut de *Censoribus* dictum est *censento.* — Pro *exin* est *exinde* in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Minus bene. Tum est iterum *civitatis* in Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., in Cod. M. *sevitatis*, in Copp. Victt. b. Ed. Par. *aevitatîs*, ut nos cum Goer. edidimus. Reliqui *aevitates.* Ex Copp. Victt. b. dedimus *ordinîs.* Pro *partiunto* Cod. M. *partiti sunto*, Copp. Victt. b. *parti sunto. Mr.*

Pecunias etc.] I. e. populum distribuunto in partes et in pecunias, ut imponant cuique tantum, quantum rei publicae conferre debeat: *aevitates* i. e. ut unusquisque secundum aetatem suam suo loco distributus sit. — *Equitum peditumque* etc. Cum sex essent classes civium secundum censum, sexta, i. e. postrema, erat pauperculae plebis, quae nil pecuniae conferret in publicum, dicebanturque proletarii. At in prima et secunda classe erant ditiores, in quibus erant complures centuriae equitum: reliquae classes nonnisi peditibus constabant. — *Prolem.* Subŏles et prōles utrumque notat progeniem, sed fere sunt prisca et poetica, ut notat Cic. de Orat. III. 38. Sunt a verbo *oleo, olesco*, quod est *cresco*, unde est ver-

TORES URBIS, ANNONAE, LUDORUMQUE SOLLEMNIUM: OLLISQUE AD HONORIS AMPLIORIS GRADUM IS PRIMUS ADSCENSUS ESTO. CENSORES, POPULI AEVITATIS, SOBOLIS, FAMILIAS, PECUNIASQUE CENSENTO: URBIS TEMPLA, VIAS, AQUAS, AERARIUM, VECTIGALIA TUENTO: POPULIQUE PARTIS IN TRIBUS DISTRIBUUNTO: EXIN PECUNIAS, AEVITATIS, ORDINIS PARTIUNTO: EQUITUM PE- b.

bum *adolesco*. *Prōles* longum est, quia est contractum ex *prooles*. Ejusdem significationis est *suboles*, ut proprie scribendum ex *sub* et *oleo*. *W*. — Pro *describunto* est *scribunt* in duobus ap. Goer.; melius nostri Cr. et W. *scribunto*. *Mr*.

Caelibîs esse etc.] Caelibatus libera rep. non legibus, sed moribus, interdictus erat: et primum A. U. 350. Censores M. Furius Camillus et M. Posthumius eos, qui coelibes ad senectutem pervenissent, aera poenae nomine in aerarium deferre jusserunt, ut prodit Valer. Maxim. II. 9. 1. Hoc *aes* vocabatur *uxorium*, ut notat Festus in voce *uxorium*. Cf. Gellius I. 6. Fuerunt apud alias gentes poenae caelibatus, veluti apud Athenienses, Spartanos, alios, quos Plato in lege secutus est. Apud Romanos sanxit Augustus nobilissima illa lege Julia Papia Poppaea de maritandis ordinibus, quam abrogavit Constantinus Magnus, testibus Eusebio in vita Constantini M. IV. 26. et Sozomeno Hist. Eccles. I. 9. — *Probrum* etc. i. e. Senatorem, qui probrose se gessit, e senatu ejiciunto: unde §. 10. dicitur: *hic ordo vitio vacato*. *W*. — In Cod. M. legitur: *probrum in senatu non sunto. mag*. etc. *Mr*.

Quinquennium] Erat quinquennium a lustro ad lustrum, sed more recepto, non nisi per unum et dimidium annum erant Censores. Cicero hunc magistratum quinquennem esse vult, sanae et antiquae disciplinae tuendae causa. *W*. — Verba *reliqui mag*. — *sunto* Wyttenbachio monente et re ipsa jubente in parenthesi posuimus. Pro *potestas* Cod. Cr. habet *poteras*. Verba *semper esto* intellige: censorum munus debet continuum esse. *Mr*.

Qui privata judicet] *Privato* est in tribus Goer., nostro Cod. M., Graeviano ad marg. Ed. Comm., Edd. Asc. 2. et marg. Edd. Lamb. Goth. idque commendabat Schefferus; ut sit *jure privato judicare* i. q. judicare ex eo jure, vel secundum illud jus, *quod erat praetoris*. Nos id cum Goer. ideo rejicimus, quia statim idem subsequitur in verbis: *is juris civilis custos esto*. Vocem *is* non habent Codd. Cr. et W. *Mr*. — *Juris civ. custos* dicitur *Praetor*, quia Praetor et sua et priorum praetorum edicta servabat, unde existebat jus honorarium: nam alioquin, ubi accurate loquuntur, jus civile dicitur de responsis jureconsultorum. *W*.

Huic potestate pari quotcunque Senatus etc.] Vulgata, *huic potestati parento. Quotcunque* etc. altera manavit a mss. Victorii. GRUT.

Huic potestate pari] Goer. nihil notat, ut ita in omnibus suis libris reperisse videatur. Sed nostri Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Lamb. Goth. cum Copp. Victt. b. habent *parento*. Sed tamen *pari* praeferendum. Pro *quotcunque* Copp. Victt. b. *quodcunque*. *Mr*.

Regio imperio duo sunto:] Cic. de Rep. II. 32. p. 194. *atque uti consules potestatem haberent tem-*

DITUMQUE PROLEM DESCRIBUNTO: CAELIBIS ESSE PROHIBENTO: MORIS POPULI REGUNTO: PROBRUM IN SENATU NE RELINQUUNTO: BINI SUNTO: MAGISTRATUM QUINQUENNIUM HABENTO (RELIQUI MAGISTRATUS ANNUI SUNTO): EAQUE POTESTAS SEMPER ESTO.

pore dumtaxat annuam, *genere ipso ac jure regiam.* V. ib. A. Maj. *Mr.* — Consules antiquitus dicebantur Praetores a praeeundo, item Judices a judicando, Consules quia in senatu consilii erant principes. *W.*

Iique praeeundo, *judicando*, *consulendo Praetores*, *Judices*, *Consules appellantor*] Forsan *iique* a *praeeundo* etc. *Augustinus* C. D. V, 12. *Consules appellati sunt* a *consulendo*, *non reges aut domini* a *regnando atque dominando.* Consules autem Praetores et Judices olim dictos fuisse constat ex *Varrone* apud *Nonium* in *Consulum*, *Livio* III, 55. et *Festo* in *Praetoria porta.* Dav.

Iique praeeundo etc.] Plura dabit Chr. G. Schwarz ad Plinii Panegyr. c. LXXVII. p. 382. sq. qui etiam hunc locum attigit. *Cr.* — Verba *consules appellantor. militiae* omissa sunt in Cod. M.; in Codd. Cr. W. Edd. Brut. Sturm. male scribitur *appellanto.* Verba *nemini parento* item absunt a Cod. M. *Mr.* — *Nemini parento* i. e. neminem superiorem habeant magistratum. Excipitur tempus dictaturae, quo ipse Consulatus cessabat. Nam quod a Consule ad Tribunos pl. appellari posset, ideo Consules his, ad quos appellabatur, non parebant. *W.*

Ollis salus populi suprema lex esto] Merito sane; *finis enim justi imperii*, *ut sapientes docent*, *utilitas obedientium aestimatur et salus.* Verba sunt *Amm. Marcellini.* xxx, 8. p. 659. Paris. autem et Balliol. dant *hujus salus populo suprema lex esto.* Stultissimi. Dav.

Ollis salus populi etc.] Pro *ollis* in Codd. W. et M. est *hujus*, in Copp. Victt. b. *jus.* Illam vocem plane omittunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. In Cod. Cr. est. *Jussa jus populo.* Causam depravationis non est quod exponamus. *Mr.*

Ni interfuerint decem anni] L. Genucius olim tulerat ad populum, *ne quis eundem Magistratum intra decem annos caperet.* ut ait *Livius* VII, 42. Et nuperius Sylla τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν αὖθις ἄρχειν ἐκώλυσε, πρὶν ἔτη δέκα διαγενέσθαι, quod prodit *Appianus* Bell. Civ. lib. I. pagg. 687, 688. Dav.

Annali lege] Qua definiantur anni Magistratuum capiendorum. Hujusmodi fuit ea, quam L. Villius Tribunus plebis tulerat, *unde cognomen familiae inditum*, *ut* Annales *appellarentur.* Verba sunt *Livii* XL, 44. Vide *Pet. Fabrum* ad Tit. de Regulis Juris pag. 21. et *Paullum Merulam* de Legg. Roman. cap. XXIV. §. 34. Dav.

Annali lege] Pro *aevitatem* rursus est *civitatem* in Cod. M. et aliquot Edd. vett. Ad rem cf. Ducker. ad Liv. 40, 44. Sequens *ast* non agnoscunt Copp. Victt. b. *Mr.*

Ast quando etc.] Graevius ad marg. Ed. Comm. haec: »leg. »*Equitum M.* (h. e. equitum ma»gistrum) *unique.* Aut potius le»ge: *Equitatum qui regat*, aut: »*equitem quoque qui regat.* Omni»no hic locus ita legi debet: *Ast* »*quando duellum gravius discor*»*diae civium escunt*, *onus ne* »*amplius sex menses*, *si senatus* »*creverit*, *idem juris quod con*»*sules teneto.* Quod de praetore »supra dixit, *bini sunto*, hic dicit »*unus. Mr.*

Discordiaeve civium escunt;

Iuris disceptator, qui privata iudicet iudicarive iubeat, 8.
praetor esto: is iuris civilis custos esto: huic potestate pari, quotcumque senatus creverit, populusve iusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto: iique praeeundo, iudicando, consulendo Praetores, Iudices, consules adpellantor. militiae summum ius habento, nemini parento:

oenus ne amplius sex menses] Sic legendum esse pervincunt libri veteres: pervincit et ratio. *Escunt* autem, id est erunt: *oenus*, unus. Ut *oesus*, usus: Coeratores, curatores etc. Lamb.

Discordia civium escunt, oenus ne amplius] Nescio, a quo primum eruta sit isthaec lectio, Gifanione an Lambino; accedit certe ei plane vetus scriptura codicis Turneb. in quo *civium escuntones ne amplius.* Sed et in S. Vict. libro erat, *civium escuntones.* Pall. *civium escunto ne 'ampl.* publicati prius *civium escunto ne amplius.* Cl. Puteanus tentabat, *discordiave civium esset, unus ne* a. s. m. nei. sen. Grut.

Discordiae civium] Vulgo *discordiaeve civium* contra quam volunt Paris. reliquique MSSti. *In rebus* autem *trepidis ultimum consilium erat* Dictatorem dicere, prout auctor est *Livius* iv, 56. Adi sis et *Dionysium Halicarnassensem* V. 77. Dav.

Discordiaeve civium escunt:] Restituimus ex quinque Codd. Goer. cum eodem et Sch. *discordiaeve;* disjungitur enim utrumque: *duellum* est bellum externum, *discordiae civium* sunt bellum civile aut seditio. Verba *escunt*, *oenus* non sunt ex Dav., ut ait Goer., sed ex Lambini, ut vides in notis, emendatione. In Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. est *estunto ne;* in Copp. Victt. b. *estunctones*, in tribus Goer. *escunto ones*, uno *escunt onus*, in duobus denique *escunto.* in Ed. Comm. *escuntones.* — Pro *teneto* in Cod. Cr. Edd. Car. St. Ald. Brut. et Copp. Victt. b. est *tenunto*, in Cod. W. *neuunto*, in Cod. M. *temnito*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Sturm. *tenento. Mr.*

Dictus] Dictator non eligebatur, sed *dicebatur*, quod vulgo barbare dicunt *declarabatur:* nam senatus unum ex suo collegio eligebat, qui suo consilio dictatorem crearet, quod dicebatur *dictatorem dicere. W.*

Populi Magister] Ita *Dictatorem* veteres nominabant. Vide *Varronem* lib. IV. L. L. §. 14. *Festum* in *optima lex*, *Senecam* Epist. cviii. et *Isidorum* Orig. IX, 3. Dav.

Populi magister] Ad rem cf. Excurs. XII. Huc facit locus Cic. de Rep. I. 40. p. 103. sq. *Nam dictator quidem ab eo appellatur, quia dicitur; sed in nostris libris* (*auguralibus*) *vides eum, Laeli, magistrum populi appellari.* Ubi vid. A. Maj. *Mr.*

Equitem cumque *qui regat habeto* pari jure *cum eo*] *Lambinus* edidit, *Equitatum quicumque regat habeto par jus cum eo.* Nostri Codices exhibent, *Equitatem quicunque regat.* Legerim, *equitemque qui regat habeto* (Magister populi) *pari jure cum eo.* Nam Dictatori semper adjunctus fuit Equitum Magister. Vide, si nescis, *Joan. Jensium* de Dictat. cap. vi. Dav.

Equitem cunque qui regat] Ita dedimus cum Goer. et Sch. ex Codicum vestigiis. Ern. edidit *Equitemque qui regat.* Graevii sententiam vid. paullo superius.

ollis salus populi suprema lex esto. Eundem magistra-
9. tum, ni interfuerint decem anni, nequis capito. aevitatem annali lege servanto. Ast quando duellum gravius, discordiaeve civium escunt, oenus, ne amplius sex menses, si senatus creverit, idem iuris, quod duo consules, teneto: isque ave sinistra dictus, populi magister esto.

Illud jam conjecit Turn. in comm. primo. Mihi placeret: *equitatumque is qui regat, habeto*, i. e. is habeto aliquem, qui equitatum regat. Codd. quinque Goer. nostrique Cr. et W. *equitatem quicunque r.*, Cod. W. et duo Goer. *aequitatem quicunque r.* et sic Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. In Edd. Par. et Comm. est, ut nos edidimus, et ita etiam ediderunt Grut. Verb. et Dav. Non procul abit Cod. in Copp. Victt. b., ubi scribitur: *equitatem cunque qui. Mr.* — *Habeto* sc. dictator habeat eum, qui regat equitatum, i. e. magistrum equitum; *pari jure cum eo* i. e. qui idem jus habeat, quod Praetor, qui est juris disceptator, quasi collega consulis, sed inferior. *W.*

Ast quando [*consul is*] *est magister populi; reliqui*] Hanc eamque simplicissimam loci restituendi rationem iniimus, quam inierunt Goer. et Sch. et suasit Wytt. ad marg. Ed. Goer. min. (ubi male verba *magister populi* uncinis inclusa sunt) in scholis ad h. l. addens: Sensus est: at quando dictator est, reliqui magistratus ne sunto i. e. tum debent cessare Consulatus, Dictatura, Praetura et reliqui magistratus. — Neque aliter judicabat scribendum esse Ern. Turn. in primo comm. conjecerat: *si quando consul abest magistratusve populi, reliqui magistratus ne sunto* [voluit credo *magisterve populi;* addit enim: Nam praetores *absente dictatore et consulibus* summum Romae imperium tenebant, senatum indicebant et habebant, comitiis praeerant, remp. administrabant ac publicis de rebus consultabant.]. Sed videamus libros. Codd. Cr. et W. Ast quando *consulis est magistratusve populi nec r. reliqui magistratus ne sunto*, et ita etiam Copp. Victt. b. Eandem habent lectionem Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Comm. Car. Steph. nisi quod omittunt *r.* post *nec;* in Ed. Par. est *ne reliqui*, in Ed. Asc. 1. *est consulis eum mag.;* in. Edd. Ald. Brut. *nec reliqui magistratusve sunto;* Ed. Sturm. omisso *nec* habet *reliqui magistratus ne sunto.* Cetera cum Codd. nostris consentiunt. Cod. M. habet *Aut quando*, rel. ut Ed. Sturm. In hoc tanto et Codd. et Edd. dissensu praeter notas vv. dd. quae sequuntur, addere etiam visum est notam Rathii haud contemnendam illam, qui ita ad h. l.: »Scribe: *Ast quando escit magister populi, nec consules, nec reliqui magistratus ne sunto.* Usitatius quidem diceretur: »*ne sunto nec consules nec reliqui magistratus*, sed et illa collocatio occurrit in Cic. Epist. ad »Att. III. 7. Pro *is est* scripsi »*escit*, nec perperam, opinor; »nam noster locus, et ille paullo »superior: *ast quando — escunt*, »fratres sunt germani duo gemini. »Illud *consul is* modeste mutavit »Dav. in *consules* [v. ej. notam »inf.], inque suum locum restituit. Quod sequitur, *nec reliqui*, »id non solum in Codd. MSS. est, »sed in editis quoque vett. in »Venet. 1494. Herw. Victor. Camerar. Lamb., unde sequitur,

EQUITEM CUMQUE QUI REGAT, HABETO, PARI IURE CUM EO, QUICUMQUE ERIT IURIS DISCEPTATOR. AST QUANDO [CONSUL IS] EST MAGISTER POPULI; RELIQUI MAGISTRATUS NE SUNTO. AUSPICIA PATRUM SUNTO: OLLIQUE EX SE PRODUNTO, QUI CO-

»si unum *nec* bene habet, alterum »quoque, ab orationis ductu fla»gitatum, necessario esse adden»dum. Perpende et judica.« Wagnerus nonnisi vocem *consul* uncinis inclusit, quae est conjectura Ern., qui tamen eam, ut diximus, quam nos inivimus rationem, probavit. *Mr.*

Ast, quando consul is est magistratusve populi, nec reliqui magistratus ne sunto: auspicia patrum sunto] Alii putant intelligi, neque consulari umquam imperio, neque Dictatoris potestate magistratus reliquos tolli. Mihi longe alia mens est. Loquitur enim *Cicero* de comitiis consularibus; quae cum habere consul tantum posset, ut apud *Gellium* XIII, 15. Messalla significat, videtur significare *Cicero*, Si consul in Rep. non sit, ei muneri interregem a patribus creatum succedere oportere. Id ita esse, quae subsequuntur verba declarant, *Olique ex se produnto, qui comitiatu creare consules rite possint.* Sed utinam quam facile sententiam videre; item verba corrigere liceret. Conemur tamen, quantum in nobis est; et primum antiquo libro, deinde etiam conjectura duce veritatem investigemus. Habet igitur *Sigonii* scriptus liber. *Ast quando consulis est, magistratusve populi nec Romani, reliqui magistratus ne sunto: auspicia patrum sunto.* Ego suspicor scripsisse Ciceronem: *Ast quando consul* iisset, *magistratusve populi Romani, reliqui magistratus ne sunto; auspicia patrum sunto. Iisset* autem explano *periisset*: primum quod uti leniore verbo, ominis caussa, Cicero voluerit; deinde quod ab usu tamen Latinae linguae non recesserit. Nam *Lucretius*, tum Poëta ingeniosus, tum optimus Latinitatis auctor, idem verbum ad eandem sententiam transtulit lib. VI, 1241.

Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant.

Graeci etiam *οἴχεται* pro *obiït* interdum dicunt, et *οἰχόμενος*, mortuus. *Magistratus* autem *populi Rom.* praetor fuit, ea caussa primum creatus, ut, absentibus consulibus, populo Rom. jus diceret: itaque saepe *praetor populi Rom.* nominatur. Quod sequitur, *reliqui magistratus ne sunto*; valet, reliqui magistratus nihil juris in auspiciis, quod quidem attinet ad creationem consulum, habento. Nam etsi praeter consulem et praetorem reliqui omnes magistratus auspicari poterant; creandis tamen consulibus auspicia habere non poterant. Consul enim et praetor, ut ait idem Messalla, tantum a consule creabantur: ad reliquos autem Magistratus centuriata comitia, id est, ea quibus et praetor et consul creabantur, nihil attinebant. Propterea interrex a patribus prodebatur, qui Consules crearet. Auspiciorum autem patricios omnes magistratus fuisse participes indicat illud in Epistola ad M. Brutum [lib. I. Epist. 5.] *Dum unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt.* Qui sunt, quaeret aliquis, praeter consulem et praetorem, auspiciorum participes Magistratus? Omnes reliqui, sive patricii sive plebeii. Patricii quidem, a quo primum tempore sunt instituti, quod *Livius* et alii saepe testantur: plebeii autem, non cum creari coepti sunt, sed ali-

MITIATU CREARE CONSULES RITE POSSIT. IMPERIA, POTESTATES, LEGATIONES, CUM SENATUS CREVERIT POPULUSVE IUSSERIT, EX URBE EXEUNTO: DUELLA IUSTA IUSTE GERUNTO: SOCIIS PARCUNTO: SE ET SERVOS CONTINENTO: POPULI SUI GLORIAM AU-

quanto post, rerum paene omnium communionem plebe postulante. Patricii vero magistratus, praeter consulem et praetorem, qui *majores magistratus* dicebantur, duo tantum erant ordinarii, id est, quotannis creati, Aedilis curulis et Quaestor: item ordinarius quidem Censor, non tamen quotannis creatus; sed quincto quoque anno; nec annuo unquam magistratu, sed primum quinquennali, post annuo et semestri. Atque is quoque inter majores Magistratus numerabatur. Dictator autem extraordinarius erat, periculosissimis Reip. temporibus, extremi remedii gratia, dictus. Plebeii Magistratus, Tribunus pl. Aedilis pl. Triumviri et alii annuo jure. Ergo, ut ad prima redeam, consule et praetore extinctis, creari a Patribus interregem Cicero jubet; et addit *ex se*, id est, e gente Patricia: nec enim plebeia familia natus, licet Senator esset, interrex fieri poterat, *Cicerone* et *Pediano* testibus. *Patres* autem hic, non Senatus universus, sed Patricii tantum Senatores intelliguntur: ut in Epistola ad Paetum [Fam. IX, 21.] *Ad patres, censeo, revertare.* Nam interregem, ut patricium, sic a patriciis tantum creari oportebat: ergo non a cuncto Senatu; cum alii Senatores patricii, alii plebeii essent. Verum si *praetor neque consulem neque praetorem rogare poterat:* quod Messalla tum ex perpetua majorum consuetudine, tum ex Tuditani commentariis probat; cur addit Cicero *Magistratusve populi Romani*? Quia poterat Praetor consulare munus in Rep. sustinere. Unde illud in Epist. ad Plancum [Fam. X, 12.] *Litteras ad Cornutum praetorem urbanum detulimus; qui, quod consules aberant, consulare munus sustinebat more majorum.* Quod si non solum consule sed praetore etiam Resp. careret; optimum Ciceroni videtur, antequam annus exeat, interregem prodi: quod antea nunquam ante exitum anni factum erat. Sin, mortuo consule, praetor superesset; indicat, non esse prodendum interregem, cum sit a quo Resp. geratur; sed exitum anni exspectandum, cum, Remp. nullo magistratu capessente, interregem creari necesse esset, a quo centuriatis comitiis Consules, et mox a Consulibus Praetores ac reliqui deinceps magistratus fierent. P. Manuc.

Ast quando consul is est magisterve populi: reliqui magistratus ne sunto] Non recessi ab editione Victorii praeterquam quod *consulis* divisi in duas dictiones, videturque Cicero idem jus tribuere dictatori, quod habebat olim. Aliter haec Turnebus, aliter P. Manucius; sed nostra scriptura sensum habet manifestissimum. Puteanus annotarat; *Is quando est, consules mag.* Grut.

Ast quando Consul is est Magisterve populi, reliqui Magistratus ne sunto] Ut se verba nunc habent, commodum sensum nullus equidem video. Nostri Codices dant *ast quando consulis est* (Paris. *esse*) *magistratusve* (Paris. *magistratus ut*) *populi nec* (Paris. *ne*) *reliqui Magistratus ne sunto.* Rescribi possit, *ast quando Magister est populi, consules reliquive Magistratus ne sunto. Plutarchus* in Amatorio p. 768. *Ἐν Ῥώμῃ φασὶ, τοῦ καλοῦ Δικτάτωρος ἀναγορευθέντος, ἀποτι-*

GENTO: DOMUM CUM LAUDE REDEUNTO: REI SUAE ERGO NE QUIS LEGATUS ESTO. PLEBES QUOS PRO SE CONTRA VIM, AUXILII ERGO, DECEM CREASSIT, TRIBUNI EIUS SUNTO: QUODQUE II PROHIBESSINT, QUODQUE PLEBEM ROGASSINT, RATUM ESTO:

θεσθαι τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἔχοντας. Id ipsum patet ex Halicarnassensi *Dionysio* V, 7. XI, 20. Excipiendi tamen sunt Tribuni plebis, quod discimus ex *Polybii* III, 87. DAV.

Auspicia Patrum] Patriciorum. Vide *P. Manucium* in *Ciceronis* ad Brutum lib. I. Epist. 5. Hoc autem secundum mores Romanos fertur. Adi *Livium* IV, 6. VI, 41. X. 8. DAV.

Auspicia patrum sunto] Cod. Cr. *auspitia*, Copp. Victt. b. *aspicias*. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *Reip. auspicia*. Non est de nihilo suspicio Wagneri, qui ita ad h. l. »De creando in»terrege, ait, ad comitia habenda »sermonem esse patet: sed quum »id fieri non soleret, nisi quum »consul non esset, qui comitia »rite habere posset, aliquid ex»cidisse videtur, in quo interre»gis prodendi justa causa distinc»tius explicaretur.« — *Auspicia patrum: Patres* non sunt solum Patricii, sed *Senatus*. Hic solus habet *auspicia* i. e. jus auspiciorum, ut omnes magistratus, quos senatus creat, creentur captis antea auspiciis: ut omnis magistratus servare de coelo posset, ad aliorum magistratuum turbulenta et seditiosa comitia impedienda. *W.*

Ollique ex se produnto] Cod. M. Edd. nonnullae vett. *illique*. In Copp. Victt. b. est *ollique hoc esse*. — Pro *comitiatu*, quod solum probum est, Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b. habent *comitatu*, Edd. vett. *comitiis*, quod est glossatoris: excepta Par. ubi est *comitatu*, et Comm. quae exhibet *comitiatu*. Tum recepimus certissimam Goerenzii conjecturam *possit* pro *possint*, quod fecit etiam Sch.; est enim sermo de interrege. *Mr.*

Imperia etc.] I. e. imperator; *potestates* i. e. magistratus civiles; *legationes* i. e. legati. *W.* Cod. M. *exunto* pro *exeunto*. Pro *se et servos* in Cod. M. est *sed et servos;* vocem *se* non agnoscunt Copp. Victt. b. Quod reprobat Goer. quorundam editorum lectionem *suos* pro *servos*, id merito facit, nam et libri in vulgata consentiunt, et ad *servos* etiam *libertos* esse referendos recte cum eodem statuas: quia hi praecipue dominorum favore in provincialium fraudem abutebantur. Pro *populi* Copp. Victt. b. exhibent *popilli*. Fortasse scriptio *sed* pro *se* genuina est. Ita enim in S. C. de Bacchan.: *inter sed conjourase: fidem inter sed dedise.* vid. Schneider. Lat. Elem. Lehre. T. I. p. 260 — 262. de litera *d.* paragogica. *Mr.*

Domum cum laude redeunto:] Infra c. 8. §. 18. legitur in duobus Goer. et nostro Cr. *Domum cum laude repedandum;* unde, cum hoc sine dubio fuerit priscum vocabulum, nostro loco fortasse scribendum est *repedanto. Cr.*

Plebes quos] Male Cod. Cr. *plebs;* pejus mox Cod. M. *contrarium auxilii;* idem cum Copp. Victt. b. addit *et* ante *tribuni;* Cod. M. *quodque hii prohibuissent — rogassent;* Copp. Victt. b. *quodque id;* pro altero *quodque* Cod. Cr. *quodcunque. Mr.* — *Quodque ii* etc. i. e. quodcunque Trib. pl. sanxerint, quodcunque in comitiis plebem rogaverint, ita ut eorum rogatio vim legis acceperit, hoc ratum esto i. e. hoc debet tanquam summa lex teneri ac servari. Dubium est, an Cic.

SACNTIQUE SUNTO: NEVE PLEBEM ORBAM TRIBUNIS RELINQUUN-
10. TO. OMNES MAGISTRATUS AUSPICIUM IUDICIUMQUE HABENTO: EXQUE HIS SENATUS ESTO. EIUS DECRETA, RATA SUNTO. AST SI POTESTAS PAR MAIORVE RROHIBISSIT * SENATUS CONSULTA,

h. l. legibus plebis, quae in comitiis ferebantur, eam vim tribuere voluerit, quae valebat in Rom. re publica, ut, quidquid plebs Comitiis tributis scivisset, hoc totum populum teneret. Vid. Liv. 3. 55. — *Neve plebem* etc. i. e. Tribuni debent eligere, qui ipsis in sequentem annum succedant, tribunos. Hujus argumenti fuit lex Duillia a. u. 305. ut, qui plebem sine Tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo et capite puniretur. *W.*

Neve plebem etc.] Vocem *orbam* non habet Cod. M.; in eodem scribitur *relinquendo omnes magistratus auspicium in quo is senatus esto.* Causam omissi vocabuli *orbam* in eo vides, quod oculo ab una ad alteram vocem aberrante, scriba scripsit *plebam* pro *plebem.* — *Auspicium* intellige jus auspiciorum: *judicium* jus accusandi. Ad illud v. Dio Cass. 38, 13. quem locum laudavit Wagn. *Mr.*

Ex quois Senatus esto] Etiam heic adhaereo Victorianae, confirmatae a nostris, in quibus *ex quo is* aut *ex quo his.* Turnebus habet *ex quis*, vulgata, *eque his*, vel *exque iis.* Grut.

§. 10. *Exque his senatus esto.*] Ita scripsimus cum Goer. ut habent quinque Goer., quibus non contradicunt Codd. Cr. W. Gopp. Victt. b., Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm., ubi est *exque iis*, et Edd. Car. Steph. Ald. Brut. ubi est *eque his;* in Edd. Par. et Lamb. est *ex quois*, in Ed. Comm. *e quis.* Sed recte monet Goer. aptius esse h. l. *que* transitionis: et ita laudat etiam locum Beier. ad Cic. de Off. II. 23. 80. p. 154. *Mr.*

Ast, ni *potestas par majorve prohibessit.* S. C. *perscripta servanto*] Praeclare corrigit hunc locum antiquus liber hoc modo: *Ast potestas par majorve prohibessit: perscripta servanto.* Nam *ast* significat *at si:* quod etiam eodem modo paullo post bis usurpatur. Delevi autem illud *S. C.* eo fidentius, quod video hic non de *Senatus consultis*, sed de *Senatus decretis*, quibus intercederetur, intelligi: quae non *Senatus consulta*, sed *Senatus auctoritates* vocabantur. Non enim omnia *decreta*, *Senatus consulta* sunt, sed ea quibus intercessum non est, aut quae legitimo die, loco, salvis denique legibus, facta sunt. Quod si vel intercessum esset, vel non legitimo Senatorum numero, aut die, aut loco, facta essent; Senatus auctoritates dicebantur: qua de re plenius in nostris Commentariis ad Epist. Fam. [lib. I. Ep, 2.]. Hoc igitur dicit *Cicero*: Si Senatus decretis intercesserit magistratus aliquis, par ei magistratui aut major, quo referente decretum fuerit, tunc ea decreta perscripta servanto. Verbum autem *decreta* iterandum non fuit, cum proxime dixisset, *Ejus* decreta *rata sunto.* P. Manuc.

Ni potestas par majorve prohibessit] Ex more Romano. Vide *Varronem* apud *Agellium* XIV, 7. Dav.

Ast si potestas par majorve prohibessit senatus consulta, perscripta servanto] I. e. at si potestas par majorve prohibuerit, quo minus senatus decreta fiant senatus consulta, i. e. si intercessum fuerit, perscripta tamen

PERSCRIPTA SERVANTO. Is ORDO VITIO VACATO: CETERIS SPECIMEN ESTO: CREATIO MAGISTRATUUM, IUDICIA, POPULI IUSSA, VETITA, CUM SUFFRAGIO CONSCISCENTUR, OPTUMATIBUS NOTA, PLEBI LIBERA SUNTO.

servanto i. e. perscribantur nihilo minus et in acta senatus recipiantur (dicanturque senatus auctoritas). V. Epist. ad Fam. VIII, 8. Scripsimus autem *ast si* contra quam volunt Manutius, Goer. et Sch. Frustra autem Man. et Goer. dicunt *Ast* poni pro *ast si* v. *at si:* nam quaecunque attulit Goer. exempla ad probandam eam sententiam, ea omnia sunt ejusmodi, ut pronomen relativum sequatur post *ast* vel particula *quando*, quae item est relativa. Lubens ergo ei concedo, *ast quando* poni pro *at si quando*, et *ast cui* pro *at si cui;* conditio enim in voce relativa continetur, neque vero in particula *ast:* nunquam tamen adducar, ut credam, *ast potestas* vel dictum esse, vel dici posse pro: *at si potestas*. Tum vero servavi *senatus consulta*, sed posita post *consulta* distinctione, quod suasit Wagn., cum antea poneretur post *prohibessit*. Librorum lectio haec est: Codd. Cr. et W. habent *ast pot. par majorve prohibet S. C. perscripta servanto*. Cod. M. et is, quem Graevius excerpsit ad marg. Ed. Comm. *est pot.*, unde Graev. conjecit *et si;* uterque etiam firmat lectionem *S. C.*, quae verba a duobus Goerenzii libris absunt, in aliis scribuntur *se*, ideoque a Goer. ejecta sunt: quem in hoc quoque cum sequi voluisset Sch., operas, ut sexcenties, inobedientes habuit. Vocem *si* suppeditant Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw., ubi est *at si*. *Ast* autem nonnisi esse formam duriorem vocabuli *at*, neque vero poni pro *at si*, Wytt. in scholis contendit, scribere jubens *ast si*. In Cod. M. et plerisque Goer. est *prohibet*; verba *S. C.* habent omnes Edd. vett. et pro *perscripta* est *praescripta* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Ald. *Mr.*

Is ordo vitio vacato] Codd. Cr. et W. *vacatio*, Cod. M. *vocato*. Quod supra dictum est, censores probrum in senatu ne relinquunto; h. l. ita ponitur, ut dicatur: ordo senatorius reliquis civibus esto exemplum virtutis ac disciplinae. Huc facit locus Cic. de Rep. I. 34. p. 88. *Virtute vero gubernante remp., quid potest esse praeclarius? cum is, qui imperat aliis, servit ipse nulli cupiditati; cum, quas ad res cives instituit et vocat, eas omnes complexus est ipse, nec leges imponit populo, quibus ipse non pareat, sed suam vitam ut legem praefert suis civibus. Mr.* — *Specimen:* Ita Graeci ἄγαλμα. Cf. Ernest. ad Aristoph. Nubb. v. 989. (993.) Ruhnken. ad Timaeum p. 4 — 8. et me ad Plotin. de Pulcritud. p. 369 — 371. *Cr.*

Judicia] Cod. M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Par. Comm. habent *et judicia*. Pro *jussa* id. Cod. *justa*. *Mr.*

Cum sciscentur] Vetus liber *quam sciscentur:* ex quo male alii *consciscentur*. Ursin.

Cum sciscentur, suffragia optimatibus nota] Hic ego quod olim adolescentulus mutavi, neque nunc laudo, quia veteribus in libris aliter video scriptum esse; sic, inquam, *cum suffragio consciscentur, optimatibus nota;* neque tamen cur reprehendam habeo, cum sententia satis apta sit ad id de quo agitur; eaque ab ipso *Cicerone* suas leges interpretante confirmetur. Est enim infra sic, *Proximum autem est de suffra-*

4\. p. 186. a. AST SI QUID ERIT, QUOD EXTRA MAGISTRATUS COERATORE OESUS SIT; QUI COERET, POPULUS CREATO, EIQUE IUS COERANDI DATO. CUM POPULO PATRIBUSQUE AGENDI IUS ESTO CONSULI;

giis, quae jubeo nota esse optimatibus. P. Manuc.

Cum suffragio consciscentur] Inclinabat clarissimus Puteanus legere, *cum suffragia sciscentur.* Grut.

Cum suffragio consciscentur] Cl. *Puteanus* legendum censuit, *cum suffragia sciscentur*, et ita, mutato tantum ordine verborum, *Car. Stephani* vetus. Hoc tamen minus probandum videtur. Codices fere dant *cum suffragio eo sciscentur.* Reponas velim *cum* suffragiis *sciscentur*, ea *optumatibus nota* etc. Vide modo cap. xvii. Dav.

Cum suffragio consciscentur] Ita duo Goerenzii, et recte. Reliqui ejus, et nostri Cr. W. *cum suffragio eo sciscentur*, errore ex scriptione *c̄o* orto, quae est compendium notissimum. Cod. M. habet *cum suffragio eo scinsceretur.* Copp. Victt. b. *cum suffragio cum sciscentur.* Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Par. *cum senatus suffragio cum sciscentur*, Ed. Car. Steph. *cum consciscentur suffragio;* id. ex vet. Cod. refert *cum sciscentur suffragia*, ut ediderunt Ald. et Sturm. Ed. Asc. 1. *cum senatus suffragio consciscentur*, Ed. Lamb. *suffragio cum consciscentur*, Edd. Brut. et Comm., ut nos cum vulgatis edidimus. Sensus est: cum a populo in suffragium misso etiam sciscentur i. e. confirmabuntur. Pro *nota* est *vota* in Cod. M. et Edd. Asc. 1. et 2. *Mr.*

Quod extra Magistratus coeratore oesus sit, qui coeret populus creato, eique jus coerandi dato] Ita quidem, praeeunte *Turnebo, Gebhardus* edidit. Codices exhibent *quod extra magistratus quo eraria esus sit* (Paris. *quo errario hesussit*) *qui coërcet* (Paris. *coheret*) *populus creato eique jus coërcendi* (Paris. *coherendi*) *dato.* Legas igitur oportet, *quod extra Magistratus* coerari *oesus sit*, *qui coeret populus creato*, *eique jus coerandi dato. Oesus*, usus, *coerari*, curari. Sic in edicto Aedilium apud *Agellium* IV, 2. *Titulus scriptorum singulorum utei scriptus sit* coerato. Et in SCto apud eundem XV, 11. *Censuerunt uti M. Pomponius Praetor animadverteret* coeraret*que.* Sic in lapide apud *Sigonium* ad *Livii* IV, 22. L. FABRICIUS. C. F. CUR. VIAR. FACIUNDUM COERAVIT. Sic et in aliis passim. Adi sis, verbi gratia, *Gruterianarum* Inscript. pag. C, 8. Similiter in lege Agraria pag. CCII. *Quo minus ei.* OETANTUR. *fruantur.* Pari modo *coebum* pro cubo dixit *Ausonius* in Gripho vs. 3. *moenia* pro muniis *Plautus* Sticho Act. V. Sc. IV, 13. ac Trinum. Act. III. Sc. II, 9. Ita *moenitur*, *poenitur* et quae sunt ejusdem generis alia. Vide *Catonem* R. R. cap. 156. Dav.

Ast si quid erit] Ita scripsimus monente Wyttenbachio ad marg. ed. Goer. min., ut secum consentiat noster. Nam in vulgatis est *at si qu. e.*, in duobus Goer. *ast*, in reliquis, nostrisque Cr. W. M. *aut quid e.*, in Copp. Victt. b. *at aut si quid*, unde vides vocem *si* non abesse ab omnibus Codd., quod Goer. existimabat, qui dedit *ast quid*, lege ab ipso lata, *ast* esse pro *at si*, quam, ut vidimus, probatum ivit, neque vero probavit. Sch. h. l. vulgatam servavit: supra Goerenzii auctoritati obsecutus est. Victorius in nota MS.

PRAETORI, MAGISTRO POPULI EQUITUMQUE, EIQUE, QUEM PATRES PRODUNT CONSULUM ROGANDORUM ERGO, TRIBUNISQUE, QUOS SIBI PLEBES ROGASSIT, IUS ESTO CUM PATRIBUS AGENDI:

ad h. l. haec adnotavit: »Narravit mihi adolescens, qui illum »diu audiverat, Jacobum Taurellium emendasse locum hunc Cic. »de Legg. Cum enim passim in »excusis legatur: *At si quid erit*, »*quod extra magistratus cohe-*»*rario aesus sit*, *qui cohaeret* »*populus creatio eique jus cohae-*»*rendi dato*: ita ille putat legen-»dum: *at si quid — coerari oesus* »*sit*, *qui coeret*, *populus creato*, »*atque ei jus coerandi dato*, ut »*coerari* pro *curari* positum sit, et »*oesus* pro *usus*. Item infra pro »illo *quod census erit*, *ferunto*, »leg. *quod oesus erit*, *ferunto*. »*Coerare* pro *curare* in antiquis »monumentis saepe reperitur. Ita »etiam Virg. [Aen. X. 24.] *agge-*»*ribus moerorum* pro *murorum*. *Mr*.

Magistratus caeratore oesus sit, *qui coeretur*] Est a conjectura Turnebi: nam *libri* Victorii, *mag. cohaerario aesussit*, *qui cohaeret populus creato eique jus cohaerendi;* scilicet antiquis *oe* usurpatum pro *u*, itaque *coerator* et *oesus est*, *curator et usus*, videatur Turneb. Grut.

Magistratus coeratore oesus sit; qui coeret,] Cod. Cr. *Mag. quo erario hesus sit*, *qui coercet — coercendi d.* Cod. W. *m. quo erario hesussit*, *qui coheret — cohaerendi d.* Cod. M. *quidem extra m. quo aerario hesussit*, *qui coheret populus tanto eique jus coherendi d.* Copp. Victt. a. *coerari ex usu sit qui coeret populus creato eique jus coerandi d.* Copp. Victt. b. *m. quo herario esussit — cohaeret — coerandi d.* Ed. Asc. 1. *m. quo aerario aesussit*, *qui cohaeret — cohaerendi*. Ed. Asc. 2. *cohaerario aesussit* rel. ut 1. Crat. et Herw. eodem modo; sed in varr. lectt.: *quo aerario ex usu sit*, *qui coërcet — jus coërcendi d.* Edd. Par. Brut. (hic vero probat Turnebi emendationem) Ald. cum Asc. 2. faciunt, Ed. Sturm. cum marg. Edd. Crat. et Herw. In marg. Edd. Lamb. et Goth. notatur, ut Lambini lectio, *coeratore oenus sit — coeret — coerandi*. Ed. Car. Steph. et Comm. ut nos edidimus, nisi quod in illa est *usus* pro *oesus*, in hac *usu*. *Oesus* est *utilitas*. Davisii emendatione *coerari* nihil est opus. De scriptione *coerare* v. Schneider. Lat. Elementarl. I. p. 83. Mr.

Cum populo patribusque agendi] *Agellius* XIII, 15. *Cum populo agere est rogare quid populum*, *quod suffragiis suis aut jubeat aut vetet*. Sic et *Festus* ad rem ipsam quod attinet. Dav.

Cum populo etc.] Cod. W. *cum populus*. Ad. v. *praetori* v. Excurs. XII. extr. Pro *magistro* Cod. W. *magistrato*. Tum scribitur inverso ordine *produnt patres* in Edd. Asc. 1. 2. Ald. Crat. Herw. Brut. Car. Steph. Par. Sturm. et in Cod. M. Cum vero sex Goer. et nostri reliqui contrarium servent ordinem, iis obsequendum duximus. Sed quo saepius hos libros lego, cum ad hunc locum devenio, semper offendor scriptione *produnt*. Alio loco patienter feram praesens tempus positum in actione, quae fieri solet, quotiescunque aliud quid inciderit, quamquam in tali contextu mallem *prodiderint:* in hac lege frequentatam futuri formam desidero *prodent*. Loquitur enim noster in his legibus de rebus, quae sunt, quasi de futuris, quae esse velit. *Mr*.

Consulum rogandorum ergo]

IDEM AD PLEBEM, QUOD OESUS ERIT, FERUNTO. QUAE CUM POPULO QUAEQUE IN PATRIBUS AGENTUR, MODICA SUNTO. SE-

Rogandorum est i. q. creandorum. V. Cic. de Divin. I. 17. 33. *comitia consulibus rogandis habuit.* Pro *ergo* est *igitur* in Cod. M. cujus permutationis causam supra exposuimus. Pro *plebes* Codd. Cr. W. habent *plebs*, Cod. M. et aliquot Edd. vett. *populus.* *Mr.*

Iidem ad plebem quod oesus erit] Est a libro S. Victoris, item a divinatione Turnebi; cum exstaret in veteri editione, *census erit*, in recentiore *quod censuerint;* protraxitque e suis Victorius, *quod cesus erit;* quomodo et Palatin. tert. Lipsius lib. II. Antiq. Lect. cap. 2. p. 116. idem conjicit quod Turnebus. Grut.

Quod oesus *erit*] *Turnebus* edidit *quod censuerint;* ac ita *Lambinus* rescribendum putavit. At cum Codices exhibeant *quod cesus erit*, omnino reponendum, *quod* oesus *erit*, ut olim jussit *Lipsius* Antiq. Lect. II, 2. eumque merito *Gebhardus* est secutus. Dav.

Idem ad plebem, quod oesus erit, ferunto] *Idem* pro *iidem* scripsimus cum Goer. ex multis ejus, nostroque Cod. M. Copp. Victt. a. et b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Brut. Lamb. Goth. In Edd. Par. et Ald. est *item*, in rell. *iidem.* Pro *oesus*, qua Lipsii conjectura nihil est certius, Codd. nostri Cr. W. M. et aliquot Goer. habent *cesus*, Copp. Victt. a. et b. *quando esus erit*, et ex alio Cod. in Copp. Victt. a. enotatum est *quod ex usu erit*, ubi item video verae lectionis vestigia, interpretis manu obliterata. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Car. Steph. Par. Brut. Ald. Sturm. *quod census erit*, Edd. Asc. 2. Comm. et Lamb. quod *censuerint.* *Mr.* Ad rem cf. Coelius ad Cic. in Epistt. Famm. VIII. 8. *Cr.*

Quae cum populo etc.] Cod. Cr. *quae cum pop. quaeque cum in patribus*, Cod. M. *quaecumque populo quaecumque in patribus*, Cod. W. plane ut vulgo editur; Copp. Victt. b. *quae cum pop. quaecunque in patribus.* Duo Goer. *Quicunque pop.;* unus: *quicumque pop. quaecumque in patr.*, unus etiam: *quaeque pop.* Edd. Asc. 1. et 2. *quaecunque in populo, quaecunque in patr.* Edd. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Goth. *quae cum populo, quae cum patribus.* Vulgata fluxit ex Comm., cui plurimi scripti favent. Goer. conjicit *quaeque cum pop.*, ut *que* transeuntis sit. Quod ferrem; neque vero desidero. Pro *agentur* Cod. Cr. *aguntur*, quod eadem de causa reprobandum est, de qua supra *produnt* mutatum voluimus in *prodent.* Ad v. *modica sunto* Ern. haec: i. e. modesta, ne inde turbae oriantur. *Mr.*

Senatori, qui nec aderit, aut causa aut culpa esto] Apparet quidpiam desiderari: non enim adesse solum jubebatur Senator; sed etiam loco et modo dicere. Quod *Cicero* lib. I. de Div. [Immo lib. III. de Legg. cap. 18.] ubi hunc locum exponit, planius ostendit his verbis, *Huic jussa tria sunt. Ut adsit; nam gravitatem res habet, cum frequens ordo est. Ut loco dicat, id est, rogatus. Ut modo, ne sit infinitus.* Videtur igitur ita esse corrigendum, *Senatori, qui nec aderit*, nec loco nec modo dixerit, *aut caussa aut culpa esto.* Quod cum in antiquis libris ut conjicio scriptum esset; glossam duobus illis verbis *loco* et *modo* quidam superimposuit, et scripsit, *Loco senator, modo orator;* quod deinde irrepsit in alienum locum, et tanquam a *Cicerone* dictum ac-

NATORI, QUI NEC ADERIT, AUT CAUSA AUT CULPA ESTO. LOCO 11. SENATOR ET MODO ORATO: CAUSAS POPULI TENETO. VIS IN POPULO ABESTO. PAR MAIORVE POTESTAS PLUS VALETO. AST

cipi coeptum est. Itaque etiam video nonnullis in suo libro imprimi placuisse: qui etiam id quod sequitur, *causas populi teneto*, cum praecedentibus conjunctum depravarunt; ut legeretur *loco Senator et modo Orator caussas populi tenento: cum teneto* legengendum sit et ad *Senatorem* tantummodo referatur, non, ut ipsi crediderunt, ad *Senatorem* et *Oratorem.* Hoc autem ita esse probatur ex *Ciceronis* verbis libro supra citato: sic enim inquit, *Quodque addit*, caussas populi teneto, *est Senatori necessarium nosse Remp.* P. Manuc. A vulgata lectione non est recedendum. Senatori absenti, aut caussa cur absit, aut culpa quod absit, esto. Qui vero praesens est loco dicat et modo. Nihil certe planius: ut περιεργίαν *P. Manucii* non possim non admirari. Dav.

Senatori, qui nec aderit, aut causa etc.] Locus est integer, et ab omni mendo purus: quamvis eum *Manucius* existimarit esse mendosum, itaque emendandum censuerit, *Senatori, qui nec aderit, nec loco, aut modo dixerit, aut causa, aut culpa esto.* Sed non eget emendatione; loquitur enim hic de absentia senatoris tantum: vetatque abesse senatorem sine probabili causa, alioqui culpam contraxisse statuit. Cetera quae sequuntur, *Loco senator et modo orato:* ea quoque mendo vacant, et ita legi debent. Ubi *orato* positum antiquo more pro dicito, agito. *Nec aderit* autem dictum pro *non aderit. Nec* pro *non,* antique. Lamb.

Senatori, qui nec aderit] Cod. M. *necaverit* pro *nec aderit.* Duo Goer. et noster W. non habent verba *Loco — orato*, eaque absunt ab Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Par. scribitur *loco senator et modo orator* sine interpunctione; in Ed. Ald. est *loco et modo orato;* in Cod. M. *loco senator et moderato.* Verba: *vis in populo abesto* absunt a Cod. M.; in Copp. Victt. b. scribitur *jus in populo adesto. Mr.*

Vis in populo abesto] Sic omnes quidem habent libri: sed unus MS. habet *adesto*, et haec scripturae dissimilitudo notata est in codice *Memmiano*, quam tamen rejeci. Paullo post legendum *si quid turbassitur* etc. quo modo excudendum curavi: non, ut est in libris vulg. *Ast quid turbassitur.* Lamb.

§. 11. *Par majorve potestas*] Hoc refertur ad interdicendum et provocandum, ut par aut major magistratus jus habeat interdicendi et ut a minore magistratu ad eum appellari possit. *W.* — Vid. Hugo in: *Geschichte des Röm. Rechts.* Period. I. 1. §. IV. p. 231—234. *Cr.* — In Cod. Cr. est *majorque,* solenni permutatione. *Mr.*

Ast qui turbassitur in agendo etc.] Legit Puteanus, *Ast quoi turbassit in agendo, fraus actoris* etc. Grut.

Ast qui *turbassitur*] *Victorius* et *Turnebus* ediderunt *ast quid; Lambinus* autem *si quid turbassitur.* Cl. *Puteano* placuit, ast quoi *turbassit;* mihi, *ast* quom *turbassitur.* Dav.

Ast quid turbassitur] Ita dedimus cum Goer. ex quatuor ejus Codd., idemque se fecisse ait Sch., neque vero fecit. Sensus est, quem ipse noster infra c. XIX. 42. exponit: *simulatque turbari coeptum sit.* Sed tum vel Lambini

QUID TURBASSITUR IN AGENDO, FRAUS ACTORIS ESTO. INTERCESSOR REI MALAE SALUTARIS CIVIS ESTO. QUI AGENT, AUSPICIA SERVANTO: AUGURI PUBLICO PARENTO: PROMULGATA, PRO-

si recipiendum post *ast*, quod bis fecimus, vel *quid* sumendum pro *quidquid*, (ut noster *quod* posuit ad Fam. IX. 26.: *loquor, quod* [pro *quidquid*] *in solum:*) vel hoc ipsum (*quidquid*) rescribendum, cum repetita vox, lineolâ olim transversâ supra scripta, facillime potuerit intercidere. *Turbassitur* est in omnibus Goer. et nostris Codd. nisi quod simplex *s* est in Cod. M.; *turbassit* vero est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Comm.; idque reperit Ern. in Ed. Ven. 1494. Mediol. et MS. Guelf., quare non erat quod diceret Goer. omnes, sine exceptione, scriptos habere *turbassitur*. — *Ast quid* est in Edd. Par. et Ald., *Ast qui* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Comm. Brut. Goth. Verb. Dav.; *At qui* in Ed. Sturm. Corradus in Quaestura p. 351. legi vult *ast qui turbassit*, quod placet etiam Ernesto, et ego quoque malim, (nisi superior ratio probetur) quam *ast* accipere pro *at si*. *Mr.*

Fraus actoris esto] Fraus hoc in loco poenam denotat; et *fraudem veteres poenam vocasse* testatur *Servius* ad Aen. XI, 708. Vide sis *Horatium* lib. II. Od. XIX, 20. et Carm. Saecul. vs. 41. ac nos lib. II, 24. Dav.

Fraus actoris esto] Quinque Goer., nostrique Codd. Cr. W. et M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. (qui praefert *actoris.*) Sturm. habent *auctoris*. Sed *actores* habent reliqui, a quibus male discesserunt Ern. et Wagn., cum ipse noster infra c. XIX. 42. dicat: *quod vero actoris jubeo esse fraudem.* In seqq. Cod. M. pro *civis* habet *civilis*. *Mr.*

Auguri publico *parento*] Vulgo mediam vocem praetermittunt. Eam tamen agnoscunt omnes nostri praeter unum Parisiensem. Vide *Festum* in *publici augures* et supra lib. II. cap. 8. Infra tamen cap. 19. ea vox in MSStis omittitur. Dav.

Auguri publico parento] Vocem *publico* habent omnes Goerenzii Codd., nostrique Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. Neque inde, quod non legitur ea vox infra c. XIX. 43., sequitur, eam hoc loco a Cic. non fuisse scriptam. Ad v. *auguri* subaudiendum esse monet Ern. *obnuncianti*. *Mr.*

In aerario cognita agunto] Controversiam status movit huic *aerario* Paullus Manucius, varieque locum vexat; verum quanto facilius erat emendare, *in aerario condita*, quod mihi nascebatur sub acumen styli. Puteanus annotarat, *promulgata, cognita agunto, in aerario servantor*. Grut.

Promulgata, proposita *in aerario*, cognita agunto] Locus mihi videtur mendosus. Cl. *Puteanus* legit, *promulgata, cognita agunto, in aerario servantor.* Minore licentia rescripserim, *promulgata, populo placita, in aerario condita sunto.* Nam leges in aes incisae reponi solebant in aerario, nec, donec id fieret, ratae videbantur. Vide *Suetonium* in Julio cap. XXVIII. et *Tacitum* Annal. III, 51. Dav.

In aerario cognita] Quis putet *in aerario* mendosum non esse? Interpres tamen, ut sincerum et apertum, tacitus praeteriit: cui quia plurimum tribuo; veritus interdum sum, ne sine caussa de mendo suspicarer. Sed profecto non inanis est nostra suspicio; non enim aut ita hoc potest conjungi *proposita in aerario* aut hoc

POSITA IN AERE, COGNITA AGUNTO: NE PLUS, QUAM DE SINGULIS REBUS, SIMUL CONSULUNTO: REM POPULUM DOCENTO: DOCERI A MAGISTRATIBUS PRIVATISQUE PATIUNTO. PRIVILEGIA NE

modo *in aerario cognita.* Nam neque, siquid agendum cum populo esset, proponebatur in aerario neque cognoscebatur. Proponebatur autem in foro, ut populus cognosceret: deinde agebatur; et populus de re jam cognita suffragium ferebat. Quare, nisi esset contra meum institutum aliquanto liberior conjectura, libenter legerem *proposita in foro, cognita agunto;* vel sic etiam, *promulgata in foro, cognita agunto:* nam *promulgare* est proponere, quasi provulgare; ut ait *Festus.* P. MANUC.

Promulgata, proposita in aere, cognita agunto] Ita dedimus ex conjectura Goerenzii, eaque facillima: nam quod omnes libros occupat *aerario*, sensum vel nullum habet, vel admodum languidum, qualis is est quem extorsit Ern. »Si verum hoc est, dicens, significat: quae reperta sunt in aerario inter tabulas publicas, sc. alio tempore promulgata et non perlata, quae paullatim ad oblivionem venere et sublata negligentia.« Wagn. vel cum Manutio vult *in foro* (quod praeferebat etiam Rath.) vel deleri vult verba *in aerario;* Schefferus Gruteri partibus se applicat, quod fecit etiam Goer. in Ed. min. Sensus est: *quaecunque promulgata sunt, ea proponantur in aere inscripta, ut de cognitis agi possit.* Ita Goer. Schützius verba *in aerario cognita* inter duas distinctiones posuit, sed probat rationem Goerenzii. *Mr.* — Antequam magistratus vel tribunus pl. legem in comitiis ferret i. e. cum populo ageret, proponebat legem suadendam publico loco per trinundinum, i. e. per XXVII dies, ut quivis eam legere posset. Vid. P. Manutius de Legg. Rom. c. XXXIV. *W.* — Cum supra §. 10. Cod. meus pro *coerari* habeat *quo erario*, potuit etiam nostro loco vox *aerario* simili errore pro *coera*, i. e. cura, irrepsisse, ut fortasse legendum sit *intenta coera cognita. Cr.*

Nec plus quam de singulis rebus semel consulunto] Delet τὸ *semel* Victorii editio ejusque tradux Manuciana, sed retinent duo mss. Pall. editionesque ceterae. Gruterus inter fabulandum calide conjecerat *simul.* GRUT.

Nec plus quam de singulis rebus consulunto] Vulgo *de singulis rebus* semel *consulunto;* unde *Gruterus* fecit *simul consulunto.* Sed vocem controversam recte praetermittunt Paris. ac editio *Victoriana.* DAV.

Ne plus, quam de singulis rebus simul consulunto] I. e. ne de pluribus simul rebus, quam de una, consulunto. Recepimus autem Gruteri lectionem, probatam Ernesto et Wagnero. Scribae, cum sive constructionem non recte caperent, sive pravum *semel*, quod irrepserat, sensu carere viderent, abjecerunt vocem genuinam et veram. *Semel* est in plerisque Goer. et Dav., nostris Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. vett., quae ad manum sunt, omnibus, exceptis Ald. et Comm. — Mire conspirant nostri Codd. in prava scriptione *consulento.* In principio ex quatuor Goer. et nostris Codd. omnibus *ne* recepimus pro *nec.* Pro *docento* est *ducento* in Copp. Victt. b. *detento* in Cod. W. In seqq. Cod. Cr. habet *privatis* omisso *que.* In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Ald. Brut. Car. Steph. Lamb. Goth. Comm. est *patiuntor*, in duobus Goer. *fa-*

INROGANTO. DE CAPITE CIVIS, NISI PER MAXUMUM COMITIATUM OLLOSQUE, QUOS CENSORES IN PARTIBUS POPULI LOCASSINT, NE FERUNTO: DONUM NE CAPIUNTO NEVE DANTO, NEVE PETENDA,

ciunto, in plurimis *partiunto*. Sed probam lectionem habent duo Goer. et nostri Codd. Cr. W. M. cum Edd. Sturm. Verb. et seqq. *Mr.*

Privilegia ne irroganto] in privos seu singulos homines legem ne ferant qua ceteri non teneantur. *Festus:* Privilegium *sunt qui dicant esse privatam legem.* Vide sis infra cap. XIX. et *Agellium* X, 20. Hoc autem a Solone mutuati sunt Decemviri. Praeter auctores a *Sam. Petito* laudatos Legg. Attic. pag. 114. sic *Aeneas* Gazaeus in Theophr. p. 385. 386. *Ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ τιθέναι, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι.* Adi sis etiam *Jac. Cujacium* Observ. XV, 8. *Jac. Raevardum* ad Legg. XII. Tabb. cap. 2. *Paullum Merulam* de Legg. cap. XXII. §. 4. et *J. V. Gravinam* de Jure Nat. §. LXXIV. Dav.

Privilegia ne inroganto] Cod. Cr. *interroganto*, Cod. M. *irrogato*, Cod. W. *irroganto*, ut Edd. vett. Nos cum Goer. ex quinque ejus Codd. scripsimus *inroganto. Mr.* — Conf. Niebuhrii Röm. Gesch. II. p. 115. Inerant haec in Tabula nona. cf. Hauboldi Institutt. Iuris Rom. Epitome p. 135. Ern. Clav. Cic. ib. Cic. pro Sextio 30. in Senat. post Redit. 1. Brut. 21. Vide Noltenii Lex. Antibarbarum p. 1119. ibiq. Gell. N. A. X. 20. et Ulpian. Leg. 8. Pandectt. de Legibus. *Cr. Priv. ne inr.* i. e. ne rogent apud populum, seu ne proponant legem adversus seu pro uno quodam homine. Est autem *privilegium* lex, quae fertur in unum aliquem hominem et singularem causam, vel in commodum vel in detrimentum: ita lex Manilia erat privilegium in honorem Pompeji. *W.*

Nisi per maxumum comitiatum] Codd. Cr. et W. Copp. Victt. b. marg. Crat. et Herw. Edd. Par. Brut. (sed hic probat veram lectionem) Sturm. habent *comitatum*, Cod. M. *civitatis*, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *comitium*. Maximus comitiatus sunt comitia centuriata. *Mr.* — Quod in Marcio Coriolano aliter factum est (Liv. II. 35.), de eo varie disputatur. Vid. Car. Sigon. de Iudiciis Romm. III. 5. p. 695. [p. 447. ed. Wechel.] cf. *Heineccii* Syntagma Antiqq. Romm. Lib. IV. tit. XVIII. §. 35. *Ferguson.* Hist. Reip. Rom. I. p. 41. vers. German.; *Athan. Auger de la Constitution des Romains* (Paris. 1792.) Tom. I. p. 64. sqq. et *Niebuhr.* Hist. Rom. II. p. 5. sq. et II. p. 113. ubi nostrum locum attigit. Exhibet eundem in Tabulae nonae fragmm. *Haubold.* libr. laud. p. 135. Adde de h. l. *Dirksenii civilist. Abhandll.* I. p. 144. *Cr.*

In partibus populi] I. e. qui a censoribus in classes aut tribus divisi fuerint. Vid. supra §. 7. *W.* — Pro *locassint* est *locarunt* in Copp. Victt. b., *locassent* in Cod. M. *Mr.*

Ne ferunto: donum e cap.] Inserit praeterea Victorius *ne ferunto vim ne faciunto, donum* etc. sed neque id in mss. neque edd. nostris apparet. Grut.

Ne ferunto:] Post haec inserit Ed. Ald. *vim ne facito*, Ed. Sturm., ut Vict., *vim ne faciunto.* Codd. nostri haec non agnoscunt: nihil monet Goer. Pro *donum* est *domum* in Codd. Cr. et W. et Ed. Herw. Sequentia intellige: *neve quum petunt* etc. *Mr.*

Quod quis earum rerum migrassit] Video esse qui legendum

NEVE GERENDA, NEVE GESTA POTESTATE. QUOD QUIS EARUM RERUM MIGRASSIT, NOXIAE POENA PAR ESTO. CENSORES FIDE LEGEM CUSTODIUNTO. PRIVATI AD EOS ACTA REFERUNTO: NEC

putent *quo* non *quod;* offensi opinor non satis usitato genere loquendi; cum tamen eodem modo dixerit *Cicero* lib. III. Fin. [cap. 20.] *Qui id conservaret, eum justum; qui* migraret, *injustum fore.* Et lib. I. de Divin. [cap. 5.] ubi legitur, *ne* communi jure *migrare videatur;* habent veteres aliquot libri *communia jura:* quasi *migrare* valeat mutare. *Gellius* quoque lib. II. cap. 29. *Cassita,* inquit, *nidum migrat.* P. MANUC.

Quod quis earum rerum] Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *quisquis.* Videlicet non concoquebant librarii *quod — earum rerum* pro *quodcunque ex his,* et malebant soloecismum inferre, quam scriptoris sermoni intelligendo operam dare. *Mr.*

Noxiae poena par esto] Cod. Cr. *noxiat poenae parento;* Cod. W. *noxiae poenae parento,* Cod. M. *noxiae poene parento.* Copp. Victt. b. *noxiae poenae pars esto. Mr. — Ducker.* de Latinit. vett. Iurisconsultorr. ibiq. Alciatus p. 9. sq.: »At *noxia* solummodo de maleficio ipso dicitur, nec tam generali significatione accipitur, sicut *noxa.*« Sequuntur haec ipsa verba legis Tullianae. *Ruhnkenius* ad Terent. Eunuch. V, 2. 13. »*Noxia* vere adjectivum, subintellecto *culpa,* vel *res,* semper significat culpam, injuriam, peccatum; *noxa* culpae poena, unde *noxae dare,* et hinc quodvis detrimentum ac damnum. Sic discrimen constituit *Oudendorp.* ad Sueton. Caesar. c. 81.« Antea alii aliter de hoc discrimine praeceperant. Vid. *Duckeri* libr. laud. p. 10 — 23. *Cr.*

Censoris fide leges custodiuntor] Sic legendum censeo neque longe discedens ab antiqua scriptura, et rationem ducem secutus. Malim tamen, *Censorum fide leges custodiuntor;* nisi longius absit ab antiqua scriptura. Fateor autem me olim sic edidisse, *Censores fidem legis custodiunto,* cum ita emendatum in codice *Memmiano* reperissem. Sed nunc idem liquido confirmo, hanc, quam nunc secutus sum, scripturam, et propius accedere ad antiquam, et esse probabiliorem. LAMB.

Censores fide legem custodiunto] Ita editio Aldi; sic quoque vult Turnebus ex scriptis libb. aut levi mutatione *censorum.* Fabr. S. Vict. Palat. tert. *censoris fidem legem cust.* unica tantum littera abit quart. *censores,* in vulgatis *censores fide legem.* GRUT.

Censores *fide legem custodiunto*] Vulgo *censoris;* et favent plerique Codices, qui dant *censoris fidem legem custodiunto.* Nihilo tamen minus editiones *Ascensii Victoriique* sequor: hanc enim curam Censoribus dedit *Cicero,* prout liquet ex hujusce libri cap. xx. Ac *Censores* quidem diserte repraesentant Eliens. et Pal. quart. DAV.

Censores fide legem custodiunto] *Fide* est *fideliter.* Quod cum non cogitarent librarii et Editores, a recta scriptione aberrarunt. Quinque Goer. et nostri Cr. W. habent *censoris fidem,* Cod. M. *sensoris fidem,* Copp. Victt. b. *caesoris fide.* Edd. Lamb. et Sturm. *censoris fide. Mr.*

Privati] Ita editio Victorii. Consuadet codex S. Victoris *private* repraesentans, erat scriptum *privatei,* deinde a scriba *i* omissum fortasse. GRUT.

Privati] I. e., ait Ern., qui magistratu abierunt. Vid. infra c. xx. 47. *Privata* scribitur in Codd.

EO MAGIS LEGE LIBERI SUNTO. — Lex recitata est. Disce rem, et tabellam jubebo dari.

5. Q. Quam brevi, frater, in conspectu posita est
12. a te omnium magistratuum descriptio! sed ea paene
b. nostrae civitatis; etsi a te paullum allatum est novi.

Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. Sturm. et Brut.; quod est correctoris inepti, qui non capiebat loci sensum. *Mr.*

Disce rem] Codd. Cr. W. et M. *discere*, Copp. Victt. b. *discedere*, et inter utramque lectionem fluctuant etiam Codd. Goer. Legitur etiam *discere* in Edd. Car. Steph. et Brut. (qui lectionem laudat Ald. *disce et*). In varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. est *dissere*. Mihi, quidquid obloquatur Goer., Davisii conjectura *discedite* [i. e. in suam quisque tribum ad tabellam accipiendam, qua suffragium feratur. *Wagn.*] placet, cum singularis numerus non conveniat allocutioni duorum, neque ea lectio Codicum auctoritate plane destituatur. *Mr.* — *Disce rem* i. e. jam explicabo vobis legem et tabellam jubebo dari ad suffragia afferenda legemque sciscendam, ut fieri solet in comitiis. Sic supra §. 11. dictum est: *rem populum docento*. Vid. P. Manutius de Leg. Rom. cap. 35. *W.*

Disce rem] Cum alloquatur duos; non placet magnopere unitatis numero *disce rem:* et quoniam mos hic erat apud Romanos, ut, lege recitata, *discederent*, magistratu ita jubente; deinde, tabellis distributis, suffragia ferrentur; propterea non displiceret *discede* pro *disce rem. Pedianus* more millum significat his verbis: *His peractis, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, jubet unumquemque is, qui legem fert, discedere.* P. Manuc.

Discere rem] Vetus liber *dicere*, pro quo alii *discedere* reposuerunt. Mihi placeret *sciscere*, quod paullum a vetere scriptura discedit, et sententiae mirifice congruit. Ursin.

Disce rem et tabellam jubebo dari] Sic editio Victorii ceteraeque, accedit Pal. quartus, exhibens *discerem.* Ceterum Turnebus pro *jubebo* in antiquis libris *videbo* reperisse testatur, ut allusum sit ad suffragiorum diribitores, quorum videre et prospicere de dandis populo tabellis: sed saepe sic *ui* pro *ju* alterant mss. Gr.

Disce rem] Sic primus, nisi fallor, edidit *Ascensius.* Omnes fere Codices habent *discere* vel *dicere;* nisi quod Ven. 1471. *discedere* prae se ferat, ut etiam *Lambinus* edidit. Hinc legendum censeo *discedite;* ut Atticum Quintumque noster adloquatur. Nam suffragiorum ferendorum caussa populus DISCEDERE jubebatur. Vide *Barn. Brissonium* de Form. lib. II. pag. 132. Dav.

Cap. 5. §. 12. *Quam brevi, frater,*] Copp. Victt. b. *quam cum brevi.* In seqq. Cod. Cr. habet *etsi ad te;* pro *paullum* Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. habent *paululum.* Pro *animadvertis* Cod. Cr. *animadverteris. Mr.*

Quam Scipio laudat in libris] Nihil divertunt ab hac lectione Pall. neque Gulielmiani: retinentque editiones meliores, puta Aldi atque Victorii. Grut.

Quam Scipio laudat in libris illis] Non potui ferre Ciceronem balbutientem; quare recepi, quod jam fieri volebat Turn. in primo comment., quodque est in Edd. Lamb. et Comm., *illis*, probatum Bruto, Rathio, Goerenzio

M. Rectissime, Quinte, animadvertis. Haec est enim, quam Scipio laudat in libris illis, et quam maxime probat temperationem rei publicae; quae effici non potuisset, nisi tali descriptione magistratuum. Nam sic habetote, magistratibus iisque, qui praesunt, contineri rem publicam, et ex eorum compositione, quod

et receptum a Sch. Ita noster §. 15. nostri cap. *pleraque sunt dicta in illis libris;* Cap. 17. §. 38. *etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio;* Cap. 14. §. 22. et *in illis libris tractata sunt diligentius.* His omnibus locis de libris de Republica sermo est, et additur *illis*, quamquam non sequitur pronomen relativum. Nihil agit Schefferus, verba *in libris* ejici jubens. Locus autem, quem significat Tullius, in libris nuper repertis ita legitur L. II. 23. p. 177. *Itaque ista aequabilitas atque hoc triplex rerum publicarum genus videtur mihi commune nobis cum illis populis fuisse. Sed quod proprium sit in nostra rep., quo nihil possit esse praeclarius, id persequar, si potero, subtilius, quod erit ejusmodi, nihil ut tale ulla in re publica repperiatur. Haec enim, quae adhuc exposui, ita mixta fuerunt et in hac civitate et in Lacedaemoniorum et in Carthaginiensium, ut temperata nullo fuerint modo. Nam in qua rep. est unus aliquis perpetua potestate, praesertim regia, quamvis in ea sit Senatus, ut tum fuit Romae, cum erant reges; et ut sit aliquod etiam populi jus, ut fuit apud nostros reges; tamen illud excellit regium nomen, neque potest ejusmodi resp. non regnum esse et vocari. Ea autem forma civitatis mutabilis maxime est hanc ob causam, quod unius vitio praecipitata in perniciosissimam partem facillime decidit. Nam ipsum regale genus civitatis non modo non est reprehendendum, sed haud scio an reliquis simplicibus longe anteponendum, si ullum probarem simplex reip. genus: sed ita quoad statum suum retinet: is est autem status, ut unius perpetua potestate et justitia omnique sapientia regatur salus et aequabilitas et otium civium. Desunt omnino ei populo multa, qui sub rege est; in primisque libertas, quae non in eo est, ut justo utamur domino, sed ut nullo . . . .* Vid. ib. A. Maj. *Mr.*

Et quam maxime probat temperationem Reip.] Delentur haec in Fabr. S. Vict. at retinent ad hunc modum editiones Aldi, Victorii, Turnebi, reliquaeque, praeterea ms. quartus: nam secundus, *Temperatione.* GRUT.

Et quam maxime probat temperationem rei publicae] Nihil certius hac lectione, quam non debebat in dubium vocare et emendare etiam Lamb. Tuentur eam et libri omnes et Ciceronis usus: quare praeter necessitatem, ut recte monuit Goer., interpretes confugerunt ad alios scriptores, ut ejus locutionis exempla conferrent. Vid. modo Cic. ad Att. II. 24. *Quas Numestio literas dedi, sic te iis evocabam* etc. quae ad unguem convenirent, si noster inverso ordine scripsisset: *quam maxime probat temperationem rei publicae, haec est. Mr.* — Nec minus Reip. Romanae temperationem probat Polybius, qui in Reliquiis VI. 11. p. 478. Schwgh. ita judicat: *Ῥωμαῖοι δὲ τὸ μὲν τέλος ταὐτὸ πεποίηνται* (de Lycurgo erat locutus) *τῆς ἐν τῇ πατρίδι καταστάσεως· οὐ μὴν*

cujusque rei publicae genus sit, intelligi. Quae res
cum sapientissime moderatissimeque constituta esset
a majoribus nostris; nihil habui sane, non modo mul-
13. tum, quod putarem novandum in legibus. Att. Red-
des igitur nobis, ut in religionis lege fecisti admonitu
et rogatu meo, sic de magistratibus, ut disputes, qui-
bus de causis maxime placeat ista descriptio. M. Fa-
ciam, Attice, ut vis: et locum istum totum, ut a do-

διὰ λόγου, διὰ δὲ πολλῶν ἀγώνων καὶ πραγμάτων, ἐξ αὐτῆς ἀεὶ τῆς ἐν ταῖς περιπετείαις ἐπιγνώσεως αἱρούμενοι τὸ βέλτιον, οὕτως ἦλθον ἐπὶ ταὐτὸ μὲν Λυκούργῳ τέλος, κάλλιστον δὲ σύστημα τῶν καθ' ἡμᾶς πολιτειῶν. Cr.

Haec est enim quam Scipio laudat in libris, et quam maxime probat temperationem *Reip.*] Ita Codices. Verum *Lambinus* emendabat, *haec est enim quam Scipio laudat in libris* illis, *et quam maxime probat*, temperatio *Reip.* Nihil opus; hujus enim constructionis non desunt exempla. *Aristoteles* de Rep. II, 10. *Ἣν δὲ ποιοῦνται τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἸΑΤΡΕΙΑΝ, ἄτοπος καὶ οὐ πολιτικὴ ἀλλὰ δυναστευτική. Plautus* Curcul. Act. III. vs. 63. *Ut ei detur, quam istic emi* VIRGINEM. Ac in Mercat. Act. II. Sc. I, 6. *Ei ne noceret, quam domi ante habui* CAPRAM. Vide sis et *Donatum* ad *Terentii* Andr. Prol. vs. 3. Dav.

Nam sic habetote] Ed. Asc. 2. *habeto.* Tum Cod. M. *suisque* pro *iisque.* Pro *praesint* scripsimus *praesunt* flagitante ratione grammatica, quia verba *qui praesunt* non pendent ab acc. c. inf. Eamque scriptionem exhibent sex Codd. Goer., nostri omnes, et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Lamb. Goth.; eam restitutam volens Goer. operas inobedientes habuit, restituit autem Sch. eodemque modo legit Beierus nostrum locum ad Cic. de Off. III. 5. 23. p. 220. q. v. disputantem de verbis *contineri rem publicam.* — In Cod. M. legitur *cont. rei publicae*, ibid. mox *quotinusque in re genus sit.* Voculam *ex* omittunt Codd. Cr. et W.; iidem habent *cujusque in re publica;* ex eadem lectione orta est etiam lectio, quam indicavimus, Codicis M., quae fluxit ex male lecta scriptione *quoiusque.* In seqq. Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. inverso ordine habent *moderatissime sapientissimeque,* Copp. Victt. b. *moderantissimeque. Mr.*

Sane non multum] Omnes nostri dant *sane non* modo *multum.* Sed importuna prorsus est illa vox, quam Codices addunt; nisi velis, *sane non* admodum *multum.* Dav.

Nihil habui sane, non modo multum] Restitui cum Goer. et Sch. lectionem librorum, quotquot innotescunt, omnium, nisi quod in Copp. Victt. b. *modo*, ut omissum, enotatum est. Putidum sit, hujus usus, ut *non modo* sit pro *non modo non* v. *nedum*, exempla proferre, quae abunde suppeditant libri grammatici et Tursellinus de Particulis p. 579. ed. Schwarz. Pravam lectionem, interpunctione posita post *habui*, habent Edd. Paris. Comm. Gebh. Ern. Bip. Wagn. Dav. *Mr.*

§. 13. *Reddes igitur nobis*] Haeserunt h. l. Wagn. et Rath., non recordantes, supra quoque verbum *reddendi* in explicatione legis poni, (II. 13. 34.) ut sit i. q.

ctissimis Graeciae quaesitum et disputatum est, explicabo; et, ut institui, nostra jura attingam. Att. Istud maxime exspecto disserendi genus. M. Atqui pleraque sunt dicta in illis libris: quod faciendum fuit, cum de optima republica quaereretur. Sed hujus loci 14.
de magistratibus sunt propria quaedam, a Theophrasto primum, deinde a Diogene Stoico quaesita subtilius.

exponere v. interpretari. *Ut disputes* idem vult quod: *et ea quidem ratione, ut dicas* etc. Quare non opus est Rathii conjectura, ut vel legatur *id des* pro *reddes*, vel deleantur verba *ut disputes*, vel scribatur: *et ut in — sic fac de magg.* In Cod. M. legitur *Reddens — religionibus legibus — non monitu. Mr.* — Ad v. *rogatu* v. annot. ad Cic. de N. D. I. 7. p. 721. ed. nostr. *Cr.*

Maxime placeat ista descriptio] Paris. *maxime* ut *placeat.* Lego *maxime* tibi *placeat ista descriptio.* Dav.

Maxime placeat] Duo quoque Goer. et noster Cod. M. *ut* interponunt, neque vero inde cum Dav. supervacaneum *tibi* addendum est. Sed quod est in Cod. M. *ipsa ista descriptio*, non displiceret, si scriptum esset *ista ipsa descriptio* sc. quam exposuisti, neque vero alia. Tenendum autem, Ciceronem promiscue dicere *ille ipse* et *ipse ille*, sed voci *ipse* additum *iste* nunquam sequi, sed semper praecedere, ut est in Or. pro Rosc. Amer. 43. 125. *ista ipsa lege, quae de proscriptione est.* Sed a loco nostro mutando manum abstineo. Si enim addere voluisset aliquid Cic., scripsisset v. *ista potissimum* v. *ista maxime.* In seqq. Cod. Cr. *dotissimis.* Tum Cod. M. *quae sint et disputatur.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. et Comm., *quaesitum disputatumque est.* Verba *Istud — genus* omissa sunt in Cod. W. *Mr*

Atqui pleraque sunt dicta cum de optima Republ. quaereretur] Ausus sum ejicere verborum illam trigam, qua abundant editiones *quod faciendum fuit:* quia nihil hic agunt, et quoniam abjiciunt duo optimi libri mss. S. Victor. quartus Palatin. Grut.

Atqui pleraque sunt etc.] Cod. M. *Atque.* Tum restituimus Ciceroni, quod nunquam auferri debuit, verba *quod faciendum fuit*, quae habent Codd. Goer. et nostri, praeter Cod. M., omnes, itemque Edd. vett., nisi quod Rathius ea abesse ab Ed. Ven. 1494. annotavit. Libros de Rep. saepius noster laudat ita, ut h. l.; vide modo paulo superius §. 12. *in libris illis.* Dav. Ern. Bip. Wagn. Gruterum secuti sunt. Ceterum hic ipse locus, quem significat noster, periit in libris de Rep. Vide modo A. Maj. ad Cic. de Rep. II. 29. extr. p. 188. *Mr.*

§. 14. A Dione *Stoico*] *Turnebus* rescribit *a* Diogene *Stoico.* Diogenem tamen Stoicum de Rep. scripsisse non liquet; et Stoicus fuisse videtur is Dion, cujus meminit *Laertius* VII, 190. 192. ut a Codicum scriptura prorsus steterim. Dav.

A Diogene Stoico] Ita pro *Dione* est scribendum, ut jam monuit Turn. De eo loquitur Diog. Laërt. VI. 190. et 192. Nam qui ibi nominatur *Dion*, non est scriptor. *W.* — Idem sentit *van Lynden* in Dissert. de Panaetio Rhodio, Philosopho Stoico p. 84. et *Schütz.* in Summar. horum librorum p. 52. *Mr.*

6. Att. Ain tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt? M. Non sane, nisi ab eo, quem modo nominavi, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. Nam veteres verbo tenus, acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem, de re publica disserebant. Ab hac familia

Cap. 6. *Ain tandem?*] Cod. M. et Edd. Asc. 1. 2. *an tandem.* Tum Cod. M. *non sane non ab eo, qui modo.* Cod. Cr. *ab magno.* Cod. M. *in quibuslibet erudito.* De Panaetio v. nunc Cic. de Rep. I. 21. p. 63. ib. Maj. *Mr.* — *Panaetius*, Scipionis Africani Minoris amicus et praeceptor, multos scripsit libros, in his opus de Officiis, quod Cicero in suis de hoc argumento libris secutus est; cujus philosophi res et scripta explicata sunt in disputatione singulari, quam nostro praesidio defendit a. 1802. eruditissimus *van Lynden*, scholarum nostrarum illo tempore auditor. *W.*

Nam veteres] I. e. veteres Stoici, videlicet *Zeno* (Diog. Laërt. VII. I. 4.) *Cleanthes* (ib. VII. v. 175.) et *Chrysippus* (ib. VII. vii. 188.). De Chrysippo erudita nuper prodiit Commentatio F. N. G. *Baguet*. Lovanii, 1822. ubi de Chrysippi *περὶ πολιτείας* libris agitur p. 331 — 333. — Rathius pro *veteres* praeter necessitatem corrigi volebat *ceteri*, sc. praeter Dionem et Panaetium; neque vero docuit, quisnam fuerit ille Dion, quem nemo novit. Ad rem cf. Cic. de Rep. III. 4. p. 223. *Mr.*

Verbo tenus] I. e. ut in sua de rep. disputatione nonnisi contemplationem sequerentur, neque vero de eo loquerentur, quod ad vitae civilis usum pertineret *Mr.* *Van Lynden* l. l. p. 84. sq. »Diogenes igitur et Panaetius, ut »doctores Laelii aliorumque Ro»manorum, *ad usum popularem* »*atque civilem*, i. e. Romanorum »ingeniis accommodatum, de Ma»gistratibus scripserunt: veteres »illi, Zeno, Chrysippus, *verbo* »*tenus* i. e. *non ad ipsius rei actio*»*nisque usum, sed ad scholae* »*disputationem*, de Magistratibus »scripserant: *ὡς ἐν λόγοις*, ut »inquit Plutarchus de Repugnantiis »Stoicorum p. 1033. B. [Tom. V. »p. 210. Wyttenb.] *Ἐπεὶ τοίνυν* »*πολλὰ μὲν, ὡς ἐν λόγοις, αὐτῷ* »*Ζήνωνι, πολλὰ δὲ Κλεάνθει, πλεῖ*»*στα δὲ Χρυσίππῳ γεγραμμένα τυγ*»*χάνει περὶ πολιτείας καὶ τοῦ ἄρ*»*χεσθαι καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν* »*καὶ ῥητορεύειν· ἐν δὲ τοῖς βίοις* »*οὐδενός ἐστιν εὑρεῖν οὐ στρατη*»*γίαν, οὐ νομοθεσίαν, οὐ πάροδον* »*εἰς βουλὴν, οὐ συνηγορίαν ἐπὶ* »*δικαστῶν, οὐ στρατείαν ὑπὲρ πα*»*τρίδος, οὐ πρεσβείαν, οὐκ ἐπίδο*»*σιν· ἀλλ' ἐπὶ ξένης, ὥσπερ τινὸς* »*λωτοῦ, γευσάμενοι σχολῆς, τὸν* »*πάντα βίον, οὐ βραχὺν, ἀλλὰ* »*παμμήκη γενόμενον, διήγαγον ἐν* »*λόγοις καὶ βιβλίοις καὶ περιπά*»*τοις κ. τ. λ.*« Ad v. *verbo tenus* vid. Liv. XXXIV. 5. p. 775. Drakenborch. ibiq. interprett. *Cr.* — Pro *ad hunc* Cod. Cr. *ade hunc.* *Mr.*

Ad hanc familiam magis etc.] Sic docti quidam legi malunt, quam, ut est in libris vulgatis, *ab hac familia magis ista manarunt*, *Platone principe;* quibuscum facit ratio. Lamb.

Ab hac familia magis ista etc.] Argute admodum corculum illud Galliae suae, *ab Academia magis ista* etc. Grut.

Ab hac familia *magis ista manarunt*] Meminit *Gebhardus* viri docti qui rescripsit *ab* Academia *magis ista manarunt.* Hac tamen

magis ista manarunt, Platone principe. Post Aristoteles illustravit omnem hunc civilem in disputando locum, Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone. Theophrastus vero, institutus ab Aristotele,

mutatione nihil est opus, cum *Cicero*, qui loquitur, fuerit Academicus, et *familiam* pro secta vel disciplina philosophorum passim usurparit. Sic lib. I. de Orat. cap. 10. *Cum universi* (diversarum partium philosophi) *in te impetum fecissent, tum singulae* familiae *litem tibi intenderent.* Et lib. III. cap. 16. *Cum essent plures orti fere a Socrate — — proseminatae sunt quasi* familiae *dissentientes inter se.* Iterum de Divin. II, 1. *Magnus locus philosophiaeque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum* familia *tractatus uberrime.* Etiam frustra sunt quibus placet, *ad hanc familiam;* nam lectio, quam MSSti repraesentant, est sincera. Dav.

Ab hac familia] I. e. cujus ego sum sectator, videlicet Academicorum. Ita plane noster de N. D. I. 5. *Qui autem mirantur, nos hanc potissimum disciplinam secutos:* ubi item, nomine non praeposito, scholam Academicam intelligit. Goerenzius in Ed. min. receperat lectionem *ab Academica familia*, quae est conjectura Schefferi, qui vel ita, vel: *ab Academicorum familia* legendum esse suspicatus fuerat; sed praeter necessitatem, quamquam ille assentientem nactus est Rathium. Non magis admittenda est Walkeri conjectura, qui ad Cic. de N. D. I. 53. conjecit *ab alia familia;* neque vero *ab illa*, ut est in notulis Rathii. *Mr.*

Hunc civilem in disputando locum] *Civilem locum* bene Wagn. intelligit illud argumentum vel eam argumentorum, ut ait Quintilianus, sedem, ex quo ea, quae ad civitatis administrationem spectant, promuntur; *in disputando*, quod est philosophi, opponitur dictioni *in dicendo*, quod est oratoris. Desiderat tamen, cum sit paullo insolentius dictum, *civilem philosophiae locum.* Cui opponit Goer. locum Cic. Partitt. 23, 78. *quae sint in disputando vera, quae falsa.* Quod vero h. l. optime se habet, nostro loco non item commode dicitur; et recte sentiebat Wagn. non bene conjungi posse *illustravit — in disputando.* Quare ego cum Rathio facio, qui, vocem *in* ex ultima praecedentis vocabuli litera ortam esse suspicatus, conjecit: *illustravit omnem hunc civilem disputando locum.* Quamquam ita non satis probatur contortus verborum ordo. *Mr.*

Heraclides Ponticus] Cod. M. *Heraclides Pontificus.* En monachi lepidum caput, qui item mox, egregie scilicet, scripsit *Theophrastus — habitavit in Scitis.* — Heraclidis fragmentum de Politiis exstat ad calcem libri Nic. Cragii de Rep. Lacedaemoniorum. 4. ap. Santandr. 1593. pp. 35. et in Gronov. Thes. Antt. Grr. T. VI. *Mr.* — *Heraclides* Ponticus, nobilis philosophus, Platonis auditor, multos scripsit libros, qui perierunt. Nam qui hodieque sub ejus nomine fertur liber de Allegoriis Homeri, recentioris cujusdam est scriptoris Heraclidis. Vid. Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. p. 302. *W.* Adde *Koeleri* Commentat. ad Heraclid. de rebus publ. p. XXI. *Cr.*

Profectus *ab eodem Platone*] Cum Aristoteles, non minus ac Heraclides Ponticus, Platone magistro sit usus; omnino rescripserim *profecti ab eodem Platone.*

habitavit, ut scitis, in eo genere rerum: ab eodemque Aristotele doctus Dicaearchus huic rationi stu-
p. 187. dioque non defuit. Post a Theophrasto Phalereus ille
a. Demetrius, de quo feci supra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discri-

Ita uterque discipulus, in hoc *participio* continetur. Dav.

Theophrastus vero] Vid. Cic. de Rep. I. 22. p. 65. ib. A. Maj. *Mr.*

Institutus ab Aristotele habitavit, ut scitis, in etc.] Nemo est ausus sequi magnum Turnebum hanc lectionem primo producentem: sed cum eam quoque asserant S. Victoris, Pal. tert. Fabr. nihil relinquitur amplius dubii, eam verissimam esse. Est igitur *habitavit* ἐνεφιλοχώρησεν, ut idem explicat, plurimum se dedidit; simile quid Tusculanis restituimus in crepundiis. Vulgatum *abundavit* putidum plane est glossema. Grut.

Habitavit, *ut scitis, in eo genere rerum*] Multum diuque versatus est. *Ascensius* autem, *Victorius*, *Lambinus* et *Aldus* nepos male prorsus ediderunt *abundavit ut scitis* etc. Nam Turneb. S. Victoris, Pal. tert. Fabric. Paris. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. Balliol. editio pervetus, et Ven. 1471. lectionem, quam *Gebhardo* praeeunte secutus sum merito repraesentant; eaque elegantissima est locutio. Noster Philipp. XII, 1. *Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu* habitant *oculi mei, tristiores videbam.* Idem de Orat. II, 38. *Illi autem, qui hoc solum colendum ducebant*, habitarunt *in hac una ratione tractanda.* Vide sis et cap. 72. Dav.

Habitavit, ut scitis,] Nihil certius lectione *habitavit*, eamque repraesentant plerique Goer., nostri Codd. Cr. (*abitavit*), W. M. Copp. Victt. b. Edd. Crat. Herw. (hae in varr. lectt.) Asc. 1. Brut. Ald. Graevius ad marg. Ed. Comm. ubi est *abundavit:* »*habitavit*, »ita Tertullianus locutus est.« Lectionem nostram praefert etiam Gesnerus in Thesauro L. L. v. *abundare*, quod hac in constructione ne latinum quidem est. *Mr.*

Ab eodemque Aristotele] Cod. Cr. *eodem*: id. *Dicearcus*, Cod. M. *Discaearchus*. De Dicaearcho vid. M. *Marx* in Creuz. Meletemm. III. p. 171 — 210. ubi exhibetur ej. *Βίος Ἑλλάδος*. *Mr.* Vid. etiam Hudson. in Geographis minoribus T. II. Fabr. B. Gr. II. p. 295. *W.*

Phalereus ille Demetrius] V. supra II. 25. 64. — Cod. Cr. *Phalercus*, Cod. M. *Phalcearus ille Demetricus*. *Mr.* *Doctrinam* etc. Elegans metaphora, qua item de Demetrio Phalereo usus est Cic. in Bruto c. 9. §. 37. *delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. processerat enim in solem et in* [omittit *in* Ern.] *pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis.* Vid. praeterea de Orat. I. 34. et in Orat. c. 19. *W.*

Ex umbraculis eruditorum otioque] Cod. M. *umbratilis*, quod vocabulum est in duobus, quos ultimo loco laudavit Wyttenbachius, Ciceronis locis. Vocem *umbracula* satis explicat Turn. Ad v. *otioque* vid. Cic. de Off. I. 21. pro Sext. 51. In Copp. Victt. a. ad marg. suae Ed. Victorius ad v. *otioque* haec adnotavit: »v. c. »*quae hodie sunt.* fort. *oleoque* »i. e. palaestra. Catull. [De Aty, »64.] *Ego gymnasii fui flos,*

men aciemque produxit. Nam et mediocriter doctos magnos in re publica viros, et doctissimos homines non nimis in re publica versatos, multos commemorare possumus. Qui vero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda civitate princeps esset, quis facile, praeter hunc, inveniri potest?

Att. Puto posse, et quidem aliquem de tribus 7.
nobis. Sed perge, ut coeperas. M. Quaesitum est 15.

»*ego eram decus olei.*« Copp. Victt. b. *quae hodieque. Mr.*

In solem atque in pulverem] Recepimus cum Dav. alterum *in*, quod est ex more Ciceronis et exhibent etiam duo Goer. nostri Codd. W. et M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Par. et Comm. Nam quod ait Goer. inter binas enuntiationes, quae singulae praepositionem modo semel positam referant, se alteram *in* insititiam putare: id ita verum est, ut contraria sententia majorem etiam veritatis speciem habeat, videlicet variari tali modo orationem, et inter *umbraculis — otioque*, et *discrimen aciemque* optime poni *in solem atque in pulverem.* Vid. de Orat. I. 34. 157. *Educenda — dictio est ex hac — exercitatione — umbratili — in pulverem — in castra atque in aciem forensem.* Cf. Epistolae Sodalium Philomathiae ed. Mahne. p. 237. — Pro *produxit*, quod unice verum est, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. legitur *perduxit*, et ita est etiam in Cod. M. et Copp. Victt. b. Sed reliqui Codd. omnes probam lectionem tuentur. *Mr.*

In solem atque in pulverem] Vulgo deest vox penultima; quam suppeditarunt Paris. et editio *Victoriana.* DAV.

Nam et mediocriter] Cod. M. *Nam non mediocr.* et paulo inferius *non minus* pro *non nimis*, ut Edd. Asc. 1. 2. Par. (ubi Turn. in Comm. primo vel *minus* [abjecto *non*], vel *non nimis* legi vult) et Comm., in cujus marg. Graevius adscripsit: »*non nimis* leg.« *Mr.* — *Commemorare possumus:* cf. nostram Annot. ad Cic. de N. D. II. 47. p. 407. ad v. *Enumerare possum. Cr.* Pro *et doctrinae* est *ex doctrinae* in Cod. M. *Mr.*

Cap. 7. §. 15. *Puto posse,*] Ita Codd. omnes, praeter unum ap. Goer. et Ed. s. l. et a. ubi minus bene est *posse puto.* In marg. Cod. Cr. ad h. l. adscriptum est: *Tacite Ciceronem innuit.* Vere. Ita et alibi Cic. suas laudes ex aliorum ore sibi tribuit, et in hunc sensum disputat de Rep. I. 8. *Quibus de rebus, quoniam nobis contigit, ut iidem et in gerenda rep. aliquid essemus memoria dignum consecuti et in explicandis rationibus rerum civilium quandam facultatem non modo usu, sed etiam studio discendi et docendi essemus auctores;* [hoc sensu caret: lege, dum melius quid afferatur, *essemus adepti:*] *cum superiores alii fuissent in disputationibus perpoliti, quorum res gestae nullae invenirentur; alii in gerendo probabiles, in disserendo rudes; nec vero nostra quaedam est instituenda nova et a nobis inventa ratio; sed unius aetatis clarissimorum ac sapientissimorum nostrae civitatis virorum disputatio repetenda memoria est* etc. Pro *sed perge* Cod. W. *sed perges*, Cod. M. *sed rege. Mr.*

igitur ab illis, placeretne unum in civitate esse magistratum, cui reliqui parerent? quod exactis regibus intelligo placuisse nostris majoribus. Sed quoniam regale civitatis genus, probatum quondam, postea, non tam regni, quam regis vitiis, repudiatum est; nomen tantum videbitur regis repudiatum, res manebit, si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit.
6. Quare nec Ephori Lacedaemone sine causa a

Quaesitum est igitur] Vocabulum *est* cum in scriptis loco vago ponatur (v. post *quaes.* v. *igitur*, v. post *illis*), ejecerunt Goer. et Sch. Melius eam vocem suo loco reposuissent scribentes *quaesitum est igitur*. Ita enim solet noster in asseveratione; v. c. Cic. de Off. I. 35. extr. *Retinenda est igitur hujus generis verecundia*, ubi de hoc verborum ordine vid. Beier. p. 268. Nam, quod ait Goer., ad participia verbum substantivum omitti solere, seque id probare noluisse, quia opus non sit: posterius quidem recte; et poterat laudare, quae mox subsequuntur, *Ephori — oppositi regibus*, ubi tamen Rathius desiderat *sunt*. Sed primum non minus saepe verbum substantivum ponitur, quam omittitur, tum saepius etiam ponitur in initio sermonis, quod probare nolo, quia non magis, quam ille usus, exemplis eget. Nostrum ordinem habent duo Codd. Goer. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Pro *placeretne* Copp. Victt. b. *placeret*. *Mr.*

Unum – magistratum] Non intelligendum de uno et singulari homine, veluti Dictatore, sed de ipso munere, quod unum unusque magistratus dicitur, licet a duobus pluribusque geritur, veluti Consulibus. *W.* — Pro *parerent* est *placerent* in Copp. Victt. b.; in Cod. W. *legibus* pro *regibus*. Ad rem cf. Cic. de Rep. I. 26. p. 72. Liv. II. 1. *Mr.*

Non tam regni, quam regis vitiis] In Cod. Cr. scribitur *quam regis repudiatum vitiis est*. Huc facit locus Cic. de Rep. I. 40. p. 102. *Quid? tu non vides unius importunitate et superbia Tarquinii nomen huic populo in odium venisse regium? Mr.*

Si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit.] Vocem *magistratibus* non habet Cod. M. *Mr.* De regno et rege apud veteres multa. Videsis, ne plura, Platonis Politicum, praesertim p. 276. sqq. p. 288 sqq. ed. Bekker. Polyb. VI. 4 — 7. p. 459. — 470. ed. Schwgh. Nos h. l. de vi nominis *βασιλεὺς* et *rex* insigniora laudabimus. Vide igitur Aristotel. Polit. I. 8. (I. 5. p. 30. sq. Schneideri). Aelian. V. H. II. 20. ibiq. Perizon. Adde J. L. Lydum de Magistratt. Romm. I. 3. p. 14. *Ὄνομα δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν* (Romuli et Remi) *οἱ Ἰταλοὶ λέγουσι ῥήγιον, οἷον τυραννικόν· οὐδὲ γὰρ βασιλείας Ῥωμαϊκῆς ἐννόμου ἐστὶ σημαντικὸν, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, τὸ ῥήγιον ὄνομα· ὅθεν οὐκέτι μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν ῥηγῶν παρὰ Ῥωμαίοις, καίτοι βασιλευομένοις, ἐχρημάτισεν.* Quae haud abs re erit cum his Ciceronianis contulisse. Ceterum de simili argumento alia partim ex eodem libro Lydi laudabo infra ad cap. 10. Nunc adjice ejusdem locum II. 8. p. 106. *Cr.*

§. 16. *Quare nec Ephori*] Laudat Vict. in Copp. b. Aristotel. Polit. V. qui locus est p. 158. ed. Sylb. coll. II. p. 36. in primis

Theopompo oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni. Nam illud quidem ipsum, quod in jure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui post exstitit, ne id, quod fuerat, esset: hoc enim primum minuit consulare jus, quod exstitit, ipse qui eo non teneretur:

p. 49. itemque p. 52. *Mr.* — Cf. Herodot. I. 65. ibiq. Larcher. I. p. 389. add. Engelbronner. p. 77. sq. *Cr.*

A Theopompo] Ephororum institutionem Lycurgo tribuant nonnulli: plerique vero cum *Cicerone* Theopompum Lacedaemoniorum Regem hujusce Magistratus dicunt auctorem. *Aristoteles* Polit. lib. V. cap. 11. *καὶ Λακεδαιμονίων (πολὺν χρόνον βασιλεία διέμεινε) διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς τε εἰς δύο μέρη διαιρεθῆναι τὴν ἀρχήν, καὶ πάλιν Θεοπόμπου μετριάσαντος τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τὴν τῶν Ἐφόρων ἀρχὴν ἐπικαταστήσαντος.* Vide *Nic. Cragium* Rep. Laced. II, 4. *J. Meursium* Miscell. Lacon. II, 4. ac Interpretes ad *Diogenis* Laertii 1. 98. DAV.

A Theopompo] Cod. Cr. *teopompo.* Cod. M. omittit post *causa* omnia usque ad *consulibus* et pro *tribuni* exhibet *tribunis.* Idem infra bis *existit* pro *exstitit. Mr.* Ad rem cf. R. S. van Harencarspel de propria Reip. Rom. conditione in tribunorum plebis institutione observanda. p. 77. sqq. Ceterum de Consulum potestate ejusque deinceps finibus vid. Niebuhr. Hist. Rom. I. p. 338. sqq. Adde J. Laur. Lydum de magistratt. Romm. I. 33. p. 57. *Cr.*

Ne id, quod fuerat, *esset*] Vulgo *fuerit;* et ita quidem nostri Codices. Sed mens *Ciceronis* jubebat, ut *Lambini Aldi*que nepotis editiones sequerer. DAV.

Ne id, quod fuerat, esset] Nostri quoque et Goer. Codd. habent *fuerit*, quod correxerunt jam dudum editores; ex nostris Car. Steph. Lamb. Goth. Brut. Sturm. Ald. Comm. Sed male explicat rem Wagn. dicens: ne eam potestatem, qua ab initio post reges exactos usus fuerat, porro integram obtineret. Dicendum enim fuit: ne rursus ita opprimeretur populus sub consulibus, ut sub regibus fuerat oppressus. *Mr.*

Hoc enim primum minuit consulare jus] Cf. Cic. de Rep. II. 34. p. 198. Post haec delevimus distinctionem post *ipse*, reposita eadem post *exstitit*, ut fieri volebat Ern. feceruntque Goer. et Sch. Minus bene Ern. de voce *ipse* delenda cogitavit, quod in Ed. min. fecit Goer. Pro *eo* est *in eo* in Edd. quibusdam, v. c. Sturm., sed reliqui nostri omnes, et scripti et editi, non agnoscunt, itemque quatuor Codd. Goer. eamque male reduxerant scriptionem Grut. et Verb. Sed quod Goer. ait, Davisium primum vocem *in* delevisse id falsum est, cum omnes fere Edd. vett. eam non agnoscant. *Mr.*

Qui eo non teneretur] Vulgo *qui* in *eo non teneretur.* Lectionem vero quam damus asserunt Harleian. pr. editio Victoriana, loquendique mos *Ciceronianus.* DAV.

Non modo magistratibus, sed etiam privatis] Duo Goer. Codd. omittunt *modo*, quod esse sine exemplo ille vir ait, ut *non — sed etiam* scribatur, *modo* omisso. Sed exempla vide ap. Lamb. Bos. Ell. Grr. p. 773. ed. Schaef., eaque latina. Cf. Cr. et nostram Ed. Cic. de N. D. II. 64. p. 479. 481. III. 25. p. 631. sq. Hess. Obss. critt. in Plut. p. 8. sq. p. 103. Ed. meam min. Cic. de N.

deinde quod attulit auxilium reliquis non modo magistratibus, sed etiam privatis, consuli non parenti-
17. bus. Q. Magnum dicis malum. Nam, ista potestate nata, gravitas optimatium cecidit, convaluitque jus multitudinis. M. Non est ita, Quinte. Non enim jus
b. illud solum superbius populo, sed violentius videri necesse erat; quo posteaquam modica et sapiens temperatio accessit, conversa lex in omnîs est. * * * * *

D. II. 64. 162. et quos ibi laudavi auctores p. 176. n. 13. — Mox Cod. M. pro *Q. magnum* habet *exiguum. Mr.*

§. 17. *Ista potestate* nata] Paris. *dampnata.* Forte *demum nata.* Dav.

Ista potestate nata] Quatuor Goer. Codd. et Ed. Ven. 1494. habent *damnata*, noster Cod. M. *dampnata.* Davisii emendationem reprobat Goer., quia *demum* non suo loco posita esset, cum proximum post pronomina locum amet, et post *ista* reponendum fuisset. Vere. Sed non displicet Rathii conjectura *ista* (sc. consulum) *potestate deminuta.* Supra enim dictum est: *hoc minuit consulare jus.* Sed servo lectionem *nata*, est enim III. 19. 44. *nondum natis seditiosis tribunis.* De scriptione *optimatium*, quae in hoc vocabulo praestat alteri, quam habent nonnullae Edd. et unus Cod. Goer., *optimatum*, vid. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 252. *Mr.*

Convaluitque jus multitudinis] Cum *jus multitudinis* opponatur *juri consulis*, Goerenzius Wagneri conjecturam *vis* pro *jus* supervacaneam censet. Sed tamen, cum *malum* hoc dicat noster, idque *magnum*, *vis* certe majore cum probabilitate malum dicitur, quam *jus.* Favent etiam illi conjecturae Cod. W. et Copp. Victt. b., eique Rathius calculum suum adjecit. Tum Copp. Victt. b. inverso ordine *Non est, Quinte, ita. Non jus enim.* Cod. M. *illud ita solus — pop. et violentius. Mr.* Ad constructionem *non solum — sed* v. Liv. II. 52. *nec in universos modo, sed in singulos.* Cf. Liv. XXII. 9. ibiq. interprr. et II, 6. ibiq. Drakenborch. Similiter Graeci post μὴ ὅτι, μὴ μόνον, οὐ μόνον subjiciunt ἀλλὰ pro ἀλλὰ καί. Cf. Heindorf. ad Platonis Protagoram §. 28. p. 500. *Cr.*

Conversa lex in omnes est] Haec mihi videntur parum sincera; licet ea *Turnebus* explicet et ita dent omnes Codices, nisi quod in Paris. legatur *convertenda lex*, in Ven. 1471. *vertenda lex.* Cogitabam, *confecta pax inter ordines est:* nam, quod ait noster infra cap. 10. *concessa plebi a patribus Tribunitia potestate, arma ceciderunt, restincta seditio est* etc. Praestat tamen, ut opinor, locum conclamatum fateri, quam conjecturis eum vexare. Dav.

Conversa lex in omnîs est.] Scripsimus *omnîs* ex quinque Goer. Codd. et nostris Cr. et W. Sex libri apud Goer. habent *convertenda*, unus *convertem*, nullus *conversa.* Sed habent *conversa* nostri Codd. Cr. et W.; in Cod. M. est *temperatio vertenda lex in omnes est*, in Copp. Victt. b. *accessit ut convertem, conversa lex i. o. e.* Sine dubio est locus corruptus, ut solent esse ulcera circa lacunas. Sed frustra solet ibidem esse emendandi opera; quare in explicatione hujus loci, quam exhibet Turn., acqui-

Deest omnium hujus legis capitum explicatio, a principio, usque ad hoc caput, Domum cum l.

Domum cum laude redeunto. Nihil enim, prae- 8.
ter laudem, bonis atque innocentibus, neque ex ho- 18.
stibus, neque a sociis reportandum. Iam illud apertum est profecto, nihil esse turpius, quam quempiam legari, nisi rei publicae causa. Omitto, quemadmodum isti se gerant, atque gesserint, qui legatione

escendum videtur. Lacunae autem signum in Codd. nostris non apparet. *Mr.*

Cap. 8. §. 18. *Domum cum laude* redeunto] In ipsa lege, quae supra cap. 3. fertur, hanc lectionem retinent MSSti. Nihilo tamen minus Eliens. Balliol. Harleian. pr. Med. Ven. 1471. et Ascens. hoc in loco dant *repedandum.* Nec abeunt Harleian. sec. et editio pervetus, nisi quod corrupte *repudiandum* prae se ferant. Sane *repedandi* verbum est antiquum, quo *Pacuvius* et *Lucilius* usi sunt; eique competit *redeundi* potestas. Vide *Festum* et *Nonium.* Quin et *Juvencus*, *Amm. Marcellinus* et alii recentiores id adhibent: factum enim est ut nonnulla vocabula, quae sub florente Latinitate ceciderant, tandem renascerentur; quod vaticinatus est *Horatius* Art. Poet. vs. 70. Siquidem vero Paris. exhibeat, *domum cum laudem pede imo;* facile videas a *Ciceronis* manu fuisse *redeunto.* Sed vitiosam lectionem corrigere cum tentarent posteriores librarii, in *repedandum* perperam mutarunt. Dav.

Domum cum laude redeunto.] Cod. Cr. *domus.* id. cum Cod. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *repedandum.* Ante *domus* in Ed. Asc. 1. ne distinctio quidem est, in Edd. Asc. 2. et Herw. distinctio major, in Ed. Crat. asteriscus, in reliquis omnibus lacunae signum et adnotatio. Cod. M. habet *laudem pede uno*, Copp. Victt. b. *laude ut pede uno. Mr.* De v. *repedare* v. Lindenbrog. et Wagner. ad Ammian. Marcellin. XVII. 2. 2. ibiq. laudd. *Cr.*

Innocentibus] I. e. praetoribus ac praesidibus provinciarum, qui nil mali commiserint in provincia, convenit, ut neque ex bello ab hostibus, neque a sociis ex administratione provinciarum quidquam domum afferant, nisi laudem. *W.* — Verba *jam illud* — *causa* in Cod. Cr. Quinto Ciceroni tribuuntur. Pro *apertum* Cod. M. *aptum.* Vocem *est* delevit Goer. cum eam non reperisset in duobus Codd., in plerisque, ut est in Edd. vett., post *profecto* reponatur. Nos cum Dav. eo eam loco reposuimus, quo ponitur in duobus Goer. et nostris Codd. Cr. et W. Post *quam* Codd. nostri omnes et sex Goer. addunt *est*, quod non magis recipiendum, quam prius delendum duximus. Sed statim cum Goer. et Sch. ex tribus illius Codd. restituimus *quempiam*, quod, utpote rarius, a scribis hoc quoque loco, ubi stare debebat, in *quemquam* mutatum est. De qua re vid. accurate monentem *Zumptium* in Gramm. Lat. p. 73. — Post *causa* in Cod. M. additur *consulta.* Unde aliquis conjiciat, nostrum scripsisse *Consulto omitto*, etc. Sed si fuit in antiquis Codd. illud *consulto*, ex glossa irrepsit; nam solet noster in tali *παραλείψει* verbo nihil addere v. c. Or. pro Sextio 12, 27.

hereditates aut syngraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium. Sed quaero, quid reapse sit turpius, quam sine procuratione Senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere? quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum Senatus pertinere videatur, ta-

Omitto, quid ille tribunus — fecerit. Mr.

Syngraphas suas] *Syngrapha* est pactum scriptum et contractus inter privatos, ita ut duo fiant exemplaria, ab utroque contrahente subscripta. Differt ab aliis *chirographis*, quod in illis verum scribitur, in his nonnunquam falsum v. c. debitor affirmat, se centum numos accepisse, licet pauciores acceperit. Ita explicat Asconius Pedianus in Comm. ad Cic. Or. Verrin. III. 36. *W.* Adde Ernesti Cl. Cic. ibiq. laudatum Salmasium de modo usurarum c. 10. et 11. cf. *de Savigny über den Literalcontract der Roemer*, p. 296 sqq. (in *Abhandll. d. hist. philol. Klasse d. Akad. d. Wissensch. in Berlin.* 1816 — 1817). *Cr.*

In hominibus est hoc fortasse vitium] Codd. Cr. et W. *persequuntur in hominibus. Est hoc f. v.* Cod. M. *in omnibus et hoc,* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent pers. *in hominibus, quod est fort. vitium.* Reliqui nostri libri, et varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. vulgatam repraesentant, quam mihi placere si dicam, mentiar. Goerenzii libri plerique omnes, uno excepto, habent *omnibus.* Vulgatam ille sic defendit et explicat: *hominibus est hoc vitium commune, ut privata sua commoda, quacunque ratione possint, persequantur. Sed per se quidem ista ratio turpissima est.* Sed quid tum facies verbo *fortasse.* An dices esse pro *videtur esse?* Quo quid esset jejunius? Equidem crediderim *omnibus* ferri posse, si ita locum intelligas: *in omnibus, etiamsi nullius plane essent dignitatis in re publica, hoc fortasse esset reprehendendum; sed in senatore romano tali actione nihil est turpius, quia populi romani majestas apud exteros vel in provinciis deminuitur.* Rathius servata lectione *hominibus* post *fortasse* addi volebat *leve. Mr.*

Quid reapse sit turpius] Codd. Cr. et W. Copp. Victt. b. *quid re hac sit t.* Cod. M. *quid possit esse hac turpius*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. nisi quod habent *hac re.* Ed. Brut. *qu. hac re sit t.* Ed. Sturm. *qu. re ipsa sit t.* Duo Codd. Goer. *re abse;* sed *reapse* est in Edd. Par. Ald. Lamb. Comm. cf. Beier. ad Cic. de Off. I. 22. 75. p. 174. sq. Tum Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. *procuratore.* Edd. Par. Sturm. Crat. Herw. *provocatione,* vetus Caroli Steph. *vocatione,* ex quo glossemate vides errorem natum. Pro *senator* Cod. M. *senatus. Mr.*

Sine procuratione senator legatus,] Ante Ern. distinctio ponebatur post *senator*, omittebatur post *legatus.* Male. — V. D. in Miscell. Obss. IV. 3. p. 335. sq. »Certissimum est, turpe non esse senatori nullum munus habere; nam cum essent tanto numero, plurimi eorum necessario nullum potuerunt habere. Quod Cic. culpabat, et in suo consulatu corrigere tentabat, ideoque volebat, senatorem mandato publico instructum esse, cum propter privata negotia peregrinarentur. Igitur distinctionem debemus mutare et le-

men approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi levis tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem: minui tamen tempus, et, quod erat infinitum, annuum feci. Ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. Sed jam, si placet, de provinciis decedatur, in urbemque redeatur. A. Nobis vero placet: sed iis, qui in provinciis sunt, minime placet. M. At vero, Tite, 19.
si parebunt his legibus, nihil erit his urbe, nihil

gere: *quam sine procuratione senator legatus, sine mandatis* etc. « Hoc quidem recte, quod distinctionem mutari jussit V, D.; sed quod ad rei ipsius rationem attinet, eam non recte cepit. Non enim id vult noster, ut ei qui propter privata negotia peregrinetur, mandatum detur publicum, sed, ne, qui propter privata negotia peregrinetur, nomine et commodis legati P. R. abuti possit. *Mr.*

Quamquam — videatur] Cod. M. *quero quemadmodum senatus* pro *quamquam ad commodum senatus.* Ern. et Rathius volebant *videatur*, quia temporum consecutio id postulat, ut ait R.; Ernesto non placuisse videtur *quamquam* cum conjunctivo positum. Sed hoc nostro minime est inusitatum, illud vero falsum est. Nam, ait G., non de commodo senatus sermo est, quod tum, cum Cic. id tollere nitebatur, tale videretur; sed quod omnino in senatoris commodis numerabatur. *Mr.*

Nisi mihi levissimus Tribunus] Ita vulgatae editiones; mss. tamen ut et Victorii edit. *levis;* sic infra paullo cap. 10. *leveis et non bonos fortasse plureis.* Grut.

Nisi mihi levis *Tribunus plebis*] Vulgo *levissimus;* contra quam jubent Paris. aliique MSSti. *Levis* autem non inconstantem, sed vilem nulloque honore dignum significat. *Livius* III, 35. *Extollere candidatorum* levissimum *quemque humillimumque.* Videatur *Agellius* lib. VII. cap. XI. Dav.

Nisi mihi levis tribunus] Omnes Goer. Codd. nostrique habent *levis,* nisi quod in Copp. Victt. b. legitur *Levius*, in Cod. M. scribitur *levis et etiam p̄ls cum intercessisset*, in̄ Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. est *Laevinus*, in Edit. Paris. *levis*, in Ed. Comm. compendio *leviss.*, in reliquis *levissimus.* Mihi quidem in hac scriptionis diversitate nomen tribuni plebis latere videtur, qui fuit fortasse *Labienus*, quem in honoribus Pompejo profuse decernendis nimium fuisse constat. Vid. Vellej. Paterc. II, 40. — Vocem *tum* non habent duo Codd. Goer. nostrique Cr. et W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb. Goth. Ald. Brut. Sturm. Car. Staph. neque ego eam magnopere desiderarem. *Mr.*

Minui tamen] Minus bene Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. habent *tamen minui*, quos non sequi debebant Verb. Ern. Bip. Wagn. cum et optimi et plurimi Codd. et Edd. vett. reliquae nostrum ordinem sequantur. — Pro *annuum* Cod. Cr. *animum*, cujus erroris origo manifesta est. Vocem *si* ante *placet* omittit Cod. M. itemque verba *sed iis, qui — minime placet.* Pro *decedatur* est *discedatur* in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Sturm. Sed reliqui nostri omnes, et ut opinor, cum nihil enotatum sit, Davisii quoque et Goer. libri in vulgata conspirant. *Mr.*

§. 19. *Si* parebunt *his legibus*]

domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque provincia. Sed sequitur lex, quae sancit eam tribunorum plebis potestatem, quae est in re publica nostra:

Vulgo *pareant*. Nos Paris. Balliol. et editionem *Victorianam* sequimur. Dav.

Si parebunt his legibus] Ita dedimus ex quinque Codd. Goer. nostro M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Paris. Comm. Ita enim solet noster in hujusmodi enunciatis. Pro *his* Cod. W. bis habet *iis*, quod ante *urbe* placeret, ante *legibus* displicet. Pro *dulcius* Cod. M. *diutius*; eandem vocem omittit Cod. W. *Mr.*

Quae est in re publ. nostra] Addidimus *est* suo loco, quod fieri volebat Goer. fecitque Sch. Eandem voculam desiderabat jam Turn. in comm. primo, addiditque Lamb., sed post *nostra* minus bene. Wytt. quoque eam adscripsit in marg. Ed. Goer. min. In Codd. non legitur. Pro *disseri* Cod. M. *disci*; pro *de qua* tres Codd. Goer. *quae*, quod placet Goerenzio. Sed recte monet Sch., non placere posse hoc tertium *quae*, neutro plurali positum, post duo antecedentia, quae sunt singulari nominativo posita. *Mr.* — Ad. v. *disserere* v. Annot. ad Cic. de N. D. p. 692. et 803. ed. nostr. *Cr.*

De ista potestate quid sentias] Longum est, nec hujuscemodi annotationibus congruum, exponere velle, quae plurima hoc de argumento cum antiquis scriptoribus, tum recentioribus in utramque partem disputata sunt. Ego in gratiam eorum, qui historiae antiquae operantur, insigniora laudabo, quae praesertim recens hac de re vel agitata sunt, vel reperta. Ac de institutis Tribunis reliquorum testimoniis scriptorum adjice Jo. Laur. Lydum de Magistrr. Romm. I. 44. p. 74. coll. I. 38. p. 66. De incrementis tribunatus per temporum labentium vicissitudines vid. Abramium ad Ciceron. Philipp. II. 22. Heineccii Syntagm. A. R. J. ill. I, 2. 23. I, 2. 49. I, 20. 10. Append. ad I. §. 29. et IV, 18. 33. Bachii Hist. J. R. L. II. c. I. §. II. Hugo Hist. J. R. Period. I. III. p. 61. sqq., ed. octav. Period. II. p. 235. sq. et praecipue Niebuhr. in Hist. Rom. I. p. 404. sqq. p. 414. sqq. et II. p. 24. sqq. denique, qui Niebuhriana haud pauca adhibuit, R. S. van Harencarspelii specimen politico — historicum de propria Reip. Rom. conditione in Tribunorum plebis institutione observanda. Traject. ad Rhen. 1818. in primis p. 79. sqq. *Cr.*

Cujus primum ortum si recordari volumus, inter arma civium — procreatum videmus] Haec sicco pede praetereunt Interpretes; mihi tamen mendo carere non videntur. Quo enim, quaeso, *procreatum* referas? Si ad *potestatem*, soloeca fit oratio; sin ad *ortum*, novo prorsus et incommodo loquendi genere *Tullius* est usus; cum nemo, nisi fallor, *ortum inter arma civium procreatum* dixerit. Excidit, opinor, vox orationi necessaria: quare lego, *cujus primum ortum si recordari volumus*, TRIBUNATUM *inter arma civium — procreatum videmus.* Iudicent eruditi. Dav.

Inter arma civium] Cod. M. *intus ad arma.* Ad rem cf. *Wachsmuth. Aeltere Gesch. d. Röm. Staats.* p. 282. Ernesto et Wyttenbachio placet *procreatam*, ut referatur ad *potestatem*, idem placebat etiam Wopkensio lectt. Tull. p. 203. nisi, ait, sit forte schema ad rem significatam, ut Cic. intelligat *tribunatum.* Quod placet Goerenzio; Schützius eam vocem post *videmus* addi vult. Mihi po-

de qua disseri nihil necesse est. Q. At mehercule ego, frater, quaero, de ista potestate quid sentias: nam p. 188. a.
mihi quidem pestifera videtur, quippe quae in sedi-

tius probaretur Wyttenbachii ratio, si libri assentirent; nunc cum Goer. facio. Pro *videmus*, quod unice verum est, Copp. Victt. b. et unus Cod. Goer. habent *vidimus*, J. Gothofredus volebat *videbimus*. *Mr.*

Deinde cum esset cito legatus — *brevi tempore* creatus *multoque taetrior et foedior* natus *est*] *J. F. Gronov.* Observ. in Script. Eccles. cap. 19. pag. 202. locum sic emendat, *Deinde cum esset cito* necatus — *brevi tempore* recreatus, *multoque* concretior *et foedior natus est;* in quo partim *Cl. Puteanum*, partim *D. Lambinum*, partim *Hadr. Turnebum* praeeuntes habuit. At vox *taetrior* loco non videtur movenda; quippe nostri Codices ita diserte repraesentant. Ipse rescripserim, *Deinde cum esset cito necatus*, vel pro *Gruteri* mente *letatus* — *brevi tempore recreatus multoque taetrior et foedior* factus *est*. Tribuni plebis primum creati sunt, postquam plebs in montem Sacrum, vel, ut auctor est Piso cui Tullius adhaeret, in Aventinum secessisset. Dein illos abolevit Decemviralis potestas; qua perdita rursus fiunt Tribuni. Vide *Livium* II, 32. 33. III, 54. ac *Dionysium Halicarnasseum* VI, 45. 89. X, 56. 57. XI. 46. Dav.

Ibid.] Decemvirorum institutionem quod attinet, de qua loquitur Dav. circa finem annot., consule praeter eos, quos *Bachius* excitavit in H. J. R. Lib. I. c. II. §. 5. 6. Jo. Laur. *Lydum* de magistratt. Romm. I. 45. p. 77. *Hugonem* in *Gesch. d. Röm. Rechts.* Period. I. III. p. 64. sqq. ed. octav. et *Niebuhrii* R. G. II. p. 107 — 116. sqq. *Cr.*

Deinde cum esset cito legatus, tanquam] Sic habent Pall. Edd. Aldi, Victorii mss. Turnebi, *octo leg.* ex quo ille, *Stolo Cajus* facit. Gulielmius vero, *orco legatus*. Noti sunt *Orcini* ex jure civili. Auratus ex conjectura, *allegatus*, Canterus *ablegatus*, Puteanus *necatus*, denique Gruterus *lethatus*, cetera fere cum edd. et mss. consentiunt; nisi quod abdicent *τὸ nescio quo pacto.* Locus igitur depositus, quem conjectura sanare velle, est rete jaculo piscari in aere, quamquam mihi neque Gulielmi neque Gruteri conjectura displiceat. Gebhard.

Cum cito esset ablegatus] Secutus sum plane divinam *Joannis Aurati* conjecturam. Significat autem, tribunatum, tanquam partum monstrosum, quem XII. tabulae ablegari et de medio tolli jubebant, ablegatum esse, ut et idem *Auratus* erudite docuit, et refert juvenis eruditus, dignus magistro discipulus, *Canterus:* quamquam multo ante ita hunc locum a se esse emendatum mihi dixit *Barn. Brissonius* JC. doctissimus idemque actor causarum eloquentissimus. Si quis tamen *legatus* retinere volet, hac lege, ut pro eo quod est *ablegatus* accipiatur, non luctabor. Lamb.

Nam mihi quidem — foedior natus est.] Ad h. l. *Dirksenius* in schedis haec nobiscum communicavit: »Lectionem *cito legatus* servarunt *Balduinus* c. 36. *A. Augustinus* §. 45. *Ursinus* p. 1368. et *Dion. Gothofredus* Tit. 2. c. 2., quamquam eam vitiosam esse significaverunt. *Pithoeus* emendat *actae legatus, Jac. Gothofredus: Cocyto legatus*, et *Schefferus*, Ottoni l. c. p. 31. laudatus, *torto ligatus.* Emendationem *Puteani cito necatus*

tione et ad seditionem nata sit: cujus primum ortum si recordari volumus, inter arma civium, et occupatis et obsessis urbis locis, procreatum videmus. Deinde cum esset cito letatus, tamquam ex XII tabulis insig-

plures XII tabularum editores receperunt, v. c. *Marulius* c. 23. *Rittershusius* Cl. 3. P. 1. c. 10. (in Dodecadelto. Argent. 1616. 4.), *J. Gothofredus*, *Gravina* c. 3., *Noodtius* (in Jul. Paulo c. 2. Opp. Vol. 1. p. 494. sqq.) *Otto* l. c. et *Idsinga* c. 12. (in ej. Lib. singulari Variarum jur. civ. Harling. 1738. 8.). *Bynkershoekius* (in libro de jure occidendi c. 10.) emendat: *cito denatus*. *Charondas* §. 35. emendat *mutiloque corpore* pro *multoque taetrior*, additque, in Cod. Ciceronis, quem ipse contulerit *dirus* legi pro *natus*, indeque corrigi posse: *multoque taetrior foedior dirus esto*. — Duodecim Tabularum restitutores varia ex his verbis fragmenta concinnaverunt. *Charondas* l. l. *Insignis ad deformitatem puer brevi tempore creatus, multoque taetrior foedior dirus esto.* — *Pithoeus: Pater, quod contra formam humani generis converso more procreatum erit, si volet, actae legato. Jac. Gothofredus: Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato.*« *Mr.*

Deinde cum esset etc.] Locum pro desperato habent. Neque ego medicinam promitto; dicam tantum, quid in mentem venerit, si forte ansam praebeat aliis, meliora excogitandi. Puto autem, legendum esse: *deinde cum esset torto ligatus*, quia in libris optimis pro *cito* legitur *octo*. Nam hoc facile formari potuit ex *orto*, et *t* litera initialis deleri ob similitudinem finalis in voce praecedente. Sensus porro erit, fuisse funibus et fasciis ligatum recens editum, quod membris esset distortis, quam rem putamus praeceptam legibus duodecim tabularum, ut, si quis distortis membris esset natus puer, is ligaretur fasciis, quo corrigerentur ea membra, fieretque forma emendata eoque allusum a Cicerone. *Scheffer.*

Brevi tempore creatus] Mallem *brevi tempore ei* (i. e. ab eo) *creatus multo quoque tetrior et foedior natus est*. Intelligo autem *natum* qui alias est *filius*. Ut sit sententia: distortum illum tribunum, licet membra ejus emendare quaesivissent, paulo post tamen edidisse ipsum quoque prolem deteriorem, sicut nempe fit, ut parentes vitio corporis insigniti vitiosiorem etiam de se gignant prolem. *Scheffer.*

Cito letatus] *Letatus* ponitur pro *necatus*, interfectus. Cicero quendam orationis colorem duxit ex loco legis XII. tabb., tabulae IV. Vocabulum *letare* est apud Ovid. Met. III. 55. Virgil. Culic. 324. Ceterum quod Tribunatus pl. *cito letatus* dicitur, referri videtur ad illud tempus, quo decemviri Leges XII Tabb. scribebant, per quod tempus et magistratus reliqui et Tribuni pl. nulli erant, ab anno 302. usque ad annum 306. Vid. Liv. III. 44—53. *W.*

Tanquam ex XII Tabulis insignis ad deformitatem puer] Lex qua Romani monstrosos partus occidere jubebantur, a Romulo primum lata, post in Tabulas Decemvirales est adscita. Vide *J. Vincent. Gravinam* de Jure Nat. §. 31. *Seneca* de Ira I, 15. *Portentosos fetus extinguimus; liberos quoque, si debiles monstrosique sunt,* MERGIMUS. Pro voce postrema *Lipsius* male reponit *abjicimus*, ut fidem faciet hoc *Tibullianum*,

nis ad deformitatem puer, brevi tempore nescio quo pacto recreatus multoque taetrior et foedior natus est.

Quae enim ille non edidit? qui primum, ut 9. impio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit,

Prodigia indomitis MERGE *sub aequoribus.* Exstat lib. II. Eleg. V, 80. Ibi vide *Janum Broukhusium.* DAV.

Cum esset cito letatus] Ita dedimus cum Goer. et Sch. et cum iisdem *recreatus*, facillima utrumque emendatione, una tantum litera mutata. Ernesto placebat *ablegatus*, quod rem non satis exprimit. Goer. in Ed. min. in fine capitis ita scripserat: *multo [que] taetrior et foedior [natus] est.* Pro *natus* jam Giphanius conjecit *renatus.* Codd. nostri quoque habent *legatus — creatus — natus est.* Vocem *natus* bis deinceps scriptam habet Cod. W. Idem non agnoscit vocem *ex* ante *XII*, cum Cod. Cr., uterque etiam cum Copp. Victt. b., tribus Goer. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth., post *tempore* addit *nescio quo pacto*, quod a scriba ex margine additum putat Goer. Fortasse tamen a Cic. profecta sunt illa verba, quae, cum antea dixerit, cito fuisse letatum insignem illum ad deformitatem puerum, commode adduntur, quasi miretur noster, quo pacto fieri potuerit, ut qui necatus fuerit, recrearetur. Pro *puer, brevi tempore* in Ed. Par. est *perbrevi tempore*, in eadem prius *octo legatus.* Cod. M. habet *pris* pro *puer*, et *certior* pro *taetrior.* Lambinus pro *natus* dedit *renatus.* Rathius pro *creatus* conjecit *alius*, dicens, syllabam *cre* ortam videri ex antecedentibus *ore :* quo facto pronum fuisse *alius* mutare in *atus.* *Wachsmuth.* in libro: *Aeltere Gesch. d. Röm. Staats* p. 360. probat *ablegatus*, explicatque *remotus*, neque vero plane sublatus. Contra reliquorum interpretum sententiam tempora, quae Cic. intelligat, ait fuisse Goer. *Sullae* tempora. His, ait, *letatus* est tribunatus lege Cornelia tribunicia, *recreatus* per Cottam (a. u. 679. cf. Frgm. or. pro C. Cornelio p. 1048. Ern.), *natus* denique per Pompejum, pleno ejus jure a. u. 684. revocato. Sed recte monet Sch. *letatus* referendum esse ad a. u. 302. quo decemviris creatis tribunicia potestas primum sublata est. Ad Sullae tempora, ait, ne referam, prohibet adverbium *cito* adjectum. *Recreatus* ad a. u. 304. refert, quo decemvirorum potestate exstincta, tribunatus restitutus est. *Mr.* De hoc loco etiam disputat *Jo. Bapt. Vico* in *Grundzüge einer neuen Wissenschaft* p. 258. sq. interpretat. *Weberanae. Cr.*

Quem enim ille non edidit etc.] Si hanc lectionem retineamus, haec videtur ejus esse sententia: Quem enim tribunum improbum non edidit primus ille tribuniciae potestatis ortus? Sed quidam legi volunt, *Quae enim non edidit* etc. Sed fortasse legendum potius est, *Quem enim ille edidit?* negationis particula deleta. LAMB.

Quem enim ille non edidit?] Sic Turnebus aliaeque, verum Victorius asterisco notat *quem enim non edidit.* Palat. tertius cum Lambino facit asserens, *quae enim ille non edit.* ceterum quart. pro *edidit*, *addidit.* GRUT.

Quem *enim* ille *non edidit?*] Pal. tert. *quae enim.* Forte *quae enim* mala *non edidit?* Similium φράσεων exempla suppeditavit *J. Fr. Gronovius* ad *Livii* XXIX, 27. DAV.

Quae enim ille non edidit?] Ille i. e. Tribunatus pl. — *Quae*

omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit: cum afflixisset principum gravitatem, numquam tamen
20. conquievit. Atque ut C. Flaminium atque ea, quae

non edidit i. e. quae non mala fecit? Est interrogatio affirmans [pro *nihil non turbarum edidit:*] *W.* — Schellerus in Praeceptis Stili bene latini Part. I. 2. p. 201. de *exclamationibus* ita: »*Quam, quot, quoties, quantus, qualis, quantopere* in exclamationibus non admittunt *τὸ non,* licet vernacula *τὸ nicht* addere gaudeat.« Tu vid. Lib. III. c. 5. init. *Quam brevi, frater, in conspectu posita est a te omnium magistratuum descriptio.* At vero in *negativa interrogatione* item omittitur *non;* ut III. 9. 20. *quid juris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? Cr.*

Quae enim ille non edidit?] Ego quid de lectione et explicatione hujus loci sentiam, in parenthesi, Wyttenbachii notae adjecta, significavi. *Quae* habent tres Codd. Goer. idque jam Schefferus ex aliquot libris vett. commendavit. Idem tamen cum in uno libro reperisset *addidit*, conjecit *quem enim ille non allisit?* Frustra. Graevius in marg. Ed. Comm. »*Quem nimirum ille edidit*, ita »legendum.« Neque id melius. Wagn., servato *quem*, aut excidisse *tumultum*, aut pro *edidit* legendum esse existimat *laesit.* Hoc vero est critici partes agere! — Pro *impio* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. habent *imperio;* Cod. M. *eripe* pro *eripuit. Mr.*

Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit] A recepta quidem lectione non abeunt Codices. Alio tamen ordine verborum legerim, *omnia turbavit, miscuit, infima summis paria fecit;* vel *infima summis paria fecit, omnia turbavit, miscuit.* Oratio certe vel hanc vel illam *διόρθωσιν* videtur flagitare. Dav.

Omnia infima summis paria fecit] Davisii emendatio, qua nihil est minus Ciceronianum, assentientem tamen nacta est Wagnerum. Mihi primo adspectu *omnia* glossa duorum vocabulorum subsequentium videbatur, sed advertebant me loca, qualia sunt Cic. ad Qu. Fr. III. 1. 3.: *Omnia minima maxima ad Caesarem mitti sciebam.* Quintilian. Declam. I. 10. *Omnia humana sacra confudit,* ubi mirum in modum Burmannus in eo explicando se torsit, quaenam sint *sacra humana* (v. ej. Ed. p. 25.), non animadvertens construendum esse: omnia confudit, humana et sacra permiscuit. Quod vero Davisii transpositiones improbavi, id eo factum est, quod solet noster in oratione commotiore tria verba *ἀσυνδέτως* conjungere, cujus usus exempla, cum ubivis sint obvia, addere supervacaneum videtur. Laudabo modo Beierum ad Cic. de Off. I. 1. 2. ubi de synathroesmo trimembri adverbiorum et substantivorum sermo est. *Mr.*

Cum afflixisset etc.] Goer. suspicatur *quumque*, ut, credo, antecedenti *primum* aliquid respondeat. Sed monet Beierus ad Cic. de Off. I. 14. 44. adverbium ordinale interdum omnino supprimi, laudatque et nostrum locum et Cic. Catil. II. 10. 21. Tum Cod. M. *principium — unquam — conquiebat. anque ut cum Flaminius.* Pro *C.* in Codd. Cr. et W. est *Cn.* In Copp. Victt. b. est item *cum Flaminius;* et *Cn.* est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Ald. Brut. Sturm. Comm. Male; vid. Cic. de Sen. IV. 11. ib. Gernh. Brut. XIV. 57. Polyb. II. 21. *Mr.*

§. 20. *Atque ea, quae jam prisca* videntur, propter vetustatem

jam prisca videntur propter vetustatem, relinquam; quid juris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? etsi quinquennio ante, D. Brutum et P. Scipionem

relinquam] Vulgo *atque ea, quae jam prisca sunt, relinquam.* Ac ita quidem Med. Harleian. pr. sec. et editio pervetus; praeterquam quod *jam* praetermittunt. Sequenda tamen videbatur ea lectio, quam *Victorius* ex praestantissimis suis MSStis exhibuit, quamque prae se ferunt Paris. et Balliol. Dav.

Ea, quae jam prisca videntur propter vetustatem,] Ita, uno excepto, omnes Codd. Goer. noster M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Sturm. Comm. nisi quod *jam* abest ab aliquot Edd.; reliqui libri vulgatam sequuntur, quam monet Goer. inde ortam esse, quod librarii verba *prisca videntur propter antiquitatem* [voluit *vetustatem*] jungentes, miseram tautologiam odorarentur. Recte Goer. Sed re vera ista jungenda sunt; quare, quae in Edd. est, distinctionem post *videntur* sustulimus eamque post *vetustatem* reposuimus hoc sensu: *relinquam ea, quae propter vetustatem* (i. e. quia jam ante multos annos facta sunt) *jam videntur prisca* i. e. tam antiqua, ut ad haec tempora non possint habere gravitatem et auctoritatem, cum recentissima quaeque exempla maxime commovere soleant homines, priscorum autem temporum alia plane, quae cum his conferri non possit, fuisse videatur ratio. *Mr.*

Quid juris bonis viris etc.] Cod. M. *quid veris bonis Gracchi.* Cod. W. *quid juris viris* (hoc supra lineam adscriptum est) *bonis.* Vocem *viris* omittunt Edd. Asc. 1. 2., quod cur factum sit, ex Cod. Cr. manifestum fit. In eo enim cum punctum literae *i* abesse soleat, verbum *uiris* plane scribitur ut *iuris*, ut librarius, qui tale quid in libro, quem describeret, reperisset, etiam sapere sibi videretur omisso vocabulo bis scripto. *Bonos viros* Schützius recte, ut Turn., explicat *optimates*; de qua re accurate praecipit Beierus ad Cic. de Off. II. 12. 43. p. 84. sq. Tiberius Gracchus, natu major, caesus est a. u. 620; minor, Cajus, a. u. 632. *Mr.*

D. Brutum etc.] In Cod. M. est *Brutus r. p. sapientem consules — viros ōi infirmus et sordidissimus et etiam p̄ls c. Curiatius. Mr.* — Hos Consules a Tribuno pl. in vincula conjectos esse a. u. 602. novimus ex Liv. Epit. L. 48. et dudum antea factum erat a. u. 324., sed ita, ut haec vis Consulibus non quidem inferretur, sed tamen intentaretur. Vid. Liv. IV. 43. et Pighius in Ann. magistrr. Romm. ad a. 325. *W.*

C. Curiatius in vincula conjecit: quod ante factum non erat] Res narratur in Epitomes Livianae lib. LV. et idem ante factum fuisse constat ex ejusdem Epitomes lib. XLVIII. ut etiam *P. Manucius* observavit. Quin et A. U. C. 324. Tribuni *pronuntiarunt*, placere Consules Senatui dicto audientes esse; si adversus consensum amplissimi ordinis ultra tendant, in vincula se duci eos jussuros. *Consules ab Tribunis quam ab Senatu vinci maluerunt; proditum a Patribus summi imperii jus datumque sub jugum tribuniciae potestati consulatum memorantes: siquidem cogi aliquid pro potestate ab Tribuno Consules, et (quo quid ulterius privato timendum foret?) in vincula etiam duci possent.* Verba sunt *Livii* IV, 26. Dav.

In vincula conjecit.] Adde de

consules (quos et quantos viros!) homo omnium infimus et sordidissimus, tribunus plebis C. Curiatius, in vincula conjecit: quod ante factum non erat. C. vero Gracchus runis et iis sicis, quas ipse se proje-

invidia tribunorum in M. Furium Camillum, quae narrantur ap. Livium V. 32., cui nunc jungendum est Dionysii Halicarnassei Fragmentum e libro XIII. nr. V. p. 29. ed. prep. Mediol. [p. 19. ed. Frcf.] et consulendus *Niebuhr.* in *Röm. Gesch.* II. p. 410. *Cr.*

Quod ante factum non erat] Oratorie, quod ante perquam raro, vel fortasse etiam semel dumtaxat factum erat, id numquam esse factum, dixit. Nam L. Lucullus et A. Albinus Coss. cum dilectum severe nimis agerent, vacatione nemini concessa, in carcerem a Tribunis pl. quia nihil pro amicis rogando impetrassent, conjecti sunt. Id a *Livio* proditum indicat Epitome libri XLVIII. P. Manuc.

Quod ante factum non erat.] Wagnero Manutii ratio non videtur satisfecisse; ait enim, vel Ciceronem a Livio dissentientem feramus necesse est, vel, paucis mutatis, ita legamus: *et, quod ante factum non erat, C. Gracchus runis* etc. Illud cum Goer. malim. Vocem *Gracchus* non habet Cod. W. *Mr.*

Runis et sicis iis] Sic restituit *Adr. Turnebus;* nisi quod ego pro *iis sicis, sicis iis* edendum curavi. Lamb.

Ruinis et iis sicis] Ita Turneb. quem sequuti Lambinus atque Aldus N. Edd. vulgatae, *ruinis et emisitiis* quod exstat in tert. quoque Palat. Quart. pro *emisitiis, exitiis.* Locus intime corruptus. Allubuit Turnebi tamen prae vulgata lectio: nam statim post *mucronem* meminit: requiritque tale quid adsitum verbum *digladiarentur.* Grut.

Runis et sicis iis] Haec est virorum doctorum conjectura: nam vulgo legitur *ruinis et iis sicis.* At ultima perverse collocantur, et prima vox est vitii manifesta: Gracchus enim armorum meminerat, *quibus digladiarentur cives:* ideoque nihil huc facit *ruina,* sed *runa,* quae, *Festo* [Ed. Dacerii Amst. 1699. p. 453. 463.] teste, *teli genus significat.* Plerique Codices dant *ruinis et emissitiis:* Pal. quart. *exitiis:* Paris. *issiciis,* quod ei, quam recipimus, emendationi favet. *Jac.* vero *Cujacius* ad Novell. lxxxv. c. 4. reponit *runis et semisicis,* quod non aeque placet. Vide *Cl. Salmasium* ad *Capitolini* Maximum et Balbinum c. 17. Dav.

Runis et iis sicis] Ita dedimus cum Vict. et Turn. Goerenzius scripsit *runis et emissitiis.* Posterius vocabulum adjectivum esse vult, subaudirique *telis.* Nostri quoque Codd. ut reliqui omnes h. l. corrupti sunt. Tres Goer. et Cod. Cr. *ruinis et emissitiis,* Cod. W. *ruinis et emissiciis,* Cod. M. *Grachis ruinis et vitiis,* duo Goer. *hiis sit iis,* unus *issiciis.* Copp. Victt. b. *inscitiis;* a quibus certe nostra scriptio non longe discedit. Plerique post Lamb. scripserunt *sicis iis,* et ita etiam Sch.; priores habent *ruinis et emissitiis.* Scriptionem *emissiciis* Brutus ita defendit, ut conductas operas improborum civium intelligat, qui suae improbitatis et nequitiae parva accepta mercede, multorum malorum in rep. administri auctoresque essent. Dicti autem, ait, *emissitii* venusta translatione, quod tanquam e tormentis tela, in remp. ad eam evertendam emitterentur. Ab eodem Plautus ad oculos transtulit in Aulularia [I. 1. 2.]. — Pergit Cod. in Copp. Victt. b.

cisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem rei publicae statum permutavit? Quid jam de Saturnino, Sulpicio, reliquis, dicam? quos ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publica. Cur autem aut vetera aut aliena proferam po- 21.
tius, quam et nostra et recentia? Quis, inquam, tam

quas ipse cum projecisset. Mr. — De *runis* v. *Grimm.* über die altdeutschen Runen p. 69. sqq. et *Mone: allgem. Einleit. z. d. Deutschen Denkmälern* p. VIII. sqq. — Ceterum de Gracchorum reliqq. institutis consule Vell. Paterculum II. 2. sqq. ib. interprr. Plutarchum in Gracchis, praesertim in Tiberio cap. 9. sqq. Vol. V. p. 166. sqq. ed. Corayi, et in Cajo c. 3. sqq. p. 181. sqq. Appian. de B. C. I. 7. sqq. praesertim cap. 9. sqq. p. 12. sqq. ed. Schweigh. Pighii Annall. T. III. init. ad ann. 620. Sigon. de Jure Ital. II. 2. Heynii Opuscull. Acadd. IV. p. 364. sqq. *Hugo Gesch. d. Röm. Rechts* Period. II. p. 271. *Hegewisch Gesch. der Gracch. Unruhen*, praecipue p. 70. sqq. *Schulze* in libro: *Kampf der Aristokratie in Rom*, praesertim p. 420. sqq. *Heeren Kleine hist. Schriften* p. 142. sqq. et leges agrarias quod attinet eum, qui hanc rem tandem expediisse videtur. Dico *Niebuhrium* in Hist. Rom. II. p. 339 — 412. *Cr.*

Nonne omnem rei publicae statum permutavit] Cod. Cr. *rem publicam permutavit*, Cod. M. *permutatum.* Unus apud Goer. *perturbavit*, quod est glossatoris. Apud eundem pro *nonne* in uno est *non*, in altero *non ut. Mr.*

De Saturnino, Sulpicio, reliquis] Vulgo *de Saturnini supplicio reliquisque.* Sed non potui, quin cum Sch. palmariam Goerenzii emendationem reciperem. De *supplicio* h. l. sermonem esse non posse jam vidit Wagn., cum de turbis tribunorum pl. loquatur Quintus. *P.* autem *Sulpicius Rufus* alibi quoque L. Saturnino socius additur; v. de Harusp. resp. 19, 41.; qui octo post Saturninum annis tribunus pl. a. u. 665., instigante Mario, perniciosas leges tulit cf. Liv. Epit. 77. Ern. Cl. Cic. Pro *Saturnini*, unus Cod. apud Goer. habet *Saturnio*, alter *Saturinio*, quinque apud eundem, itemque noster M. habent *reliquis*, omisso *que*. Et ita solet Cicero v. c. de Universo c. 11. *Deinceps Jovem atque Iunonem, reliquos* etc. — Vocem *autem* ante *aut* omittit Cod. M. Cum enim compendio scriptum fuisset *aut'*, monachus perperam *aut* repeti credens, alterum omisit. *Mr.*

§. 21. Proferam *potius*] Sic recte Paris. Eliens. Med. Harleian. pr. et editio pervetus; ut paullo ante, *Quid jam de Saturnini supplicio reliquisque* DICAM? Vulgo *proferamus potius.* Dav.

Proferam potius] Ita quatuor Goer. Codd., nostrique Cr. W. et Copp. Victt. b. et recte; idem reperit Ern. in MS. Guelf. *Mr.*

Quis, inquam, tam audax — umquam de statu] Omnes libri bis *unquam*, quod Ernesto et Sch. displicet; uterque alterum deletum vult, Sch. etiam corrigi: *Numquis umquam.* Goer. repetita eadem particula vim loco additam putat. Quod nobis secus videtur. Idem tamen prius *umquam* in *inquam* mutari posse censet, idque ita placuit mihi cum ejus Censore Ienensi (1810. 72. p. 572.), ut recipiendum censuerim. Pro *inimicus nobis* Copp. Victt. b. *nobis*

audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos? quem cum homines scelerati ac perditi, non modo ulla in domo, sed nulla in gente reperirent, gentes sibi in tenebris
b. rei publicae perturbandas putaverunt. Quod nobis quidem egregium et ad immortalitatem memoriae gloriosum, neminem in nos mercede ulla tribunum po-

inimicus. Ceterum non negligenda est ad h. l. usque ad finem capitis Rathii animadversio, qui vidit, haec omnia a Quinto ita proferri, ut ab ejus persona plane abhorrere videantur. Quae enim h. l. de Clodii tribunatu (eum enim manifesto intelligit) loquitur, ad Marcum pertinent, neque a Quinto ita dici possunt, quasi ad ipsum aeque pertinerent, ut pertinet antecedens *nostra* i. e. quae ad nostram familiam pertinent. Sed quod inde Rathius conjicit, librarios, locum ad *nostra* accommodaturos, scripsisse *tam inimicos nobis — de statu nostro — exacuisset in nos — Quod nobis quidem — neminem in nos* — pro *tibi — tuo — te — tibi — te:* id, credo, Ciceroni ipsi imprudenti excidit, oblito aliquantisper, fratrem loqui, et correcturus erat fortasse, si ultimam libris his manum admovisset. *Mr.*

Non modo ulla *in domo, sed* nulla *in gente reperirent*] Bene *Lambinus* reposuit *non modo* nulla *in domo.* Cum tamen *Car. Stephani* vetus habeat *sed* ne ulla *in gente;* forte *Cicero* scripsit, *non modo ulla in domo, sed* nec ulla *in gente reperirent. Non modo* passim valet *non modo non.* Vide nos ad *Hirtii* B. G. VIII, 33. et ad *Ciceronis* Tuscul. 11. 5. Dav.

Non modo ulla in domo, sed nulla] In Cod. Cr. bis scribitur *ulla,* in Ed. Comm. bis *nulla,* in vet. Cod. Car. Steph. et Ed. Sturm. *ulla — ne ulla;* Turn. in Comm. primo conjecit *nulla — ne ulla quidem,* et ita legendum esse vel alphabetario, ait, notum est. Sed nihil plane mutandum in scriptione, quam reliqui omnes libri exhibent, vulgata. *Non modo* est pro *non modo non,* et *sed nulla* pro *sed ne ulla quidem,* quae constructio Ciceroni est familiaris; vide, ut alios praeteream, quae novissime monuit Beier. ad Cic. de Off. III. 29. 105. p. 382. sq. ibiq. laudd. ubi videbis, in altera propositione vel in oppositione non semper necessario requiri *ne — quidem,* sed pro eo poni etiam *vix.* Itaque sicut h. l. dicere potuisset *sed vix ulla,* potuit etiam scribere *sed nulla.* Quod autem de *gentibus* dicitur, refertur ad Clodium, qui se P. Fontejo, minori natu, major ipse, adoptandum dederat. *Mr.*

Gentes sibi in tenebris Reip. perturbandas putaverunt] Hoc in Clodium dicit; qui, cum Patricius esset, a Fonteio, homine plebeio, adoptatus est, ut Tribunatum plebis gerere posset: soli enim plebeii, Tribuni plebis esse poterant. Vide *Ciceronem* pro Domo cap. 13. *et Livium* IV, 25. Dav.

Quod nobis quidem] Cod. M. *quidam.* In seqq. Cod. Cr. non habet vocem *tribunum,* eamque post *potuisse* transpositam habet Ed. Sturm. Sed cave inde conjicias, vocem illam esse supervacaneam vel ex glossa additam. *Mr.*

Cui ne esse quidem licuisset

tuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tri-
buno. Sed ille quas strages edidit? eas videlicet, 22.
quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere
potuit impurae beluae, multorum inflammatus furori-
bus. Quamobrem in ista quidem re vehementer Sul-
lam probo, qui tribunis plebis sua lege injuriae fa-
ciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi relique-
rit: Pompeiumque nostrum, ceteris rebus omnibus,

Tribuno] Ratio est, quod contra jus Pontificium contraque auspicia Clodius in familiam plebeiam erat adscitus. His de rebus agit noster pro Domo capp. 14. 15. Vide sis et *Suetonium* Tiber. cap. 2. ac *Quinctilianum* Inst. Orat. 11. 4. Dav.

Ne esse quidem licuisset] Codd. M. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Sturm. *nec esse quidem*, Cod. Cr. *necesse quidem*. Hoc nihili est; illud vero male scriptum. Vide enim, quid intersit inter *ne — quidem* et *nec — quidem* apud Gernhardum ad Cic. de Sen. IX, 27. p. 50. X, 33. p. 60. coll. Add. p. 319. sq. Seqq. *quas strages edidit* cf. cum iis, quae sunt in principio hujus capitis: *quae enim ille non edidit. Mr.*

Ac sine ulla spe etc.] Cod. W. *ac spe ulla bona furore p. reddere*, Cod. Cr. *ac sine ulla spe bona futura reddere*. Cod. M. ac s. u. sp. b. *futura se dare*. Unus apud Goer. non habet *ulla*, alius habet *specie* pro *spe*, plures ut Cod. Cr. et ita Copp. Victt. b.; recentiores ut Cod. M. et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. habent vulgatam) Par. sed conjunctim *sedare;* unus apud Goer., qui erroris simul originem monstrat, *furiose dare.* — *Spem* explicat Goer. consilium, quo peragendo, boni quid inde redundaturum speramus. Hac enim *spe* homines, *ratione* praediti, ad agendum impelluntur. Sed Sch. dedit *specie*, hoc sensu: Clodio nullam ne *speciem* quidem honestam fuisse furiosi in Ciceronem impetus. Quod nobis quidem magis probatur, quamquam a corrigendo abstinendum duximus. — Tum Cod. W. *inflamatis* (sic). *Mr.*

Sullam probo] Codd. nostri et Edd. vett. pleraeque *Syllam*. Ad Sullae legem, a. u. 672. latam vid. Bachius in Hist. Iur. Rom. II, 2. 75. et Ern. in Clav. Cic. in Ind. legum v. *Cornelia. Mr.*

Auxilii ferendi reliquerit: Pompeiumque nostrum] Sylla Dictator Tribunorum plebis potestatem minuit, et, intercessione tantum relicta, legum ferendarum jus aliaque privilegia sustulit. Ea postmodum restituit Pompejus. Vide sis *Appianum* B. C. lib. 1. pag. 688. Epitomen *Livianam* libb. LXXXIX, XCVII. *Dionysium Halicarnasseum* V, 77. *Caesarem* B. C. 1, 5. 7. *Sallustium* Catil. cap. 39. *Tacitum* Annal. III, 27. *Asconium* denique ad *Ciceronis* Divin. in Caecilium cap. 3. ac ad act. primam in Verrem. cap. 15. Hujusce tamen facti postea Pompeium poenituit, si credimus *Appiano* lib. II. B. C. pag. 734. Dav.

Pompejumque nostrum] Tulit Pompejus legem, qua tribuniciam potestatem restituit a. u. 698. In seqq. vix manum abstinui, quin, quod volebat fieri Ern., *in* adderem ante *ceteris*, quod additum est in Ed. Comm. Nam quod ait Goer., *ceteris rebus omnibus* dictum esse pro *propter ceteras res*

semper amplissimis summisque effero laudibus; de tribunicia potestate taceo: nec enim reprehendere libet, nec laudare possum.

10. M. Vitia quidem tribunatus praeclare, Quinte,
23. perspicis. Sed est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio vitiorumque selectio. Nam isto quidem modo vel consulatus vituperabilis est, si consulum, quos enumerare nolo, pec-

omnes, laudatque exempla ex Cic., in quibus *propter* omissum causa fuerit ablativi positi, in eo non vidit, aliam esse illorum exemplorum, aliam nostri loci rationem: in illis enim, quamvis suppleri possit *propter*, ablativus ex iis est, qui ad ablativos instrumenti propius accedunt. Sed cum apud alios optimae notae scriptores tales ablativi, qualis noster est, sint frequentes, nihil muto. Rathius ab Ern. partibus stat. *Mr.*

Effero laudibus] Cod. Cr. *effecto*. Copp. Victt. b. *ecfero*, quae est scriptio antiqua, Ciceroni fortasse, restituta aliquando veteri orthographia, olim restituenda; Cod. M. *officio*. *Mr.* Unde fortasse conjicias *affecto* vel *afficio* *Cr.* Vocem *enim* omittunt Cod. M. Edd. Asc. 1. et 2. Pro *libet* Cod. M. *liberet*, *Mr.*

Cap. 10. §. 23. *Vitia quidem tribunatus*] Haec tria vocabula in Codd. Cr. et W. orationi Quinti annexa sunt eamque claudunt. Cod. M. habet *praeclareque*, *Quinte*, *percipis*. Postremum verbum etiam est in Edd. Asc. 1. et 2. *Mr.*

Vitiorumque selectio.] Similis est locus Terentii in Phorm. IV, 4, 17. *Tu id, quod boni est, excerpis, dicis, quod mali est:* ubi Ruhnkenius nostri loci non est oblitus. *Cr.* — Pro *selectio* Cod. M. *electio*. *Mr.*

Vel consulatus vituperio est.] Recepi contra omnes edd. hanc lectionem repositam a concordi Palatt. consensu: nam sic loquitur Cicero frequentissime aliique. Vulgo *vituperabilis est*, quod liquet mihi pro glossa. Grut.

Vituperabilis est,] Ita scripsimus ex quatuor Dav. Codd., duobus Goerenzii nostrisque Copp. Victt. b. Cr. et W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Sturm. Comm. Ald. Brut. Lamb. Goth. et ita ipse noster de Fin. III. 12. 40. *Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto.* Quare acquiescendum putavi in tot librorum lectione, quamquam valde placet Goerenzii lectio *vituperetur*, quam conjectura hausit ex trium librorum lectione *vituperet*, quamque recepit Sch. Unus apud Goer. habet *vituperatio est*, noster Cod. M. Gruteri lectioni calculum addit, quam non debuerunt arripere Dav. Ern. Verb. Wagn. et Bip. cum *vituperium* sit vox nihili. *Mr.* — Vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 767. ubi de nostro loco: cf. ibid. laudat. Scaliger. de causis L. L. lib. VI. p. 349. Adde Facciolat. et Forcellin. Lex. in voce *vituperium*. *Cr.*

Vituperio est, si *consulum*] Paris. *vituperio* est sed *consulum*. Lege *vituperio* esset, si *consulum* etc. Eliens. Harleian. pr. sec. Med. editique multi dant *vituperabilis est*. Sed Pall. Balliol. et Ven. 1471. stant a recepta lectione. Dav.

Si consulum etc.] Cod. M. *sed* pro *si*, et *volo* pro *nolo*. Post *nolo* idem pergit *in ipsa potestate*

cata collegeris. Ego enim fateor in ista ipsa pote-
state inesse quiddam mali. Sed bonum, quod est
quaesitum in ea, sine isto malo non haberemus. —
Nimia potestas est tribunorum plebis. — Quis negat?
Sed vis populi multo saevior multoque vehementior,
quae, ducem quod habet, interdum lenior est, quam
si nullum haberet: dux enim suo se periculo pro-
gredi cogitat; populi impetus periculi rationem sui
non habet. — At aliquando incenditur. — Et quidem 24.
saepe sedatur. Quod enim est tam desperatum col-

inesse quoddam [*mali;* omissis, quae in aliis interponuntur. *Mr.*

Ego enim] Forsan *ego autem.* DAV.

Ego enim fateor] Hoc loco posuimus *fateor* cum Goer. et Sch., ut est in plurimis apud Goer. nostris W. Cr. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. Comm. Verb. Ern. Solus Dav. vocem *fateor* minus commode post *inesse* reposuit, ut est in duobus Goër. et nostro Cod. M., qui in seqq. pro *est tribunorum* habet *et etiam.* Vocem *potestate* intellige *in tribunatu. Mr.*

Multo vehementior multoque saevior] Vulgo *multo saevior multoque vehementior.* Sed meliorem ordinem habent duo Codd. Goer. Edd. Vict. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. et ita ediderunt Goer. et Sch. Cod. Cr. habet *severior.* Cod. M. *multaque senior, multaque vehementior.* Unus apud Goer. *multoque saevior, multo vehementior*, ubi transpositionis originem agnoscis. — Pro *lenior* Cod. M. *levior. Mr.*

Dux enim suo se periculo progredi cogitat] Vocabulum *se* abest ab omnibus libris, tam scriptis quam editis. Sed sensus ita tantum is est, quem Cicero voluit, si illa vocula additur. Si abest, id dicit noster: *dux suo periculo progredi vult;* sed vult: *dux cogitat, se, quodcunque faciat, suo facere periculo.* Quod videntes Goer. et Sch. ille conjecit *se suo*, hic eam conjecturam recepit. Sed ordo vocabulorum fuit invertendus. Quod enim dicit Göer. auctorem scribere libenter *me meo, te tuo;* id recte observavit: videlicet si praecedit substantivum, ad quod referendum est pronomen possessivum; v. c. *gladio jugulat ipse se suo.* Contra: *suo se ipse gladio jugulat. Mr.*

§. 24. *At aliquando incenditur.*] Cod. M. *aut alii intenditur.* Copp. Victt. b. *aliquanto.* Legitur etiam *intenditur* in Ed. Par. ubi Turn. in comm. primo praefert *incenditur.* In seqq. Schefferus conjecit: *Equidem et saepe sedatur* vel: *Equidem. Sed saepe sedatur.* Male utrumque. *Et quidem* saepe ponitur pro *atque adeo;* v. c. Cic. de N. D. I. 29. 82. ut monet Goer. Conf. Cr. ad Cic. de N. D. p. 124. 145. 268. Pro *e decem* Codd. Cr. et W. *ex*, cujus erroris causa in aperto est. *Mr.*

Et aliquando incenditur: et quidem saepe sedatur] Sic in omnibus praeter quartum, rescribentem, *et aliquando sedatur.* Non male, si adhuc unus pluresque melioris notae testes accederent. GRUT.

*Quin per * per ipsum Tib. Gracchum non solum * nectus, verum*

legium, in quo nemo e decem sana mente sit? Quin per ipsum Ti. Gracchum non solum nectus, sed etiam sublatus intercessor fuerat. Quid enim illum aliud perculit, nisi quod potestatem intercedendi collegae

etiam sublatus intercessor fuerat] Omnino videtur hoc adversus Tribuniciam potestatem: itaque pronuntiari a Cicerone miror, eam defendente. Puto autem hoc totum rejiciendum ad Quincti sermonem, et post illa verba collocandum, *Quid juris bonis viris Tib. Gracchi Tribunatus reliquit?* Et, quia mendi quiddam superest, ita legendum arbitror, *Quin per ipsum Tiberium Gracchum non solum neglectus* etc. P. Manuc.

Quin per ipsum Tib. Gracchum non solum vetitus, verum etiam sublatus intercessor fuerat] Ita legitur hic locus in MSto. *Lambinus* autem pro *nectus* verbo corrupto reposuit *nexus;* Manucius *neglectus.* Ursin.

Quin per ipsum Tib. Gracchum non solum nectus, sed] Varie agitatus locus. Turnebus ita edidit, ut scripsi. Victorii vero editio, *quin * per ipsum* etc. Pal. tert. omittit τὸ *per*, in reliquis cum vulgatis concinens, quartus tale quid muginatur: *quin ipsum Tiberium Gracchum non solum vectus, sed etiam sublatus intercessor servaverat.* De quo miraculo ad ingeniosiores referendum censeo. Porro ex nostra lectione concinnarat Gulielm. *rejectus*, aut, quod verissimum putat *neglectus.* Puteanus conabatur, *quin perdidit ipsum Tib. Gracchum, non solum vetitus, sed etiam sublatus intercessor;* ejecta voce *fuerat,* quae sequebatur in vulgatis. Ego, quod Victorius, Turnebus, Ald. Nepos, praeterea cum quarto S. Vict. Fabr. codd. retinent, exhibendum duxi. Grut.

Quin per ipsum — non solum nectus — sed etiam sublatus intercessor fuerat] Ita ex sententia Cr. scripsi ex Codd. MSS. Et habent quidem *per* aliquot Goer., nostri Cr. et W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Brut. Sturm. Lamb. Goth. Comm. *Nectus* est in Copp. Victt. b. Edd. Par. Verb. et Comm., duobus Codd. Goer., in uno ejusdem est *nectis.* Graevius in marg. Ed. Comm. annotavit: »*nectus* pro *nexus* est *prohibitus.*« De quo si quis dubitet, me adsentientem habet. Ceterum veri non est simile, vocem *nectus* a librariis esse effictam. Denique *fuerat* est in plurimis Codd., nostris omnibus et Codd. et Edd. vett., unus Goer. *servaverat*, unus *seruerat.* Ern. cum Dav. facit, qui sine libris dedit *perculerat.* Wagn. conjecit: *Quin perdidit hoc Ti. Gracchum, quod per ipsum non solum vetitus, sed etiam sublatus intercessor fuerat.* Rathius: *Qui perdidit ipsum Ti. Gracchum, non solum vetitus, sed etiam sublatus intercessor fuit.* Bentlejus conjecit *fregerat* pro *fuerat*, quod recepit Alemannus. Goerenz. et Sch. ediderunt *Quin ipsum — vetitus — straverat.* Pro seq. *illum* Cod. M. *illud. Mr.*

Non solum nectus] Locus desperatus, in quo propterea licebit impune divinare. Primo autem notandum, quod voculam *per* ab initio libri multi non agnoscant. Deinde, quod pro *nectus* habeant *vectus.* Accedit quod in aliquo pro *fuerat* reperiatur *servaverat.* His positis suspicor scripsisse Ciceronem: *Quin ipsum Ti. Gracchum non solum invectus, verum etiam sublatus intercessor fuderat.* Illud *invectus* accipio passivo sensu, pro *reprehensus, culpatus*, sicut hujus generis a

abrogavit? Sed tu sapientiam majorum in illo vide. p. 189. a.
Concessa plebi a patribus ista potestate, arma ceciderunt: restincta seditio est: inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se

Deponentibus formata passim reperiuntur plurima. *Fuderat* autem intelligitur ex sequenti *perculit*. Et videtur aliquis ejus explicandi gratia adscripsisse glossam *straverat*, ex qua deinde factum *servaverat*, quod dixi in antiquo libro reperiri. *Scheffer.* — Ad rem cf. Beier. ad Cic. de Off. II. 12. 43. p. 84 — 86. *Cr.*

Ibid.] Restituenda vetus lectio: *Quin per ipsum — non solum vetitus — intercessor fuerat.* Nam Ti. Gracchus Octavium collegam, tribunum pl. ipsi, agrariam legem ferenti, obsistentem cum vetando, i. e. resistendo, nil proficeret, sustulit i. e. eum privavit potestate tribunicia. Hujus facti invidia postea interitum attulit Graccho. *W.*

Quin ipsum Tib. Gracchum non solum vetitus, *sed etiam sublatus intercessor* perculerat] Vulgo *quin* per *ipsum Tib. Gracchum non solum* nectus, *sed etiam sublatus intercessor* fuerat. Sed *per* omittunt Pall. tert. quart. Paris. Balliol. Harleian. sec. editio pervetus et Ven. 1471. Ac *vetitus*, non *nectus*, in nostris omnibus praeter unum Paris. reperitur. Pro *fuerat* Pal. quart. *servaverat;* nos ex conjectura rescripsimus *perculerat:* nam statim sequitur, *Quid enim illum aliud* PERCULIT? Ad historiam quod attinet; ubi Gracchus Octavium legibus suis Agrariis intercedentem vidit, contra fas Collegii potestatisque jus eum rostris depulit et abdicare se Magistratu coegit. Sic creatus est agris dividendis Triumviratus; ortaque non ita multo post contentione, Tib. Gracchus a Scipione Nasica peremtus est. Vide *Plutarchum* in Gracchis pag. 829. *Appianum* Bell. Civ. lib. I. pagg. 612, 614. Epitomen *Livianam* lib. LVIII. *Aur. Victorem* de Viris Illust. cap. 64. et *Florum* III, 14. *Cl.* quidem *Puteanus* rescripsit, *Quin* perdidit *ipsum Tib. Gracchum non solum vetitus sed etiam sublatus intercessor;* ejecta voce *fuerat.* Nostra vero ratio melior videtur et praestabilior. DAV.

Sed tu sapientiam majorum *in illo vide*] Vulgo *sed tu* sapientia majori *in illo vide.* Codices autem dant, *sed tu* sapientia majori nihilo *vide*, vel *vides.* Nos *Aldi* nepotis editionem sequimur. Quin et *Turnebus* legendum conjecerat, *sed tu sapientiam majorum* in hoc *vide;* cui *Lambinus* accessit. Eodem quidem redit ac emendatio nobis recepta; quae eo solo se mihi commendavit, quod a MSStis minus recedat. DAV.

Sapientia majore nihilo vide] Alii *nihilo videris:* sensu mihi quidem parum probato. Maffei liber habet, *sapientia inde majorum nonne vides, quod:* putem esse legendum, *sapientiam majorum nonne vides, quod concessa* etc. P. MANUC.

Sed tu sapientiam majorum in illo vide] Recipienda fuit Aldi nepotis lectio, quod fecerunt inde ab illo plerique editores. Omnes Goerenzii Codd. habent *sed tu sapientia majori nihilo vide*, et ita noster Cod. W. Copp. Victt. a. et b. Edd. Par. Car. Steph. Sturm. Brut. Ald. In Edd. Vict. Asc. 1. 2. Crat. Herw. eadem est lectio, sed *videris* pro *vide.* Cod. Cr. eodem modo sed *inde* pro *vide;* Cod. M. vestigium verae lectionis habet *majorum.* Schefferus conjecit *sapientiam majorem*

putarent; in quo uno fuit civitatis salus. At duo Gracchi fuerunt. Et praeter eos quamvis enumeres multos licet: cum deni creantur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos; leves, etiam

in nihilo vide (debebat certe scribere *vides*). Ad *in illo* intelligit Wagn. *tribunatu constituendo*. Recte. Pro *potestate* Cod. M. et aliquot Goer. habent *potestas*, alii *potestatem*. *Mr.*

Aequari se putarent] Omnes Goer. et nostri Codd. habent *putarint*, itemque Edd. omnes ante Ern., qui primus vidit stare hoc non posse, et necessario ponendum esse imperfectum. Errorem ex scribendi compendio admodum veteri ortum esse vere monet Goer. *Mr.* — Ad. v. *in quo uno* v. Goerenz. ad Cic. de Fin. I. 13. 44. p. 61. *Cr.*

At duo Gracchi fuerunt, et praeter eos, quamvis enumeres multos licet, cum deni crearentur: nullos in omni memoria reperies perniciosos Tribunos, leves etiam nunc, bonos fortasse plures] Invitus dissentio a doctissimis hominibus: verum, quando ipsis etiam veritate prius esse nihil video, imitemur eorum exemplum et studiosorum utilitati, quam fere spectamus unam, serviamus: non enim hic mendi labe sententia depravatur, sed ita fortasse verborum tegitur involucro, ut aperienda videatur. Refellit Marcus objecta a Quincto contra Tribuniciam potestatem. Gracchos, inquit, nominas qui Remp. iniquissimis rogationibus in Tribunatu perturbarint. Licet, praeter eos, quamvis multos Gracchis non dissimiles, id est seditiosos ac turbulentos, enumeres; (id quod difficile non est, cum deni non modo nunc, sed Gracchorum etiam aetate, atque adeo multis ante saeculis crearentur; et ex tot collegiis vel maximum non optime sentientium Tribunorum numerum liceat colligere) scrutare, inquam, universam antiquitatem; replica memoriam temporum, ex quo deni creari coepti sunt: neminem tamen reperies perniciosum; leves quidem hodie quoque; bonos fortasse plures. Non enim Gracchos, aut Saturninum, aut Flaminium, aut Curiatium, quos nominasti, aut quemlibet de multis, qui numerari possunt, *perniciosos* patriae fuisse concedo. Vexaverint Remp. incommodis etiam aliquot affecerint: perniciem certe, quamvis improbus et seditiosus, nemo attulit. Nec enim sine plebis ope exitiosus esse quisquam potest; at ea, quod proxime subjungitur, *de suo jure periculosas contentiones non facit;* principum cedit auctoritati. Non enim plebs incitata nostris rebus invidit; sed vincula soluta sunt et servitia incitata, adjuncto terrore militari. Quod si plebs ipsa contra Remp. non pugnat; (id enim perspicue *Cicero* significat) quid relinquitur vel perditissimis Tribunis, ut perniciosi esse possint? Puto igitur, correctione locum non egere: nam si pro *nullos* legatur *nonnullos*, Quincti sententia defendetur; cum eam studeat Marcus infirmare. Quid enim aliud Quinctus opposuerat, quam perniciosos fuisse *nonnullos?* Praeterea, cum ad Latinae linguae consuetudinem intueor, probabilius videtur *nullos in omni memoria reperies* quam *nonnullos. Crearentur* autem inquit, quod prisca etiam tempora, quibus item deni creabantur, animo repetere Quinctum velit. P. Manuc.

Cum deni creantur, nullos in omni memoria reperies perniciosos Tribunos? leves etiam non bonos fortasse plureis] Sic e mss.

non bonos, fortasse plures. Invidia quidem summus ordo caret: plebes de suo jure periculosas contentiones nullas facit. Quamobrem aut exigendi reges non 25.
fuerunt: aut plebi re, non verbo danda libertas: quae tamen sic data est, ut SCtis praeclarissimis adduceretur, ut auctoritati principum cederet.

Pall. Fabr. Interrogationis notam immisi judicium secutus Gulielmii. Nam quod alii *non* inferciunt contra mss. est: sicque levicula distinctione sensus juvatur. GRUT.

Nonnullos in omni memoria etc.] Sic legendum vel libris omnibus invitis: sententia enim plana et aperta est. Negari non potest, inquit, cum deni tribuni quotannis crearentur, in omni memoria nonnullos perniciosos exstitisse: leveis autem, et non bonos, fortasse plureis. LAMB.

Nonnullos *in omni memoria*] Vulgo *nullos*. Sed, Lambino nec non ipsa re ducibus, exhibui *nonnullos;* ac ita diserte Med. ab emendatrice manu. DAV.

Et praeter eos etc.] Nostrum qualecunque de hoc loco judicium vid. in Excursu XIII. Hic librorum nostrorum lectiones referemus. Pro *at duo* Cod. M. *ac duo*. Edd. Asc. 1. (in qua abest *cum*) 2. Crat. Herw. Sturm. Ald. Brut. Lamb. Goth. *crearentur;* Cod. M. *creentur;* sed recte monet Goer., *creantur* poni pro *creari solent*. Pro *deni* Cod. W. *denique;* pro *etiam non bonos* Cod. Cr. *etiam et bonos*, Copp. Victt. b. *etiam bonos;* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. *et non bonos*, Ed. Par. *etiam nunc bonos*. In seqq. Cod. Cr. *periculosa*. *Mr.*

§. 25. *Sic data est*] In Cod. M. legitur *data sic est*. Non male. *Mr.*

Ut multis praeclarissimis legibus *addiceretur*] Sic hunc locum lacerum ac mutilum redintegravi, restituta voce *legibus*, quae a scriptoribus librariis omissa fuerat. LAMB.

Ut multis praeclarissimis addiceretur] Sic mss. et edd. Lambinus sua lubidine *legibus* immiscuit, Gulielmius ex conjectura *adduceretur*, quod non probat, qui legit eruditissimum Turnebi commentarium. GRUT.

Ibid. Mallem, *ut* SCtis *praeclarissimis* etc.] Nam quod *Turnebus* vel multos viros praeclarissimos intelligit, vel *multas* substantive capit, id vero ferri non potest. DAV.

Ut SCtis praeclarissimis] Hanc Davisii emendationem, utpote facillimam, amplexi sumus, cum vulgata satisfacere non possit, aliorumque VV. DD. emendationes longius a libris discedant. Goer. quidem vulgatam tuetur, dicens ad *praeclarissimis* subaudiendum esse *commodis* et *addicere* esse i. q. nostrum *zuerkennen*, quasi unquam Cicero dicere potuerit *ego addicor commodis* pro *mihi decernuntur* v. *adjudicantur commoda*. Schützius recte ex duobus Goer. Codd. recepit *adduceretur*, quod simplici *d* scriptum exhibet noster Cod. W. *aduceretur*, unde in aliis, v. c. nostro Cr., factum est *ad ii ceretur*, in Cod. M. *adiceretur*, unde pronus fuit transitus ad *addiceretur*. Idem Sch. pro *multis* conjecit *muneribus;* quod haud improbo, sed Davisii rationem faciliorem existimo. Rathius conjecit: *ut multitudo praeclarissimis addiceret* (sc. *se* i. e. se committeret fidei optimatium) *et auctoritati principum*

11. Nostra autem causa, quae, optime et dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu. Non enim plebes incitata nostris rebus invidit; sed vincula soluta sunt, et servitia incitata, adjuncto terrore etiam militari. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum

cederet. *Mr.* Liv. III. 21. *De tribunorum et plebis postulatis Senatus consulta fiunt.* ibid. *Mirer, inquit, si vana vestra, patres conscripti, auctoritas ad plebem est.* Proinde ego h. l. cum Dav. facio. *Cr.*

Ibid.] Vitiosa rursus lectio obscurat sententiam. Excidit vox *legibus*, et pro *addiceretur* legendum *adstringeretur* vel *adigeretur.* Sensus hic est: Libertas plebi ita data est, ut tamen multis praeclaris legibus adigeretur ad obsequium erga principes i. e. patricios. *W.*

Auctoritati principum] De vi nominis *principum*, quo in eodem hoc capite supra usus est Tullius, adde iis, quae Turnebus ad h. l. disputavit, Jo. Laur. Lydum de Magistratt. Rom. I. 3. p. 14. et I. 6. p. 18. sqq., ubi *regis* nomen (τὸ ῥήγιον ὄνομα) itemque nomen *domini* (δεσπότου) a nomine *βασιλέως*, tanquam *principis*, distinguit, qui, quae τοῖς ἀρίστοις τοῦ πολιτεύματος placeant, suo suffragio confirmet. Quarum rerum vim exemplis ex historia Romanorum desumtis explicat. Alia ratio obtinet in loco Livii XXXIV. 31. ubi Nobis cum Romanis expostulans ita: *Tum me regem adpellari a vobis memini, nunc tyrannum vocari video.* Cf. etiam Schwarz. ad Plin. Paneg. c. 55. p. 250. *Cr.*

Cap. 11. *Nostra autem causa, quae* etc.] Cod. Cr. *quasi* pro *quae;* In sqq. Schützius habet *plebe incitata*, operarum, credo, errore. Tum Goerenzius, cui displicet repetitum *incitata*, conjecit *servitia concitata*, quod mihi cum Sch. placet. Ita noster in Pison. IV. 9. *Collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam nova ex omni faece urbis ac servitio concitata.* *Mr.* — *Cum illa peste* etc. i. e. cum P. Clodio non certavi, sed certamen mihi fuit cum gravissimo Reip. tempore i. e. cum reip. salute; cui cessi, in exilium abii, ut eam servarem. De hac potestate vocis *tempus* vid. Ernestus in Clav. Cic. *W.*

Cui si non cessissem] Haec est lectio Codd. Cr. et W. et Edd. vett. omnium; quam mutavit Goer. scribens *cui ni cessissem*, quod in nullo libro est, quia in tribus est *cui cessissem*, in uno *cum cessissem*, in tribus (et nostro M.) *cui concessi ne*, in uno *cui si concessissem;* in Copp. Victt. b. est *cui si cessissem.* Sch. Goerenzio obsecutus est. *Mr.*

Non modo liber, sed servus] Vulgo *sed etiam servus.* Sed abest *etiam* a tribus Goer. et nostris Copp. Victt. b. et solet noster in oppositione *sed* ponere pro *sed adeo:* V. c. Ep. ad Fam. X. 6. *in istis amplissimis nominibus non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.* Cf. supra c. VII. 17. *non solum superbius populo, sed violentius videri necesse erat;* ibique Cr. *Mr.*

Quod si is casus etc.] Hic locus ex Maffaei libro ita videtur esse corrigendus: *Quod si is casus fuisset rerum, quas pro salute Reip. gessimus, ut non omnibus*

gravissimo rei publicae tempore: cui si non cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. Atque hoc rei exitus indicavit. Quis enim non modo liber, sed servus libertate dignus fuit, cui nostra salus cara non esset? Quod si is casus fuisset 26. rerum, quas pro salute rei publicae gessimus, ut non

gratus esset; et si nos multitudinis vis furentis inflammata invidia pepulisset; Tribunusque aliquis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset; ferremus, o Quinte frater etc. P. MANUC.

Quod si is casus etc.] I. e. is lapsus, haec ruina rerum mearum. Nam Latinis *casus* non dicitur de quovis eventu, de quavis re aut tempore, ut nec *circumstantiae* dicuntur latine: quamquam nomen *casus* est tritum in jure hoc sensu; ubi tamen a veteribus jureconsultis nonnisi certa ratione dicitur, nec promiscue, ut hodie. Latini dicunt *causa*, *conditio: casum* autem de ruina et conditione hominis et rei cadentium. — *Ut non omnibus* etc. Particula *non* delenda est, ut sensui contraria. *W.* [Ita ut haec hujus loci sententia sit: *Quod si omnes cives rem publicam eversam voluissent.* — *Cr.*] Haec certe sententia mihi quam maxime placet, ita ut a delenda negandi particula vix omnium librorum, eam tuentium, consensus me absterruerit. Tum certe non opus esset, cum Wagnero aut syllepsin statuere in verbis *gratus esset*, ut dicta sint pro *gratae essent* (res), aut corrigere *gratus essem.* Neque etiam ea interpretatione, quam satis artificiosam excogitavit Goer., indigeremus: *Si res, quas pro salute patriae gessi, non eum eventum habuissent, quem omnes grata mente agnoscerent;* neque denique cum Goer. *et si*, quod sequitur, pro *sed si* accipiendum erit. *Mr.*

Si nos multitudinis vis furentis etc.] Etiam hic locus a nobis in integrum restitutus est; ita tamen ut *Manucius* et *Turnebus* nobis viam munierint, facemque praeluxerint. LAMB.

Si nos multitudinis vis furentis inflammata invidiâ pepulisset; si tribunus aliquis in me populum] Malumus Turnebum et Manutium Nep. sequi, quam vulgatum: *si in os m. f. v. f. inf. invidia pepulisset tribunicia: quis in me popul.* etc. Locus in mss. etiam eximie corruptus. Lambinus, ne non aliquid novi post Turnebum et Manutium reperisse videretur, contra omnes mss. *perculisset* legit. Puteanus adquiescit nostrae lectioni, *sed mallet rescribi, perculisset, si quis sic in me*, recisis intermediis. GRUT.

Si nos multitudinis vis furentis inflammata invidia pepulisset; si Tribunus aliquis *in me populum*] Haec est emendatio *Turnebi*, quam *Gebhardus* recepit; nec abit *Lambinus*, excepto quod legat *perculisset*, non *pepulisset.* At Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus et Ven. 1471. dant *si* in *nos multitudinis vis.* Omnes vero libri summo consensu prae se ferunt, *inflammata invidia pepulisset Tribunicia qui*, vel *quis*, vel *qui si*, *in me populum* — *incitasset:* nisi quod Ven. 1471. *invidia repulisset; Victor.* autem *quae sic in me populum — incitasset.* Lego *si* in *nos multitudinis vis furentis inflammata invidia* erupisset *Tribunicia*, *quae sic in me populum — incitasset.* Memoriae tamen tradenda est *Clau-*

omnibus gratus esset; et si nos multitudinis furentis inflammata invidia pepulisset, tribuniciaque vis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset; ferremus, o Quinte frater: con-
b. solarenturque nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, qui hoc facere debent, quam clarissimi viri,

dii Puteani conjectura, pro qua reponit, *si nos multitudinis vis furentis inflammata invidia perculisset*; si quis sic *in me populum — incitasset.* Nimis audacter. Dav.

Et si nos multitudinis etc.] Secuti sumus Goerenzium, hunc locum levissima manu ita emendantem, ut post *multitudinis* deleret *vis*, quod, exceptis duobus, abest ab omnibus ejus Codd. et nostris Copp. Victt. b., scriberetque *tribuniciaque vis*, quod latet in scriptione *tribuniciaquis* (sic Copp. Victt. b.), *tribunicia qui si* (ut habet Cod. M.), *tribunicia qui* (ut est in Cod. Cr.), *tribuniciaque* (ut in Cod. W.), quae lectiones sunt Codd. Goer., quorum nullus habet *si tribunus aliquis*, quae mera est conjectura. Latet etiam vera lectio in Edd. Asc. 1. 2. *tribunicia aut quis*, et Edd. Car. Steph. Crat. Herw. Par. Sturm. Brut. *tribunitia quis*, quod nonnisi est compendium scriptionis — *que vis*. In Ed. Ald. est *tribunicia, quae sic*, in Ed. Comm. *si tribunus aliquis sic.* Rathius conjecit: *si nos multitudinis furentis inflammata invidia urbe pepulisset tribuniciaque vis sic in me populum, sicut Gracchum in Laenatem, Saturninum in Metellum, incitasset; ferremus.* Davisii rationem habes in ejus nota, Rathii sententiam qualemcunque hic adscripsimus. Iam tu vide notam Schützii, quam misere mutilatam et depravatam utriusque lectionem exhibeat. Quod ideo moneo, ut ne quis notulis illis, non inspectis libris, magnopere confidat. Dici enim non potest, quam saepe rem aliter se habere deprehenderim, quam ibi edocemur. *Mr.*

Gracchus in Laenatem] P. Popilius Laenas Consul cum P. Rupilio a. u. 621. in Tiberii Gracchi, superiore anno interfecti, amicos quaesiverat, in ipsumque vehementissimas orationes habuerat; cujus rei causa eum C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus pl. a. u. 633. apud populum perduellionis accusavit. At Popilius non exspectato populi judicio urbe Italiaque cessit, suaque sponte in exilium abiit. Vid. Pighius in Annall. a. 621. et 630. *W.*

Saturninus in Metellum] Q. Caecilius Metellus cognomine Numidicus, a victoriis de Iugurtha Numidiae rege dictus, Consul cum M. Julio Caelano a. u. 642.; postea L. Apulejo Saturnino, tribuno pl. turbulento, leges populares in gratiam C. Marii ferente, in iisque agrariam, de dividendo Gallico agro, adversante senatu, solus senatorum in sententia perstitit Metellus; qui, cum optimates eum defendere vellent, sponte in exilium abiit, ne causam praeberet seditioni et caedi civili, a. u. 653. Vid. Pigh. ad illos annos et Ernest. in Clav. Cic. p. 611. *W.*

Incitasset] Ad rem apposite Tacitus in Annall. II. 27. *Hinc Gracchi et Saturnini, turbatores plebis — donec L. Sulla Dictator, abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium ei rei haud in longum paravit; statim turbidis Lepidi rogationibus, neque multo post tribunis*

qui illa urbe pulsi carere ingrata civitate, quam manere in improba maluerunt. Pompeium vero quod una ista in re non ita valde probas; vix satis mihi illud videris adtendere, non solum ei, quid esset optimum, videndum fuisse, sed etiam quid necessarium: sensit enim, deberi non posse huic civitati illam po-

reddita licentia, quoquo vellent, populum incitandi — cap. 28. *Tum Cn. Pompejus tertium consul, corrigendis moribus delectus, et gravior remediis, quam delicta erant, suarumque legum auctor idem ac subversor, quae armis tuebatur, armis amisit.* etc. *Cr.*

Consolarenturque] Graev. ad marg. Ed. Comm. ex Cod. MS. annotavit *consolarem.* Non erat, quod Rath. verba *qui hoc facere debent* adulterina censeret, quibus nihil est loco convenientius. Sed neque vocabulo *isti* opus est, quod post *clarissimi* additum vult Goer. — Vocem *in* ante *improba* non habent Copp. Victt. b. In seqq. pro *non ita valde* Codd. Cr. et W. habent cum Ed. Sturm. *non valde*, Cod. M. *ita valde*, omisso *non.* Quibus lectionibus aliquis moveri posset, ut conjiceret legendum esse *non ita probas*, ut in his Codd. recepto ad v. *ita* glossemate *valde*, alterutra genuina vox (*ita* vel *non*) exciderit: solere enim *ita* a Cicerone aliisque optimis scriptoribus poni pro *valde*, quod nostro quoque loco fortasse explicandi causa a quodam adpictum, tum in contextum receptum sit. Sed cave ita censeas. Accurate enim observanti usum Ciceronis apparebit, *ita* simpliciter pro *valde* dici nonnisi ante Adjectiva aut Adverbia v. c. Orat. XVIII. 59. *rarus incessus, nec ita longus*; pro Quinct IV. 16. *eum non ita commode posse vendere;* sed ante Verbum conjunctim ponere nostrum *ita valde*, ut est de N. D. I. 31. 86. *quibus mediocres homines non ita valde moventur:* ubi nihil plane variant Codd. *Mr.*

Quid esset optimum] Ed. Sturm. *quod.* Tum tres Goer. et noster Cod. M. *fuit* pro *fuisse. Mr.*

Sensit enim, deberi non posse] Sic omnes edd. elegantissime; sic etiam Ovidius Epistola Paridis. At Pall. itemque Fabr. *deleri.* Grut.

Deberi non posse] Quamvis nihil dicant Dav. et Goer., certus tamen sum, in eorum quoque haud paucis libris repertum iri pravum illud *deleri. Deberi* enim ex nostris habent nonnisi Copp. Victt. b. Edd. Ald. Car. Steph. Brut. Lamb. Goth. Comm. et inde a Grut. omnes. Pro *potestatem* in Cod. M. est *tantam.* Unde nolim conjicere, scribendum esse *tantam potestatem. Mr.* — *Deberi non posse* i. e. reddendum esse hoc, solvendum tanquam debitum. Ita latine dicitur *hoc tibi debere non possum* i. e. non possum non hoc tibi solvere. [v. Turn.] Barbare dicunt *in debito manere. W.* — Vid. Schütz. Lex. Cic. in *debere. Cr.*

Quippe quam etc.] Cod. Cr. *quippe tantopere quam.* Ad verba *qui posset carere cognita* facit locus Livii III. 52.; ibi Horatius et Valerius ita de tribunatu: *Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc, dulcedine semel capti ferant desiderium. Cr.*

Sapientis autem civis] Vocem *autem* non habet unus Goer. et nostri Codd. Cr. et W., unus ap. Goer. pro ea habet *enim.* Sed ni-

testatem: quippe quam tantopere populus noster ignotam expetisset, qui posset carere cognita? sapientis autem civis fuit, causam nec perniciosam, et ita popularem ut non posset obsisti, perniciose populari civi non relinquere. Scis solere, frater, in hujusmodi sermone, ut transiri alio possit, dici ADMODUM, aut
12. 27. PRORSUS ITA EST. Q. Haud equidem assentior: tu tamen ad reliqua pergas velim. M. Perseveras tu quidem,

hil mutandum. In seqq. Cod. Cr. *satis* pro *scis;* tum Cod. M. *solere in hujus sermone.* Vox *frater* abest etiam ab Edd. Asc. 1. et 2. Cod. W. habet *et* pro *ut;* Cod. M. *possis* pro *possit*. *Mr.*

Dici AD MODUM] Vulgo ADMODUM *dici*. In ordine verborum Paris. Med. aliosque Codices sequor. *Admodum* vero in *ad modum*, voce divisa, mutavi, cum sensus id postulare videretur, ac ita repraesentaret editio *Victoriana*. GRUT.

Prorsus ita esse haud equidem assentior] Sic hunc locum emendandum esse censeo. Sunt enim verba Quincti, se a fratre dissentire confitentis: id quod declarant ea, quae sequuntur. Itaque vulgata lectio, *Prorsus ita est: haud equidem assentior*, ferri non potest. LAMB.

Prorsus ita est. Q. Haud equidem] Sic distinxi ex Victorio, Turnebo, Manutio Nep. Vulgo *Q. Prorsus ita sentio: haud equid.* Mss. Palatin. Fabr. S. Victor. P. *ita est: aut equidem* ut vulgata inepta; Lambini audax et contra libb. est. GRUT. Priora verba sunt Attici, posteriora Quinti: nec a Codd. est recedendum. DAV.

Dici admodum aut prorsus ita est. Q. Haud] Ita scripsimus cum Goer. (nam Sch., qui idem se fecisse dicit, edidit *admodum dici*) ex ejus Codd. omnibus, quibus assentiunt Copp. Victt. a. et b. Vocem *dici* praemittunt Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Pro *aut est* *Att.* in Cod. Cr. Edd. Ald. Comm. Dav. Verb. Ern. Wagn. Bip. Sed male infertur Attici nomen, ut monet Goer., nam ad Quintum spectabat omnis haec disputatio. Quare etiam haec, inde a. v. *prorsus* Quinto tribuuntur in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Sturm. Ald. Brut. Sed quam incommode se excipiant *prorsus ita est* et *haud equidem assentior* in ore unius ejusdemque hominis, nemo est, quin videat. Vocem *dici* omittit Cod. M.; pro *ita est* scribitur minus bene *est ita* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Pro *Haud equidem* male scribitur *aut equidem* in Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b. Reliqui libri recte *haud*. Pro seq. *ad* Cod. W. *de*. Fortasse aliquis malit *tu tamen reliqua pergas*, ut est II. 27. 69. *sed perge cetera*. *Mr.*

Admodum aut prorsus ita est] Sunt formulae audientium, qui finita parte disputationis dicenti assentiuntur. Has sibi nunc quoque formulas a Quinto fratre acclamari vult. *W.* — Ruhnkenius ad Terent. Hecyr. III. 5. 8: »*Admodum* est assentiendi particula, »qua comici, et qui dialogos scribunt, in responsionibus utuntur: »in Phorm. II. 2. 1. *Itane patris ais conspectum veritum hinc abiisse? — Admodum.* Cic. de »Legg. III. 11. *Scis — dici admodum*, quem locum male solli-

et in tua vetere sententia permanes. Q. Nunc mehercule. Att. Ego sane a Quinto nostro dissentio. Sed ea, quae restant, audiamus. M. Deinceps igitur omni- 12.
bus magistratibus auspicia et judicia dantur: judicia, ut esset populi potestas, ad quam provocaretur; auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impe-

» citavit Davisius. « *Cr.* — In seqq. Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. habent *non mehercule* pro *nunc meh.* Idemque est in Ed. Brut., qui vero bene haec adnotavit: »*Non mehercule*, nisi quis ita dictum putet *εἰρωνικῶς*, ut sit in praesentia tempori cedentis et nimis obfirmati et praefracti a se opinionem avertentis, repugnare Ciceronis sententiae videtur.« *Mr.*

Deinceps igitur etc.] Respicit ad locum III. 3. 10. *Judicia* sunt jus accusandi apud populum. Ita Graeci de accusatoribus utuntur verbis *κρίνειν* et *κρίσις*: vid. Lycurgi Orat. in Leocrat. p. 138. Reisk. ubi utraque vox legitur; ad q. l. cf. Taylor in Ed. Cantabrig. 1743. pag. 320. sq. *Mr.*

Ut esset populi potestas] Haec male interpretatur Goer.: *Judicia magistratui sua cuique ita data sunt, ut ad populum ab his provocatio esset, tanquam supremum judicem.* Ea si Ciceronis sententia erat, scribere debebat *ita quidem* (*mit der Einschränkung*) *ut esset* etc. Ego simpliciter ita capio: *ut populo esset potestas civilis, ad quam provocari posset. Cr.* Wagn. locum ita explicat: »Judicia quisque magistratus in suo genere et munere exerceat: crimina autem publica non ad ipsum populum deferantur, sed certis magistratibus mandentur, ut libera sit potestas populi, atque ad eam provocare possit damnatus, si injuriam factam sibi esse putet.« *Mr.*

Inutiles comitiatus] Haec est lectio sine dubio vera. Sed ut supra III. 4. 11. in multis libris est *maxumum comitatum*, ita hoc quoque loco lectio *comitatus* insedit Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Car. Steph. Brut. Sturm. Quod cum falsum esse vidissent editores, correxerunt *conventus*, et sic est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. habent *comitatus*) Par. Ex correctione item fluxit quod est in Copp. Victt. a. *inutiles conatus*. In seqq. Cod. W. pro *impetum* habet *imperium*. Mox idem *et ex iis autem; iis* etiam est in Cod. Cr.; *hiis* in Cod. M. *Mr.*

Ex his autem, qui magistratum ceperunt, quod senatus efficitur, popularem sane] Non sustinui sequi conjecturam Turnebi, refingentis, *populare est*, cum vulgatam lectionem tueantur mss. S. Victor. Fabr. Pal. tert. (nam quart. hic deficit) atque adeo visatur in edd. Ald. Victor. Ceterum pro *sublata cooptatione censoria* Palat. tert. Fabr. *sublata est cooptatio censoria.* Lambino quod libet, licet. Grut.

Quod senatus ex his constituitur] Mendose hic operae olim omiserunt *ex his* ante verbum *constituitur:* sic enim legendum, *quod senatus ex his constituitur* etc. Lamb.

Quod Senatus efficitur, popularem, sane neminem] Haec lectio sensu caret; quapropter *Turnebus* emendavit *populare est sane.* MSSti vero dant *quod Senatus consulto*, vel *consultu*, *efficitur popularem sane neminem.* In hisce tenebris mihi palpanti rescribendum videtur, *Ex iis autem qui Magistra-*

dirent morae: saepe enim populi impetum injustum auspiciis dii immortales represserunt. Ex his autem, qui magistratum ceperunt, quod senatus conficitur, populare sane, neminem in summum locum, nisi per populum, venire, sublata cooptatione censoria. Sed praesto est hujus vitii temperatio, quod senatus lege
28. nostra confirmatur auctoritas. Sequitur enim: EIUS

tum ceperunt quod Senatus CONSTAT; *efficitur* populare id *sane*, *neminem* etc. DAV.

Quod senatus conficitur] Cum in multis libris, nostroque etiam Cod. [Cr.] legatur *senatus consulto efficitur*, quod item in aliis variis scribitur compendiis, ego legerim: *senatus conficitur. Conficere* proprie de exercitu conscribendo dicitur apud nostrum Leg. Manil. 21, 61: *exercitum difficili rei publicae tempore conficere.* Hoc loco eleganter transfertur ad senatum. *Cr.* — Add. Cic. ad Att. VIII. 11. *gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos.* Cf. Gronov. ad Liv. XXIX. 35. p. 887. ed. Gron. — *Senatus consulto* vel potius *s. c.* est in Cod. W., in Cod. M. est *sen. consultu.* Tres Goer. Codd. habent *senatus efficitur*, ut est in Edd. Par. Comm. Tum scripsimus cum Dav. *populare id sane*, pro *popularem sane*, quod Codd. omnes occupat. In Edd. Lamb. et Comm. est *populare est sane*, quod placet Rathio, neque mihi displicet. Goer. et Sch. dederunt *populare sane.* In Cod. Cr. pro *sane* est *saepe.* Post *neminem* in Cod. M. additur *immortalem;* tum Cod. Cr. *sublata est cooptatione censoria*, Cod. M. *sublata est cooptatio censoria*, et ita quinque Codd. Goer. *Mr.*

Popularem sane] Ita libri omnes. Verum explicari mihi velim ista. Quo enim spectat illud *popularem?* Suspicor, illud *m* esse notam nominis proprii, locumque totum valde obscurum alias, sic esse legendum atque distinguendum: *Ex his autem, qui magistratum ceperunt, quod Senatus, efficitur. Populare, Marce, sane, neminem in summum locum, nisi per populum venire* etc. Sententia: efficitur id, quod senatus solet nominari, ex his, qui magistratum ceperunt. Quales nulli cum non ceperint judicio populi, populare hoc est, quod ad locum summum, qualis est senatorum, nemo perveniat, nisi per populum. *Scheffer.* — Wytt. videns, dictionem *efficitur senatus ex* non satis esse probam, Davisii partibus se applicuit, addens: »summus locus »est senatus; in hunc veniebant »magistratus, sed hi eligebantur »a populo. — *Cooptatio* proprie »est ipsius collegii, novum collegam eligentis: itaque dicitur de »auguribus, pontificibus etc. sed »duo censores eligebant senatum, »itaque per metaphoram dicuntur »cooptare.« *Vitium* dicit, quod jus in senatum veniendi atque sententiae dicendae ita ad populi redit beneficium. — Ad v. *senatus — auctoritas* vid. Ern. in Clav. Cic. v. *auctoritas.* Vocem *enim* post *Sequitur* non habet Cod. W. *Mr*

Ejus decreta rata *sunto*] Vulgo *ejus decreta sunto;* praetermissa voce, quam nos ex Balliol. Harleian. pr. aliisque MSStis simul ac vetustioribus editis reduximus. Vide supra. cap. 3. DAV.

§. 28. *Ejus decreta rata sunto*] Quod ait Dav. vulgo abesse *rata*, id praeter Ed. Verb. in

DECRETA RATA SUNTO. Nam ita se res habet, ut, si senatus dominus sit publici consilii, quodque is creverit, defendant omnes, et, si ordines reliqui principis ordinis consilio rem publicam gubernari velint, possit, ex temperatione juris, cum potestas in populo, p. 190. a. auctoritas in senatu sit, teneri ille moderatus et con-

nullo neque scripto, neque edito, qui quidem ad manum sunt, factum deprehendi: neque Goer. aliquid monet. Sequens *se* ante *res* abest a Cod. M. Quod cave probes, quamquam ipse noster pro Muren. VI. 14. dicit: *Bene habet.* Nunquam enim *se* omittit noster in locutione *ita se res habet*, quod exemplorum nube, si opus esset, probare possem. *Mr.*

Sit publici consilii] Livius III. 63. *Ne ita omnia tribuni potestatis suae implerent, ut nullum publicum consilium sinerent esse. Ita demum liberam civitatem fore, ita aequatas leges, si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneat. Cr.*

Et, si ordines reliqui] Copp. Victt. b. *et ordines si reliqui.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. *et si reliqui principes ordines cons.* Ed. Brut. *et si ordines reliqui principi ordinis cons.* Ed. Sturm. *et si reliqui principes ordinis cons.* Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Comm., ut nos edidimus. Copp. Victt. a. *et si reliqui principis ordinis consilio;* Codd. Cr. W. et M. *et si ordines reliqui principes ordines cons.* Causam turbarum facile vides; itemque lectionem Copp. Victt. a. ad veritatem proxime accedere. Pro *rem publicam* Cod. W. *rei p.* — Ad v. *potestas* v. Ern. in Clav. Cic. s. v. itemque ad *tenere*, et cf. Liv. V. 51. XXXIII. 15. ibiq. Drakenb. p. 702. *Mr.*

Praeclara vero lex ista est, et late patet] Sic emendavit *Adr. Turnebus:* et ita legendum. LAMB.

Praeclara vero, frater, ista lex est, et late patet, ut vitio careat ordo, et censorem quaer.] Ita Turnebus, quem sequitur nobiscum Ald. Nep. Mich. Brutus. vulgo, *ista lex, sed et altera, ut et vitio careat ordo, et ut cens.* GRUT.

Praeclara vero, frater, ista lex est, et late patet, *ut vitio*] Codices, qui sic darent, solus vidit *Turnebus:* nam *Victoriani, Lambiniani* ceterique repraesentant *praeclara vero, frater, ista lex,* sed et altera *ut vitio,* vel *ut et vitio,* careat ordo, *et,* vel *ut et, censorem quaerat interpretem.* Eorum ductu legerim *praeclara vero, frater, ista lex,* si quae alia: *ut vitio careat ordo:* at *censorem quaerat interpretem.* Qui nempe sceleratos homines perditosque Senatu moveat. DAV.

Praeclara vero, frater, ista lex est,] Vocem *frater* omittunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Tum in nostris quoque Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Par. Ald. Brut. Sturm. pro *et late patet* legitur *sed et altera,* in tribus Goer. *sed altera,* in uno *sedet laterat et ut,* in Copp. Victt. b. *sed declarat.* Tum Codd. Goer. plerique, nostrique W. et. M. *ut et vitio,* Copp. Victt. *et ut vitio.* Denique Codd. Cr. W. et M. Copp. Victt. b. cum Edd. vett. plerisque *et ut censorem quaerat interpr.* Nos Turnebi lectionem sequendam duximus *et late patet,* quam ex libris vett. se hausisse ait; tum vero scripsimus *quaerit,* quod item jam Turnebo placuit, suffragantibus

cors civitatis status, praesertim si proximae legi parebitur. Nam proximum est, IS ORDO VITIO CARETO, CETERIS SPECIMEN ESTO. Q. Praeclara vero, frater, ista lex est, et late patet, ut vitio careat ordo, et censo-
29. rem quaerit interpretem. Att. Ille vero etsi tuus est totus ordo, gratissimamque memoriam retinet consu-

Scheffero et Wyttenbachio in scholis. Vocem *est* post *lex* ex libris nostris agnoscunt nonnisi Edd. Lamb. Dav. et posteriores. Neque eam habent Goer. libri, qui tamen (invitus, ut videtur) eandem in contextu servavit. Nos idem fecimus consulto. Goer. dedit *Praeclara — lex est: sed altera, ut et vitio careat ordo, et censorem quaerat interpretem —!* hic ἀποσιώπησιν statuit, ut addatur: *hoc optandum magis est, quam sperandum.* Quae ratio mihi nimis videtur artificiosa. Schützius dedit: *Praeclara — lex est, ut vitio careat ordo, et late patet, ut censorem quaerat interpretem.* Qua transpositione, si nostram sequeris rationem, non est opus. *Mr.*

§. 29. *Ille vero — ordo*] I. e. ordo senatorius, quamquam totus tibi favet, propter remp. contra Catilinae impetum te consule defensam, tamen habet multos vitiosos senatores, qui a judicibus judicandi, et a censoribus notandi sint, ut et judicibus et censoribus satis laboris possint praebere. — *Pace tua* est elegans forma precandi veniam in dissensu, veluti L. III. c. 16. Tusc. V. 5. de Off. III, 10, qua tamen formula caute utendum, nec, nisi serio ab aliquo dissentimus. *W.* — Lectionem *tuus est totus* habent quatuor Goer. libri, nostrique Codd. omnes et Edd. Dav. Goer. et Sch. Sed quod ait Goer., in Ed. Crat. et all. vett. reperiri eundem ordinem, (quod fideliter exscripsit Sch.) in eo fallitur; nam in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Ald. Car. Steph. Sturm. Brut. Lamb. Goth. legitur *tuus totus est*, in Edd. Comm. Verb. Ern. Wagn. Bip. *est totus tuus*. Pro *pace tua dixerim* Cod. M. habet *placet ut jam dixeram.* Goer. conjicit: *tamen (pace tua dixerim)* etc. quod ferrem, si in libris esset, et probarem etiam; nunc non desidero. *Mr.*

Cap. 13. *Nec his de hominibus*] Cod. Cr. *nec de his de.* Cod. W. *nec iis de quibus hominibus.* Sed vox *quibus* lineola subducta ut spuria notata est. Tum sola Ed. Par. *qui non sunt;* ibi vero Turn. in comm. primo conjecit *nunc.* Post *oratio* abest *nam* in Edd. Asc. 1. et 2. Tum Codd. Cr. et W. *nec veniet quidem*, male. Vid. quid intersit inter *nec — quidem* et *ne — quidem* apud Gernhardum ad Cic. de Sen. IX. 27. p. 50. *Mr.*

Ne veniet quidem in eum ordinem quisquam *vitii particeps*] Vulgo *unquam vitii particeps.* Et sic ante *Gebhardum* dederant *Victorius*, *Turnebus* et *Aldus* nepos. Alteram vero lectionem suppeditarunt Paris. Harleian. pr. sec. Balliol. Med. editio pervetus et Ven. 1471. eaque melior est. Dav.

Unquam quisquam vitii particeps] Quod placebat Goerenzio et Schützio, videlicet conjungi utramque Codicum lectionem, quarum alterutra solum in libris habetur, id nos faciendum existimavimus. Et est *unquam* in aliquot Codd. Goer. Edd. Par. Comm. Crat. Herw. quarum duae posteriores habent ceterorum librorum lectionem *quisquam* in varr. lectt.

latus tui, pace tua dixerim, non modo censores, sed etiam judices omnes potest defatigare.

M. Omitte ista, Attice. Non enim de hoc senatu, 13. nec his de hominibus, qui nunc sunt, sed de futuris, si qui forte his legibus parere voluerint, haec habetur oratio. Nam cum omni vitio carere lex jubeat, ne veniet quidem in eum ordinem unquam quisquam vitii particeps. Id autem difficile factu est,

Illam lectionem Ern. in multis scriptis et Edd. esse dicit, hanc in paucioribus. Conjunctim vero aeque probe scribuntur haec vocabula, ut ad Att. III, 12. *ut nemo unquam*, apud Ter. Andr. I. 2. 7. *nunquam cuiquam nostrum verbum fecit*. Terent. Hec. III. 1. 13. *an quisquam usquam gentium est aeque miser?* Cf. de talium verborum cumulatione Cort. ad Sallust. Catil. V. 3. p. 31. Quid quod ipsa nostra verba conjungit noster ad Att. XIII. 25. fin. *Male mihi sit, si unquam quidquam tam enitar:* quem locum laudavit Goer. In seqq. Cod. M. habet *factum* pro *factu*, et *aedificatione* pro *educatione;* in hoc agnoscis monachi manum. Ad rem cf. A. Maj. ad Cic. de Rep. IV. 2. p. 276. *Mr.*

§. 30. *Et si quem alium praeterii*] Mss. Palat. edit. Victorii, Turnebi: vulgo deest *praeterii*. GRUT.

Et si quem alium praeterii] Vocem *praeterii* omittunt Cod. Cr. Copp. Victt. b. Edd. Ald. Brut. (sed. Br. eam additam vult) Lamb. et Goth.; in his vero duabus in marg. legitur: fort. *et si quem alium praeteriero*. Tres Goer. habent *praeteris* pro *praeterii. ceteris*. Cod. W. *praeterii. spem esto*, vitio ex compendio orto; Cod. M. *praeterii. specimen esto*. Tum pro *quod si est* Codd. W. et M. Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Ald. Brut. *quod sic ten. omnia*. Ed. Asc. 2. *quod si ten. o.* Pro *ut enim* sola Ed. Bruti habet *ut cum*, qui ibi annotavit: »Turnebus Victorium secutus dedit *ut enim*. Alii putant, *ut* particulam tollendam, et *cum*, pro *enim*, legendum.« Male. *Mr.*

L. Lucullus] Praenomen *L.* omittit Cod. M. De L. Licinio Lucullo vid. Plutarchum in ej. Vita et Vellej. Patercul. II. 33. ib. Ruhnk. *Mr.*

Efferebatur, quasi commodissime respondisset.] Parui editioni Victorii, Turnebi aliorumque: et minus duabus litteris hanc lectionem praestant Palatinae Membranae; in iis pro *efferebatur*, *ferebatur*, vulgo, *ferebatur quam commodissime respondisse*. GRUT.

Ferebatur quam commodissime respondisse] Vulgo *efferebatur quasi commodissime respondisset*. Pall. vero, Paris. Balliol. Harleian. sec. editio pervetus et Ven. 1471. exhibent *ferebatur* quasi *commodissime respondisse*. Mihi tamen praestare videbatur ea lectio, quam, praeeuntibus Harleian. pr. Med. editisque multis, expressi DAV.

Ferebatur, quasi commodissime respondisset] I. e. ita de eo narrabant et loquebantur homines, quasi commodissime respondisset. Ita dedimus cum Goer., ut est in multis libris Dav. et Goer. nostrisque Cr. (si recte in v. *quasi* legi scripturam evanidam) W. Copp. Victt. b. ad quod proxime accedit Ed. Asc. 1. *esse ferebatur, quasi — respondisset;* postrema, *quasi — respondisset*

nisi educatione quadam et disciplina: de qua dicemus
30. aliquid fortasse, si quid fuerit loci aut temporis. Att. Locus certe non deerit, quoniam tenes ordinem legum: tempus vero largitur longitudo diei. Ego autem, etiamsi praeterieris, repetam a te istum de educatione et de disciplina locum. M. Tu vero et istum, Attice, et si quem alium praeterii. Ceteris specimen esto. Quod si est, tenemus omnia. Ut enim cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas: sic emendari et corrigi continentia. Vir magnus et nobis omnibus amicus, L. Lucullus, ferebatur, quasi commodissime respondisset, cum esset objecta magnificentia villae Tusculanae, duo se habere vicinos, superiorem, equitem Romanum; inferiorem, libertinum; quorum cum essent magnificae villae, concedi sibi oportere, quod his, qui tenuioris ordinis essent, liceret. Non vides, Luculle, a te id ipsum natum, ut
b. illi cuperent? quibus id, si tu non faceres, non lice-

habent etiam Edd. Asc. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. exhibent lectionem Dav.) Par. Comm. Verb. Ern. Wagn. In Schützii autem editione, dici non potest, quantopere et in contextu et in notula h. l. omnia confundantur. — Ante *objecta* Lamb. addendum esse credidit *ei.* Pro *Tusculanae* Cod. Cr. *Tusculae*, quo adjectivo, ceteroquin probo, Cicero non solet uti. *Mr.*

Duo se habere] Formam antiquiorem *duo* habent duo Codd. Goer., Copp. Victt. b. Edd. Verb. Dav. Grut. et recentiores. Reliqui *duos*. De illa scriptione vid. quos laudat Ochsner. ad Oliveti Eclogas Cic. p. 271. *Mr.*

Qui inferioris ordinis essent] Sic edendum curavi, codicis *Memmiani* emendationem ex duobus libris MSStis secutus: nam libri vulgati, *qui tenuioris ordinis essent.* Lamb.

Qui inferioris *ordinis essent*] Vulgo *tenuioris.* At cum Ven. 1471. Paris. et Harleian. sec. pro varia lectione dederint *interioris;* ne minime quidem dubitavi quin *Cicero* reliquerit *inferioris;* eamque scripturam cum *Lambino* recepi. Dav.

Quod his, qui tenuioris ordinis essent,] *His* dedimus ex quinque Goer. libris, Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. idque praestat vulgato *iis. Tenuioris* autem, cujus glossam *inferioris* non debebat recipere Dav., tuentur quatuor Goer. nostri Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Glossam depravatam *interioris* habent duo Goer., noster Cod. M. et Copp. Victt. b. Pro *cuperent* legitur *inciperent* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae in varr. lectt. habent *cuperent*) Par.; vetere libro Caroli Steph. et Ed. Sturm. Vocem *id* post *quibus* duo omittunt Codd. Goer., nostri omnes tuentur. Pro *ferret* Cod. Cr. *ferre. Mr.*

ret. Quis enim ferret istos, cum videret eorum villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis? Quis non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis ejusdem tenerentur? 31.

Nec enim tantum mali est peccare principes, (quamquam est magnum hoc per se ipsum malum) quantum illud, quod permulti imitatores principum 14.

§. 31. *Partim publicis* etc.] Refertur hoc ad reprehensionem praesidum Romanorum in provinciis, qui urbium ornamenta, in signis tabulisque posita, auferre solebant: qua de re luculenta est Ciceronis oratio adversus Verrem Lib. IV. *de Signis*. *W.* — Post *tabulis* in Cod. M. additur *pictis*, ex glossa; ibidem pro *frangeret* est *fugeret*. Sed *frangeret* dicitur pro *coerceret*. *Mr.*

Qui eas frangere deberent, cupiditatis ejusdem *tenerentur*] Etsi *teneor* cum Genitivo legitur apud *Plautum*: tamen ad sententiam et ad usum loquendi magis placeret haec lectio, *Qui eas frangere deberent*, *eisdem tenerentur*. P. Manuc.

Cupiditatis ejusdem tenerentur.] Non male Victorius, *eisdem tenerentur*; sed quandoquidem Palat. Fabr. S. Victoris consentiunt cum Turnebo, nihil visum mutare. Lambinus et conjectura Manutii *cupiditatibus eisdem t.* contra omnes libros. Grut.

Cupiditatis ejusdem tenerentur] *P. Manucius* emendavit, *cupiditatibus eisdem tenerentur*. MSSti vero non addicunt, nec opus est mutatione. Vide *G. J. Vossium* de Construct. cap. 26. Dav.

Cupiditatis ejusdem tenerentur] Ellipsis est vocabuli *culpa* vel *crimine*. Dicitur enim *alicujus rei crimine teneri* i. e. alicujus malefacti reum esse, si jure alicui malefactum objicitur. *W.* Tuentur hanc lectionem omnes Goer. et nostri Codd. Sed omisso *cupiditatis* legitur *eisdem* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw Par. Car. Steph. Sturm. Comm. Neque tamen harum Edd. consensus aliunde, quam ex correctione, ortus videtur: quamquam fatendum est, nisi hoc loco, hanc constructionem apud nostrum non reperiri. *Mr.*

Cap. 14. *Non enim tantum malum est peccare principes*] Locus sumtus ex lib. II. Pol. *Aristotelis* [c. 9.] *Ὅτι δ' ἂν ὑπολάβῃ τίμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολιτῶν δόξαν ἀκολουθεῖν τούτοις.* Ursin.

Nec enim tantum mali est] Vocem *est* omittit Cod. Cr.; idem mox habet *hoc magnum*, ut Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. Sturm. *Mr.*

Replicare memoriam temporum] *Replicare* recte ait Ochsnerus ad Oliveti Eclog. Cic. p. 272. a retro evolvendis librorum voluminibus esse desumtum. Id Graeci dicebant *ἀνελίττειν*. v. Xen. M. S. I. 6. 14. Male in Ed. Asc. 2. est *explicare*. *Mr.*

Qualescumque summi civitatis viri fuerint] Sic recte Paris. et editio *Victoriana*. Vulgo *fuerunt*. Dav.

Summi civitatis viri fuerint] Vocem *viri* non habet Cod. M. Tum duo Goer. et nostri Cr. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Sturm. Comm. recte *fuerint*, ut post Dav. ediderunt omnes. Ceterum nescio quomodo semper me male habuit h. l. id, quod sine

exsistunt. Nam licet videre, si velis replicare me-
moriam temporum, qualescumque summi civitatis viri
fuerint, talem civitatem fuisse: quaecumque mutatio
morum in principibus exstiterit, eandem in populo
32. secutam. Idque haud paullo est verius, quam quod
Platoni nostro placet, qui, musicorum cantibus, ait,

conjungendi particula haec duo enunciata juxta sunt posita, velimque reperiri in aliquo libro *et* post *fuisse*, ut lenius fluat oratio. In Ed. Verb. et Oliveti Eclogis p. 273., nescio unde, scribitur *in principes*, contra auctoritatem Codd. et Edd. vett.; neque bene ab Hottingero ad Oliv. defenditur. *Mr.*

Quaecunque mutatio morum exstiterit, eandem in populo secuturam] Cum de praeteritis oratio sit; apparet legendum esse *in populo* secutam. P. Manuc.

Eandem in populo secutam] Vulgo *secuturam:* sed cum de rebus praeteritis verba faciat *Cicero*, reposui *secutam*, prout *Victorius* et *Aldus* nepos edidere. Quin et *P. Manucius* locum sic emendari debere vidit. Dav.

In populo secutam] *Secuturam* habent tres Goer., nostri Codd. Cr. W. M. et aliquot Edd. vett.; sed *secutam* praebent Copp. Victt. a., plures Goer., Edd. Ald. Comm. Neque erat, quod illam lectionem post Brutum defenderet Wagnerus. Nam simulac haec in oratione recta posueris, dicendum erit *quaecunque — exstitit, eadem — secuta est*, ut recte monuit Goer. — Pro seq. *haud* scribitur *aut* in Codd. Cr. et M. *Mr.*

§. 32. *Qui Musicorum cantibus ait mutatis*] Vide supra II, 15. Haec autem *Platonis* verba sunt lib. IV. de Rep. pag. 447. *Εἶδος γὰρ καινὸν* (lege *παλαιὸν*) *μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων.* Observavit etiam *Maximus Tyrius* Diss. IV. quod *Δωριεῖς τὴν πάτριον ἐκείνην καὶ ὄρειον μουσικὴν καταλιπόντες ἦσαν* (forsan *οὖσαν*) *ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποίμναις, ἫΧΩΝ αὐλημάτων καὶ ὀρχημάτων ἐρασταὶ γενόμενοι, ἐνόθευσαν ὁμοῦ τῇ Μουσικῇ καὶ τὴν ἀρετήν.* Reponendum *Συβαριτικῶν αὐλημάτων καὶ ὀρχημάτων ἐρασταὶ γενόμενοι*, quod patet ex Dissert. xxi. ubi repetitur eadem historia. Nec *Platoni* solum, sed etiam *παρὰ τοῖς Ἕλλησι πρότερον δεινὸν ἐδόκει τὸ μετακινεῖν τὴν μουσικήν, καὶ κατεβόων πάντες τῶν ῥυθμὸν εἰσαγόντων ἕτερον καὶ τὰ μέλη ποικιλώτερα ποιούντων, ὡς διαφθειρομένης τῆς Ἑλλάδος ἐν τοῖς θεάτροις.* Verba sunt *Dionis Chrysostomi* Orat. xxxiii. pag. 411. Dav.

Mutari civitatum status] Cod. M. *immutari*. Cod. W. *civitatis statum*. Ad rem cf. Philodemus de Musica et C. A. den Tex de vi musices ad excolendum hominem e sententia Platonis p. 132. Is. Vossius de poematum cantu et viribus rhythmi p. 10. A. Majus ad Cic. de Rep. IV. p. 294. Quod vero Dav. in loco Platonis *καινὸν* dicit esse mutandum in *παλαιὸν*, id Goer. *κοινὸν* esse scribendum pronuntiat. Neutrum secutus est Bekkerus in sua Platonis editione T. III. 1, p. 174. *Mr.*

Ego autem, nobilium vita victuque mutato, mores mutari civitatum puto] Hoc etiam *Plato* ponit lib. IV. de Legg. pag. 598. H. *Μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. Ci-*

mutatis, mutari civitatum status. Ego autem, nobilium vita victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem; neque solum obsunt, ipsi quod corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent. Atque haec lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest. Pauci enim, atque admodum pauci, honore et gloria amplificati, vel corrumpere mores civitatis vel corrigere possunt. Sed haec et nunc satis, et in illis libris tractata sunt diligentius. Quare ad reliqua 33.

cero Fam. Epist. I, 9. Haec *sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus*: quales in Rep. principes essent, tales reliquos solere esse cives. Ibi vide *P. Manucii* Commentarium. DAV.

Quo perniciosius etc.] Ad hunc locum scriptor Cod. Cr. suis videlicet temporibus iratus in marg. hanc annotationem fecit: *Audite, scelerati principes, tuque, P. M.* — Post *obsunt* scripsimus cum Goer. et Sch. ex tribus Goer. Codd. nostroque Cr. *ipsi quod;* supra enim c. 7. §. 16. etiam dicit noster *ipse qui eo non teneretur.* In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Lamb. Goth. est *quod illi ipsi.* Vulgo *quod ipsi. Mr.*

Sed etiam quod corrumpunt] Has voces nescit Harleian. pr. easque *Gebhardus* in editione sua praetermisit. Exstant tamen in reliquis Codicibus, et orationi sunt necessariae. Dav.

Plusque exemplo quam peccato nocent] *Amm. Marcellinus* XXII, 4. *Namque fatendum est pleramque eorum* (Palatinorum) *partem vitiorum omnium seminarium effusius aluisse; ita ut Remp. inficerent cupiditatibus pravis*, plusque exemplis quam peccandi licentia laederent multos. Vide sis Interpretes ad *Plinii* Paneg. cap. 45. DAV.

Atque haec lex dilatata] Cod. W. *At*, Cod. M. *atque lex* omisso *haec;* idem mox *itaque* pro *atque*, quod plane omittitur in Edd. Asc. 1. et 2. Tum Cod. Cr. *vel corrigere possunt vel corrigere mores civitatis.* Non displiceret hic verborum ordo: *vel corrumpere possunt vel corrigere mores civitatis. Mr.* — Cf. Sallustii Catil. c. 57. ubi Wassius p. 184. commode hunc Tullii locum adhibuit. *Cr.*

Et in illis libris] Vocem *in* omittunt Codd. Cr. et W. Pro *illis* est *aliis* in Cod. M. et sex Goer. libris, Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Brut. Sturm. Sed recte reliqui *illis* i. e. de re publica *libris.* Plane ita noster supra V. 13. *Atqui pleraque sunt dicta in illis libris.* Cf. Beier. ad Cic. de Off. II. 9. 31. p. 63. *Mr.*

§. 33. *Proximum autem est*] Beierus ad Cic. de Off. II. 13. 45. vocem *autem* nostro loco tollendam censet: quod, quamquam eam non desiderarem, sine libris tamen facere nolui. *Mr.*

Populo libera.] Vid. de hoc loco Jo. Frid. Christii Noctes Academicae: (Obs. VI. de jure Quiritium) p. 91. *Cr.*

veniamus. Proximum autem est de *suffragiis*: quae jubeo *nota* esse *optumatibus*, *populo libera*. Att. Ita mehercule attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent.

15. M. Dicam, Tite, et versabor in re difficili ac multum et saepe quaesita, suffragia magistratu man-
p. 191 a. dando, aut reo judicando, quin lege aut rogatione sciscenda, clam an palam ferre melius esset. Att. An etiam

Ita mehercule attendi,] De hac jurandi formula Wagnerus Festum laudat p. 315. [p. XCVII. Scal.): *Mecastor et Mehercules jusjurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur: juvet*. Igitur, ait, hoc etiam loco scribendum videtur *Ita me Hercules*. Haud raro ita apud nostrum scriptum reperiri (exemplorum farraginem vel Lexica suppeditant) non negat Goer., sed laudat ad refellendum Wagn. ipsum Cic. Orat. 47, 157. qui *libentius*, ait, *dixerim mehercule quam mehercules*. Wagnero concedamus nominandi casum et exempla, Goerenzio Ciceronis auctoritatem. Sed neuter dixit, quod dicendum fuit: videlicet, quod ad rem nihil differre, utcunque scribas; sed formam *Hercule* antiquiorem, Etruscam videlicet, esse, neque vocativi, neque ablativi formam, sed nominativum. In Etruscis enim monumentis haud paucis leges hanc illius nominis formam *Herkole*, *ercle*. Ita etiam Etrusci pro *Hermes* scribebant *Herme*. Vid. Lexicon vocum Etruscarum ap. Passerium de Marm. Sarcophago Eugubino p. LXXI. Lanzi Saggio di lingua Etrusca T. II. p. 205. sq. *Mr*.

Cap. 15. *Dicam, Tite, et versabor*] Adhaesimus trinis mss. Pall. Victor. Fabr. videbaturque adeo mirum cur nunc, quem semper Titum compellabat, Atticum nominet: quippe et inter amicos *gaudent praenomine molles Auriculae*. Grut.

Dicam, Tite,] *Tite* habent Cod. Cr. Copp. Victt. b. et, ut videtur Goerenzii et Davisii (nam nihil hi monent) omnes. Assentit Cod. M., in quo est *rite*. Reliqui libri nostri omnes *Attice*. *Versari in re difficili* Cicero non uno loco dixit: ita etiam in Q. Caecilium Divinat. XI. 36. *Intelligo, quam scopuloso difficilique in loco verser*. Post *suffragia* delevimus vocem *in*, ut sequantur ablativi absoluti, cum Goer., qui eam in tribus Codd. abesse ait, et Sch. *Mr*.

Judicando, quin in lege] In verbo *quin* mendum esse constat; neque vetusti libri discrepant. Forte *itemque* legendum sit. P. Manuc.

Aut reo judicando, aut lege aut rogatione sciscenda, clam an palam fere melius esset] Sic Victorius, absque dubio mss. vulgo, *Aut de reo judicando, quin in lege aut rogatione clam an palam ferre*. Et fere nulla est editio quae non variet in hoc loco. Grut.

Aut reo judicando] Ita plures Goer. et Ed. Ald. Recte. Reliqui *de reo;* pro *aut* est *an* in duobus Goer., nostris Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. Tum dedimus cum Goer. *quin lege*, cum in Codd. omnibus sit *quin in*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. *qui*, in Edd. Car. Steph. et Brut. itemque in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. *quin in*. — *Aut* est ex Victorii correctione in Edd. Ald. et Sturm.; in Ed. Lamb. est *itemque lege*, in

id dubium est? Q. Vereor, ne a te rursus dissentiam. M. Non facies, Quinte: nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius, sed, obtineri an possit, videndum est. Q. Frater, bona tua venia dixerim, ista 34.
sententia maxime et fallit imperitos, et obest saepis-

Ed. Comm. *atque lege.* Tum etiam ante *rogatione* addit *in* Ed. Brut. Vocem *sciscenda* omittunt Codd. Goer. et nostri omnes, unus tantum ap. Goer. *rogatio nescienda*; ubi verae lectionis vestigia habes manifesta, quam exhibent Edd. Vict. et Sturm. et post Gruterum omnes. Lamb. edidit *ferenda. Mr.*

Clam an palam ferre melius esset] Ita, ut videtur, Goerenzii libri omnes, nihil enim ille monet. Sed ex nostris libris nonnisi Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Sturm. Comm. et in varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. *clam aut palam.* Sed in Cod. Cr. est *clamat palam ferre melius est*, in Codd. W. et M. *clamat palam — esse*, in Copp. Victt. b. *clamant palam — esse;* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. *qui lege aut rogatione damnatur, palam ferre melius esset. Mr.* — Atheniensium hac in re instituta qui cognoscere cupiat, consulat Philochori Fragg. p. 17. ibiq. *Siebelis; Petit.* de Legg. Atticis II. 1. p. 188. sqq. cujus tamen aliquot placita correxit *Schoemann.* de Comitiis Atheniensium cap. XI. p. 125. sq. Quem vide. *Cr.* — In seqq. sola Ed. Sturm. a. habet *prorsus dissentiam. Mr.*

Qua te fuisse semper scio] *Lambinus* rescribit, *in qua te fuisse semper scio.* Et ita loqui solet *Cicero.* Vide Famil. Epist. IV, 4. XVI, 1. *Sulp.* tamen *Severus* H. S. II, 46. ait, *Ceterum Lucifer tum Antiochiae* longe diversa sententia fuit. Vide Agellium XI, 15. fin. Ut nihil mutarim. Dav.

Qua te fuisse semper scio] Ita Codd. et Edd. vett. omnes. Ne vero cum Lambino desideres *in qua*, Goer., ne scilicet Sulpicii Severi a Dav. laudati auctoritate sola nitatur lectio, laudat Cic. ad Divv. VI. 22. ubi legitur, *tu, qui conjunctissima fuisti mecum et sententia et voluntate.* Quo in exemplo afferendo quam valde alucinatus sit, nemo, credo, non videt, et ipse dudum sine dubio Goer., monitus a Schaefero ad Sophoclem T. II. p. 318. (Ed. Tauchn. 1810.), qui probam esse nostram lectionem vidit, quique et alios laudavit scriptores et Corn. Nep. V. 3. 1. *incidit in eandem invidiam, quam pater;* ibiq. *Heusingerum.* Add. Cic. de Fin. I. 15. 49. *in eadem causa sunt, qua antequam nati:* et quae plura laudat Ciceronis loca Wopkens. in Lectt. Tull. I. 1. p. 3. sq. *Mr.*

Obtineri an possit, videndum est] *Obtineri* i. e. effici, servari. Cod. M. habet *optimum etiam possunt.* Codd. Cr. et W. *an possunt.* Vocem *est*, cum a duobus Codd. absit, delevit Goer. Et sane in tali locutione saepe abest. *Mr.*

§. 34. *Q. Frater, bona tua venia dixerim,*] Servavi quidem cum Goer. et Sch. vulgatam, quae est in Ed. Comm. et Edd., ut videtur, inde a Grutero omnibus. Neque vero eam sanam credo. Nam primum nullus Cod. MS. ita exhibet: deinde valde variant et scripti et editi: duo Goer. et noster Cr. *Q. quare, frater, bona* et ita vetus Car. Steph. et Edd. Asc. 1. Crat. Herw. Par. Eodem modo, sed omisso *Quinti* nomine,

sime rei publicae, cum aliquid verum et rectum esse dicitur, sed obtineri, id est, obsisti posse populo, negatur. Primum enim obsistitur, cum agitur severe: deinde vi opprimi in bona causa est melius, quam malae cedere. Quis autem non sentit, omnem auctoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber numquam desideravit; idem oppressus dominatu ac potentia principum, flagitavit. Itaque

est in Asc. 2. et Sturm. In Cod. W. est *Quare bona*, in Cod. M. Copp. Victt. b. et aliquot Goer. *Quia bona*, in ejusdem nonnullis *Quinte quia*, in Edd. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. *Q. Bona*. In Cod. M. *venia est quod dixerim*. Turnebus in comm. primo pro *quare frater* conjecit *care frater*. Goer. vult *Sed, frater*, et conjicit etiam ex varr. lectt. *Quamquam, frater*. Denique me advertit Rathii de toto hoc loco disputatio, quam, paullo longiorem, in Excursum XIV. rejecimus, cum in ea insint, quae non, ut haud pauca ejus, de trivio videntur desumta. Vix enim est credibile, haec omnia inde a §. 34. usque ad Cap. 17. a Quinto dici, cum Marci potissimum insit sententia, quae adversatur legibus tabellariis, et Marcus ipse in his libris docentis partes sustineat: quamquam cum Rathii partium distributione plane consentire non possum, qui a Cicerone dialogorum certe artem non videtur didicisse. *Mr.*

Sed obtineri] Cod. M. *et obtinere*, Cod. W. et Copp. Victt. b. *sed obtinere*. Mox Copp. Victt. b. *primum enim cum obsistitur*. Unde haud absone conjicias *tum obsistitur*. In seqq. pro *malae* est *male* in Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Goth. Comm. et pro *cedere* in Cod. Cr. *cederem*. An forte in hac litera supervacanea latet nomen *Marci*, fratrem interpellantis et excipientis exponenda sua animi sententia? *Mr.*

Quis *autem non sentit*] Vulgo *qui*. Lectionem vero, quam recepi, flagitat oratio. Dav.

Quis autem non sentit,] Omnes Codd. habent *qui;* sed recte Dav. correxit *quis*, qui item recte veterem verborum ordinem, *auctoritatem omnem*, invertit, consentientibus omnibus et Goer. et nostris Codd. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm. Sed in Cod. W. scribitur *qui autem non sentit omen legem auctoritatem*. Ibi vero vox *legem* infra puncto notata est. Ad rem cf. supra c. V. init. c. IX. init. Argumentum ex historia sumtum uberius explicatur §. 39. *Mr.*

Exstant voces quam tabellae] Contra alias editiones amplexi sumus Victorii lectionem, quam stabilit Palatin. item Aldi vetus: ac si quis introspiciat, praeferet nostrum vulgatae *vocis*. Grut.

Vocis, quam tabellae] Gruterum omnes usque ad Goer. secuti sunt editores, quamquam lectione *voces* nihil est pejus. Veram praestant lectionem duo Goerenzii Codd. et Edd. Brut. Lamb. Goth. Ald. Car. Steph. Sturm. Comm., eamque jam vidit reducendam esse Schefferus, laudans §. 33. *nihil ut fuerit in suffragiis voce melius* et c. 17. *ut minus multos tabella condemnet, quam solebat vox*. Turnebus quoque in comm. primo pro *voces*, ait, optime *vocis* legetur. *Mr.*

graviora judicia de potentissimis hominibus exstant vocis, quam tabellae. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus; non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret
suffragium. Itaque isti rationi neque lator quisquam 35.
est inventus, nec auctor umquam bonus.

Sunt enim quattuor leges tabellariae: quarum 16.
prima de magistratibus mandandis. Ea est Gabinia, lata ab homine ignoto et sordido. Secuta biennio

§. 35. *Isti* rationi] Isti methodo suffragiorum per tabellas ferendorum. Non enim erat cur *Lambinus* reponeret *isti rogationi.* DAV.

Itaque isti rationi] Cod. Cr. *Itaque ne isti — quisquis est. Mr.* In explicando eo, quid sit *auctor* legis Turnebum ad h. l. debebat sequi Ern. in Clav. Cic. p. 344. *W.*

Quatuor leges tabellariae] Cassiae legis meminit *Asconius* ad Act. primam in Verrem cap. 10. et Gabiniae Cassiaeque noster de Amic. cap. 12. Altum de reliquis apud auctores silentium. Vide *Ant. Augustinum* de Legg. pagg. 64. 118. DAV.

Quattuor leges tabellariae] Hic est locus classicus de legibus tabellariis, quocum conf. ipse Cic. de Amic. c. 12. *Gabinia* lex lata est a. u. 615. a Q. Gabinio, tribuno pl., ut in magistratibus creandis non voce, sed tabellis, uterentur cives. *Cassia* est L. Cassii Longini, trib. pl., a. u. 617, ut tabellâ etiam in judicio populi sententia ferretur, excepto judicio perduellionis, i. e. criminis de initis adversus patriam conjurationibus. *Papiria* C. Papirii Carbonis, trib. pl., a. u. 623, ut in legibus sciscendis et antiquandis populus tabellis uteretur. *Coelia* C. Coelii, trib. pl., a. u. 647, ut in judicio perduellionis quoque tabellis sententiae ferrentur. Vid. Ern. Cl. Cic. p. 39. Bachius in Hist. Jur. Rom. Lib. II. cap. 2. §. 49. et sqq. *W.* —

Ea est Gabinia] Vocem *est* omittit Cod. Cr., ejus loco in Cod. M. est *a.* In seqq. cum Goer. pro *ea a — lata est* dedimus *a — lata,* quo vitatur concursus duplicis *a,* quem Cic. alibi vitare solet, ut, si *a* post vocem in *a* desinentem ponendum sit, scribat *ab.* Abest autem *ea* in quatuor Codd. Goer., neque comparet in Codd. Cr. et W. ubi legitur *judicio. Ista nobili* (W. *ista a*), Copp. Victt. b. ubi est *judicio. is ut ista.* Vocem *est* non habent sex apud Goer. et nostri Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b. Schützius, se secutum dicens Goer. rationem, servavit tamen *ea. Mr.*

L. Cassio] De hoc vid. Cic. in Bruto c. 25. Ceterum Cassii saepe inter se confunduntur; sed hunc ab aliis recte distinxit Baylius in Dict. Hist. et Crit. II. p. 71. *W.* — Cod. W. habet *dissidendae.* In seqq. in Cod. Cr. plura, sine lacunae signo, omittuntur videlicet *atque — ratione* tum *seditiosi — civis,* denique *quidem — afferre. Mr.*

Atque omneis rumusculos populareis aucupante] Sic emendavi, codicis *Memmiani* emendatione comprobata. LAMB.

Atque omni rumusculos populares ratione aucupante.] Ita cum

post Cassia est, de populi judicio, a nobili homine lata, L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, dissidente a bonis, atque omnîs rumusculos populari ratione aucupante. Carbonis est tertia de jubendis legibus ac vetandis, seditiosi atque improbi civis; cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit afferre.
36. b. Uno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis. Dedit

Victorio malui; vulgo tamen non male, *atque omnes rumusculos populari ratione auc.* Grut. MSS. dant *atque omnis rumusculos populari ratione aucupante. Victorius* autem receptam lectionem dedit, eaque procul dubio vera est Dav.

Omnis rumusculos populari ratione] Ita Codd. Goer. et nostri, nisi quod pro *populari* in Copp. Victt. b. est *populi.* Eandem nostram lectionem exhibent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Ald. *Popularis ratio* legitur etiam in Or. pro Sext. 53, 114, quem locum, neque vero accurate, laudavit Goer. Pro *aucupante* in Cod. W. est *augcupante,* in Cod. M. *occupante.* Cic. pro Cluent. 58, 105 *imperitorum hominum rumusculos aucupati — illum absolverunt. Mr.*

Carbonis] C. Papirius Carbo, homo in primis eloquens ac peritus juris, sed seditiosus et improbus, adversarius optimatum, quorum auctoritati abfuerat a. u. 624, quo Tib. Gracchus caesus est, et mox lege tabellaria ferenda contra patres fecit. Postea Consul a. u. 633. ad *bonos*, i. e. ad optimatium partes, se contulit. Denique a. u. 634. a L. Crasso oratore, tunc adolescente, accusatus de Gracchana seditione et P. Africani caede, se voluntaria morte severitati judicum subtraxit. Vid. Pighius in Annall. Magist. Rom. ad a. 633 et 634. *W.* — Pro *afferre* praeter Lamb., qui male dedit *auferri*, variant etiam Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. et Goth. ubi est *auferre;* in Cod. M. *aferre Mr.*

Cui ne reditus quidem ad bonos, salutem a bonis potuit afferre] Miror Lambinum, unde nobis eduxerit illud suum *auferri.* certe a nobis stant mss. S. Victor. Fabr. Palatin. editionesque adeo omnes. Grut.

§. 36. *C. Coelius*] Addidimus praenomen cum Goer. et Sch. ex uno Cod., quod Cassio quoque supra additur. Cod. Cr. *Coclius.* In praecedd. Copp. Victt. b. exhibent *perduellione. Mr.* — *C. Coelius Caldus*, Trib. pl., qui a. u. 646. legem tabellariam tulit, fuit idem postea Consul a. u. 659. homo novus. Vid. Pighius ad illos annos. *W.*

Docuitque, quoad vixit etc.] Sic hunc locum emendavit *Adr. Turnebus.* Nam antea mendose legebatur, *doluitque quoad vixit. Sed ut opprimeret Coelius populum* etc. Lamb.

Docuitque quoad vixit, se ut opprimeret C. Popilium, nocuisse et reipubl.] Merus dies hic est a Turnebo, quem sequitur Lambinus. Vulgatis nihil intricatius, *doluitque quoad vixit, sed ut opprimeret Coelius populum, nocuit et reipubl.* Pighius emendationem hanc quoque probat, nisi quod putat retineri posse, *doluit.* Videatur ad annum urbis conditae DCXLVI. Grut.

huic quoque judicio C. Coelius tabellam, doluitque, quoad vixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse rei publicae. Et avus quidem noster singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio,

Doluitque, quoad vixit] Non potui, quin cum Goer. et Sch. restituerem veterem lectionem, quam habent tres Codd. Goer., Copp. Victt. b. marg. Crat. et Herw. Edd. Asc. 1. Brut. Par. Ald. Ern. Nam quod ait Wagn., doloris in Coelii vita vestigium nullum apparere, primum cum Goer. quaero quomodo *docuerit?* deinde vero, nos id, quod non compertum habemus, negare non posse dico contra Ciceronis auctoritatem. Una Ed. Sturm. habet *nocuitque quoad vixit.* Eadem cum Codd. omnibus et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Par. pergit *Sed ut opprimeret Coelius populum.* Veram lectionem reperimus in Edd. Car. Steph. Comm. et Lamb. Goer., cum in omnibus legatur *sed*, conjecit *semet*. *Mr.*

C. Popilium] C. Popilius Laenas, legatus L. Cassii Consulis. Hoc cum altero legato L. Pisone et majore exercitus parte caesis in Gallia ab Helvetiis Tigurinis a. u. 646, pactum fecit cum hostibus, ut datis obsidibus et rerum omnium dimidia parte impedimentisque relictis in hostium potestate cum reliquo exercitu sub jugum missus salvus emitteretur, domum redux a C. Coelio, Trib. Pl., accusatur perduellionis, qui, ut eo certius Popilium condemnaret, interea legem illam tabellariam pertulit. Ita Popilius, omni spe obtinendae causae praeclusa, sponte in exilium abiit. Vid. Freinshemius in Supplemm. Livv. Lib. LXV. c. 57. sqq. *W.* — Cf. Bach. Histor. Jurispr. Rom. II. 2. §. 60. *Cr.*

Nocuisse et *Reip.*] Paris. *nocuisset Reip.* Lege *nocuisse Reip.* deleta conjunctione. Dav.

Nocuisse rei publicae] Codd. potiores Goer. *nocuisset* vel *nocuissent*, Cod. M. *nocuisset et*, Codd. Cr. et M. ut Edd. vett. (exceptis Car. Steph. Comm. et Lamb. ubi est *nocuisse etiam reip.*) *nocuit et reip.*, recentiores *potuit* ap. Goer. Lectionem *nocuisse et*, quae plane non est Ciceroniana, nullus habet Cod. MS. eamque ego nonnisi in Edd. Grut. Verb. Ern. Bip. et Wagn. reperi. In seqq. Cod. Cr. habet *in hac municipia;* idem *M. Graccho;* omissis quae sequuntur usque ad *tabellariam;* etiam in Cod. M. omissa sunt verba *cujus — nostram.* Municipium est *Arpinum. Mr.* — Fuit *M. Gratidius* Arpinas, M. Antonii oratoris familiaris. Vid. Cic. in Bruto C. 45. *W.* — In Edd. Asc. 1. et 2. est *Mario Gratiano*, et in marg. haec: »Gratidianus legendum. is autem »est Marius Gratidianus, de quo »et in 3. offic. ubi male Marcus »legitur.« Sed v. Ern. Clav. Cic. vv. *Gratidius* et *Gratidianus.* Pro *M.* legitur etiam *Mario* in Edd. Crat. Herw. Par. *Mr.*

Excitabat enim fletus] *Fluctus* recte putat esse legendum *Hieronymus Ferrarius*, vir pereruditus. Est autem sensus: Faciebat Gratidius Arpini, quod post Romae filius ejus Marius fecit. Hoc autem translatis verbis eleganter expressit. Sic deinde et in antiquo libro scriptum esse significavit mihi per litteras homo singularis ingenii summaeque doctrinae *Hannibal Cruceius.* P. Manuc.

Excitabat enim fluctus in simpulo] *Simpulum*, inquit *Festus*, *vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur. Apuleius* Apolog. p. 474.

cujus in matrimonio sororem, aviam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam: excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Aegeo excitavit mari. Ac nostro quidem,

Eadem paupertas etiam populo R. imperium fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo et catino fictili sacrificat. Lamb.

Excitabat enim fluctus in simpulo] I. e. in re parva magnos motus faciebat. V. Turn. *W.* — Cod. Cr. *Extabat.* Prava lectio *fletus* libros omnes occupat MSS. *Fluctus* probat Brut. exhibentque Edd. Ald. Car. Steph. Par. Sturm. Lamb. Goth. Comm. In Edd. Asc. 1. Crat. Herw. est *flens*, in Ed. Asc. 2. *fletus.* Denique recte *simpulo* scribitur in nostris omnibus et scriptis et Edd., duo Goer. habent *simbolo.* Sed in Copp. Victt. b. Victorius adscripsit *C.* (corrige) *Sipylo* et in marg. addidit: »*Excitare fletus in Sipylo.* »*Οἶμαι περὶ δακρύων τῆς Νιόβης* »*εἶναι τὴν παροιμίαν, ἣ ἐν Σιπύ-* »*λῳ, πόλει Φρυγίας, ἐτάφθη, λί-* »*θος γεγενημένη.*« *Mr.*

Filius ejus Marius,] Ita membranae Pall. Vict. ed. Turneb. accedunt mss. S. Victor. Fabr. Grut.

Filius ejus Marius] M. Marium Gratidianum dicit, qui Romae praetura bis functus est, quemque Sylla *non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret, et singulas corporis partes confringeret,* ut tradit *Valerius Maximus* lib. IX. cap. II, 1. Rem referunt etiam *Q. Cicero* de Petit. Cons. cap. 3. *Seneca* de Ira III, 18. *Florus* III, 21. aliique plures. Technam vero, qua factum est ut ei vicis omnibus statuas posuerit eumque ceu Deum coluerit Populus Romanus, narrabit *Cicero* Offic. III, 20. Dav.

In Aegeo excitavit mari, ac nostro quidem. Quoi cum res esset.] Sic elegantissimus Victorius. vulgo, *mari, ac nostro quidem, qui cum res esset ad se del.* Lambinus, ut captus istius viri ferat, ad placidum interpolat; nescirem an ex libris, an conjectura; nisi Claudii Puteani filius communicasset *Grutero* patris sui hariolationes, inter quas et haec, *ac nostro quidem avo cum* etc. Gebh.

Marius] Hoc nomen deest in Copp. Viett. b. Sequentia *in Aegeo — quidem* omissa sunt in Cod. Cr. *Mr.* — Hic dicebatur Marius Gratidianus, quippe filius Gratidii adoptatus a Mario, cognato magni illius Marii. Praetor fuit Romae, quod novimus è Cic. de Off. L. III. c. 20. Eundem, rerum potito Sylla, crudelissime interfecit Catilina, ut Q. Cicero prodidit in L. de Petitione Consulatus c. 3. — *In Mari Aegeo* i. e. in urbe Roma, quae comparatur cum mari procelloso propter magnitudinem, prouti Arpinum cum simpulo propter parvitatem. — *Nostro quidem* i. e. avo nostro M. Ciceroni, cum ei res narrata esset, ita dixit. — *M. Aemilius Scaurus* Consul fuit a. u. 638. et item princeps senatus. Vixit adhuc Cicerone puero, ut constat ex Off. I. 22. *W.* — Ad hunc locum adhibe Comitis *de Clarac Notice sur la statue du musée royal, connue sous le nom de Germanicus de l'orateur* (ad calcem Dissertationis *sur la statue antique de Venus Victrix — de Milo —*) p. 59. sqq. *Cr.*

In Aegaeo excitavit mari. Ac nostro quidem huic, *cum res esset*] *Victorius* et recentiores exhibent, *in Aegaeo excitavit mari ac nostro quidem. Quoi cum res esset* etc. *Turnebus* autem legendum conjecit *quae cum res esset*,

cum res esset ad se delata, Scaurus consul, *Utinam*, inquit, *M. Cicero, isto animo atque virtute in summa re publica nobiscum versari, quam in municipali maluisses!* Quamobrem, quoniam non re-

eodemque modo distinxit, quo vulgo factum vidimus. In MSStis est, *ac nostro quidem* qui *cum res esset:* unde *P. Manucius*, sublato pronomine, non infeliciter reponit, *in Aegaeo excitavit mari. Ac nostro quidem, cum res* etc. Nec infelicior videtur hariolatio *Lambini*, cui placet, *Ac nostro quidem* AVO, *cum res*, etc. Quin et eadem conjectura *Cl. Puteano* venerat in mentem. Mea tamen a Codicibus quam minime recedit, eaque de causa prae reliquis arridet. DAV.

Ac nostro quidem, qui *cum*] Si relativum *qui* tollatur, mendi nihil supererit: non enim assentior iis, qui illud *ac nostro quidem* cum praecedenti membro connectunt; ex quo inepta plane atque insulsa fieret sententia. *Noster* autem sine substantivo quandoque veteres usurpabant, ut *Terentius* in Phorm. [Act. I. Sc. II, 67.] *Noster, quid ageret, nescire;* et *Cicero* in Epist. Fam. [XIV, 6.] *Quod nostra tibi gratias agit.* P. MANUC.

Ac nostro quidem avo, cum res etc.] Sic emendo, parva scilicet immutatione facta, optimaque sententia expressa: corrupta enim fuerat vox *avo* et ex ea factum *quo*, deinde *quae*, unde *Manucius* vult fieri *qui*. Quod mihi non probatur. LAMB.

Ac nostro quidem etc.] Primi editores interpungebant *in Aegeo excitavit mari, ac nostro quidem.* Unde Turnebi falsa explicatio. Veram vide in nota Wytt. *At* pro *ac* legitur in Cod. M., in eodem et in reliquis omnibus post *quidem* inseritur *qui*, quod addiderunt librarii, cum male verba *ac nostro quidem* cum prioribus junxissent, ut monet Goer. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Comm. Car. Steph. est *Quae cum res*, in Edd. Verb. et Par. est *quoi cum res*, in Edd. Asc. 1. Ald. Brut. Sturm. *qui cum res*, ut in Codd. Cod. Cr. pro *cum* habet *omni*. Nos cum Goer. et Sch. eam voculam delevimus, ut jam fecerunt Ern. Bip. Wagn. quamquam Ernesto placet Davisii *huic*, quod necessarium non est. Verba *Ac nostro quidem* reducunt orationem ad priora: *Et avus quidem noster*, unde paulisper erat digressa. *Mr.*

Utinam, inquit] Paris. Med. aliique Codices *utinamque, inquit.* Ac ita lego. DAV.

Utinam] Quatuor Codd. Goer. nostrique Cr. W. M. et Copp. Victt. b. habent *utinamque*, quod non debuit probare Dav. Sed si conjecisset inde *utinam quidem*, non admodum fuisset reprobandus. Ita noster supra Atticum dicentem facit (II. 10. §. 24): *Utinam quidem!* — Tum Cod. Cr. pro *repetimus* habet *reperimus*, Cod. W. *petimus* superscripto *re. Mr.*

Non quid ab *hoc populo*] Vulgo *non quid hoc populo.* Sed in recipienda *praepositione* suffragantur Harleian. pr. sec. Med. Balliol. et editio pervetus. At Paris. Ven. 1471. et Ascens. dant *non quid* a *populo.* DAV.

§. 37. *Quid hoc populo obtineri possit*] Delevimus cum Ern. Bip. Wagn. Goer. et Sch. Davisianum illud *ab*, quod non habent plures Goer., Copp. Victt. b. Edd. Par. Comm. Verb. In Cod. M. est *numquid a populo optineri possit.* In Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. *non quod a pop.*, reliquae cum Dav. faciunt,

cognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas, aut novas scribimus; non quid hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. Nam Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis: nec enim mihi placet nec Attico nostro, quantum e vultu ejus intelligo.

17. Att. Mihi vero nihil umquam populare placuit: eamque optimam rem publicam esse dico, quam hic

Codd. Cr. et W. habent *non quod ab hoc pop.* Post *sed* item habet *quod* Ed. Asc. 2., eadem cum Cod. M. et Asc. 1. *tibi sit*, pro *sit tibi.* Distinctionem post *tibi* ponunt Edd. Crat. et Herw. In seqq. Cod. Cr. omittit *tuus — lata. Mr.* — *Hoc populo* est ablat. conseq. i. e. quamdiu populus Rom. talis est, qualis nunc. *W.*

Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet] Vide *Ciceronem* in Bruto cap. 25. Dav.

Scipio tuus] I. e. Scipio Africanus minor, quem in libris de Rep. loquentem et induxisti et probasti. — *Praestabis* i. e. culpam. Nos enim nolumus tibi esse auctores legis tabellariae ferendae, ut Scipio Cassio, qui propterea, ut auctor, culpam legis Cassiae sustinet. De hoc usu voc. *praestare* vid. Ern. in Cl. Cic. *W.* — Supra I. 4. 14. *quoad populum praestare voluerunt.* Ubi vid. annott. *Cr.*

Cap. 17. *Mihi vero nihil unquam*] Vocem *vero* non habet Cod. M. Ad rem cf. Cic. de Rep. I. 26. extr. *Mr.* — *Populare* malo etiam sensu dicitur pro re et facto, quod tendit ad populum corrumpendum, ejusque gratiam aucupandam. *W.* — In Cod. Cr. verba *mihi — placuit* longiori, qui praecedit, Quinti sermoni adscribuntur, tum sequitur: *At n. mihi. Q. eamque.* Post haec scripsimus *dico* pro vulgato *duco*, illud enim habent omnes et Goer. et nostri Codd. et melius *dico* cum verbo *esse* conjungitur, quam *duco.* — Ad. v. *hic consul* v. Turn. *Mr.*

Quae sit in potestatem optimorum] Restitutum ivi suam elegantiam Ciceroni ex mss. S. Victoris atque edit. Victoris. Sic saepius per Tusculanas emendavimus in crepundiis Tullium: et sic saepissime loquitur. Grut.

In potestatem optimorum] Ita aliquot Goer. Codd. noster M. Edd. Par. Verb. Ern. et recc. De hac constructione antiqua vid. Ern. in Clav. Cic., Facciolatus in Lex. Latinit. et in primis, Gell. N. A. I. 7. ib. Gron. p. 57. Add. Held. ad Caesar. de bello Civ. I. 25. p. 35. sq. coll. aliis interprr. ibid. in Ed. Oudendorp. Stuttg. 1822. p. 59. sq. — Pro *demum* Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (sed hae duae vulgatam habent in varr. lectt.) exhibent *item*, Ed. Comm., *quidem*, quod placet Rathio. *Mr.* — *Antiquastis* i. e. repudiastis, abrogastis. Est urbana festivitas in illo addito *sine tabella W.* — In Cod. Cr. legitur *sine te tabella.* Pergit Cod. M. *Si ego.* Verbis *in illis libris* rursus, ut paullo superius, libros de re publica intelligit. In seqq. Edd. omnes et Codd. Cr. W. (in hoc est *largio*) et Copp. Victt. b. habent *liber-*

consul constituerat, quae sit in potestatem optimorum. M. Vos demum, ut video, legem antiquastis 38.
sine tabella. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen istam libertatem ita largior populo, ut auctoritate et valeant et utantur boni. Sic enim a me recitata lex est de suffragiis; OPTUMATIBUS NOTA, PLEBI LIBERA SUNTO. Quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret, quae

tatem istam largior (Sturm. *largiar*) *populo*, neque quisquam de emendando cogitavit ante Goer. (nisi quod Rathius eodem tempore pro *tamen* conjecit *tantum* bene sentiens desiderari vocem, quae conditionem vel circumscriptionem notat, quamquam tum dicendum fuisset *istam tantum libertatem* etc.) Sed Goer. in suis libris reperit, *tamen istam libertatem ista*, v. *ista libertate ista*, v. *libertate in istam*, v. *in istam libertatem istam* (accedit noster M. ubi est *immixtam libertatem istam*) indeque conjecit *istam libertatem ita*, i. e. hac conditione, *largior*; eumque nos cum Sch. sequendum duximus. *Mr.*

§. 38. *Ut et auctoritate* valeant et utantur *bonis*] *Lambinus* edidit, *ut et auctoritate* valeat *et* utatur *bonis*. Sed contra Codices nihil hoc in loco mutandum: nam *populus* nomen est multitudinis, et istiusmodi voces *verba pluralia* non dedignantur. Vide *Julium Rufinianum* de Schem. Lexeως pag. 34. GRUT.

Ut auctoritate et valeant et utantur boni] Vulgo *ut et auctoritate val. et ut. bonis*. Sed *et* post *auctoritate* habent Copp. Victt. b. et unus Goer. *boni* autem, cui *s* e proximo vocabulo adhaesit, correxit Odinus apud Olivetum, idque merito jam Ern. et Bip. receperunt, frustra obloquente Wagnero. In eadem sententia fuit Wytt. qui ita construit: ut boni auctoritate et valeant et utantur. *Boni*, ait, item *optimi* sunt, qui Graecis dicuntur ἀγαθοὶ et ἄριστοι i. e. qui favent aristocratiae (sensu bono), qui item dicuntur optimates. *Mr.*

Recitata lex est] Minus bene duo Goer. noster Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Lamb. Goth. *lex est recitata*, sonus enim, ut recte annotavit Goer., est in v. *recitata*. In seqq. Cod. Cr. habet *optimatibusque*, omittitque permulta. Primum *hanc sent. — latae sunt*, tum *ne quis — appellet*, deinde *Maria — ambitiosis*, porro *civi — offeratur*, post haec *honeste — condemnet*, denique *ambitus — quid*; quae sunt scriptoris vel dormitantis vel ad finem festinantis: fortasse etiam Codex, unde suum noster transscripsit, fuit lacunosus. *Mr.*

Hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret,] Hoc non concoxerunt multi librarii et editores. Est enim *tollat* in tribus Codd. apud Goer., nostro M. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Sturm. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. Comm. Sed in rell. Codd. et Edd. Asc. 1. (*toleret*) et Par. est Imperfectum. Et recte ponitur post verba, quae vel dictum vel sententiam significant. Laudat Goer. Wopkens. Tull. Lectt. p. 126. et 34. Matthiae Miscellan. Philoll. II. p. 100. Quibus adde Epistolas Sodalium Philomathiae ed. Mahne. p. 283. sq. *Mr.*

Quae postea lata sunt, quae

postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne ap-
39. pellet. Pontes etiam lex Maria fecit angustos. Quae
p. 192. a. si opposita sunt ambitiosis, ut sunt fere, non reprehendo: sin valuerint tantum leges, ut ne sint ambitus; habeat sane populus tabellam, quasi vindicem

tegunt] Rath., cui displicet talis pronominis iteratio, conjicit *teguntque* vel *quaeque tegunt*. Goer. quoque, qui se nescire fatetur, quid sibi velint verba *quae — sunt*, ea vel pro glossemate habet, cum absint a duobus libris, quamquam causa glossematis non appareat, vel *postea* pro *a Scipionis inde temporibus* accipi posse credit, quem Cic. in libris de rep. loquentem induxit. Idem sentit etiam Sch. Cum quibus ita consentio, ut tamen repetitum *quae* parum mihi placere fatear. *Mr.*

§. 39. *Pontes etiam lex Maria fecit angustos*] In causa fuit cur pauciores suffragia darent; nam cives de lege promulgata suffragium laturi, per *pontes* transibant. Vide *Paullum Merulam* de Legg. Roman. cap. 1. §. 20. Marius vero *ἐν τῇ δημαρχίᾳ νόμον τινὰ περὶ ψηφοφορίας ἔγραψε δοκοῦντα τῶν δυνατῶν ἀφαιρεῖσθαι τὴν περὶ τὰς κρίσεις ἰσχύν*, ut testatur *Plutarchus* in Mario pag. 407. Dav.

Pontes etiam lex Maria fecit angustos.] Locus Plutarchi in Mario c. 4. p. 47. ed. Corai. sic habet: *Ἐν δὲ τῇ δημαρχίᾳ* (in tribunatu) *νόμον τινὰ περὶ ψηφοφορίας γράφοντος αὐτοῦ, δοκοῦντα τῶν δυνατῶν ἀφαιρεῖσθαι τὴν περὶ τὰς αἱρέσεις ἰσχύν, ἐνιστάμενος Κόττας ὁ ὕπατος, συνέπεισε τὴν βουλὴν τῷ μὲν νόμῳ μάχεσθαι, τὸν δὲ Μάριον καλεῖν, λόγον ὑφέξοντα.* *Cr.* Lex ea lata est a C. Mario, a. u. 634. *Pontes* erant viae septae a latere, per quas suffragium laturi cives procederent ad cistulam, cui immittenda essent suffragia. Marius angustos fecit pontes, ut singuli deinceps, nec plures simul ac turbatim possent ad ferendum suffragium prodire cives, idque eo consilio fecit, ut hominibus potentibus et ambitiosis facultas auferretur inspiciendorum suffragiorum, et cum ferentibus agendi. Vid. Turn., et Paulus Manutius de L. R. p. 37. add. Bach. in Hist. Jur. Rom. L. II. c. 2. §. 57. *W.*

Pontes etiam etc.] Cod. W. *Potens*, idem mox *ambitiosi ut sunt fere*. Cod. Cr. *Sed valuerint;* Cod. W. *tamen leges;* Vocem *leges* Goer. abesse mavult, ut ex praegresso *quae* intelligatur *ea:* quod, si Wyttenbachii explicationem probaveris, non facile placebit: quamquam in loco, quem laudat W., ubi *sin* positum esse ait pro *si non*, est *ἀποσιώπησις*, nostro loco nihil minus. Cod. Cr. *ut sint ambitus*. Copp. Victt. b. *qua sibi vindicent libertatis*. Cod. M. non habet verba *haec optimo*. Cod. W. habet *haec oppinio*. Vocem *civi* non habent Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et Cod. M. *Mr.* — *Sin valuerint:* rariore usu *sin* ponitur pro *si non*, *sin minus*, qui usus etiam a Cic. observatus est ad Att. L. XVI. Ep. 13. — *Ambitus* dicitur actio obeundi, circumeundi et civium suffragia petendi. Qua in re si per pecuniam et largitionem facta sit corruptio, dicitur hoc *crimen ambitus*. Sed *ambitio* tantum est honoris cupiditas, plerumque tamen malo sensu. *W.* — *Vindicem libertatis*. Recte hoc loco usus est in Atheniensium similibus

libertatis, dum modo haec optimo cuique et gravissimo civi ostendatur ultroque offeratur, ut sit ipsa libertas, in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur. Eoque nunc fit illud, quod a te modo, Quinte, dictum est, ut minus multos tabella condemnet, quam solebat vox, quia populo licere satis est. Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati aut gratiae traditur. Itaque, ut omittam largitione corrupta suffragia, non vides, si quando ambitus sileat, quaeri in suffragiis, quid optimi viri sentiant? Quamobrem lege nostra libertatis species datur, auctoritas bonorum retinetur, contentionis causa tollitur.

Deinde sequitur, quibus jus sit cum populo agen- 18.
di, aut cum senatu. Gravis, et, ut arbitror, prae- 40.

institutis explicandis *Schoemann.* de comitiis Atheniensium cap. XI. p. 125. *Cr.*

Uti in eo sit ipso libertas, in quo populo potestas.] Praetuli Turnebi lectionem indicatam et assertam ab ipso ex veteri libro, alioquin non displicet Victorii, *uti in eo sit ipsa libertas, quod populo. p.* Vulgata habet, *uti sit ipsa libertas in quo populo.* Cum Turnebo facit codex S. Victoris. Grut.

Uti in eo sit ipso libertas in quo *populo potestas*] *Victorius* edidit, *uti in eo sit* ipsa *libertas,* quod *populo potestas.* Multi Codices exhibent *in* qua *populo potestas.* Forsan igitur optime reponas *ut in eo sit ipso libertas,* quia *populo potestas* etc. Dav.

Ut sit ipsa libertas, in quo] Ita quinque Goer. et nostri Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Par. Brut. Ald. Lamb. Goth., nisi quod in nostris omnibus legitur *uti — in qua.* Verba *in eo* nullus habet Cod. MS. Tres Goer. et noster Cod. M. habent *uti ne sit.* Si Cic. scripsisset *in eo* addidisset *insit. Ipso* et *in quo* est in Cod. M. Lectionem *in quo* jam Turn. in Codd. MSS. inventam probavit, pro ea Ed. Sturm. sola habet *quod.* Pro *honeste* Copp. Victt. b. *honesta. Mr.*

Ut minus multos] Cf. supra XV. 34. Pro *multos* est *multo* in Cod. W. — *Mr.* — *Hoc retento* etc. sc. ut optimates possint inspicere tabellas, reliqua suffragantium benevolentia tribuitur illis viris, qui vel auctoritate vel gratia pollent. *Auctoritati,* quae venit a gravitate et gloria meritorum: *gratiae,* quae existit ex amore et grato animo. *W.* In marg. Ed. Goer. min. Wyttenbachius pro *traditur* conjecit *tribuitur,* et ita, si non legendum tamen illud verbum explicandum videtur. — In seqq. Cod. Cr. *viri optimi* pro *optimi viri.* In fine capitis Codd. omnes habent *auctoritas bonorum,* quas cum Dav. Goer. et Sch. sequi maluimus, quam Edd. omnium ordinem inversum. *Mr.*

Cap. 18. §. 40. *Deinde sequitur*] Sola Ed. Comm. omittit *deinde.* Tum abest a Cod. Cr. *sit,* in quo hoc quoque in capite plura omittuntur, videlicet *praeclara — sedata,* tum *sed etiam oratoris,* deinde *utendum — peccante,* denique *conditione, foedere — nosse*

clara lex. Quae cum populo, quaeque in patribus agentur, modica sunto; id est, modesta atque sedata. Actor enim et moderatur, et fingit non modo mentem ac voluntates, sed paene vultus eorum, apud quos agit. Quod in senatu difficile est. Est enim senator is, cujus non ad actorem referatur animus, sed

exempla. Pro *agendi* est *agi* in tribus Goer. nostroque M., pro *et*, *ut* in Copp. Victt. b. *sed ut*. *Mr.*

Quae cum populo, quaeque in patribus agentur.] Turnebus ita edidit; ceterae edit. duabus vocibus minus *cum populo*. Grut.

Quae cum populo] Desunt haec tria vocabula in nostris Codd. quinque Goer., Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. In Edd. Carol. Steph. (qui vulgatam ex vet. cod. enotavit) Ald. et Brut. sequentia leguntur *quae cum patribus*, in Ed. Lamb. *quaeque cum populo, quaeque cum patribus.* Illud *quaeque cum populo* habent duo Goer., qui inde suspicatur, ita et supra in lege et h. l. legendum esse. Tria prima verba sunt in Ed. Comm. et post Grut. in omnibus. Post haec legitur in Cod. W. *id est modica atque ad se data.* *Mr.* — *Cum populo* i. e. in comitiis totius populi; *in patribus* i. e. in senatu et curia. *W.*

Actor enim et moderatur] Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Crat. et Herw. in varr. lectt. Edd. Car. Steph. Asc. 1. Brut. Lamb. Goth. *auctor*. Vocem *et* addidimus cum Goer. ex sex ejusdem Codd., nostro M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw.; tum sequitur *moderatus* in Ed. Ald., *moderator* autem in Cod. M. Edd. Asc. 1. 2., in contextu Edd. Crat. et Herw.; pro *et fingit* est *effingit* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Ald. in Cod. M. et Copp. Victt. b., *et effingit* in Edd. Car. Steph. Par. et Sturm. *Mr.*

Quod si in Senatu difficile est: (est enim Senator is, cujus non ad actorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit) huic jussa tria erunt etc.] Ita legitur hic locus in MSto, nec aliter mihi legendus videtur. Ursin.

Quod in senatu difficile est] Ita hic locus legendus, neque *non difficile est*, ut habent fere omnes libri et scripti et editi; nam abest illud *non* a nonnullis Codd. antiquis, neque salvo sensu stare potest; ex iisdem etiam restituendum est *ad actorem referatur animus*, cum in plerisque Edd. legatur *ad auditorem.* Nomen auditoris sententiae Ciceronis repugnat. *Actor* est orator: ad hunc se non componit Senator audiens, sed suum ipse judicium sequitur. *W.*

Quod in senatu difficile est] Pro *quod* est *quodsi* in sex Codd. apud Goer. nostrisque Cr. W. M. Copp. Victt. b. et in nonnullis Edd. vett., abest vero *si* a pluribus Goer. et Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Par. (ubi legitur *quod est in Sen. non difficile*) Ald. Lamb. Goth. Comm. Vocem *non* abesse in quibusdam libris adnotavit etiam Gothofr. Loci difficultatem, si serves veterem lectionem, primus vidit Wagn., neque vero aliquid auxilii attulit, nisi quod *actorem* pro *auditorem* restitui jussit, quod jam fieri volebat Turn. in Commentario primo; qui idem ibidem *spectare* suadet pro *spectari*. Goer. diligenter quidem de hoc loco exposuit, ita tamen, ut (quod recte observavit Sch.) maneat aliquid difficultatis in verbis *quod in se-*

qui per se ipse spectari velit. Huic jussa tria sunt: ut adsit; nam gravitatem res habet, cum frequens ordo est: ut loco dicat, id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus; nam brevitas, non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut pec-

natu non difficile est; requirit enim ejus explicatio *quo in senatu minus opus est.* Turnebi explicatio (ut item monet Sch.) nos cogit, ut ea ipsa verba (*quod — est*) cum superioribus *id est modesta atque sedata*, neque vero cum proximis jungamus. Ipse autem Sch., in longa de h. l. diatriba (Ed. ej. p. 28 — 31.) hac demum ratione loco consultum credit, si scribatur: — *id est modesta atque sedata. Quod in senatu non difficile est. Actor enim in concione se moderatur et fingit non modo ad mentes ac voluntates, sed paene ad vultus eorum, apud quos agit: senator est is, cujus non ad auditorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit.* — Propius ad Wyttenbachii sententiam accedit Rathii suspicio, qui absurditatem vulgatae lectionis odorans dixit: »Scribo: *quod in senatu* »*modo difficile est: est enim se*»*nator is, cujus non ad actorem* »*referatur animus, sed qui per se* »*ipsam spectari rem velit.* — »*Non* et *modo*, scripta *nō* et *mō*, »passim sunt permista. Addidi »*rē* a syllaba *ri* absorptum.« *Mr.*

Est enim senator is etc.] Cod. Cr. *est enim ipse sen. is.* Tum Codd. Goer. omnes, nosterque Cr. et Copp. Victt. b. itemque Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Brut. Lamb. et Goth. *ad auctorem*, Edd. Asc. 1. et 2. et Cod. M. *ab auctore;* Edd. Ald. et Comm. *ad actorem*, quod placebat etiam, ut diximus, Wagnero; in Cod. W. est *ad auctoritatem*, haud absone. Tum Cod. Cr. *sed quid* Cod. M. *exspectari;* idem mox vetere loquendi more *assit* pro *adsit.* Paulo superius Ern. pro *mentem* conjecit *mentes* ut edidit Lamb.; sed stare potest vulgata. *Mr.*

Ut loco dicat;] Ita et noster et alii saepe dixerunt. Cf. Cic. de Invent. I. 21. Tusc. II. 11. coll. Horat. Od. IV. 12. extr. et Epist. I. 7. 57. *Mr.* — *Non modo senatoris:* Cicero videtur scripsisse *non solum* v. *non tantum*, quia iteratio ejusdem vocis diverso sensu abhorret a ratione bene scribendi. *W.*

Oratoris magna laus est in sententia.] Puteanus delet, tamquam glossema, *est in sententia* quod nemini non adprobandum videtur. GRUT.

Oratoris magna laus est in sententia] *Cl. Puteanus* delet voces *est in sententia;* quod nemini non adprobandum censet *Gebhardus.* Ferrum tamen non est adhibendum, nisi cum leniores medicinae nil prosunt. Nisi multum fallor, *Cicero* scripsit, *Nam brevitas, non modo Senatoris sed etiam Oratoris magna laus est,* MEA *sententia.* Sic noster de Orat. 1, 15. *Is Orator erit,* mea sententia, *hoc tam gravi dignus nomine.* Et cap. 21. *Qui tamen*, mea sententia, *aut hic est jam Crassus* etc. Ac iterum cap. 27. *Quamquam tibi par*, mea sententia, *nemo umquam fuit. Terentius* Phorm. Act. II. Sc. 1, 21. *Et sapiunt*, mea sententia, *Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere. Plautus* Epid. Act. III. Sc. III, 12. *Fuit conducibile hoc quidem*, mea sen-

cante senatu (quod fit ambitione saepissime, nullo magistratu adjuvante) tolli diem utile est; aut cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia vel ad hortandum vel ad docendum. Quorum generum in utro-

tentia. Vide sis et Mercat. Act. II. Sc. III, 58. ac *Quinctilianum* Inst. Orat. III, 6. Dav.

Sed etiam oratoris magna laus est in sententia] *In sententia* pertinet ad senatorem; hic enim sententiam dicit. Sensus est: brevitas non modo in sententia senatoris, sed etiam in oratione oratoris magna laus est. *W.* — Huic ego explicationi ita accedo, ut tamen verba *in sententia*, ut hic sensus prodire possit, post *senatoris* transposita velim; eodem fere modo, quo Wagn. Ernestus nihil desiderat, nisi ut post *sententia* intelligatur *dicenda.* Rathius scribi volebat *magna*, *mea sententia*, *laus est.* Goer. nihil mutatum vult, sed *senatoris* et *oratoris* pro *senatori* et *oratori* dictum existimat et *in sententia* dici pro *in suadendo et dissuadendo.* Sed tamen non proprie ea, quae orator dicit, ejus sen tentiam dixeris. Quare Schützius l. c. p. 51. nisi sensum, ait, sic exponas: *nam brevitas in sententia dicenda non modo senatoris prudentiam*, sed *etiam ejusdem ut oratoris eloquentiam decet:* aptius fuerit legere: *nam brevitas magna senatoris laus est in sententia dicenda.* — Cui rationi quodammodo favere videri possit id, quod verba *sed etiam oratoris* absunt a Cod. Cr. Sed hic liber, ut vidimus, per haec capita multa, quae abesse non possunt, omittit, ejusque in his lacunis nulla plane est auctoritas. In Cod. quoque Wytt. desunt haec omnia: *ne sit infinitus nam brevitas non modo;* aberravit nimirum scribentis oculus priore *modo*, ad alterum. Vocem quoque *est* omittit Cod. Cr. *Mr.*

Nisi aut peccante senatu etc.] *Spectante senatu* ediderunt *Colinaeus*, *Manucius*, ceteri. Sed legendum *peccante*, ut et edidit *Gul. Morellius*, et legit *Turnebus.* Praeterea velim sic legi, *nisi aut cum*, *peccante senatu* etc. Lamb.

Exspectante Senatu] Alii *spectante Senatu*, ex ingenio an ex veteribus libris, ignoro. Abest certe ab iis libris, quos ego vidi; nec satis possum intelligere, si *spectante* legatur, quid sententiae sit. At *exspectante* sumtum est ex *Hannibalis Cruceii* libro; nec est obscura sententia; nam oratione, inquit, longa tum est utendum cum exspectat Senatus, ut, mala re relata, dies dicendo tollatur; ne scilicet perniciosum Reip. SCtum fiat. P. Manuc.

Nisi aut peccante Senatu] Retinui Turnebi lectionem, adnitente etiam Lambino et Pall. membranis; nec longe abeunt S. Victoris, Fabr.; ingerentes *peccante*, vulgo *spectante.* Grut.

Saepissime, nullo] Ex antiquo libro particulam *cum* interpono, ut legatur *saepissime*, cum *nullo* etc. P. Manuc.

Aut cum nullo magistratu juvante] Ita vetus liber. In aliis deest *aut* ad sententiam necessarium. Ursin.

Nisi aut peccante senatu (quod — adjuvante) tolli diem utile est;] Obscura sententia, quae explicanda est, verbis illis *quod fit ambitione saepissime*, *nullo magistratu adjuvante* in parenthesi includendis. Porro attendendum, quid sit *tolli diem*, i. e. diem consumere, ut aliis dicendi tempus praeripiatur, nec senatus consultum confici possit. Hoc et alii fecerunt, et in primis Cato

que magnus noster Cato est. Quodque addit CAUSAS 41.
POPULI TENETO, est senatori necessarium nosse rem b.
publicam. Idque late patet: quid habeat militum, quid valeat aerario; quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios; qua quisque sit lege, conditione, foedere: tenere consuetudinem decernen-

factitabat, ut in ejus vita narrat Plutarchus p. 774. et Valer. Max. II. 10. 7. *W.* — Rathius conjecit *nisi*, *ut peccante senatore* (*quod fit ambitione saepissime*) *causa a nullo magistratu adjuvetur*, *tolli diem utile est.* Qua emendatione non magis opus est, quam Lambiniana, quae Schützio (p. 31.) placet, si nostram, vel potius Wytt., rationem sequaris. Neque Goer. aliquid mutat, sed *peccare* explicat *in sententiam*, *quae contra rei publicae commodum sit*, *declinare*, et verba *nullo adjuvante magistratu*, ad *actorem* refert, qui nullo adjuvante magistratu (i. e. eo potissimum, cujus erat, ut sententiam primam pronunciaret) rem suam peragere non poterat. Ceterum variat aliquantum lectio; Cod. W. habet *nisi ut spectante senatu — tolli diem. Utile est autem cum* etc. et ita Edd. Asc. 1. 2.; in Edd. Crat. et Herw. scribitur *nisi aut*, reliqua ut in illis. Denique Edd. Car. Steph. Par. Brut. Ald. Sturm. habent *nisi aut spectante*, reliqua ut nos. Cod M. habet *nisi ut pctate* (sic) etc. Goerenzii plerique et Ed. Comm. vulgatam tuentur. In seqq. Cod. Cr. omittit *magnus*, et paulo inferius *senatori nocivum nosce rem p.* *Mr.*

§. 41. Idque *late patet*] Malim *id quod late patet;* uti *Victorius* edidit. DAV.

Idque late patet] Verba haec cum seqq. usque ad *habeat* desunt in Cod. W. Pro *idque* est *id quod* etiam in Edd. Par. Comm. Sturm. *Mr.*

Quos socios Resp. *habeat*] Sic omnes et impressi et scripti libri. Delere tamen dictionem *Resp.* ut manifestum glossema non dubitavi. P. MANUC.

Quos socios res publica habeat] Uncinis liberavimus verba *res publica*, quae tuentur omnes libri; neque, credo, nisi Ciceronis essent, aliquis glossator in re tam manifesta addere ea necessarium duxisset. Sed solet Cicero ipse nomina repetere, quae, ne glossatoribus tribuantur, cavendum est. Ita noster de Fin. I. 1. 2. *Quamquam philosophiae quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis philosophia defensa et collaudata est, cum esset accusata et vituperata ab Hortensio.* Cf. supra I. 1. 2. *Mr.*

Stipendiarios] Unum tantum genus ponit sociorum, cum plura fuerint. Nam provinciae erant vel vectigales vel stipendiariae, quarum illae certam partem proventus populo Romano solvebant, hae autem unam eandemque in omnia capita pecuniae summam. Vid. Ern. in Cl. Cic. ibiq. Sigon. Antiq. Juris Provinc. I. 3. Orr. Verrin. III. 6. Burmann. de Vectigall. Pop. Rom. p. 2. *W.*

Diligentiae memoriam esse] Corrigo ex *Maffaei* libro et ex sensu *diligentis memoriae esse:* nam illud, *diligentiae memoriam esse*, frigidam habet sententiam et perabsurdam. P. MANUC.

Videtis jam, genus hoc omne etc.] Cod. W. *vides*, Cod. Cr. *omnes sicutiae*. M. *omnis scientiae.* Tum Codd. Cr. et W. Copp.

di, nosse exempla majorum. Videtis jam, genus hoc omne scientiae, diligentiae, memoriae esse, sine quo
42. paratus esse senator nullo pacto potest. Deinceps sunt cum populo actiones; in quibus primum et maximum, VIS ABESTO. Nihil est enim exitiosius civitatibus, nihil tam contrarium juri et legibus, nihil minus et civile et humanum, quam, composita et constituta re publica, quidquam agi per vim. Parere jubet intercessori; quo nihil praestantius. Impediri enim bonam rem melius, quam concedi malae.

19. Quod vero actoris jubeo esse fraudem, id totum dixi ex P. Crassi, sapientissimi hominis, sententia:

Victt. b. plures Goer. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Brut. (sed Br. vult *memoriae*) Car. Steph. habent *memoriam esse*. In reliquis Goer. et nostro Cod. M. legitur *memoria est*. Edd. Par. Sturm. Lamb. Comm. habent vulgatam. *Mr.* — Genitivi *diligentiae*, *memoriae*, ἀσυνδέτως positi, plane sunt diversi ab antecedente Genitivo *scientiae*. Sensus enim est: *hoc omne genus scientiae contineri et constare diligentia et memoria. W.* Sed, pace viri summi dixerim, si hoc voluisset Cic., scripsisset credo: *genus hoc omne scientiae diligentiae esse atque memoriae*. Re vera tria requiri vult noster, primum cognitionem et explorationem, tum curam et accuratam observationem, denique memoriam tenacem. — Pro *sine quo* Wagn. conjecit *sine quibus*, quod necessarium non est. *Mr.*

§. 42. *Juri et legibus*] Copp. Victt. b. *ac legibus*. Tum dedimus ex duobus Codd. Goer. *et civile* pro *civile*, quibuscum aliquantum facit noster Cod. M., in quo est *minus se civile;* Codd. Cr. et W. cum aliquot Goer. habent *minus civile est et hum.*, alii: *minus est civile et hum.* Copp. Victt. b. *humanius*. *Mr.* — *Civile* ponitur in laude, ut notet id, quid decet civitatem. *W.*

Quidquam agi per vim] Conf. Plato in Epist. ad Dionem et in Critone p. 51. Xenoph. Mem. Socr. I. 2. 10. Sallust. Jugurth. c. 3. Cic. ad Divers. I. 9. et Luzac de Socrate Cive p. 54 sqq., quos laudavit Engelbr. p. 81. *Cr.* — *Intercessor* est is, qui rei decernendae resistit. *Quo* non referendum est ad *intercessori*, sed subintelligendum *negotio*, i. e. qua re. *W.*

Quam concedi malae] Maluisset Puteanus, *malam*. Grut.

Quam concedi malae] *Cl. Puteanus* reponebat *quam concedi malam*. Male: nam *concedi* valet idem quod *cedi*. *Cicero* Tusc. IV, 29. *Ut magnitudini medicinae doloris magnitudo* concederet. Et in notissimo illo versu, qui legitur cum alibi, tum Offic. I, 22.

Cedant *arma togae*, concedat *laurea laudi*.

At *malae causae cedere* dixit supra cap. 15. Dav.

Quam concedi malae.] Ad rem cf. Wachsmuth. Aelt. Gesch. d. Roem. Staats p. 296. Pro *malae* Copp. Victt. b. Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. et Comm. habent *male;* in postrema Graev. in marg. adscripsit: leg. *malae;* in Edd. Ald. et Sturm. est *malam*. *Mr.*

Cap. 19. *Quod vero actoris*

quem est senatus consecutus, cum decrevisset, C. Claudio consule de Cn. Carbonis seditione referente, invito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simulatque intercessum, turbarique coeptum sit, dimittere. Quod qui permovet, cum agi nihil potest, vim quaerit, cujus im-

jubeo esse fraudem] S. Victor. edit. Vict. Turnebi aliaeque; *fraudem* vero cum Turnebo, culpam ac poenam interpretare. Vulgo, *actoris jubeo abesse fraudem.* GRUT.

Quod vero actoris jubeo esse fraudem] Codd. Cr. et W. *actores abesse fraude.* Cod. M. *autores — esse fraude.* Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Sturm. Ald. Brut. Lamb. Goth. *actoris — abesse fraudem.* Solae ex vett. Edd. Par. et Comm. veram lectionem habent. In seqq. Codd. Goer. fere omnes et nostri Cr. W. et M. Copp. Victt. b. et Edd. Asc. 1. 2. pravam lectionem *dici* pro *dixi* servant. Tum addidit Sch., Goerenzio monente, praenomen *Crassi*, ne cum L. Crasso confundatur; quamquam fortasse non addidisse Ciceronem illud nomen credi potest, quia ei verendum non erat, ne a suis lectoribus hi Crassi confunderentur: neque etiam plane certum est, Publium potissimum, neque vero Lucium h. l. intelligi. In hoc capite Cod. Cr. haec omittit: *turbarique — amittit;* tum *de promulgatione — magistratibus;* deinde *vetat et nondum notis*, porro *in posterum;* post haec *summaque prudentia — esse de nobis;* denique *nobis opus esse de quibus nihil. Mr.*

Quem est senatus consecutus] *Consecutus* habent duo Goer., alii: *cum secutus;* quare cum Goer. et Sch. illam lectionem vulgatae, *secutus*, quae sapit correctorem, praetulimus, praesertim cum ipse noster Catil. III. 6. 13. dixerit: *quas* (sententias) *senatus sine ulla varietate est consecutus:* quem locum laudavit Goer. Praecedentia *quem est senatus* habent Codd. nostri Cr. W. et, ut videtur Dav. et Goer. (cum nihil moneant) omnes, itemque Edd. Par. et Comm. Sed reliqui nostri omnes *quam senatus est.* Illud primus dedit Victorius. *Mr.*

C. Claudio consule de Cn. *Carbonis seditione referente, invito eo*] Turnebo debetur haec emendatio, qui eam ex vett. libris eruit: acceditque proxime Victorius; tantum in C. pro Cn. demutans. Vulgo, *C. Claudio consule designato Carbonis seditionem referente, eo invito.* Quae varietas unde nata sit, prodit Pighius in Fastis ad annum urbis DCXXII. GRUT.

De Cn. Carbonis seditione] Hic Cn. Papirius Carbo diversus est a C. Papirio Carbone, de quo supra diximus cap. 16. At hujus Cn. Carbonis judicium incidit in a. u. 661., quo Coss. fuerunt C. Claudius Appius Pulcher et M. Perperna. Hujus vero facta judiciumque nemo meminit veterum, ne ipse quidem Cicero in Epistolis ad Diversos, ubi multos *Papirios Carbones* recenset. Turnebus eum significari putat, qui Crassi oratoris fuit inimicissimus, quod is patrem suum C. Carbonem condemnasset, quique postea Lilybaei a Cn. Pompejo occisus est. At hos diversos fuisse contendit Perizonius Animadvv. Hist. c. 3. p. 100. et sqq. Nec tamen ipse hunc Ciceronis locum attingit. Ceterum Crassus eodem anno fuit

punitatem amittit hac lege. Sequitur illud, Intercessor
43. sor rei malae salutaris civis esto. Quis non studiose
diose rei publicae subvenerit, hac tam praeclara le-
gis voce laudatus? Sunt deinde posita deinceps, quae

Censor cum Cn. Domitio, nec ita multo post diem obiit supremum. Vid. Pighius in Ann. magg. ad ann. 661. *W.*

Consule de Cn. Carbonis seditione] Duo Goer. *degaji Carbonis;* reliqui *dignum Carb.*, ut noster Cod. M., vel *designato Carb.* ut Codd. Cr. et W., in quibus etiam est *seditionem;* Copp. Victt. b. *consule indignam Carb.* Cum Codd. Cr. et W. (in hoc est *cons. des.* compendio scriptum) faciunt Edd. Asc. 1. 2. (in hac item compendio scribitur *de.* pro *designato*) varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. Reliquae Edd. vett. habent *de C. Carbonis,* et sic dederunt Goer. et Sch., quorum ille hoc factum ad a. u. 623. sub Consulatum M. Claudii Pulchri et C. Perpernae ponit. *Mr.* — Nonne in lectione *designato* latet *Gnaji?* de quo vid. Quintil. Inst. Orat. I. 7. §. 29. *Cr.*

Concilium] Dicitur minor conventus, et comitia, cum iis interdictum in iisque turbatum est, non amplius sunt *comitia,* sed *concilium.* Vid. supra II. 12. 31. *W.*

Simul atque intercessum turbarique coeptum sit] Melius, opinor, ut nos ex vetere libro correximus, *simul atque turbari coeptum sit.* Et in ipsa lege supra recitata, *intercessionis* nulla mentio. P. Manuc.

Simulatque intercessum turbarique coeptum sit] Cod. W. *Simulat* omisso *que;* quod ortum est ex *simul ac.* Pro *coeptum* in Copp. Victt. b. est *contemptum,* in Cod. M. *conceptum. Mr.*

Quod qui permanet] Sic veteres libri: et rectius, opinor, quam *permovet*, quod antea legebatur. Qui *permanet*, ait, in concione, cum videt, commota seditione, nihil a se agi posse: vim quaerere videtur: alioqui concilium dimitteret. P. Manuc.

Quod qui permovet] Rectius arbitratur de loco Pighius, *permoratur.* Grut.

Quod qui permovet] Ad iracundiam incendit: non enim cum *Pighio* ad A. U. C. dcxxii. legerim *permoratur:* licet *Gebhardus* eam probarit emendationem. Eadem ratio facit, ut nec cum *P. Manucio* scripserim *quod qui permanet:* nam libri nostri receptam lectionem servant, nisi quod in Ven. 1471. sit *praemonet*, in Paris. *permouet. Quod* autem non est *conjunctio* sed *pronomen*, et ad *consilium* refertur. Dav.

Quod qui permovet] Locus obscurus. Turnebi explicatio non satisfacit. *Quod* mihi videtur referendum ad *concilium.* Permovere autem concilium, puto significare, movere id magis magisque, ac in movendo persistere. Habet enim illud *per* in compositis hanc significationem aliquando, ut constantiam, moram, continuationem innuat. *Scheffer.* — Codd. Goer. omnes, Cod. W. Copp. Victt. b. Edd. Par. Car. Steph. Brut. Ald. Lamb. Goth. Sturm. Comm. tuentur vulgatam; in Cod. M. et Varr. lectt. Edd. Crat. et Herw. est *permonet*, in Edd. Asc. 1. 2. Crat. et Herw. *praemonet.* In primo comm. conjecit Turn. *quod si quis permanet.* Wagn. Manutii lectionem amplexus est *quod qui permanet*, ut *quod* positum sit pro *nam;* quod merito rejecit Goer. Schützius conjecit et edidit *promovet*, quia requiratur verbum, quod opponatur verbo *dimittere*

habemus etiam in publicis institutis atque legibus: AUSPICIA SERVANTO, AUGURI PARENTO. Est autem boni auguris, meminisse, se maximis rei publicae temporibus praesto esse debere, Iovique Optimo Maximo p. 193. a.

concilium. Promovere enim esse *longius producere.* Quod vereor ut probare possit. Goer. *permovet* explicat *permovere studet* i. e. omni ratione movet, ut consilio suo potiatur. Certe, si vulgata sana est, aut Schefferi aut Goerenzii explicatio videtur amplectenda. — In seqq. est *agere* pro *agi* in Copp. Victt. b. Cod. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Tum Cod. M. *nihil praeter vim quaerit.* Pergunt Copp. Victt. b. *et cujus.* Cod. W. *amitti.* Cod. M. *at lege* pro *hac lege;* in eod. abest *sequitur,* in Codd. Cr. W. et Copp. Victt. b. est *quitur.* — Ad v. *deinde — deinceps* vid. quae diximus supra ad c. 2. §. 4. Schefferus hoc quoque loco immerito vocem *deinde* ejectam vult, cum absit ab Ed. Turn. (Comm.) In Edd. Asc. 1. 2. Crat. Par. est *deincepsque* pro *deinceps, quae.* Vocem *quae* omittit Ed. Herw. *Mr.*

§. 43. *Meminisse, se*] Haec duo vocabula absunt a Cod. W. Posteriorem vocem nullus habet, eam vero Goer. et Sch. probante, quem saepius laudavimus, Handio, Censore Ed. Goer. Jenensi (1810. 72. p. 571.) addiderunt. Nihil enim facilius fieri potuit, quam ut *se* excideret, cum antiquitus ultima praecedentis vocabuli syllaba majusculis literis MEMINISSE scriberetur, quo significabatur, eam bis legendam esse; quod postea fuit neglectum. Quae ratio nisi valde videretur probabilis, audivissem, quae in Wolfii Analectis Litt. III. dixit A. Matthiae de Anacoluthis ap. Ciceronem; videlicet non semel omitti a Cicerone *se* ad Acc. c. Inf. v. c. pro Cluent. 45. extr. *aut illud afferant, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse:* Quodque dixerit Weiskius in Epp. Cic. Sel. p. 159. (Cic. Epp. ad Fam. IV. 13.), hoc Graecismo Ciceronem non fuisse usum, in eo Martin. Lagunam nimium ei obsequentem fuisse: eandem enim esse constructionem de Fin. IV. 19. 55.; eamque immerito nostro loco a Goerenzio esse obliteratam. — Schefferus quoque jam additum volebat *se. Mr.*

Jovique Optimo Maximo etc.] Quomodo augur *Jovis consiliarius* i. e. qui Jovi consilium det, dici possit, intelligi nequit, neque etiam similis dictionis apud veteres exemplum occurrit. *Fulmen consiliarium* ab Haruspicibus et Etruscis dicitur, ut ex Caecina refert Seneca Nat. Quaest. L. II. c. 39. quin Jupiter ipse est auctor et princeps consilii, indeque ab Homero μητιέτα Ζεὺς dictus. Igitur Cic. scripsisse videtur: *Jovique O. M. atque Consiliario se administrum datum, ut sibi eos,* (i. e. prouti sibi auguri, administros esse datos,) *quos in auspicio esse jusserit.* Augur, qui auspicia capiebat, adhibebat aliquem adjutorem et administrum, cui ipse imperabat. Vid. Cic. de Div. II. 34. *W.* — Vix me continui, quo minus praeclaram hanc, eamque facillimam Wyttenbachii emendationem in contextum reciperem. Nam quod affert Wagn. de Minoe Odyss. T. 178, qui dicitur *Διὸς μεγάλου ὀαριστής*, utpote consiliorum Jovis particeps, inde (etiamsi auguri hoc tribuamus) an recte dicatur, eum esse Jovis *consiliarium*, admodum dubium est. Cf. etiam Creuz. Symb. et Mythol. II.

se consiliarium atque administrum datum; ut sibi eos, quos in auspicio esse jusserit; caelique partes sibi definitas esse traditas, e quibus saepe opem rei publicae ferre possit. Deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de privatis, magistratibusve au-
44. diendis. Tum leges praeclarissimae de xii tabulis

p. 951. — Turn. in Comm. primo conjecit *et sibi eos*. Minus bene; non melius Codd. Cr. et W. *in auspicia*. Wagnerum, conjicientem *qui — jusserint*, neque hunc locum, neque de Div. II. 34. recte intellexisse, bene docet Goer. utroque loco ad eundem sensum, ut Wytt., sed fusius explicato. *Mr.*

Coelique partes etc.] I. e. debet meminisse augur, sibi a Jove coeli religiones distributas et traditas esse, unde auguria capere et reip. opem ferre possit. *W.* Cod. M. omittit *coelique — possit*. *Mr.*

E quibus saepe opem reip. ferre possit] Ex vitiata, et corrupta scriptura, *opem referre possit*, *Manucius* εὐστόχως, εὐκόλως, καὶ εὐχερῶς fecit, *opem reip. ferre possit*. Sine dubio recte. Quem nos secuti sumus: ut saepe alias, quamvis singillatim non commemoraverimus. Lamb.

De quibus saepe opem referre possit] Non ausus sum conjecturam Manutii in textum recipere, *e quibus saepe opem reip. ferre possit*: quamquam eam valde laudet Lambinus receperitque Turnebus, praesertim cum et Victorianae lectioni sensus suus constet. Grut.

E quibus saepe opem Reip. ferre *possit*] Vulgo *de quibus saepe opem* referre *possit*. At Codices e *quibus*; nec dubium videtur, quin vera sit *P. Manucii* divinatio. Ejus igitur conjecturam recepi, prout ante me *Lambinus* fecerat. Dav.

Opem referre] *Opem Reip. ferre*, conjecturam secutus, emendavi. Erroris origo, ut opinor, fuit, quod, in antiquis libris cum esset scriptum *R. P. ferre* pro *Reip. ferre*, ab imperitis immutatum est, et scriptum *referre*. P. Manuc.

E quibus saepe opem rei publicae ferre possit] Dedimus *e quibus*, quod est in nostris Codd. omnibus et quinque Goer. itemque in Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Goth. Comm. Sturm.; in rell. est *ex quibus*. Ern. Goer. et Sch. dederunt *de*, quasi haec sit lectio librorum vett. probatque Goer., de quo nemo dubitat, *de* saepe a nostro poni pro *e*. Sed cur ideo a libris recedendum sit, non video. Pro *saepe* est *se* in Codd. Cr. et W. Tum dedimus cum Sch. Manutii conjecturam *opem rei publicae ferre*, cum in omnibus Codd. sit *opem referre*. Quod quomodo Goer. servare potuerit, cum ne latinum quidem sit, non intelligo. Neque, quod Goer. credit, vox *reip.* facile intelligi potest in hac oratione, ubi dedita opera gravitate sermonis utitur, ita ut *Jovem* non Jovem solum, sed Optimum Maximum appellet, et universe noster augur recens factus, ut vere monuit ipse Goer., valde se jactet in his libris. Quare etiam non satisfacit Schefferi suspicio, conjicientis *opem rei ferre* i. e. negotio, de quo auguria consuluntur. *Mr.*

§. 44. *De XII. tabulis translatae*] Scil. ex tabula nona. Scripsimus autem *translatae* pro *tralatae* ex quatuor Codd. Goer.,

translatae duae: quarum altera privilegia tollit; altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat. Et nondum natis seditiosis tribunis plebis, ne cogitatis quidem, admirandum, tantum majores in poste-

nostris Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (in hac est *traslatae*) Car. Steph. Ald. Brut. Sturm. Lamb. Goth. De qua scriptione vid. *Schneider. Latein. Elementarl.* II. p. 609 — 611. — In seqq. Codd. Cr. W. M. Edd. Asc. 1. 2. habent *tolli;* male. Pro *comitiatu* est *comitatu* in Codd. Cr. W. M. et Copp. Victt. b., *comitio* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. (hae duae in varr. lectt. habent *comitatu*): *comitatu* est etiam in Edd. Par. Brut. Sturm. *Mr.*

Nondum initis seditiosis Tribunis plebis] Varie conspurcatus locus. Turnebus quia in mss. invenerat *nitis*, *inventis* reponit. Lambinus *cognitis.* Omnino mihi, ut verum fatear, prae reliquis allubescit Gulielmii conjectura, *munitis* ex Turnebo ariolantis. Grut.

Vetat. Et *nondum* notis *seditiosis Tribunis plebis*, ne cogitatis *quidem, admirandum tantum majores in posterum providisse*] Vulgo *vetat, nondum* initis *seditiosis Tribunis plebis.* Negotialis *quidem admirandum tantum majores in providisse.* Quae nullum prorsus sensum fundunt. *Lambinus* autem dedit, *vetat, nondum* cognitis *seditiosis Tribunis plebis*, ne cogitatis *quidem. Admirandum tantum majores in posterum providisse.* Nos vero locum commodius emendavimus et distinximus. Ac *et* ex Harleian. pr. sec. Med. ac editione pervetusta recepimus. *Nondum notis* ex *nondum nitis*, ut habent veteres libri, facere nullum fuit negotium. Sed *negotialis* in *ne cogitatis* divine refinxerunt *Lambinus* et *Puteanus. Hadr.* certe *Turnebi Simeonis*que *Bosii* conjecturae prae hac sordent et vilescunt. Non equidem moror quae conatus est *Sam. Petitus* in Legg. Attic. pag. 115. Criticus enim fuit parum felix, et oscitanter adeo *Ciceronem* legit, ut verba, *nondum initis seditiosis Tribunis plebis*, propter P. Clodium dici putarit; cum dubio procul ad tempus, quo latae sint xii. Tabulae, pertineant. Dav.

Et nondum natis seditiosis tribunis] *Et* dedimus cum Dav. et Goer. ex quatuor Codd. Goer. et nostro W. Deinde recepimus palmariam Goerenzii conjecturam *natis* pro *initis*, quod omnes libros vett. occupat; eamque conjecturam probarunt Handius l. c., Rath. et Sch. Schefferus conjiciebat *visis*, Ernesto et Wagnero placebat Turnebi *inventis.* Ex *Dirksenii* schedis haec depromsimus: »*Calcagninus* servavit Co»dicum lectionem *initis.* Restituto»rum plurimi legis apud nostrum »III. 4. 11. verba servarunt: *Pri»vilegia ne irroganto. De capite »civis nisi per maximum comi»tiatum — ne ferunto.* Ita *Cha»rondas* §. 2. 3. *Hotomannus* c. »15. *Raevardus* c. 2. *Lipsius* §. »2. 3. *Pithoeus*, *Marulius* c. 83. »sq. *Jac. Gothofredus*, alii.« *Natus* dicit etiam noster de tribunatus ortu c. 7, 17. c. 8, 19. *Mr.* — Cum Davisio facit P. Wesseling. ad Petit. de Legg. Att. p. 190. *Cr.*

Nondum cognitis] Sic est emendatum in Codice *Memmiano. Adr. Turnebus* autem conjectura probabili ductus emendat *nondum inventis.* Ego magis probo *nondum cognitis.* Propius enim abest a libris MSStis, qui habent *nondum nitis.* Lamb.

rum providisse. In privos homines leges ferri noluerunt; id est enim privilegium: quo quid est injustius? cum legis haec vis sit, ut sit scitum et jussum in

Ne cogitatis quidem] Si nullum alium locum in hoc toto libro tertio in integrum restituissem, quam hunc, praeclaram me tamen operam litterarum studiosis navasse existimarem. Est enim haec emendatio primum ita certa, ut refelli non possit: deinde ita facilis, et antiquae scripturae, a qua vulgata non discrepat, finitima, ut nulla ei vis illata dici queat: postremo ita plana et aperta et ad sententiam accommodata, ut non excogitata, aut a conjectura profecta, sed in libris omnibus sine ulla varietate reperta videatur, in quibus mendose legitur partim *negotialis*, partim *negotiosis* etc. *Simeoni Bosio* tamen, viro pererudito et valde acuto, alia conjectura venit in mentem, meae valde dissimilis: scripto enim puncto post *plebis*, legit *Nec hoc satis est. Admirandum* etc. quae verba refert ad ea quae sequuntur, *majores praeterea in privatos homines leges ferri noluisse.* Judicet lector eruditus. Lamb.

Negotialis quidem admirandum] Etiam insigniter corruptum locum sic legi in mss. notat Turnebus. Volebat ille *negotiolis.* Victorius edidit, *negotia is quidem.* Bosius ex conjectura: *nec satis est adm.* Ceterum Camerarius, nescio quibus opibus fretus, exhibuit, *negotia siquidem admirandum* etc. contra mss. nihil conari potui. Lambinus ediderat, *vetat; nondum cognitis seditiosis tribunis pl. ne cogitatis quidem* etc. quod habuisse a conjectura Puteani liquet ex notis ejus, quas filius Petrus Grutero submisit. Gebh.

Ne cogitatis quidem] Omnes fere Codd. habent *negotialis;* unus tantum *nec agatis*, alius, proxime ad veritatem *nec agitatis.* Lectionem *negotialis* habent Edd. Asc. 1. Brut. Car. Steph. Comm., in Copp. Victt. b. Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. est *negotia siquidem*, in Edd. Par. Ald. et Sturm. *negotia is quidem.* Puteani correctionem merito receperunt post Lambinum editores plerique omnes. *Mr.*

In privos homines] Idem Puteanus amabat, *privos.* Grut.

In privos *homines.*] Vulgo *in* privatos *homines.* Sed nos emendationem *Jos. Scaligeri Claudii*que *Puteani* merito probamus: nam quae *privilegii* sit Etymologia, docet. *Privos* autem pro singulis dicebant Antiqui. Vide *Festum*, *Nonium* et *Agellium* X, 20. Ita saepe loquitur *Lucretius*, ut et *Cato.* Vide de re Rust. capp. 5. 10, 11, 26. Dav.

In privos homines] Omnes Goer. et nostri Codd. habent *privatos*, itemque Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. Car. Steph. Par. Ald. Sturm. Lamb. Goth. Sed necessario Scaligeri emendatio fuit recipienda. Pro *in* Cod. Cr. habet *is. Mr.* — Adde iis, quas laudavit Dav., *Lanzi Saggio di Lingua Etrusca* I. p. 354. *Cr.*

Scitum esse et jussum] Sic emendat *Adr. Turnebus.* Licet tamen etiam sic legere, *scitum et jussum in omneis* etc. Lamb.

Scitum est jussum in omnes: ferri de singulis] Haec est mss. omnium lectio, quam Victorius sua editione expressit; reperitque postea in V. L. Turnebus conjectat tamen, Lambino secundas agente, *scitum esse et jussum:* sed quoniam pertinaciter nostram et Fabric. et Palat. defendunt, religio fuit ab illis dissensionem facere. Grut.

Scitum est et *jussum in omnes*]

omnes. Ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt: descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam

Vulgo *scitum est jussum in omnes. Ascensius* edidit *scitum et jussum in omnes.* Utraque lectione conjuncta *Ciceronis* manum restitui. Atejus Capito apud *Agellium* X, 20. *Lex est generale jussum populi aut plebis rogante Magistratu. Festus* in *rogatio. Quod in omnes homines resve populus scivit, Lex appellatur.* Vide sis et *Ulpianum* Digg. lib. I. Tit. III. leg. 8. Dav.

Haec vis sit, ut sit scitum et jussum in omnes] Codd. *haec vis sit scitum est jussum.* Et ita Edd. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Par.; in Ed. Asc. 1. legitur *scitum et est jussum*, in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *scitum et jussum*, in Edd. Lamb. et Comm. *scitum esse et jussum:* easque secutus est Wagn., postquam eam lectionem probaverat Ern. Schefferus conjecit: *cum legis haec vis, ut sit scitum et jussum:* et ita, (non nominato Scheffero) legendum esse satis sum certus, ait Goer., ad cujus notam ego dudum in adversariis haec adscripseram: Quod dedit Goer., vix ac ne vix quidem ferri potest. Dedit autem *quum legis haec vis, sit scitum et jussum in omnes.* Quod vero conjecit (videlicet ut Scheff.) vereor, ut linguae legibus satisfaciat. Ego dicam, quod sentio: plenum non esse locum, nisi scribas *cum legis haec vis sit, ut sit scitum et jussum in omnes.* Quo facto etiam depravationis causas intelliges. Postea idem conjecisse Rathium vidi. Sch. dedit, quod Goer. in contextu habet. Voces *est jussum* absunt a duobus Codd. Goer., Cod. M. non habet *jussum.* — Cod. Cr. habet *omnis*, Cod. W. *fieri*, tum uterque cum Cod. M. et (exceptis duobus) omnibus Goer. *si* pro *nisi*, et Cod. Cr. *voluerunt* pro *noluerunt. Mr.* — Ad. rem cf. Cic. pro Domo c. 17. *Cr.*

Descriptus enim populus] Hic locus continet laudem comitiorum centuriatorum, et reprehensionem comitiorum tributorum, quia per centurias divisus populus majore ordine retinetur, quam per tribus divisus. *W.* In Codd. Cr. et W. est *descriptus est enim:* unde conjecerit aliquis, a Cicerone profectum esse *etenim*, quod mox fuerit correctum a librariis et grammaticis, qui *etenim* semper initio poni pro certa regula habebant. At raro quidem, neque vero nunquam, *etenim* postponitur. Vide modo Cic. de Sen. IX. 29. ib. Gernhard. p. 55, cui item loco jam antiquitus correctores manus injecerunt. Pro *ad suffr.* Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. habent *in suffr.*, utramque vocem non habet Cod. Cr.; in eodem et in Copp. Victt. b. pro *consilii* est *auxilii. Mr.*

Quam fuse in tribus] Legendum videtur *quam confuse* etc. Dav.

Quam fuse in tribus] Codd. Cr. et M. *fuisse* pro *fuse.* Goer. dicit recte Ernestum *fuse* tueri contra Davisii conjecturam *diffuse;* in eo bis erravit: neque enim Dav. *diffuse* volebat, sed, quod ipsum probat Goer., *confuse*, neque Ern. contra Davisium vulgatam defendit; nihil enim dixit, quam *fuse* esse i. q. sine discrimine ordinum. Et recte. Sch., ut solet, non inspecta Davisii editione, Goerenzium exscripsit. — Tum scripsimus *causa nostra* cum Dav. Goer. et Sch. ex omnibus Goer. nostrisque Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Par. et Comm.,

45. fuse in tribus convocatus. Quo verius in causa nostra vir magno ingenio summaque prudentia, L. Cotta, dicebat, nihil omnino actum esse de nobis: praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse, neque ulla privilegii: quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. Sed visum est et nobis et clarissimis viris

cum vulgo edatur *nostra causa;* minus bene. Nam, ut bene monet Goer., vox *causa* praeposita illam publicam causam notat, in qua de Marci exilio agebatur. *Mr.*

§. 45. *Vir* magno ingenio *summaque prudentia*] Vulgo *vir* magni ingenii *summaque prudentia.* At cum Paris. exhiberet *magnus ingenio*, rectam lectionem facile vidi, quae propter sequentia postulatur. Dav.

Vir magno ingenio summaque prudentia] Recepi cum Sch. Davisii emendationem. Goer. ex sex suis Codd. recepit *magnus ingenio*, quod item habet Cod. Guelf. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et noster Cod. M. Vulgatam ferri non posse concedo, itemque haud plane esse rejiciendam eam, quam dedit Goer.; sed quod ait *magnus* referendum etiam esse ad *summa prudentia* sc. juris: id ego mihi nunquam persuaderi patiar. Quis enim credat Ciceronem dicere voluisse *L. Cotta summa prudentia magnus est* —? Cod. Cr. habet *magis ingenii:* reliqui libri vulgatam sequuntur. *Mr.*

L. Cotta,] L. Aurelius Cotta Consul fuit cum L. Torquato a. u. 688. De eo v. not. Turn. *W.* — In seqq. pro *praeter enim quam* tres Goer. nostrique Codd. Cr. W. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Sturm. habent *praeterquam quod;* pro *comitia* Cod. Cr. *aiacia*, Copp. Victt. b. *amicitia.* Pro *praeterea* Codd. Cr. W. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et vetus Caroli Steph. habent *propterea.* Post *capitis* repetunt *neque* Edd. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Car. Steph. Brut. Sturm. Turnebus in primo comm. conjecit: *neque tributa capitis, neque comitia curiata esse posse.* In Edd. Asc. 1. 2. in marg. legitur *vel: neque curiata esse possent. Mr.*

Rata esse possent, *neque ulla* privilegii] Codices *privilegia*, quo modo *Turnebus* et *Lambinus* ediderunt. Lego, *rata esse posse* (nempe Cotta dicebat) *neque illa privilegia;* quae scilicet in Tributis, non Centuriatis, comitiis erant lata. Dav.

Rata esse posse] Ita scripsimus cum Turn. Lamb. Wagn. Rath. Goer. Sch., grammatica ratione postulante, et ita dedit etiam Aldus nepos. Schefferus, quia *possent* omnes libros occupat, conjecit *posse*, *sed neque ulla privilegii.* »Vitium, ait, est ex eo, »quia primum junctim scriptum »fuit *possesed*, deinde factum *pos*»*set*, quod emendans quispiam et »referens ad praecedens *essent*, »scripsit *possent.*« Pro *privilegii* est *privilegia* in Codd. nostris omnibus, itemque in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Brut. Sturm. Car. Steph. Comm. Lamb. Goth. Solae Edd. Par. et Ald. habent genitivum, qui post Gruterum, ut videtur, ab omnibus receptus est: et merito. Goer. ex suis libris nihil enotavit. *Mr.*

Et nobis et clarissimis viris]

melius, de quo servi et latrones scivisse se aliquid dicerent, de hoc eodem, cunctam Italiam, quid sentiret, ostendere.

Sequuntur de captis pecuniis et de ambitu leges. 20.
Quae cum magis judiciis, quam verbis sancienda sint; 46.
adjungitur, NOXIAE POENA PAR ESTO, ut in suo vitio

Cod. W. et Copp. Victt. b. *et nobis. Mr.* — *Clarissimis viris* i. e. Cn. Pompejo, P. Cornelio Lentulo, L. Corn. Cottae, sociis in revocando Cicerone. Revocatus est senatusconsulto et lege populi comitiis centuriatis lata, civibus ex Italia omni confluentibus ad suffragia ferenda, eique redeunti obviam venientibus. Vid. Franc. Fabric. Marcodurani Hist. Ciceronis a. u. 696. *W.*

De quo servi et latrones scivisse] Sic emendant *Adr. Turnebus* et *Manutius*, cum in MSStis omnibus scriptum sit *servi et patroni.* In codice *Memmiano* emendatum est, *de quo servi et pauci omnino cives aliquid dicerent;* fortasse melius. LAMB.

Servi et latrones] In antiquis libris *servi atque patroni*, et *servi et patroni tui*, legebatur. Nos *servi et latrones* emendavimus; ut tamen, si quis melius attulerit, libenter eum secuturi simus. P. MANUC.

De quo servi et latrones scivisse se] Receptum hoc est in omnes fere edd. a Turnebi conjectura. Nam Victorii editio codicesque mss. vett. *patroni* vel *patronis.* GRUT.

Servi et latrones] Goer. libri fluctuant inter *patroni* et *patronis;* posterius habent nostri Cr. et W. Copp. Victt. b. Sed *latrones* exhibent Copp. Victt. a. Turn. in comm. primo scripsit *latrones tum scivisse se.* Receperunt lectionem *latrones* Edd. Ald. Brut. Sturm. Car. Steph. Lamb. et posteriores. In Edd. Victt. et Par. est *Servii atque patroni scivisse aliquid;* in Ed. Asc. 1. *Servii et patroni tui se aliquid;* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. *servi atque patroni civesque aliquid;* varr. lectt. Crat. et Herw. *C. Servii et patroni tui scivisse se aliquid.* Cod. M. *servi et p̄ronis tuis se ad;* vocem *se* omittit Cod. Cr. et in Cod. W. legitur *patronis civis se aliquid;* denique in Copp. Victt. a. est *dicerentur* pro *dicerent*, in Copp. Victt. b. *patronis civisque al.* Vocem *se* omittunt septem Codd. ap. Goer. et apud eundem iidem habent *dicere.* Victorius in adversariis haec: »Ita arbitror legendum: *de quo servi atque latrones scivisse aliquid dicerentur*, *de eodem* etc.« *Mr.*

De hoc eodem, cuncta Italia *quid sentiret ostendere*] Vulgo *de hoc eodem* cunctam Italiam, *quid sentiret*, *ostendere.* Nos ductu Codicis Parisini locum sanavimus. DAV.

Cunctam Italiam, *quid sentiret*,] Non potui, quin cum Ern. et rell. librorum tantum non omnium lectionem restituerem, cui tantum abest, ut praestet Davisii ratio, ut praeferenda etiam vulgata videatur. *Mr.*

Cap. 20. §. 46. *Sequitur de vi*, *de captis pecuniis et de ambitu legis*] Adjutus a vetere scriptura emendavi, *Sequuntur de vi*, *de captis pecuniis et de ambitu leges.* Tria enim capita, quorum unum ad vim, alterum ad captas pecunias, tertium ad ambitum pertineret, Leges appellat; ut paullo ante [cap. 19.] cum dixit, *Leges praeclarissimae de*

quisque plectatur: vis, capite; avaritia, multa; honoris cupiditas, ignominia sanciatur. Extremae leges sunt nobis non usitatae; rei publicae necessariae. Legum custodiam nullam habemus: itaque hae leges sunt, quas apparitores nostri volunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publi-

xii. *Tabulis translatae duae, quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetant.* P. Manuc.

Sequuntur de captis pecuniis et de ambitu leges] Vulgo *legis.* Sed Latinitas jubebat ut editiones sequerer *Ascensii Lambini*que. Quod autem *P. Manucius* [non Manutius, sed *P. Victorius*] emendat, *sequuntur* de vi, *de captis pecuniis* etc. omnino supervacaneae sunt istae voces: *de vi* enim supra dixerat ad illa legis verba, *Vis in populo abesto.* Vide cap. XVIII. In editione quidem *Victorii* cap. IV. legas, *Vim ne faciunto. Donum ne capiunto:* unde consentaneum fuit, ut hoc in loco daret, *sequuntur* de vi, *de captis* etc. Illa vero additamenta contra fidem sunt librorum. Dav.

Sancienda *sint*] Lego *sanciendae sint;* leges videlicet. Dav.

Sequuntur de captis pecuniis et de ambitu leges] Servavimus hanc lectionem, quam exhibent Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ald. Lamb. Bip. Wagn. Goer. Sch. Sed ita nullus liber MS. Primum enim nullus habet *sequuntur*, sed vel *sequitur*, ut plerique Goer. et nostri Cr. W. Copp. Vict. b. Edd. Asc. 1. Car. Steph. Brut., vel *sequid*, vel *siquid*, vel *sed quod*, vel, ut noster M., nil nisi *sed.* Tum omnes Codd. conspirant in *legis*, quod est in Edd. Par. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Grut. Verb. Ern. In Edd. Par. et Comm. est Victorii additamentum *de vi*, reliqua, ut nos edidimus. Vocem *et* omittunt Codd. Cr. W. et Ed. Sturm.; pro *captis* est *capitis* in Codd. W. et M. His omnibus perpensis mihi cum Goer. valde veri est simile legendum esse *Sequitur de captis pecuniis et de ambitu:* ut *legis* sit glossa ex margine in verborum seriem perperam recepta. Ita noster saepius, v. c. supra II. 14. 34. *sequitur enim de jure belli.* Wytt., qui legit *Sequuntur — legis*, (quod ex Ed. Ern. recepit Goer. in Ed. min.) hanc addidit notam: »Vox *legis* ultimo loco »posita habet aliquid ambiguitatis. Sensus est: *Sequuntur hae* »*partes legis, quae sunt de captis* »*pecuniis*, i. e. de donis contra »jus acceptis, *et de ambitu.*« Quod ad sensum optime. Sed pace summi viri dixerim, ita Ciceronem locutum esse, ut ad *Sequuntur — legis* subaudiatur *partes*, persuadere mihi non possum. Dixisset sine dubio *Sequuntur ea legis, quae sunt de captis* etc. *Mr.*

Sancienda sint] Codd. Cr. W. M. Copp. Victt. b. Edd. Asc. 1. 2. habent *sunt;* sed adversatur ratio grammatica. Pro *noxiae* scribitur *noxae* in sola Ed. Sturm. *Mr.*

Ut in *suo vitio quisque plectatur*] Lego *ut* e *suo vitio quisque plectatur;* id est, pro vitii sui ratione. *Terentius* Adelph. Act. II. Sc. I, 22. *Si possiderem, ornatus esses* ex *tuis virtutibus. Plautus* Poen. Act. V. Sc. V, 49. *Cumque* e virtute *vobis fortuna obtigit.* Vide sis et Cl. *Cortium* ad *Sallustii* Catil. cap. 26. Dav.

Ut in suo vitio quisque plectatur] Non erat, quod conjiceret

eam nullam habemus. Graeci hoc diligentius; apud quos *Νομοφύλακες* creantur: nec hi solum litteras, (nam id quidem etiam apud majores nostros erat,) sed etiam facta hominum observabant, ad legesque b.

Dav. *e suo.* Eodem plane modo, quo noster, locutus est Corn. Nep. Att. XI. 6. *ne qua in re jure plecteretur.* Cod. W. habet *plectantur.* Scripsit autem Rathius in notula sua: *ut in suo quisque vitio;* et hoc ordine noster saepissime utitur; vide modo Beierum in Indice ad Heindorfii Ed. Cic. de Nat. Deor. p. 397. sq. Sed in omnium librorum consensu mutare verborum ordinem vulgatum non sum ausus, quamquam ille magis placet. — Pro *vis* in Cod. Cr. est *jus*, solenni errore. Tum Cod. W. *multa:* sed v. Grotefend. Gramm. Lat. II. §. 144. Orthogr. *Mr.*

Sanciatur] I. e. puniatur lege sancita. *W.* Sequentia Turn. in comm. 1. ita scribi volebat: *non sunt nobis usitatae. Mr.*

Legum custodiam nullam habemus] Hoc quasi per paraphrasin explicatur ultimis verbis: *nullam habemus memoriam consignatam publicis literis*, i. e. non habemus libros et corpus legum, ubi omnes leges collectae et publica auctoritate editae exstent. Itaque has tantummodo leges novimus, quas apparitores nostri volunt, easque a librariis nostris petimus. *Apparitores* sunt omnes ministri magistratuum et judicum, veluti lictores, accensi, viatores, scribae, librarii. Duo postrema genera etiam habebant custodiam legum, librorum, omnino chartarum, quarum collectiones nos hodie vocamus *Archiva.* Ergo magistratus et jureconsulti petebant legum *ἀπόγραφα*, scripta exempla, ab his librariis et apparitoribus. *W.*

Itaque hae leges sunt etc.] Verba *itaque hae — litteris* desunt in Cod. Cr.; in eodem omittuntur in hoc capite *censoribus — semper*, deinde haec omnia: *nisi forte quid — junctum magistratibus*, denique in fine libri verba *et tradita.* Pro *hae leges* Cod. W. habet *eae leges. Mr.*

Νομοφύλακες] Cod. Cr. *nomophylaces*, Cod. W. *νομοφίλακες*, Cod. M. *nro philotes.* Ad rem cf. Ern. Clav. Cic. in Ind. Graeco-Lat. p. 881. Adde Platon. de Legg. VI. p. 752. sqq. ed. Steph. Aristot. Polit. IV, 14. VI. extr. In seqq. Codd. W. et Cr. omittunt *hi. Mr.* — Adde Photii Lex. Gr. p. 221. Lexicographos ap. *Bekker.* in Anecdott. Grr. I. p. 283. coll. p. 191. et consule *Schoemannum* de Comitiis Athenienss. c. VII. p. 83. sqq. *Cr.*

Apud majores nostros] Apud Romanos antiquos legum exemplaria scripta servabantur, ergo erat custodia legum: sed temporibus Ciceronis hoc non item, ut prius, diligenter fiebat. *W.*

Facta hominum observabant] Ut poena mulctarent eos qui legibus non parerent. Adi *Columellam* XII, 3. *Xenophontis* Oeconom. IX, 14. *Pollux* lib. VIII. §. 94. *Τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν, ἜΝΙΑ διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέρει.* Lege *συγκαθίζουσιν ἘΚΕΙΝΟΙ*, (nempe *Νομοφύλακες*) *διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει.* Illorum enim non fuit *quaedam* tantum bono Reip. contraria prohibere: sed *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν Προέδρων, κωλύοντες ψηφίζειν, ἘΙ ΤΙ παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειε καὶ ἀσύμφορον τῇ πόλει.* *Suidae* verba sunt in *οἱ νομοφύλακες.* Vide sis eumdem, simul ac

47. revocabant. Haec detur cura censoribus: quandoquidem eos in re publica semper volumus esse. Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint; deque iis censores praejudicent. Hoc in Graecia fit, publice constitutis accusatoribus. Qui quidem graves esse non possunt,

Harpocrationem, in *Νομοφύλακες*. Dav.

Ad legesque revocabant] I. e. cives, qui has leges migrarent, a custodibus legum revocabantur ad leges, i. e. vel monendo vel accusando revocabantur ad leges observandas. *W.*

§. 47. *Haec detur cura*] Legendum fortasse est, *Haec* mandetur *cura*. Lamb.

Ibid. Nihil muta; sic enim loquitur, inter alios, *Tacitus* Hist. I, 80. Dav.

Apud eosdem, qui Magistratu abierint, edant et exponant] Hanc in rem Athenis constituti fuere *Λογισταὶ* vel *Εὔθυνοι*. Vide *Sam. Petitum* Legg. Attic. pag. 224. Dav.

Qui magistratu abierint] Cod. Cr. *abierit*. Quod mox repetitur vox *censores*, quae intelligi posset, de eo loquendi genere Goer. laudat Bremium ad Cic. de Fato 7. p. 27. et Scheller. Obss. p. 54. Adde Livium VI. 1. *quae a condita urbe ad captam eandem urbem Romani — gessere:* ubi vid. interprr. *Mr.*

Deque iis censores praejudicent] Sc. notis censoriis judicent ante, quam in judicium vocentur. *Ern.* — I. e. ita judicent, ut tamen ordinariis judicibus et accusationi locus non praeripiatur, sed integer relinquatur. — *Hoc in Graecia fit* etc. Apparet ex ipsa lege supra cap. 4. in fine, h. l. aliquid excidisse. Nam magistratu functi etiamsi rationem reddidissent probassentque censoribus, tamen integrum erat cuique, eos accusare muneris non bene defuncti, ut mox ipse Cicero dicit. Itaque ejusmodi videtur fuisse Ciceronis scriptura: *deque iis censores praejudicent, ita tamen, ut aliis integrum sit, eos in judicium vocare. Hoc in Graecia fit* etc. Sic Demosthenes publice electus erat accusator Aristogitonis. Conf. H. Valesius ad Harpocrationem p. 75. *W.* — Cf. Aristot. Polit. VI. 8. Sigon. de Rep. Athen. IV, 3. p. 547. sq. ed. Wechel. 1593. f. m. *Mr.*

Publice constitutis accusatoribus] Adi Cl. *Torrenium* ad *Valerii Maximi* lib. III. cap. viii, 4. extern. Dav.

Graves esse non possunt] Cod. M. *possent nisi essent*, et ita Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. In seqq. Copp. Victt. b. non habent *est* post *melius*. Vocem *censoribus* non agnoscit Cod. W. *Mr.*

Integram tamen legem] *Turnebus* edidit *integram tamen* legi — *servari*. Sed, praeterquam quod ea vox abundat, adversantur omnes Codices, et summo consensu vulgatam lectionem retinent. Eam tamen sanam esse mihi non persuadeo. *Cicero*, nisi fallor, scripsit, *integram tamen* LITEM *accusatori judicioque servari*. Dav.

Integram tamen legem] I. e. actionem ex hac lege. Quod si ita cum Goer. explices, vanam esse videbis Davisii conjecturam. Ed. Comm. *legi*. Cod. M. *integratam legem*, errore ex scribendi compendiis orto. In seqq. Copp. Victt. b. *satis etiam* pro *satis jam*. *Mr.*

Quid? *si nos tacemus locus ipse* tamen *admonet*, *quid tibi sit*

nisi sint voluntarii. Quocirca melius est, rationes referri causamque exponi censoribus; integram tamen legem accusatori judicioque servari. Sed satis jam disputatum est de magistratibus, nisi forte quid desideratis. Att. Quid? si nos tacemus, locus ipse non admonet, quid tibi sit deinde dicendum? M. Mihine?

deinde dicendum] Vulgo praetermissa prima voce dant, *si nos tacemus*, *locus ipse* non admonet, *quid tibi sit deinde dicendum?* At cum Paris. Balliol. Harleian. sec. editio pervetus et Ven. 1471. habeant, *Quid si* non *tacemus*, *locus tamen ipse*, vel *locus ipse tamen*, *admonet* etc. *Ciceronis* manum non difficulter eruimus. DAV.

Quid? si nos tacemus, locus ipse non admonet,] Haec est unius Cod. apud Goer. lectio, sed quae aliorum librorum auctoritate valde fulcitur. Vocem *quid* habent fere omnes Goer., nostrique W. et M. Copp. Victt. a. et b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Car. Steph. Ald. Brut. Lamb. Goth. Sturm. *Nos* habent fere omnes Goer., noster W. Copp. Victt. a. et Edd. vett. praeter Asc. 1. (ubi est *non*) omnes; denique *non* pro *tamen* habent tres Goer., sed praecedente *te*, itemque Edd. Par. Comm.; *tamen ipse non* legitur in Edd. Car. Steph. Lamb. Goth. Ald. Brut. Reliqui *tamen ipse* omisso *non*, in Cod. M. est *tamen ipseque monet*. Ern. Wagn. Bip. *locus ipse admonet*, omisso ab initio *Quid*. *Mr.*

Junctum magistratibus] I. e., ut vulgo loquuntur, haec materia cohaeret cum ea de magistratibus, seu magis Latine, hoc argumentum continuum est et proximum illi de magistratibus. — *Quod ignorari ab iis* etc. est breviloquentia. Sensus ita interpretandus: Ego requiro id, quod ignorari turpissimum puto a magistratibus i. e. cognitionem legum antea latarum. *W.*

§. 48. *A librariis* lego] Placebat Puteano *legi*, Lambino *peti*. GRUT.

Leges a Librariis petit] Sic *Lambinus*, quem sequor: nam supra dixerat Marcus, *Leges a Librariis* PETIMUS. Libri tamen pertinaciter exhibent *Leges a Librariis lego;* ex quo *Cl. Puteanus* facit *Leges a librariis legi*. Incommode quidem et ἀμφιβόλως. DAV.

Leges a librariis lego] Non placet haec scriptio, quae est librorum omnium, malimque Lambini *peti* in aliquo certe repertum. Sed cum paullo ante scripserint omnes sine variatione lectionis *leges a librariis petimus*, cur in re tam facili, et porba scriptione tam propinqua, erraverint, et pro *peti* substituerint *lego*, nisi vel hoc vel simile quid a Cicerone ipso fuisset scriptum? Servarunt librorum lectionem Ern. Wagn., sed uterque invitus, Goer. eam insolentem esse non negat, sed defendit tamen, Sch. tacite restituit. Wytt. quoque malebat *peti*; neque ego, si me roges, quid malim, adversor. *Mr.*

Plerosque in magistratibus] Cum in Codice *Memmiano* repperissem hanc antiquam scripturam, *resque in magistratibus; ego plerosque* pro *resque* reposui. Quod si quis velit legi *plerosque magistratus*, non improbem; verumtamen nihil praeterea mutare velim. LAMB.

Quosque in magistratibus etc.] Idem Puteanus, *quosque magistratus* etc. GRUT.

Quosque in magistratibus] *Cl. Puteanus* legendum conjecit *quos-*

de judiciis arbitror, Pomponi: id est enim junctum
48. magistratibus. Att. Quid? De jure populi Romani, quemadmodum instituisti, dicendum nihil putas? M. Quid tandem hoc loco est, quod requiras? Att. Egone? Quod ignorari ab iis, qui in re publica versantur, turpissimum puto. Nam ut modo a te dictum est, leges a librariis lego: sic animadverto, quosque in magistratibus ignoratione juris sui tantum sapere, quantum apparitores velint. Quamobrem, si de sacrorum alienatione dicendum putasti, quoniam de reli-

que magistratus. Victorius edidit *plerosque magistratus; Lambinus* autem *plerosque in magistratibus.* Nostri quidem MSSti vulgatam lectionem repraesentant, nisi quod in Paris. sit *sic animadvertor hosque magistratibus.* Forte *plerosque* e *magistratibus.* Dav.

Quosque in magistratibus] Cod. M. *animadvertor hocque magistratibus ignorantie inter sui.* Cod. W. *sic animadverto quoque in magistratibus.* Servavimus vulgatam, quam tuentur reliqui libri, cum Goer. et Sch., ita tamen, ut cum illo *quosque* loco *plerosque* dictum accipiamus. *Mr.*

Quamobrem, si de sacrorum etc.] Hic locus aliquid difficultatis objecit Turnebo et Lambino; certe in fine videtur legendum esse *de potestate eorum, tum de jure civium disputes.* M. Junium Gracchanum [J. Laur. Lydus de Magg. Romm. Prooem. p. 2. *Γραχχιανὸν* vocat. *Cr.*] scripsisse de potestatibus intelligitur ex Ulpiani fragmento libri de officio Quaestoris, Pandect. I. Tit. 13, quod ipsum erat argumentum, de quo Atticus a Cic. disseri volebat proximo libro, quodque argumentum tractaverat Junius in libro ad Attici patrem scripto. Igitur sensus Cic. hic est: *quoniam superiore libro jus Populi Romani attigisti in loco de sacrorum alienatione, ita nunc in loco de magistratibus explica jus Populi Romani, quod in potestatibus* i. e. *in magistratibus valet.* Ceterum hujus M. Junii, utrum *sodalis* cognomen sit familiae, an muneris et ordinis equestris, non constat: prius tamen verisimilius videtur. Vid. Ern. in Cl. Cic. p. 189. *W.*

Cum *de religione*] Vulgo *quoniam de religione.* Non ita bene. Nos igitur lectionem recepimus, quam praestant Harleian. pr. sec. Med. editio pervetus aliaeque nonnullae. Dav.

Quoniam de religione] Ita restituimus cum Goer. et Sch., eaque est, uno excepto, lectio Goer. Codd. omnium, nostrique Cod. M. Copp. Victt. a et b. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Par. Comm.; unus Goer. et noster Cr. habet *quom*, unde vitium natum vides. Solus W. cum Dav. facit. *Mr.*

De potestate, tum de *jure disputes*] Forte *de potestate* eorum et *jure disputes.* Lamb.

Ut, magistratibus etc.] Tres Goer. *lege ob constitutis*, noster Cod. M. *leges ob constitutis,* Edd. Asc. 1. et 2. *ab lege constitutis.* Cod. M. *de potestatum jure.* Rath. conjecit *ut, magistratibus lege constitutis et potestate, tum de jure p. r. disputes.* Magis placet Wyttenbachii ratio, paullo superius exposita. Goer. nihil desiderat, dicens, hoc libro universe tantum et strictim de potestate

gione leges proposueras: faciendum tibi est, ut, ma-
gistratibus lege constitutis, de potestate, tum de jure
disputes. M. Faciam breviter, si consequi potuero: 49.
nam pluribus verbis scripsit ad patrem tuum M. Iu-
nius sodalis perite, meo quidem judicio, et diligenter.
At de jure naturae cogitare per nos atque dicere de-

et de jure disputatum esse, neque esse mirandum, si haec auctor seorsim tractare promittat. — Quod satisfaceret, si hoc significaretur; cujus significationis nullum apparet vestigium. Sequitur in Cod. M. *Etiamsi breviter consequi potuero, non plur.* etc. *Mr.*

§. 49. *M. Junius sodalis*] V. Turn. et Ern. Clav. Cic. Jo. Laur. Lydus l. c. p. 2. *Ὅτι δὲ καὶ Γρακχιανός τις πάλαι περὶ τούτων ἔγραψεν, ἴσμεν τοὺς νομογράφους ἀναφέροντας κ. τ. λ. Cr.* Pro *perite* Cod. Cr. *perito*, Cod. M. *peritum eoque judicio. Mr.*

At de jure naturae cogitare per nos atque dicere] Expeditissima haec Turnebi lectio, an a libris sit, nescio; quandoquidem ex ipsissimis vestigiis vulgatae lectionis eruta est; habeat has sedes ejecta vulgata implicitissima: at de jure naturae cogitari per nos et quae dicere debemus. GRUT.

At de jure naturae cogitare per nos atque *dicere* debemus; *de jure populi R. quae relicta sunt* et tradita] Haec est *Turnebi* conjectura, quae nec mihi nec *Lambino* facit satis. Nam vir ille doctus reponit, *at de jure naturae* cogitabimus *per nos* quae *dicere* debeamus; *de jure* etc. Codices exhibent *at de jure naturae* cogitari *per nos* et quae *dicere debemus*, *de jure P. R.* etc. Totum locum sic refingo, *At de jure naturae cogitare per nos est quae dicere debeamus; de jure P. R. quae relicta sunt, ea tradenda.* Atque haec hactenus. Quod si nostrarum conjecturarum nonnullae liberiores videantur et audaciores; secum reputet Lector hosce libros de Legibus esse corruptissimos nec facilioribus medicinis rem nos conficere potuisse: nam, quod ait *Claudianus* in Eutropium II, 13.

Ulcera, possessis alte suffusa medullis,
Non leviore manu, ferro sanantur et igni.

Sin autem ratio corrigendi melior et accommodatior excogitetur; eam lubens sequar, et inventori gratias habebo. DAV.

At de jure naturae etc.] Probabiliter ita hic locus constitutus est a viris doctis, partim ex Codd., partim e conjectura. Igitur quod Ern. in Cl. Cic. v. *M. Junius* p. 186. verbum *naturae* delendum censet, a ratione alienum est: nam universa disputatio Cic. in libris de Legibus est de jure naturae; quippe qui novas leges a naturae fonte duceret, et ad illam civitatis formam, quam in libris de rep. expresserat, accommodaret. Vid. de Legg. I. 7. sqq. c. 22. tum vero II. c. 4 — 8. *W.*

At de jure naturae etc.] Variant in his extremis libri nostri, neque ea sic legi in omnibus Goer. credo, quamquam nihil ille adnotavit. *Cogitari* est in libris nostris omnibus, tam scriptis quam editis, exceptis Edd. Lamb. Comm. Verb. et seqq. In illis omnibus etiam est *et quae* pro *atque*. Cod. W. omittit verba *debemus de jure;* denique Cod. Cr., ut monuimus, non habet verba *et tradita*. Turnebus in Comm. primo ita conjecerat: *At quae de jure magistratuum excogitare per nos et quae*

bemus; de jure populi Romani, quae relicta sunt et tradita. Att. Sic profecto censeo: et id ipsum, quod dicis, exspecto.

dicere debemus de jure populi romani? quae recta sunt et tradita? In fine Cod. Cr. scriptum est *M. Tulii Ciceronis de legibus liber foeliciter explicit.* In Cod. W. *Explicit liber tertius imperfectus de Legibus M. T. Ciceronis.* In Cod. M. *M. T. Ciceronis de legibus explicit. d. g. Mr.*

FRAGMENTA.

Ex lib. I. DE LEGIBUS.

LACTANTIUS lib. V. cap. 8.] Sicut una eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur; sic omnes homines inter se natura confusi, pravitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos et subjectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profecto vitam homines viverent.

Ex lib. II. DE LEGIBUS.

LACTANTIUS lib. I. cap. 20.] Magnum audaxque consilium Graecia suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit.

Fr. I. *Homines viverent*] Ita Dav. Thomasius, Heumannus et Bunemannus. Sed in Ed. Frgmm. Cic. Wecheliana, a Sylburgio curata, Edd. Verb. Ern. Wagn. et Sch. est *omnes viverent*. »Hunc locum, ait Wagn., viri docti ad primum librum retulerunt, argumento hoc, puto, satis idoneo adducti, quod de naturali hominum conjunctione in primo libro sermo est, neque alio in libro huic causae tractandae commodus locus invenitur. Probabile igitur est, particulam esse lacunae in cap. XII. notatae; quo etiam respicere videtur Cicero §. 60 ejusdem libri: *omnesque natura conjunctos suos duxerit*. — Pro *confusi* pronum esset legere *conjuncti;* sed bene se habet vocabulum significantius, quod non abhorret a consuetudine Ciceronis, ut de Off. I. 27. decorum totum est cum virtute confusum.« *Mr.*

Fr. II. *Magnum audaxque*] Assentior opinanti Sigonio, ex secundo de Legibus haec verba excidisse. Etenim cum aperte significet Lactantius huic isti sententiae etiam verba illa adjecta fuisse, quae exstant manifeste II. de Legibus: *Virtutes oportere, non vitia consecrari* [c. XI.] profecto perspicuum est, quid de his quoque, quae antegressa fuerunt, sit nobis judicandum: tum vero praeterea concludens totum hunc locum Lactantius paullo post ita scribit: *Itaque praeclaram illam tuam legem derideo, quam ponis his verbis: Ast illa, propter quae datur homini ascensus in coelum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunto.* Est autem haec lex lib. II. de Legib. Ex quibus omnibus fit quoque et illud, ut si cui locum illum Ciceronis, in quo positam legem de Mentis, Pieta-

Ex lib. V. DE LEGIBUS.

MACROBIUS Saturn. lib. VI. cap. 4.] Visne igitur, quoniam sol paullulum a meridie jam devexus videtur, neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendamus ad Lirim, eaque, quae restant, in illis alnorum umbraculis persequamur?

Ex libro incerto DE LEGIBUS.

LACTANTIUS lib. III. cap. 19.] Gratulemurque nobis, quoniam mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem est allatura statum. Nam sine corpore, animo vigente, divina est vita; sensu carenti nihil profecto est mali.

tis, ceterorumque similium deorum consecratione explicat, corrigere libeat, deformatum hoc tempore et depravatum, is hoc isto ex Lactantio prolato fragmento non mediocriter possit adjuvari, praesertim cum significet, huic sententiae adjunctum illud fuisse, quod diximus, de virtutibus potius, quam vitiis consecrandis, quod in his libris excusis hodieque extat, eodem in loco. *Patricius*. Hunc locum lib. II. §. 28. ante verba: *virtutes enim, non vitia* inserendum esse, apparet ex ordine, quo eum Lactantius recenset. — Audax autem tale consilium dicit, quod adolescentium animi, per se ad libidinem proni, horum adspectu simulacrorum magis incitabantur. *Wagn.*

Fr. III. *Descendamus ad Lirim*] Ed. Macrobii Lugdun. ap. Gryph. 1550. et Bipontina habent *descendatur*. Sed ii, qui Ciceronis fragmm. collegerunt, omnes, ut videtur, correxerunt *descendamus*. *Mr.* — Hic locus in primis argumento est, plures quam tres de legibus libros Ciceronem scripsisse, et temporis designatio commode quadrat in initium libri quinti. *Wagn.*

Fr. IV. *Quoniam mors aut meliorem, quam*] Sic meus Lactantius; et item *animo vigente*, itemque *sensu carente:* non ut erat: *quoniam aut mors leviorem — anima vigente — sensu carenti.* — *Patricius*. Hic locus ad Lib. II. ejusque paragraphum vel 36, ubi de meliore et vivendi et moriendi ratione in mysteriis explicita dicitur, vel 68, ubi de immortalitate animorum quaedam dicta videntur, quae tamen mutila ad nos pervenerunt, referendus mihi quidem videtur. *Wagn.*

Ibid.] In Edd. Lactantii Thomasiana, Heumanniana et Bunem. est *Gratulamurque — divina vita est — sensu carente.* Pro *carente* quidam Thomasii Cod. habet *pereunte*, quod est correctoris. Ad v. *carente* Heumannus adnotavit: »Subaudi *animo*. Opponitur enim »anima s. animus, post mortem »corporis superstes ac vigens, animo, qui una cum exstincto cor»pore vita sensuque careat. Male »ergo quidam Thomasii Cod. *per»eunte*.« Nos vero cum Verb.

AUGUSTINUS Civ. Dei lib. XXI. cap. 11.] Octo poenarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exsilium, mors, servitus.

SERVIUS in VIRGILII Aen. VI, 611.

CICERO ait in libris legum: * Stipem prohibeo: nam auget superstitionem et exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est.

* Vide quae diximus ad lib. II, de Leg. cap. 16. *Dav.*

Ern. et Sch. dedimus *carenti*, ut Ciceronis sermoni accommodatius. *Mr.*

Fr. V. *Octo* etc.] Apud Augustinum, Ed. Basil. Froben. 1570. f. m. cum comm. I. Lud. Vivis p. 1291. ita scriptum est: *Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius, damnum, vincula, verba, talionem, ignominiam, exilium, mortem, servitutem.* Ubi Vives ad v. *talio* haec: In legib. XII. Tabularum sic habebatur: *si membrum rupit meum, e pacto talio esto* [vel potius: *Sei. membrom. rupsit. nei. cum. eo. pacit. taliod. estod.* Ex restitutione Funccii.] *Talio* vocabatur, quod, quale quis fecerat, tale passurus esset: ut, si eruisset oculum alienum, amitteret suum: si amputasset alterius nares, perderet suas. De cujus aequitate legis disputat cum Sex. Caecilio Favorinus philosophus apud Gellium lib. XX. [c. I.]. *Mr.* — Hic locus librum tertium respicere videtur, sed quam partem, non liquet. Num ad §. 6, an ad 27, an 46 rejiciatur? *Wagn.*

Fr. VI. *Stipem* etc.] Hoc non in fragmentis posuerunt Ern. et Sch.; nec injuria. Vide modo, quae nos ad eum locum supra disputavimus. *Mr.*

EXCURSUS I.

ad L. I. c. 21. §. 55.

In qua quoniam usucapionem XII tabulae intra quinque pedes esse noluerunt — tres arbitri fines regemus.

Turnebi notam vide in ejus commentario. *Schefferus* (cujus quamquam sententiam improbamus, annotationem tamen silentio premere noluimus), hic igitur ita: *Voluerunt.* Ita habent libri omnes, contra quos Victorius, Alciatus, alii, *noluerunt.* Puto *voluerunt* esse rectum. Nam si *noluerunt* illae leges, quid ita sequitur, *depasci non sinemus?* An potuerunt sinere contra leges, aut alter depascere, legibus hoc prohibentibus? Puto ego, duplicem fuisse controversiam de agris, alteram attingentem solos fines, alteram, partem earum. Finium controversiam, cum quaereretur de spatio, quinque pedes non excedente latitudine sua. Aliam, si de spatio majore. In hoc quinque pedum spatio usucapionem concessisse leges duodecim tabularum, non in majori, ac propterea fuisse opus, ut, qui usucapione fines suos nollet amittere, per controversiam de finibus regundis jus suum tueretur. Hoc ita se habere colligo ex constitutione Constantini, quae exstat in Codice Theodosiano his verbis: *cunctis motibus et machinis amputatis finalibus jurgiis omnem modum, quem praescribimus, ac de eo tantum spatio, hoc est pedum quinque, qui v e t e r i j u r e p r a e s c r i p t i sunt, sine observatione temporis arbitros jussimus judicare. Quod si loca in controversiam veniant, solenniter judicare cognoscas.* Ostendunt utique haec verba, fuisse praescriptionem illorum quinque pedum *veteri jure*, quod ego accipio de legibus duodecim tabularum, existimoque, postea jus illud immutatum per legem istam Constantini, quia nominatim dicit arbitros debere judicare, *sine observatione temporis*, praescriptionem firmantis, quod nimirum ante faciebant, sequentes legem XII. tabularum. Manilium autem legem censeo permisisse arbitros in disceptatione de finibus, de quibus arbitris nil erat definitum lege veteri. Habet alia Goesius in Notis ad

Agrimensores pag. 189. sed haec verbis Ciceronis convenientissima videntur. *D. Gothofredus* in marg. ed. suae ad nostrum locum haec adnotavit: De quinque pedum praescriptione dixi ad L. 5. Cod. finium regundorum, et ad Leges XII. Tabb. titulo finium regundorum. — Ad v. *Mamilia:* utraque lectio (*Mam.* et *Man.*) reperitur apud auctores limitum, Siculum Flaccum, Frontinum, Aggenum, Hygenum, et in libro variorum authorum de limitibus.

Ernestus haec: Vulg. *inter — voluerunt*, quod est nihili. Secutus sum Victorium et Davisium: nam ea lectio consentit rei. Leges XII. tabb. statuerunt, inter praedia esse fines quinque pedum, qui usu capi non possent. Post *depasci* dicit pro usu capi, quia limites depascendo usu capiuntur.

Wyttenbachius: Usucapio antiqua eaque in jure frequens est vox. Modestinus Digest. L. 41. Tit. 3. §. 3. eam definit: *Usucapio est adjectio dominii per continuationem possessionis, temporis lege definiti.* [De hujus legis lectione et universe de hac re vid. Lexicon, quod supra laudavimus, Iuridicum ex Brisson. Hotom. Pratej. et Cujac. p. 1235. et 1274.] Lex haec erat XII. Tabularum, tabulae 8. de jure praediorum, quae sanciret, ut inter vicinorum agros fundosque spatium quinque pedum relinqueretur, quo ire, agere, suasque res tractare uterque dominus posset, item ut esset locus circumvertendi aratri: et si lis orta esset de hoc quinque pedum intervallo, liti dirimendae tres arbitri darentur. Postea anno Urbis 589. [male Wagnerus a. u. 662.] C. Mamilius Tribunus plebis legem tulit de finibus agrorum regundis, cujus legis haec erat pars, ut lite orta inter vicinos de hoc quinque pedum intervallo, ei dirimendae unus eligeretur arbiter, agri mensor seu finitor: si esset ultra quinque pedes lis, tum Praetor adiretur; quippe quae lis jam non ad fines, sed ad possessionem pertineret. Hujus legis memoriam et partes servarunt Frontinus de limitibus agrorum pag. 40. et Aggenus Urbicus in Comment. ad Frontinum p. 53. vid. Goesius in notis ad hos scriptores, item Ernestus in Clav. Cic. leg. pag. 30. [ubi ea lex ad a. u. 642. refertur, minus bene; rectius cum C. Saxio q. v. ap. Bachium l. c. ad a. 514.] Bachius in Hist. Iur. Rom. Lib. II. cap. 2. §. 41. Perversa autem est lectio *inter — voluerunt*, quae est in Ed. Goer. minore: 'nostrae veritas ex re ipsa intelligitur. Ad verba *ex iis* intellige XII. *tabulis*, nos quasi arbitri simus. Neque opus est correctione Turnebi: *sed ex XII.*, neque Ernesti conjicientis *sed ex illis.* — *Acutus homo* est *Zeno*, neque vero, quem Wagnerus existimabat, *Antiochus*.

Goerenzius, bene explicato totius loci sensu et legis Mamiliae tempore, malam adfert conjecturam ex uno Cod. Cass. ubi est *inter XII. tabulas*, unde conjicit: *usucapionem inter* (i. e. inter usucapionem, per anastrophen) *XII. tabulae quinque pedes esse voluerunt.* Merito igitur ejus rationem improbavit Beierus ad Cic. de Off. II. 18. 64. p. 125. q. v. — Pro *ex iis* Goer. legit ex Codd. MSS. et Edd. vett. plerisque *ex his;* quod cum nos quoque in nostris plerisque reperissemus, recepimus. Denique *finis* scribit pro *fines*, ut in vetere juris formula.

Engelbronner. l. c pag. 43. not. b. haec de nostro loco disputat: Legebatur olim *voluerunt*, sed primus recte correxit Victorius *noluerunt*, cui ipsa lex suffragatur. V. Alciatus de quinque pedum praescript. I. V. Gravinae viri diserti et eruditi Liber de Orig. Iuris Cic. pag. 189. 190. Lex voluit etc. (jam sequuntur, quae aliunde notavimus). Vid. Hoffmann Hist. Iur. ind. Legg. *Lege Mamilia.* Huc pertinet vexata lex 5. Cod. *Fin. regund.* ad quam v. Gothofred., quamque, ut mihi quidem videtur, bene explicat I. A. Costa ad §. 31. *Instit. de R. D.* v. H. Hugo Hist. Iur. §. 77. nota 4. qui perperam, spatium illud inter vicinorum agros vacuum relictum fuisse, negat. Ceterum ad d. L. 5. Cod. cf. inprimis Alciatus et Goesius locis laudd. et Bockelm. ad Pand. Lib. X. Tit. 1. p. 323. *Acutum hominem* Zenonem intelligit, cui nimium acumen saepe objicit. V. de N. D. III. 7. Tusc. Disp. V. 5. et III. 7.

Quae ultimo loco addimus, ea *Dirksenio*, Professori Regiomontano, viro nobis amicissimo, accepta referimus. Ita vero ille: Ex iis, qui XII. Tabularum fragmenta collegerunt solus *Calcagninus* (v. ejus Collectanea vetustatis ex antiquis ritibus, ex XII. Tabulis etc. et in collectione Operum aliquot *Caelii Calcagnini.* Basil. 1544. form. max. pag. 376. sqq.) lectionem MSS. et Editionum veterum vulgatam, *esse voluerunt*, servavit. Reliqui emendationem ab *Andr. Alciato* (vid. ej. Liber singularis de V. pedum praescriptione) commendatam, et a *Manutio*, *Grutero*, aliis probatam, *esse noluerunt*, secuti sunt. Ad verba: *sed ex his tres arbitri fines regemus*, tanquam lectio vetus vulgata laudatur vel: *sed nos tres arbitri* etc. (v. c. a *Cujacio* Observation. Iur. Rom. Lib. V. c. 21.), vel: *sed cum his te arbitro si vis regemus* [voluit sine dubio *agemus*, vid. notam nostram contextui subjectam.], (v. c. a *Dion. Gothofredo* Tit. IV. c. 9. in ej. Epitome fragmentorum, quae nobis supersunt ex legib. XII. Tabular. Genev. 1585. 8. et in Appendice fere omnium editionum Corporis Iur. Civ. a *Gothofredo* profectarum).

Neutra tamen lectione usi sunt ii, qui XII. tabb. fragmenta recensuerunt. Quod suasit *Cujacius* (l. c. coll. Lib. 18. c. 11.) et *Ranconeius*, ut pro *sed ex his* legatur *sed ex XII.*, a *Jacobo Gothofredo* (in Collectione Fragmentorum XII. Tabb. vid. ej. Fontes quatuor jur. civ.) et a *Gravina* (v. ej. Origines jur. civ. c. 38.) probatum est; idem vero reprobavit *Ever. Otto* in praefatione ad tertium *Thesauri* volumen p. 36. Qui ipsa XII. tabularum verba restituere conati sunt, ii vel utramque in Ciceronis relatione propositionem *de usucapione finis* et *de judicio finium regundorum* in unum conjunxerunt, v. c. Ursinus (v. ej. notas ad *Ant. Augustini* librum de Legibus et SCtis, Rom. 1583. 4. in *Graevii* Thesaur. A. Rom. Tom. II. p. 1345. sqq.): *Sei vecinei enter se jorgasint, entera V. pedeis oesocapio nec esto. Praetor arbitros treis dato; eorom arbitrio finiom controversias componito;* et *Fr. Pithoeus* (v. ej. XII. Tabular. Fragmenta, in Appendice editionis Codicis Theodosiani, quae sub Cujacii nomine Parisiis 1586. form. max. prodiit): *Ad finibus intra V. pedes usus auctoritas ne esto: si jurgant, finibus regundis Praetor arbitros tres dato.* Vel, utraque propositione separata, sive prioris tantum restitutio tentatur, ut v. c. a *Justo Lipsio* (v. ej. Leges regiae et decemvirales, Opp. Vol. II. p. 227. sqq.): *In finibus intra V. pedes usucapio ne esto;* sive utraque propositio separatim ponitur, v. c. a *Charonda* (Leges XII. Tabb. restituta, ad calcem editionis *Zasii* Catalog. legum antiquar. Paris. 1555. 1567. 1578. a *Char.* curatae): §. 77. *De confinio agrorum vicini ne jurganto, sed tres arbitri fineis regunto.* §. 78. *In controversia de finibus V. pedum usucapio nulla esto.* — Contius pag. 269. c. 17. (v. ej. Brevis collectio veterum Legis XII. tabularum fragmentorum: in Opp. Neap. 1725. form. max.): *In finibus V. pedum spatium relinquunto, Horum aeterna auctoritas esto. Si jurgant inter se vicini de finibus: tres arbitri fines regunto.* — Hotomannus c. 51. (v. ej. Tripartita Commentatio de Legib. XII. Tabb. Lugd. 1564. 8.): *Ut vicini ne inter se jurgarent, eorum quisque in agri sui finibus V. pedes relinquerent, quos usucapi jus non esset.* c. 52.: *Ut, si vicini inter se jurgant, finibus regundis arbitros tres darent, eisque totius rei jus arbitriumque permitterent.* — *Jac. Gothofredus: Intra V. pedes aeterna auctoritas esto. Si jurgant adfines, finibus regundis Praetor arbitros tres addicito.* — Ita scripsit etiam *Bachius* in Hist. Iur. Rom. pag. 60. Sed in Ed. Ciceronis Bipontina T. XI. p. 414. ex restitutione *Funccii* scriptum est: *Sei. jourcant. Adfines. finibus. recondeis. Pretor. arbitros. tris. adeicitod. Mr.*

Mazocchi in Commentar. ad Tabull. Heracll. pag. 391. not. 8. »Illud (*usucapionem XII. tabb. inter quinque pedes* »*esse voluerunt*) non modica luce allinemus ex his Aggeni »Urbici: *De Fine Lex Mamilia quinque pedum latitudinem* »*praescribit, quoniam hanc latitudinem vel Iter ad culturam* »*accedentium occupat, vel circumactus aratri. Quod Usu-* »*capi non potest.* Haec Aggeni suadent, ut in Tullio »sit legendum: *Usucapi* (non *usucapionem*) *XII. Tabu-* »*lae iter*, (non *inter*) *quinque pedes* (istud *iter*, *quin-* »*que pedes* appositio est) *posse* (non *esse*) *noluerunt* »(male *voluerunt*). Lege ergo: *Usucapi XII. tabulae iter* »*quinque pedes posse noluerunt.* Gravi ulceri gravior me- »dela. Haec Tullii. Aggenique ad utram (si duae fuerint) »Mamiliam pertineant, quis auguretur?« Haec Mazocchius. Cujus conjecturae adhibe Rigaltii Gloss. agrimensorr. p. 290. et p. 296. ed. Goes. et J. Dan. *Ritteri* Dissert. de *itineris*, *actus* et *viae* differentia, ad calc. Theophili ed. Reitz. Tom. II. p. 1226, sqq. Cannegieter in Observatt. miscell. cap. 17. p. 455.: »Ciceronis verba de legib. I. 21. in contro- »versia de finibus *usucapionem XII. tabulae inter quinque* »*pedes esse voluerunt*, quae scriptorum librorum est le- »ctio, sic intelligo: usucapio competit ex jure antiquo, dum- »modo de spatio sit controversia, non angustiore quinque »pedibus. Quinque etenim pedum spatium tam ex lege »Decemvirali, quam Mamilia, intercedere debuit inter fun- »dos vicinos, neque usucapi poterat. Res haec est difficil- »lima, quam tetigi potius, quam pressi. Aliorum conjectu- »ras videbis ad l. Ciceronis c.« *Cr.*

EXCURSUS II.

ad Lib. II. c. 2. §. 5.

Unam naturae, alteram civitatis.

Cod. W. ut conjecit Dav. *unam natura alt. civ.* Cod. H. et Copp. Victt. b. *unam naturam civitatis*, Cod. M. *unam natura civitatis. Mr.* — Liv. X. 1. *Eodem anno* (u. c. 450.) *Arpinatibus Trebulanisque civitas data.* Ubi vid. interprr. Liv. XXXVIII. 36. *De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus, tribunus plebis, promulgavit, uti iis suffragii latio* (*nam ante sine suffragio habebant civitatem*) *esset.* — *Rogatio*

perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. — De municipiis cf. Cic. in Rullum II. 32. Digest. L. 33. ad municip. L. 9. pr. de vacat. L. 6. §. 11. de excus. L. 19. pr. de interd. et releg. Ac municipium fuisse *Arpinum* ex hujuscemodi locis effici posse opinatur *Ever. Otto* de Aedilibus Coloniarr. et Municipp. cap. VIII. p. 300. qualis hic est ipsius Ciceronis ad Divers. XIII. epist. 11. *Nam constituendi municipii causa hoc anno Aedilem filium meum fieri volui et fratris filium et M. Caesium, hominem mihi maxime necessarium. Is enim magistratus in nostro municipio, nec ullus alius, creari solet.* Omnia alla Festus p. 363. sq. ed. Dacer. [p. CLXXIII. ed. Ios. Scalig.], qui, posteaquam de Praefecturarum jure ac conditione exposuit, hoc ipsum Arpinum diserte *praefecturis* attribuit, cum dicit: *Alterum* (Praefecturarum genus erat), *in quas ibant, quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos* [Scal. Fondos], *Formias, Caere, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusionem,* [Scal. Frusinonem] *Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum.* Add. de Praefecturis *Mazochi* ad Tabull. Heracll. p. 396. et cf. *Marini* in *Atti de' Fratelli Arvali* p. 108. 109. Quae discrepantia ut tollatur, non est, quod cum *Ottone* l. l. negemus, Ciceronis aetate *Arpinum* adhuc in praefecturis numeratum esse, verum res ita expedienda est, ut eam expediit *Savignyus* in Historia juris per med. aevum I. p. 39. sq.; nimirum ut dicamus, Praefecturas ceteris in rebus accenseri potuisse vel municipiis, vel coloniis civium, vel coloniis Latinis, vel oppidis Latinis: hoc uno ab his omnibus discrepare, quod in Praefecturas *Praefectus juri dicundo*, a populo Romano creatus, mitti solitus esset. Tu vid. praeter locos laudatos Livium XXVI. 16. atque rem conficit locus legis Galliae Cisalpinae ap. *Marini* in *Atti de' Frat. Arvali, Hugonem*que in *Civilist. Magazin* II. p. 439. et apud *Dirksen.* in Obss. ad Selectt. Legis Gall. Cisalp. capp., ubi haec leguntur: »*II vir, III vir, praefectus ejus* »*municipii.*« Proinde *Arpinum* ab Arpinate homine Cicerone *municipium* potuit dici, et nihilo minus *praefectura esse. Cr.*

EXCURSUS III.

ad L. II. c. 2. §. 5.

Ut vestri Attici, priusquam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit, et Sunii erant φράτορες iidem et Attici.

Ita dedimus, cum nemini satisfacere possint Codd. MSStorum lectiones, neque plane satisfecerint virorum doctorum emendationes, ad Creuzeri potissimum sententiam, qui ita in margine Scholarum Wyttenbachii: »Fortasse: *et Sunii* (Genitivo Singul. a Sunium) *φράτορες iidem et Attici*«. Sed audiamus viros doctos praeter eos, quos Dav. loqui jussit. *Ernestus* ad Turnebi emendationem haec adnotavit: »Si non dixere Latini *Sunii* (pro *Sunienses*), videtur legen»dum *Sunii cives.*« *S. Corradus* in Quaestura p. 350. Ed. Ern.: Ego *Eupatridas*, tamquam in urbem iterum recipiendos moneo, idque ex Plutarcho, qui in Thesei Vita scribit Latine ad hunc modum: *primus nobiles, qui sunt Eupatridae ab eo dicti*, sejunxit. *Wagnerus* item pro *Sunii* desiderat *Sunienses* (*Σουνιεῖς*), tum *erant* non recte respondere existimat ad praecedens Perfectum *jussit*, dicendumque fuisse vel *fuerunt* vel *sunt*. Sed non recte attendit vir doctissimus ad temporum rationem. Recte enim ponitur *Perfectum* de actione semel acta et perfecta (absoluta), quale est illud, quod Theseus fecit; itemque recte ponitur *Imperfectum* tempus de eo, quod durabat per longum tempus, quale fuit illud, quod a Theseo institutum erat. Desiderat item Wagnerus aliquid in voce *Attici*, quia *Athenienses* dicti fuerint Athenarum cives, non *Attici.* Quae animadversio non plane videtur spernenda; si quidem recte scribitur *postquam. Rathius* legi vult: *Ut vestri Attici* (*priusquam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit*) *et sunt φράτορες et iidem Attici* — addens: Perpende, utrum hanc conjecturam probare possis prae illa Turnebi, quae a Codd. vestigiis longe recedit.

Goerenzius priusquam defendit, dicens, Ciceronem de temporibus ante Theseum loqui videri. Ad suam vero lectionem defendendam (*et simul φράτορες iidem et Attici*) haec adfert: »Duae voces requiruntur eae, quarum altera loci, altera civitatis patriam designat. *Attici* autem dicuntur a communi patria. Iam plane nescio, quae aptior vox

reperiri possit, qua Atticorum ante Theseum quorumcunque quaevis soli patria notetur, praeter Graecam illam, quam edidimus. Nam φράτορες ex Cecropis II., ut traditur, instituto, ii dicebantur, quibus communis in Attica terra habitationis locus, communia sacra et judicia, communesque magistratus essent. Hinc Pollux Onom. III. §. 51. φράτωρ, ὁ μετ' ἐμοῦ δημοτευόμενος. Cf. omnino *Rambachii Archaeolog. Untersuchungen* p. 106. sqq. Habebant igitur ante Theseum φράτορες, soli patriam, a communi civitatis patria sejunctam, i. e. locum eum, quem in Attica seorsim a reliquis Atticis vicatim incolebant. Ex quo vero Theseus Atticos omnes in *Astu* traduxisset, his eadem patria facta est, et soli et civitatis, Athenae.

Schützius scripsit *postquam* pro *priusquam*, et nihil addit, nisi se ea exhibuisse, quae ad vestigia corruptae in Codd. scripturae propius accedere viderentur: »*et suae φρατρίας erant iidem et Attici.*« — Ego desiderarem: *et suae quisque φρατρίας* etc., quamquam libros non addicere fateor.

Wyttenbachius ad Turnebi Victoriique partes se applicat.

Nos quod dedimus, non ita certum esse contendimus, ut vel meliora excogitari posse negemus, vel Ciceronis manum nobis restituisse videamur. Sed cum nihil certius sit, quam corruptam esse lectionem librorum omnium; licere nobis visum est, quod alii sibi sumserunt, qui, quae ipsis ad veritatem proxime accedere viderentur, in sermonis seriem recipere non dubitarunt. Quod ad loci interpretationem a viris doctis ante nos tantum dictum est, quantum sufficere possit. Scriptionem nostram ad vestigia quoque Codicis H. accommodavimus, ubi legitur *finis erant*. Φράτορες autem ex corrupto in aliis Codd. vocabulo cum Goerenzio, si minus veram, certe eam vocem existimamus, quae a vera Ciceronis scriptione ejusque sententia non nimium distet. De Phratriis vid. *Hüllmann. Anfänge der Griechischen Geschichte*, pag. 125. sqq. — Sed operae pretium videtur eam quoque Turnebi notam adscribere, quae est in primo ejus commentario ad calcem Ed. Paris., quamque in eo omisit, quem nos exhibemus. Ita autem ille:

Et symphradas ex Atticis fieri. —

»Varie hic locus in exemplaribus legitur, nec operae nunc »est, omnes lectiones, cum multae mendosae sint, sed dun»taxat probabiles et tolerabiles referre. Alius *symphreatidas* »habet: nec temere, ut opinor, ut intelligantur conventicula »et pagi, quorum communia sacra sunt, a communione sci»licet puteorum, qui φρέατα Graecis dicuntur, voce deriva-

»ta. Nisi melius forte *Symphratrias* legendum putes, eodem »plane sensu. Populus siquidem Atheniensis, in duodecim »tribus erat distributus: singulae iterum tribus in tres *φρα-* »*τρίας*, (quas etiam *τριττύας καὶ ἔθνη* vocant) Suida teste, »dividebantur. *Symphradas* autem si legemus, quod non »displicet, communem consilii conventum, communem sena- »tum et curiam, accipiamus. Nam *φραδαὶ* Graecis consilia »sonant. Non tamen desunt, qui *symphradmonas* legant. »Quod, si placet, quasi consiliarios et ejusdem collegii sena- »tores intelligamus. Quamquam hoc in loco quidpiam deesse »videtur.« — *Mr.*

De re cf. Valer. Maxim. V. 3. 3. et quae plura congessit Meursius in Theseo cap. 17. Adde: *Buttmann über den Brgriff der Phratrie in der Sammlung der Schriften der Berliner Academie der Wissenschaften.* 1820. *Φράτορες* i. e. curiales. cf. Ignarra de Phratriis p. 54. De Thesei hoc instituto loci classici sunt Thucyd. II. 15. Plutarchi in Theseo c. 23. p. 56. sq. ed. Leopold. Etymolog. M. p. 160. p. 145. (conf. Steph. Byz. p. 188. Berkelii): *Φιλόχορος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος φησίν· ἄστυ δὲ προσηγόρευσαν τὴν πόλιν διὰ τὸ πρότερον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας τότε συνελθεῖν καὶ στῆναι ἐκ τῆς πλάνης ἐπὶ τὰς κοινὰς οἰκήσεις, ὅθεν οὐ μετανέστησαν.* Quam etymologiam non magis moror, quam alias. Cf. Philochori Fragmm. p. 35. ed. Siebelis. Strabo lib. IX. p. 369. [Tzschuckii de eadem re locus descriptus est in Turnebi commentario]. Cicero ad Attic. lib. VII. Epist. 3. »Secutusque sum — Terentium: *Heri aliquot ado-* »*lescentuli coimus in Piraeeum.* Et idem: *Mercator hoc ad-* »*debat, captam e Sunio: quod si δήμους oppida volumus* »*esse; tam est oppidum Sunium, quam Piraeeus.*« Haec Cicero, cujus locum expedivit J. A. Ernesti in Indic. Graecit. in voc. *Δῆμοι.* Quae tamen ex parte accuratius definienda sunt doctiore annotatione Valckenarii ad Herodot. III. 55. »*Δῆμον* sive *demum* dicamus, seu *oppidum*, sive *curiam* sin- »gula Ciceronis adfirmari possunt auctoritate. Non apud »Athenienses tantum, sed et alibi *pagi* vel *oppida minora* »dicebantur *δῆμοι*: neque tamen promiscue de quibusvis »ista fuit adhibita appellatio; nihil minus. Quando e pagis »diversis vel minoribus oppidis, cives, seu sponte. aut etiam »inviti coaluerant in unam civitatem; tum dicebantur isti »pagi *δῆμοι*, et singulorum cives, in suam singuli veluti »curiam transscripti, curiales et *δημόται*. Singula ista op- »pida sua sibi sacra habuerunt non tantum, sed et suos »Magistratus, suum *δῆμον*, sive *popularem regiminis for-* »*mam.*« Ceterum de illo Thesei instituto deque his Atti-

corum demis docte disputavit Eduard. *Platner*, Professor Marburgensis, in libro: *Beiträge zur Kenntniſs des Attischen Rechts*. I. §. 5 — §. 10. p. 20 — 43. *Cr.*

EXCURSUS IV.

ad L. II. c. 4. §. 9.

SI IN JUS VOCAT —

De hoc loco satis controverso antequam virorum doctorum sententias exponamus, videamus librorum lectionem: Codd. Cr. W. habent: *Si in jus vocat atque ad ejusmodi leges alias nominare.* Cod. H. *Si in jus vocat atque at ejusmodi l. a. n.* Cod. M. *Si in jus vocat atque ejusmodi l. a. n.* Copp. Victt. a. et b. *Si in jus vocat at ejusm. l. a. n.* Edd. Asc. 1. et 2. Crat. Herw. *Si in jus vocatur, atque ejusm. l. a. n.* Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Paris. Sturm. Gothofr. *Si in jus vocat atque eat, ejusm. l. a. n.* Ed. Lamb. *Si in jus vocat* (marg. al. *vocet*) *atque eat, ejusmodi alias, leges nominare.* Ed. Comm. *Si in jus vocet atque eat ejusm. a. l. n.* De hoc nostro loco et de tota lege XII. tabb., quae huc pertinet, docta est disputatio *Idsingae* in libro qui inscribitur: *Variorum juris civilis liber singularis. Harlingae.* 1738. Cap. III. p. 19. — 30. Hic item post *vocat* addit: *atque eat*, uti, ait, hunc locum concipiendum esse *Charondas* in peculiari libello ad XII. Tabul. num. 55. (qui tamen levicula mutatione legit *astque eat*, quod explicat *etiam eat*), *Carrio* Emendat. II. 12. et *Sigonius* voluerunt, quamvis *Gruterus*, Codices secutus Palatinum quartum ac binos Aldinos, maluerit, *si in jus vocat, atque ejusmodi a. l. n.*, cui etiam lectioni favere videtur *P. Merula* de LL. Romanorum cap. XXI. §. 3. in medio. Verumenimvero cum et Manuscripti Codices illorum opinioni faveant, praeterea mihi ea adjuvari videtur altero Auctoris ad Herennium loco II. 13. [quem vide in Comm. Turn.] etc. *Ern.* bene cum *Grutero* facit, sed male, judice *Goerenzio*, *Behotium* probat *alia* pro *alias* rescribentem; quamquam ipse Goer. in Ed. min. eum secutus sit. Rathius item *alia* praetulit, et ante *ejusmodi* inseri voluit *et*, quod certe addere debebant, qui verba *atque eat* receperunt. Neque tamen, cum hoc fecerit, alterum fecit Goer. in Ed. maj. Nos cum eodem post *alias* interpunximus, quod jam fecit *Lamb.*

Wagn. et *Hülsemannus* cum Bip., itemque *Sch.* recte secuti sunt Ernestum. — Quae sequuntur, *Dirksenio* nostro accepta referimus: »Ab eorum criticorum partibus, qui post »*si in jus vocat*, inserunt *atque eat*, quique haec duo voca»bula, ut verba legitima XII. tabularum, a nostro addita cen»sent, stant *Balduinus* (v. ej. Libri II. in Leges Romuli et »LL. XII. Tabb. Lugd. 1550. form. max.) c. 41., *Cujacius* »(Observation. L. X. c. 10.), *Lud. Carrio* (v. ej. Libri »Emendation. et Opinion. L. I. c. 8. Lutet. 1583. 4.) »*Jac. Gothofredus* etc. Ab altera parte, quam merito tuiti »sunt *Manutius*, *Gruterus*, alii, qui nonnisi verba *si in jus* »*vocat* ex XII. Tabb. recepta, et quae sequuntur *atque ejus*»*modi alias* etc. Ciceronis narrantis esse volunt, ab hac »igitur parte stant *A. Augustinus* §. 36. (in libro de Le»gibus et SCtis. Rom. 1583. 4. in Graevii Thesaur. Vol. »II. p. 1281. sqq.) *Ursinus* p. 1350. *Merula* (de Legib. »Romanor. in Opp. postum. Lugd. Bat. 1684. 4.) *Otto* (in »Praef. ad Thesauri T. III. p. 26.), *Unterholzner* (in libro, »qui inscribitur: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswis*»*senschaft.* T. II. 17. p. 432 — 440.) qui probavit *Hein*»*dorfii* conjecturam in verbis: *atque ejusmodi* (leges) »*alias*, *leges nominare.*« *Mr.*

Lex ipsa primae tabulae ita habet: *Si in jus vocat, ito; ni it, testamino: igitur em capito.* Vid. D. C. G. *Hauboldi* Institutt. Iuris Rom. Histor. — Dogmatt. Epitome p. 131. ubi et alii citantur et vero vir doctissimus *Unterholzner* loco modo laudato. *Cr.*

Turnebus in primo commentario ita scripserat ad h. l. »Haud scio an melius sic legatur: *Si jubent atque vetant.* »Nam et Lib. I. cum popularem legem a summa distingue»ret, eam finiit, quae scripto sanciret, quod vult jubendo »aut vetando, et versu ab hoc tertio eam jussum et vetitum »populorum vocat. Quamquam *in jus vocet atque eat* con»stare potest. Nam cum leges aliquid jubeant atque vetent, »qui in eas admiserit, reus citatur. Hinc etiam legibus »proditae sunt apud Iurisconsultos actiones, quibus in jus »vocamur. Sic etiam Cicero ad Herennium, Lege jus est »id, quod populi jussu sancitum est: quod genus, ut in jus »eas, cum voceris.« *Mr.*

EXCURSUS V.

ad II. 7. 17. *Habes legis prooemium.*

[Ex *Engelbronneri* Disputatione de loco Ciceronis, qui est de Legibus. 4, Amst. 1802. (Praes. H. C. *Cras*) pag. 51. — 56.]

Cognitum est, Platonem [a]) *Prooemia* legibus praemittenda censuisse, cujus rei caussas, ut ipse fuse explicat, operae praetium erit breviter hic exponere. Constat omnes, qui sive oratione ad persuadendum, sive voce et cantu ad delectandum utantur, exordia declamationibus ac prolusiones cantilenis praemittere solere, quibus hominum animos quasi flectant, et benivolentiam dicturi sive cantaturi sibi concilient: quare illis, quae citharoedici cantus leges vocantur, et omni omnino musae, prooemia mire excogitata praeponuntur. Similiter legislator omnia una formula comprehendere non potest; quare, cum civibus de officiorum et virtutis auctoritate persuasum esse cupiat, talia in prooemio legis poni jubet Plato, ut, qui non omnino crudo sint animo, mitiores et benivolentiores ad audienda praecepta efficiantur, eaque, benivolentiores facti, facilius perdiscant: quod si non omnino obtineatur, aliquantulum tamen profecisse juvabit. Quae cum ita sint, et cum videmus Citharoedos suis cantilenis, quas etiam legum nomine appellant, prooemia aut prolusiones praemittere, quidni nos iis legibus, quas revera hoc nomine appellare oportet, quasque civiles dicimus, prooemia praefigamus? »*Nemo tamen*, inquit, *unquam pro-* »*oemium aut pronunciavit aut reliquit scripto*, *quasi nullum* »*natura sit*, *atqui esse tamen aliquod natura prooemium* »*contendimus.*« Neque tamen, quod legi prooemium praemittit, propterea duplicem esse legem Plato vult; legislatori enim non licere, duo quaedam diversa de una re in lege ponere, sed unum esse semper enunciandum de uno, duas

---

a) Hanc *Platonis Disputationem* Libr. 4. de Legib. p. 191. et sqq. huc transtuli, ut potui: quis enim potest, aut poterit unquam imitari divinam illam dicendi vim, quam uno ore summoque consensu omnis dilaudat antiquitas. Cf. quos *Davisius* citavit auctores ad Libr. 2. de Legg. cap. 7. n. 5. v. omnino *Ruhnkenius in Praefat. Editionis Lexici Platonici Timaei Sophistae Leidae* 1789. in princ. ac tandem in primis conferendus est *Wyttenbachius in vita Ruhnkenii* p. 48.

vero legis partes esse, quarum altera *prooemium* contineat, altera *legem*. Atque ea, quae tyrannico more, velut emissa divinitus vox jubet, simpliciter non disputat, ea igitur mera lex est. Alteri, quae prooemio utitur, nec vi ac minis omnia cogit, sed aliquid etiam persuadet, benivolentius obtemperant cives. Quapropter non *legis ratio*, sed *prooemium* totum hoc merito appelletur. Exemplum *legis cum prooemio* et *absque prooemio* ex *Platone* adscribam. Qui, quoniam in omni civitati *principem legem de nuptiis* esse putavit, *simplicem* primo *legem de nuptiis* his verbis posuit: »*Uxorem* »*quisque a trigesimo* [a]) *anno usque ad trigesimum quin*»*tum ducet, ni faxit, pecunia mulctator atque dedecore: pe*»*cunia quidem tanta vel tanta, dedecore autem tali vel tali.*« et haec quidem ejusmodi simplex de nuptiis lex est. Nunc *duplicem* sive *cum prooemio legem* ferentem audiamus *Platonem:* »*Uxorem quisque ducat a trigesimo ad trigesimum* »*quintum annum, cogitans, ita quodammodo genus humanum* »*immortalitatis compos fieri: cujus rei quisque cupidissimus* »*natus est* [b]). *Nam celebrem se fieri, nec inglorium obire* »*quisque vehementer gestit: genus itaque hominum hoc modo* »*sempiternum, in omni tempore durans, immortale existit,* »*quod filiorum filios relinquendo, unum idemque, per gene*»*rationem immortalitatem adipiscitur: hac vero se ipsum pri*»*vare nullo modo licitum est, et privat tamen prudens et* »*sciens ipse se, quisquis filios et uxorem negligit. Huic* »*legi quicunque paruerit, indemnis esto: qui vero non pa*»*ruerit, et quinque ac triginta annos natus, uxorem non* »*duxerit, quotannis tali vel tali poena multetur, ne existi*»*met coelibem ac solitariam vitam lucro sibi ac voluptati* »*fore, nec particeps sit honorum, quibus juniores in civitate* »*seniores afficiunt.*«

Habemus duarum exempla legum, quibus inter se collatis, dubium non est, quamnam eligamus; nec longiorem

---

a) *Plato* de Legg. Lib. 4. Ed. Bip. Tom. 8. p. 195. 196. »*Γαμεῖν δὲ, ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα, μέχρις ἐτῶν πέντε καὶ τριά*»*κοντα. εἰ δὲ μὴ, ζημιοῦσθαι χρήμασί τε καὶ ἀτιμίᾳ· χρήμασι μὲν* »*τόσοις καὶ τόσοις, τῇδε καὶ τῇδε ἀτιμίᾳ. Ὁ μὲν ἁπλοῦς ἔστω τις* »*τοιοῦτος περὶ γάμων. Ὁ δὲ διπλοῦς, ὅδε. Γαμεῖν δὲ, — τιμῶσιν* »*ἑκάστοτε.*«

b) De Studio veterum sui memoriam propagandi, non attinet multa exempla proferre: *Ἐσσομένοισι πυθέσθαι* optimus eorum quisque, inde ab heroica aetate ad *Ciceronis* tempora, et post etiam, vehementer cupiebant. cf. *Trotzii Tractatus de Studio Vett. sui Memoriam propagandi.*

hanc esse ei vitio vertamus, siquidem *Platonis* me adscribo sententiae, qui, non brevissima aut longissima, sed optima quaeque arbitratur eligenda [a]). *Platonis* sententiam, quoad ejus a me fieri potuit, breviter exposui: de prooemiis autem nullum adhuc legislatorum cogitasse significat; nam cum liceat duabus tanquam viis ad ferendas leges, vi ac persuasione, uti, ad turbam disciplinae ignaram, quoad possunt, altera solum utuntur; non enim cum vi persuasionem conjungentes, leges ferunt, sed vi pura tantum utuntur. *Plato* igitur tertium quoddam in legibus faciundum censet, nimirum, oportere legislatorem omni semper legi praeponere exordium, quo illud efficiatur, quod supra ostendimus.

In hac *Platonis* disputatione illud *primum* observo: *Platonem*, cum dicit ante se neminem posuisse prooemium, quasi nullum natura esset, sibi non habere assentientem *Ciceronem;* qui scribit, idem fecisse *Zaleucum* atque *Charondam*, quos imitatus *Plato*, videlicet, hoc quoque legis putarit esse, *persuadere* aliquid, non omnia *Vi ac minis* cogere.

Dubium non est, quin, cum ista scribebat *Tullius*, ante oculos habuerit *Librum quartum Platonis de Legibus*, et quidem illum ipsum, quem citavimus, locum; igitur miramur *Ciceronem* a *Platone* dissentire, nulla diversae *Platonis* mentione facta sententiae. Videmus insuper, *Quintum*, auctoritate *Timaei*, *Zaleucum* ullum fuisse negare, cui *Marcus* [b]) *Theophrastum* opponit auctorem haud deteriorem, aut sua potius sententia multo meliorem: commemorare etiam *Zaleucum* suos cives *Ciceronum* clientes Locros. »*Sed* inquit, *sive fuit sive non fuit*, *nihil ad rem*, *loquimur quod traditum est. V. Libr.* 2. *de Legg.* c. 6. *Turneb. in Comm. p.* 307. *Zaleuci* et *Charondae* prooemia habentur apud *Diodorum Sicul. Bibl. Libr.* 12. *p.* 84. et apud *Stobaeum Serm.* 42. p. 279. *Zaleuci* certe Prooemium *Cicero* videtur expressisse, et *Plato* ipse, *Decimo de Legibus* [c]) haud multum dissimile huic prooemium habet, ut certum esse videatur, primo, fuisse omnino *Zaleucum*, aut si de hoc ambigatur, certe fuisse *Charondam;* deinde, *Platonem* aut fallere nos, aut ipsum deceptum fuisse, cum prooemiorum primum inventorem ipse se haberet, aut certe haberi vellet. Sed ecce, superiori saeculo horum *prooemiorum* originem dubiam esse voluit, vir artis criticae intelligentissimus *Richardus*

---

a) V. *Plato* l. c. et passim.

b) *Cicero ad Att.* 6. *Epist.* 1.

c) *Libr.* 10. *p.* 70. *et* 71. *Ed. Bip. vol.* 9.

Bentlejus [a]), qui multis argumentis ostendere conatus est, omnes *Zaleuci* et *Charondae* leges, apud *Diodorum* et *Stobaeum* obvias, esse confictas et spurias. Attamen, si vel maxime largiamur, spurias esse, quas apud *Stobaeum* invenimus *Zaleuci* et *Charondae* praefationes, nil hoc impediet, quominus revera *Platonis* tempore existere potuerint alia, *γνήσια* horum legislatorum legum *προοίμια:* neque enim, ut a teste, *Platonis* disputatio ad historicam fidem exigi debet, quemadmodum et ipse *Cicero*, loqui se, quod traditum est, fatetur, nec sive fuerit *Zaleucus*, sive non fuerit, curare dicit.

Alterum nobis in *Platonis* disputatione observandum venit, nimirum: ad persuadendum unice comparatum totum hoc legis exordium esse, illudque ex sua sententia *exordium*, *prooemium legis*, non *rationem* appellari velle, quo tollitur difficultas *Senecae* Ep. 94. *Plato* enim non modo ipse *principia* separavit a *lege*, sed idem etiam ut facerent legislatores, nimirum, ut prooemium a lege separarent, monuit; et hac quidem ratione frigidum illud, quod *Senecae* in principiis legum adeo displicuit, fortassis cavetur. Etenim Lex ipsa *Platonis* nec tradit quidquam persuadendo, nec suadet docendo, sed ex ipsius *Senecae* praescripto, tantum jubet [b]) et *Cicero*, qui *Platonis* exemplum secutus est, idem cogitasse videtur, *prooemium* enim a *lege* praeclare sejunxit, quod postea videbimus. Et sane *Platonem* idem fecisse vi-

---

a) V. *Phalaridis Epistolae*, quas latinas fecit *J. D. v. Lennep*, *Groningae* 1777. 4. *Rich. Bentleji Dissertatio* ex Anglico latine versa ab J. D. v. *Lennep* 1777. 4. — *Biblioth. Crit. vol.* 1. *Pars* 2. p. 63. et omnino p. 70. in f. cf. *Davisius ad Lib.* 2. *de Legg. cap.* 7. *n.* 3. qui *Bentlejum* etiam citavit, cujus tamen librum ex *Bibliotheca Critica* habebam cognitum: consulendus vero etiam J. A. *Fabricius Bibl. Graec.* Lib. 2. c. 14. Equidem, quamquam aegre a *Bentlejo* dissentiam, non possum non fateri, prooemia ista *Charondae* et *Zaleuci*, quae protulit *Stobaeus*, haud plane dubia mihi videri; certe *Ciceronem* ea ipsa legisse contendere non dubitem, siquidem *Deum pura mente colendum esse*, *non donis aut sacrificiis placandum*, etiam *antiquissimum ritum optimum esse*, et ejusmodi alia permulta, *Zaleucus* et *Charondas* in prooemiis apud Stobaeum praecipiunt, quae pariter, a Tullio, *Libro secundo de Legibus*, moneri infra apparebit. Verum in hac tota quaestione nil habeo, quod certum affirmem, et Academiam sequi ac verosimillimum tenere placet.

b) Est haec observatio verissima Viri cons. P. A. de *Fremery* in erudito *Specimine inaug. de Rationibus veterum ICtorum*, publico submisso examini *Lugdun. Bat.* a. d. 13. *Junii* 1801. *cap.* 3. ubi agit, »*de iis quae cum* Rationibus non sunt confundenda, et de Ra»tionibus falso suspectis« p. 72. 73.

demus *Libro* 10. *de Legibus*, quin etiam omnis ejus ad *Librum quartum* [a]) usque habita disputatio prooemii loco censenda est, quod ipse declarat [b]), ex quo illud intelligitur: *Platonem* hanc tenuisse sententiam, ut *Prooemium* ab *ipsa lege* separaret. Sed quamquam *Zaleuco*, *Charondae*, *Platoni*, quamquam *Posidonio* aliisque placuit Legi *prooemium* praemittere, *Ciceroni* tamen, in hac re, non *Platonis*, aut cujusquam auctoritatem potius sequi opus fuit, quam *morem majorum et consuetudinem Magistratuum Romanorum*, qui, inferendis rogandisque legibus, primum, de legis laude et necessitate in universum disserebant, dein in concione a praecone recitari curabant: tum privatis etiam suadendae ejus vel dissuadendae facultatem dabant, quo facto a latore sitella deferebatur, ac sortes aequabantur, tribuumque sortitio fiebat: tandem populus, in suas singuli tribus, ad suffragia ferenda decedebant, ut, vel *uti rogas* edicerent, vel Legem *antiquarent*. [c])

EXCURSUS VI.

ad L. II. c. 11. §. 28.

Quod si fingenda nomina, Vicae potae potius [vincendi] atque [potiundi] Statae [standi]: cognominaque Statoris, et invicti Iovis: etc.

Ita, servatis librorum MSS. vestigiis, scribendum duximus cum Goerenzio, quamquam vocabula uncinis inclusa cum eodem interpolatorum esse credimus, quae Schützius plane ex orationis serie ejecit. Inierat hanc rationem Goer. jam in Ed. min. eamque Wyttenbachius probavit, ita in »scholis dicens: »Sententia haec, librariorum interpolatione »obscurior reddita, sic est interpretanda: Quod si fingenda

---

a) *Plato de Legg. Lib.* 4. p. 198. 200 et 201.

b) *Plato l. c.* »Τὰ δ' ἔμπροσθεν ἦν πάντα ἡμῖν προοίμια »νόμων.»

c) v. *Ernesti in Argumento Libr.* 2. *de Legg.; Ciceron. ad Att.* 1. Ep. 14. *de Legib. Lib.* 3. *cap.* 17. *Livius Lib.* 31. *cap.* 8. *Turneb. in Comm. ad Libr.* 2. *p.* 341 et *ad Lib.* 3 *p.* 417. Alios citare Auctores, in re pervulgata, omitto.

»sunt nomina Fortunae, fingantur potius nomina *Fortunae* »*Vicepotae* a vincendo et potiundo, item *Fortunae Statae* »a stando, prouti est cognomen Iovis Statoris et Iovis In»victi.« Sed videamus librorum lectionem: Codd. Cr. et W. *Vice poete et potius vincendi atque potiundi statasandi cognominaque statoris et invicti jovis rerumque expetendarum* etc. Cod. M. *vice poetae potius vincendi atque potiundi statasandi cognomina statoris et inviti Iovis uterque expetendarum* etc. Copp. Victt. b. *vice poetae et potius vincendi atque potiundi statasandi cognomina quaestoris et invito jovis rerumque expetendarum* etc. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ald. Sturm. Brut. Car. Steph. Gotthofr. habent: *vice poetae et potius vincendi atque potiundi statassandique cognomina statoris et invicti Iovis* etc. Ed. Paris. in eo ab his discedit, quod habet: *statassandi, cognominaque:* Ed. Comm. *statassandi, cognomina, quae statoris* etc. ibidem ad verba *vice poetae* Graevius annotavit: »*Vicae potae* legendum.« Nos eum sequendum duximus, cum Goer. reliquerit *Vice potae*. Rathius huic loco et corrigendo et interpretando tres paginas impendit, quarum summam h. l. exhibebimus. Legi igitur vult: *Quod si consecranda sunt nomina, Vicae Potae est potius a vincendo atque potiundo: Statae a stando: cognominaque Iovis, Statoris et Invicti, rerumque expetendarum nomina* etc. Primum vocem *fingenda* turpissimum appellat mendum; »quid tandem, dicens, »nominum *fictio* ad religionem, aut ubi *ficta* leguntur? quem»admodum denique oratio cohaeret? *Bene*, ait Tullius, *quod* »*Mens, Pietas — consecrata a majoribus sunt. Virtutes* »*enim, non vitia consecrari decet.* — De *consecra*»*tione* igitur sermo est. Ita enim ante loquitur, ita infra, »ita de N. D. II. 23. *Cupidinis et Voluptatis et Lubentinae* »*Veneris vocabula consecrata sunt.* — Cum librarii »obscurum nomen *Vicae Potae* in *vicepoetae* mutassent, pro»num erat ex *consecranda* corrigere *fingenda*, nam id ipsum »poetae munus est. Addidi *sunt* ex N. Fabri notis ad Sene»cam [vid. notam Gruteri] qui locum nostrum cum ex aliis, »tum ex F. Pithoei Cod. sic adlegat: *quod si fingenda sunt* »*nomina* etc. — Itemque addidi *est* post *Vicae Potae*, ex »vestigiis multornm librorum, in quibus est *et vincendi;* imo »duo Davisii habent *e potius* quod valet *est potius.* — Se»quitur *a vincendo atque potiundo*, qua in scriptura Lambi»num secutus sum. — Deinde correxi *Statae a stando*, ut »oratio aequabiliter curreret. — Denique revocavimus *cog*»*nominaque* ex libris compluribus.« — Quae omnia, quamquam non sint contemnenda, minime tamen eo valuerunt,

ut me longius a libris discedere cogerent. Ex notis superioribus apparet, dearum duo nomina, in Codd. obliterata, Nicolao Fabro et Scheffero deberi. *Mr.*

Livius II. 7. extrem. »*ubi nunc Vicae potae est*« ubi in notis p. 267. Drakenborch. [p. 65. sq. ed. Stuttg.] Tullii nostri locus varie tentatur; 1) *Quod si fingenda nomina, potius vincendi atque potiundi Vicepotae: statassandique cognomina Statoris et Invicti Iovis* cet. 2) *Quod si fingenda nomina, potius vincendi atque potiundi, statassandique cognomina Vicepotae, Statoris, et Invicti Iovis.* 3) *Quodsi fingenda nomina potius vincendi atque potiundi, statassandi cognomina Vicepotae, Invicti Iovis et Statoris.*« Facciolatius et Forcellinius in Tot. Latinit. Lex. sub *Vica pota* hunc locum ita laudant: *Quod si fingenda nomina Vicae, Potae, id est potius vincendi atque potiundi* cet. De *Vica pota* plures laudat Drakenborch ad Liv. l. l. *Cr.*

EXCURSUS VII.

ad L. II. c. 15. §. 38.

Jam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sint corporum certationis, cursu et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam in Circo [constitutis]: in cavea cantus, voce ac fidibus et tibiis; etc.

Ita collatis variis variorum sententiis scribendum duximus; ejusque rei, antequam aliorum sententias exponamus, rationem reddemus. Sensus est: Ludi publici *cavea* i. e. theatro et *circo* sunt divisi. Ludi *in circo* sint (ludi) *corporum certationis* [hunc genitivum ex uno Goer. libro cum Goerenzio recepimus], videlicet cursu et pugilatione, luctatione curriculisque equorum, usque ad certam victoriam: (ludi) *in cavea* [*in* ante *circo* et *cavea* a Schützio recepimus, qui item ejecit *constitutis*, quod Goer., utpote a multis rejectum cancellis coërcuit:] sint (ludi) *cantus*, qui est triplicis generis, fitque *voce*, *fidibus* et *tibiis*. Scriptionem *cantus* a Goerenzio recepimus, ut concinna sit structura. Schützius scripsit: *in cavea*, *cantus voce*, *ac fid. et tibiis.* Quod non reprobo; sed potior videtur triplex vocis *cantus* interpretatio, ut fiat *voce*, *fidibus* et *tibiis*, ut explicavit cantum Wyttenbachius. Goerenzii rationem, quam se-

cuti sumus in plerisque, nisi quod ante *circo* et *cavea* cum Sch. addidimus *in*, unice probat Handius, Censor Ienensis (1810. 71. p. 567.) Editionis Goerenzianae; Schützius praeter ea, quae indicavimus, nonnisi in eo a Goerenzio nobisque discedit, quod dedit *corporum certationes*, ut est in plerisque.

Turnebus in primo commentario haec: Locus hic ex lege ita reponendus est: *Iam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sine corporum certatione, cursu, luctatione curriculisque equorum: usque ad certam victoriam, circo et cavea constituuntur in cantu, voce* etc.

Ernestus verba *ad certam victoriam* ita explicat: sc. septem curriculis decursis ad metam. Tum pergit: *Circo* bene *in* addidit Davisius. Idem, pro *constitutis*, *constituti* cantus sc. sint, quod ille addit non necessario, cum e superioribus repeti possit. In verbo *cavea* intell. *in*, aut addendum, ut ante *circo*. *Voce* P. Manucius male delevit, quia et in lege est *cantu et fidibus et tibiis*. Pro *cantu* dixit *voce*, quia verbum *cantus* repetere noluit.

Wagnerus vocabulum *constitutis* otiosum censebat; quo omisso legi volebat *in cavea cantus*, *voce* etc. Ita unusquisque eum nobiscum facere credat, nam plane ita nos edidimus. Sed vide quomodo explicet: »sint certationes corpo»rum in circo, in cavea autem cantus:« ubi videtur *cantus* ut Nominativo casu (neque vero Accusativo, ut ait Goer.) positum intelligere cum Davisio, quamquam etiam ex superioribus repeti potest *certationes*, ut sit Genitivus. *Rathius* legi volebat, ex Lambini, Davisii Wagnerique emendationibus lectione mixta: *Iam ludi publici — sint corporum certationes — usque ad certam victoriam circo **constitutae**: **caveae cantus**, voce* etc.

Wagneri *Censor* Halensis (1806. 13. p. 117.) primum verba *quoniam sunt cavea circoque divisi* glossatori deberi existimat, itemque *usque ad certam victoriam in circo constitutis;* tum totum locum ita refingit: *Iam ludis publicis sine corporum certatione, cursu et pugilatione, luctatione curriculisque equorum, constet in cavea cantus voce* etc. Ita si grassari liceret in veterum libris, mox ne vestigia quidem eorum agnosceres.

Wyttenbachius ad h. l. haec: »*Cavea* est theatri locus, ubi sedent spectatores, *scena* autem locus est, ubi agunt actores. Hoc loco *cavea* theatrum ipsum significat, ubi spectacula musica cum alia, tum in primis tragoediae et comoediae exhibentur. Est autem hic locus Ciceronis vitiosus et ita cum Davisio emendandus: *circo: constituti sint caveae*

cantus, voce ac fidibus et tibiis. Nam *cantus* est genus, complectens tres species, *vocem, fides, tibias.*« — *Mr.*

Vir doctus in Miscc. Obss. IV. 3. p. 334. ita legi jubet: *Iam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sint corporum certatione (cursu et pugilatione et luctatione) curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis: caveae cantu et fidibus et tibiis; dummodo ea moderata sint, ut lege praescribitur.* Deinde conferri vult verba legis supra cap. 9. Tum ita explicat rationem suam: »Hic (cap. 9.) duo generalia genera exercitiorum, circo »convenientium, simul nominantur, et cum *certatio corpo-* »*rum* includat *cursum, pugilationem* et *luctationem*, tria haec »verba parenthesi inclusi. In mea lectione *circo* est Dativus »casus, et *certatione corporum curriculisque equorum consti-* »*tutis circo* significat, *eas esse destinatas circo;* tunc *caveae* »respondebit *circo*, et sensus ultimae partis periodi hic erit: »*cantum et fides et tibias esse destinatas caveae* etc. Nota, »me rejicere verbum *voce* ob rationes a Manutio adductas; »dicit enim, in uno veteri suo Codice non reperiri, et esse »manifestam glossam in vocem praecedentem *cantu*, et men- »tionem ejus non fieri capite nono.« Nisi fortasse Tullius nostro loco variasse orationem putandus est, ac proinde *cantu* potius pro interpretamento vocabuli *voce* habendum; ac, si ludere liceat in re ludicra, ipsa verba tibi, Lector, occinere videntur: *cave a cantu. Cr.*

EXCURSUS VIII.

ad L. II. c. 17. §. 44.

»*Tantum ponam, crimini duplicem esse poenam divinam,* »*quae constet et ex vexandis vivorum animis, et ea fama* »*mortuorum, ut eorum exitium et judicio vivorum et gaudio* »*comprobetur.*«

Antequam meam qualemcunque sententiam exponam, age virorum doctorum sententias proferam, quae non in Ed. Dav. continentur. Primum operae pretium est *Turnebi* sententiam exponere, quam prodidit in Commentario primo. Ita igitur ille: »*Tanta poena merui:* Quanquam hic mendi su-

spicio subest, tamen ex veteri ita legendum censeo: *tantum poenam Erebi duplicem ponam esse divinam.* Hoc siquidem Platonicum est. Ajunt enim binos esse inferos: alteros, ad quos post fata impiorum animi migrent, ut illic suppliciis plectantur: alteros in corpore, quo animus inclusus, ut in carcere tenebricoso, supplicia perfert. Nam illic et erroribus fluctuat, et ira ebullit, et tristitia contrahitur, et lacrimis liquescit, et odio maceratur. Ad haec conscientia lancina, avaritia incubat, fortuna rotat, metus dejicit, spes erigit, voluptas liquefacit, dolor fodicat.«

Schefferus: »Est ex Palatinis, qui exhibet *metui*, quod vix dubito, quin sit rectum. Totum porro locum ita censeo scribendum: *Tantum ponam, metui duplicem poenam esse divinam; quod constat et ex vexandis vivorum animis* etc. *Metui esse* dicitur, quod metum incutit, quomodo quod dicitur *esse gaudio, esse voluptati.* Illud *quod* non est causale, ut vulgo arbitrantur, sed pronomen generis neutrius et refertur ad *metui esse.* Hoc, haec res, timeri scilicet duplicem poenam, constat et ex eo, quoniam sceleratorum animi, quamdiu vivunt, vexantur, estque haec una poena divina, malae scilicet conscientiae; deinde et ex eo, quoniam post mortem dicuntur apud inferos cruciari, estque haec poena altera divina, supplicii scilicet infernalis.« — *Bruto* Lambini lectio placebat, itemque *Rathio*. *Pearcius* cum Aldo Manucio facit vocem *erui* ejiciente, itemque *Ernestus*, in quam sententiam Wagn. quoque inclinat, qui tamen totum hunc locum, inde a verbis *Quid ego hic sceleratorum utar exemplis*, quia et multa insint, quae displiceant, et cum serie legum non cohaereat, a Cicerone profectum esse non credit. Ad haec ego jam respondi ad C. 16. §. 41.

Wyttenbachius ad Ed. Goer. min., ubi est *metui*, haec: delendum est *metui*, utpote ortum ex varia lectione verbi *petivi*, pro quo aliquis annotator in margine posuerat *merui* [ut enotavimus ex Copp. Victt. a.]. — Vides, Wyttenbachium Aldi partibus accedere.

Hülsemannus conjecit: *sceleri duplicem esse poenam — constet* etc. Quod ad sensum optime; sed si ita scripsit Cic., depravationis causa non apparet. *Goerenzius* vulgatam quidem servavit (*erui;*) sed ea merito ei displicet. *Metui* in Ed. maj. reprobat, sive dictum velis pro *conscientia*; sive passive *quo quis timetur.* Ipse tandem suam profert conjecturam, videlicet ut legatur: *Tantum ponam, cerni, dupl. poenam esse* etc. quam jam occupaverat Censor Wagneri Halensis (1806. 15. p. 119.), nisi idem Goerenzius est, de quo tamen valde dubito.

Ego, dudum e Codicum lectionibus sanam esse nullam existimans, statim animadvertere mihi visus sum, in nulla alia, quam in illa apud Carolum Stephanum lectione variante, *erui*, veram lectionem latere. Conjeci primum: *Id tantum ponam: crevi* (i. e. cognovi, intellexi) *duplicem esse* etc. Sed statim abjeci hoc commentum, reputans, illud perfectum hac significatione a Cicerone vix unquam esse positum. In mentem tum venit *crimini*, pro quo, cum compendio scripturae scriberetur *c̄rn̄i*, facillime totidem literis fieri potuit *erui*; librarii vero, hoc depravatum sentientes, magis etiam obliteraverunt antiquam et veram lectionem, ultima praecedentis vocabuli litera huic assuta, ut fieret *merui*. Reliquas loci depravationes non attinet explicare, cum et per se clarae sint et frequentissimae, et librarii, semel recto tramite relicto, ad alia potius omnia digredi, quam ad veritatem regredi soleant. *Mr.*

EXCURSUS IX.

ad Lib. II. c. 19. §. 48.

» *Quibus implentur Iurisconsultorum libri.* «

(Ex Engelbronneri Disput. p. 65—66.)

Sacra privata olim apud Romanos gentilia erant ac familiaria et hereditaria [a]) heredemque sequebantur. Erant autem Deorum penatium, quos et Lares appellabant. — Quisque enim civis, suis in penetralibus, hujus generis *Deos domesticos suos* habebat, quos et privatis feriis colerent, quibusque aras et focos consecrabant. His sacris tota familia operam dabat: quamobrem *Modestinus* in L. 1. π. *de Ritu Nupt.* Nuptias, dixit, esse communicationem divini atque humani Iuris. Haec vero *sacra privata Lex. XII. Tabb.*, quam sequitur *Tullius*, jubebat esse *perpetua*, ut singulis in familiis sancte custodirentur. Itaque necesse fuit, ut ad heredes patrisfamilias transirent, ne morte ejus simul

---

a) Similiter *Cajus familiaria* et *hereditaria sepulcra* appellat in L. 5. π. de Relig. et sumtib. funer.

exstinguerentur. Iam vero cum multi hereditatem sine sacris acciperent, hoc est, lucrum sine onere, (multos enim ob sumtus sacrorum onus molestum habebatur, ut heredes ea conservare defugerent) placuit pontificibus, ut a defuncto relicta bona sacris obligata et adstricta intelligerentur.

Cum vero nulla esset persona, quae ad vicem ejus, qui e vita emigrasset, propius accederet, quam heres, Pontifices, uti servitutes et pignora ac similia, ita etiam *Sacra privata* sequi [a]) *Res hereditarias* voluerunt. Sed multae tum quidem in hoc genere difficiles quaestiones [b]) ortae sunt, et *Muciis* propositae, quarum definitio e medio jure civili repetenda erat, quas hoc loco attingit *Tullius*, quare nos nunc eas, Balduino [c]) duce, quo in omni hac disquisitione usi sumus et cummaxime utimur, breviter expedire conabimur.

Docuerunt veteres *sacris adstringi:*

I. *Heredes*. neque solum *suos heredes* aut *legitimos*, sed etiam *extraneos ex testamento heredes*, quia heres succedit in omne Ius, quod defunctus tempore mortis habuit, adeoque vices ejus omnes agit, atque haec sententia ab omnibus fere posterioribus Ictis fuit frequentata [d]), quare heredem succedere in vitia et virtutes defuncti, eandemque cum defuncto personam sustinere, saepe dixit *Iustinianus*, cum alias, tum *Novella* 48. *in praefat.* v. *Balduinus* l. c.

II. Sacris adstringebatur, qui *majorem partem pecuniae caperet*, sive, ut, *Scaevola* dixit, *qui morte testamentove tantumdem caperet, quantum omnes heredes:* et tale *legatum* vocabatur *partitio*, cujus etiam in *Digestorum* et *Institutio-*

---

a) Atque hoc est, quod *Tullius* dicit, *heredum caussam justissimam* esse, quoniam aequissimum sit, ad quem emolumentum perventurum sit, ad eundem onus etiam pervenire. Quod idem de heredibus ab intestato succedentibus dicendum est. V. *Bachius ad Brisson. de formulis.* p. 118. et *Historia Juris.* l. c.

b) His propositis, quaestiunculae multae nascuntur, quas quis intelligat, non si ad caput referat? Cic. *de Legg.* Libr. 2. Cap. 20.

c) V. *Balduinus* l. c. p. 469. sqq. et *Bachius Hist. Jur.* Lib. 2. c. 2. §. 54. nota T. Dicat forte aliquis, nos Ciceronianae Disputationis ordinem invertere, verum sciat is, nos non commentarios scribere, in quibus orationis Ciceronianae perpetuitatem sequi oporteat, sed capita quaedam interpretari, quae inter se conferenda sunt, ut ex uno lux affundatur alteri.

d) *Priscus Javolenus: Heres*, inquit, *et hereditas, tametsi duas appellationes recipiunt, unius personae tamen vice funguntur* L. 22. *π. de usurp. et usuc.* L. 54. L. 61. *π. de acquir. Rer. Dom.* L. 13. §. 3. *π. quod vi aut clam.*

num libris crebra fit mentio, quamque ex *Scaevolae* traditione descendere recte existimat *Balduinus* [a]). Hactenus *merum jus pontificium* sequebatur *Scaevola* et cum superioribus pontificibus consentiebat, sed mox *hasce* addebat *exceptiones* [b]):

A. »*Nisi scriptum in Testamento sit, ut centum numi deducerentur.*« Scilicet, sciebat *Mucius*, eum, qui cum herede partiri jussus esset, sacris adstringi. *Nisi testator scripserit, ut heres centum numos deduceret:* nunc enim *legatarius* iste *partiarius* non *tantumdem* capiebat, *quantum omnes heredes*, atque idcirco *sacris non alligabatur*, et haec quidem *prima Mucii cautio* erat.

B. Alteram invenit, qua, *si quando Testator nil praecepisset de Deductione*, vel, uti Cicero loquitur [c]), *si deductio in testamento scripta non esset*, monebat legatarium, *ut ipse sponte minus caperet*. Quod planius interpretemur. Regula erat, *eum sacris adstringi, cui major pecuniae pars legata esset, si quidquam inde cepisset. Scaevola* vero judicavit, *sacris* eum *liberari*, si *minus* caperet, *quam omnibus heredibus relictum esset*. Id tamen [d]) *Iure Digestorum* non licuit, quare credibile videtur, hanc antiqui juris partem esse commutatam.

C. *Tertia fuit cautio*, a *Scaevola* excogitata, de *Liberatione sacrorum*, nimirum, *ut legatarius totum legatum caperet, nec tamen sacris adstringeretur:* atque haec quidem cautio mire vexavit interpretes [e]). Locus ipse *Ciceronis*

---

a) v. §. 5. *Instit.* De Fideic: »*Partitio*, inquit *Justinianus*, »*vocabatur, qua cum herede legatarius partiebatur hereditatem.*« L. 19. §. 1. π. *ad Sctum Trebell.* cf. *Brisson. de* V. S. p. m. 1006.

b) v. Cicero de Legg. Lib. 2. cap. 21.

c) *Si deductio scripta non esset* vid. Cic. l. c. cap. 20. Sic enim omnino legendum est v. *Bachius* ad *Brisson. de formulis* p. 118.

d) v. L. 38. π. *de Legat.* 1. L. 4. L. 58. π. *de Legat.* 2. L. 22. π. *de Fideicom. Libert. Balduinus* l. c. p. 471.

e) Verba *Tullii* adscribam: *Hoc vero nihil ad pontificium Jus, et e medio est Jure civili, ut per Aes et Libram — sitque ea ....* Hic deficit textus, quem mire supplerunt nonnulli, tamen verba *non alligata sacris* recte addita puto. — v. *Cicero Lib.* 2. *de Legg. cap.* 21. ibique *Lambinus* et *Davisius in notis. Turneb.* in Comm. cf. *Scaliger ad Festum* in puri. vid. §. 6. *Instit. de Fideicom. Cicero pro Murena* cap. 12. ibique *Interprett.* Equidem de hac omni quaestione, cum alios consului, ut *Gutherium de Iur. Pontif. Lib.* 2. cap. 6. *J. F. Gronov. de Pecun. vet. Lib.* 4. cap. 7. tum

est mutilus, lucem tamen ei affundere multi conantur, *ex Orationis pro Murena capite* 12mo. ubi Ictos traducens et exagitans *Tullius* »*Majores*, inquit, *sacra interire noluerunt*; »*Ictorum ingenio senes ad coëmtiones faciendas, interimen*»*dorum sacrorum caussa inventi sunt*«: quod sic intelligimus: nempe Testamenta fiebant per imaginariam venditionem, adhibito familiae emptore et libripende, quae Testamenta vocabantur *per aes et libram*; familiae emptor diversus adhibebatur ab herede et legatario, qui dicis caussa et addita sacra lege, ut ille, qui in Tabulis clausis scriptus heres esset, bonis potiretur, hereditatem *aere et libra* sibi comparabat, ad hunc familiae mancipem cum bona Testatoris morte pervenissent, auctores erant Icti, ut scriptus heres, si molestia sacrorum liberari cuperet, pecuniam, sive res hereditarias sibi ab isto familiae emptore stipularetur, ac deinde ex stipulatione acciperet. Et hac quidem ratione, totum sacrorum onus manebat apud Heredem familiae mancipem, qui quidem adhibitus erat senex orbus, capularis, et de herede sibi exstituro parum sollicitus, qui certa pecunia ad impensas ferendas accepta, et lucello aliquo adspersus, sacra testatoris familiaria secum interitura administrabat [a]). Et has quidem cautiones e medio Iure civili desumtas esse *Tullius* monet [b]). Sed videamus, quinam praeterea, ex *Mucii* sententia, *sacris adstringebantur*; adstringebatur autem:

III. *Is, qui, de Bonis defuncti, plurimum usuceperit, si nemo heres exstitisset.*

IV. *Creditor, qui plurimum servasset.*

V. Defuncti Debitor, si nemini, quod debebat, solvisset [c]). Sed satis de *sacris privatis*.

---

in primis *C. F. Conradi in Dissert. de Coëmt. Sacror. interim. caussa factis.* §. 7. Tom. 2. parerg. p. 154. 161. Cujus fere verba adhibui. Cf. etiam *J. Luzac in Specim. laud.* p. 30.

a) v. C. F. Conradi l. c.

b) De Legg. Lib. 2. cap. 20.

c) De debitore bene est, v. L. 45. π. *de Relig.* Sed creditorem etiam onerari, alienorum sacrorum impensis, hoc vero durum videtur. Cf. *Balduinus.* l. c. p. 472.

EXCURSUS X.

ad L. II. c. 20. §. 49.

Haec nos a Scaevola didicimus; non ita descripta ab antiquis.

De hoc loco *Savignyi* (l. c. p. 378—380.) haec est sententia: »Cicero, postquam exposuit, qui adstringantur sacris hominis mortui, addit, eos Iureconsultos, qui iidem fuerint pontifices, in primis Scaevolas, distinctionum acuminibus illas regulas migrare studuisse, operamque dedisse, ut personas, qui jure adstringerentur sacris, ab hoc officio sive munere liberarent. Primum illud erat artificium, ut testator ei legatario, cui tantundem, quantum heredibus omnibus, relinquere vellet, quique eo (secundo loco) sacris adstrictus fuisset, paulo minus, quam heredibus daret: quo facto re ipsa aequae erant portiones, numero tantum et nomine differebant, legatarius autem sacris non adstringebatur, quia non plane tantundem, quantum heredes, acceperat. Accedebat huic consilio illud, ut, si testator ea cautione non esset usus, ipse legatarius eam suppleret, heredibus aliquanto plus concedens, quam ipse auferret.

Alterum artificium in eo vertebatur, ut legatarius tum modo sacris adstringeretur. si legatarii nomine bona testatoris acciperet. Consilium igitur ei dabant, ut heredibus legatum redderet, idem vero statim reciperet, obligatis stipulatione heredibus, ut tantundem legatario solverent, quantum legatum fuisset. Qua pecunia stipulatione, neque vero legato, accepta, sacris liberatus erat. (In annotatione laudantur Balduinus, Trekell., Meermannus, [a]) additurque hunc locum Goerenzio plane non esse intellectum.) Qua in re, quod ad juris prudentiam attinet, duo sunt memorabilia. Primum illud, quod liberatio fiebat per aes et libram; ideo, ut videtur, quia etiam obligatio legati aere et libra (videlicet testamento cum mancipatione) facta erat. Deinde, quod universe liberatione praeterea opus erat, cum (quod est in juris fontibus indeque haustâ doctrinâ) sola stipulatio (utpote novatio) ad priores obligationes solvendas sufficiat.

Universe hic Cicero de eo tantum loquitur, si morte ejus, qui sacris esset adstrictus, sacra vacua fierent. Sed

---

a) *Balduin.* Jurisprud. Muciana p. 171. *Trekell.* Orig. p. 233. *Meermann.* de rebus mancipi. p. 134.

poterat etiam nemine mortuo fieri successio per universitatem; arrogatione videlicet, venditione bonorum in concursu debitoris viventis etc. Veri etiam est simillimum, quodcunque ex his acciderit, sacra ab eo, qui iis esset adstrictus, transiisse in eum, qui facultates alterius per universitatem acciperet. Quod ita se habere inde probabile fit, quia in his rebus aliquid est hereditatis simile, et quia ipse noster supra dixit: *sacra cum pecunia conjuncta sunt.* « *Mr.*

EXCURSUS XI.

ad L. II. c. 24. §. 60.

Homini mortuo ne ossa legito.

Raevardus l. c. ita scribit:

» Multum interesse puto inter *ossa hominis mortui legere*, et inter *ossa homini mortuo legere*. Nam ossa hominis, quae dispersa sunt et non cohaerent, cum simul colleguntur, tunc *hominis ossa legi* dicuntur. *Seneca* libro 2. de Ira: *Dignus fuit, cui permitteret a convivio ad ossa filii legenda discedere.* Sed *homini mortuo leguntur ossa*, cum ejus cadaveri aliqua ossa adimuntur. Eoque sensu vivis ossa legere dixit idem *Seneca* libro de consolatione. *Legere* siquidem pro adimere, et auferre veteres dixisse non est obscurum, si consideremus, eum dicendum esse sacrilegum, qui adimit, qui aufert res, Deo rite consecratas. Pertinet autem lex ad hunc morem fortasse, de quo Festus scribit, membrum abscindi mortuo solitum dici, cum digitus ejus decidebatur, ad quod servatum justa fierent, reliquo corpore combusto, id quod hac lege Decemviri prohibuerunt, nisi quis aut peregre, aut in bello mortuus esset. Tum enim permiserunt *ei ossa legi, quo post funus fiat*, hoc est, membrum aliquod adimi, ad quod servatum justa Romae fierent, reliquo corpore apud peregrinos combusto. « Videlicet non omnino rem ipsam vetabat lex, sed consilium rei adhibitum: vetat enim, ut recte monuit Goer., non simpliciter ossa mortuo legi, sed ne post funus fiat. — «

Ad v. *Servilis unctura* etc. haec *Dirksen.* in Schedis:

» *Manutii* lectio: *haec pr. s. in legib. de unctura circumpotationeque: Servilis unctura* etc. a *Balduino* recepta est

c. 31. Idem ejusdem conjecturam *praeferantur* pro *praetereantur* probavit, itemque *Charondas* §. 95. et *J. Gothofredus.* Hotomanno vero pro eodem verbo *adhibentur* placuit c. 10.«

»Restitutorum nonnulli hac quoque in lege nonnisi verba, quae a Cicerone notantur ut legitima, receperunt, v. c. *Calcagninus*, *Lipsius* §. 22. et *Raevardus* c. 15. iique legunt: *Servilis etiam unctura tollitur omnisque compotatio.* Reliqui ea, quae Cicero dixit, cum iis conjungere studuerunt, quae traduntur a *Festo* v. *Murrata*, et a *Plinio* H. N. XIV. 2. Ita *Contius* p. 266. c. 6.: *Servilem uncturam removento omnemque compotationem.* c. 7. *Ne sumtuosa respersio, neve murrata potio indatur, neve aurum addito.* c. 8. *Ne longae coronae neve acerrae praetereuntor.* — *Charondas* §. 91.: *Vino rogum ne respergito: murrhatam potionem mortuo ne indito.* §. 92. *Servilis unctura tollitur.* §. 93. *Ne in funere circumpotato.* §. 94. *Ne longae coronae sepulchris imponuntor.* §. 95. *Ne acerrae praeferuntor.* — *Hotomannus* c. 9.: *Uti servilis unctura omnisque circumpotatio tolleretur.* c. 10. *Uti ne sumtuosa respersio fieret, neve murrata potio mortuo inderetur, neve longae coronae, neve acerrae adhiberentur.* — *Ursinus* p. 1365. *Servilis unctura circumpotatioque. quom fonus exsequiantor, vineive respersio nei fuat. Aceras sepolcreis aut longas coronas nei endo ponito. Murinam mortuo nei endito.* — *Pithoeus: Servilis unctura omnisque circumpotatio, sumptuosa resparsio, longaeque coronae aceraeque tolluntor.* — *Murrata potio mortuo ne inditor.* — *J. Gothofredus: Servilis unctura omnisque circumpotatio auferitor. Murrata potio mortuo ne inditor. Ne longae coronae neve acerrae praeferuntor.*«

Ad. v. *Acerrae praetereantur* Schefferus haec: »Non displicet, quod habet Palatin. IV. *praetereant.* Et quid, si scribamus, *acerrae praetereant. At illa* etc. Potuit illud *at* conjungi praecedenti vocabulo, indeque formari syllaba *ur.* Ceterum *praeterire* acerrae intelliguntur, cum feruntur praeter eos, qui sunt in funere, odoris causa.«

Festus in v. *acerra* eam ita interpretatur: ara, quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur. — De *myrrha* (σμύρνη), quae intelligitur in *sumtuosa respersione*, vid. Creuzer. Commentatt. Herodott. I. p. 38. sq. *Mr.*

EXCURSUS XII.

ad L. III. c. 3. §. 7.

Suntoque Aediles coeratores urbis.

De *Aedilibus*, quatenus hic magistratus ex veterum populorum religionibus, maximeque ex Cereris sacris primordia cepit, disputavi in Mythologia IV. p. 477 — 479. Ac Joannes Laurentius Lydus de Magistratt. Romann. I. 35. p. 60. Aediles cum Graecorum νεωκόροις componit, nec minus cum ἀγορανόμοις, qua in re assentientes habet Dionysium Hal. VI. 90. p. 1249. sq. Reisk. (quem confer) et Theophilum in Institutt. lib. I. tit. II. p 37. Reitz. Cf. etiam *Brown.* ad Xenoph. Symp. p. 22. sq. et *Voemel* de Heliaea. Francof. a. M. 1822. p. 8. sq. E Festi libro in *Aedilis* p. 13. coll. p. 351. ed. Dacerii praeterea haec tenenda sunt: *Aedilis initio dictus est* [magistratus] *qui aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat.* « cf. *Fabrott.* ad Theophilum l. l. p. 36. deinde haec tenenda ap. eundem Festum l. l. *Dictus est autem Aedilis, quod facilis ad eum aditus esset.* Quae ipsa uberius exposuit Theophilus loco laudato eodemque classico, sed longiore, quam qui hic apponi possit. Tu, si eam rem cum suis causis penitus cognoscere cupis, adi *Niebuhrium*, qui in Hist. Rom. I. p. 425. sq. coll. II. p. 15. 37. 151. 417. sqq. eam rem egregie explicuit. De cura annonae vid. Varronem de vita populi Romani apud Nonium cap. I. nr. 209. in *pandere* et conf. *Heubach* de Politia Romm. Gotting. 1791. p. 29. sqq. De *ludorum* cura classicum locum ex Tullii nostri Verrinis jam excitavit ad h. l. Turnebus, cui junge, Floralia quod attinet, Jo. L. Lydum de mensibus Romanorr. p. 97. sqq. *Senatusconsulta* quare et quomodo *in aedem Cereris ad aediles plebis delata* sint, docet Livius III. 55. De *viarum* denique cura vid. F. J. E. Miniana de Theatro Saguntino in Poleni Supplemm. Thesauri Graeviani T. V. p. 414. *Cr.*

Ad verba: *Is primus adscensus esto.* ib.

De *Quaestoribus* adde laudatos *Heineccio* in Syntagm. A. R. lib. I. tit. XXV. §. XI. et Append. I. §. 123. De Provinciis Quaestoriis vid. Tacit. Annal. IV. 27. ibiq. Just. Lips. *Pighii* Annales ad Ann. Urb. 488. (T. I. p. 468.) coll. *Schützio* in Lex. Ciceron. in *Quaestura*, et de ejus magistratus institutione et vicissitudinibus *Niebuhr.* in *Röm. Gesch.* II. p. 11. sqq. p. 113. sq. p. 165. sq. et p. 195. sq. *Jo. Laur. Lydus* de Magistratt. Romm. I. 24 — 30. p. 44 —

53; qui quidem Graecorum suorum in gratiam partim satis protrita explicat, cum v. c. nomina *Quaestor* (*Κυαίστωρ*) et *Quaesitor* (*Κυαισίτωρ*) operose dirimit, ut ne de *Questore* quidquam dixerim, ne infimae quidem Latinitatis scriptoribus hoc quidem sensu voce usitata (vid. vel Du Cangium in Quaestor, Questor). Sed idem tamen *Joannes* in hoc ipso loco primarios scriptores laudat, ut Jun. Gracchanum, Gajum, alios, neque tamen in hac ipsa re ab erroribus immunis. Vide *Fussii* annot. p. 46. et p. 48. ubi tamen corrigendum est Digest. Lib. I. Tit. II. §. 22. ibi enim exstat locus Pompon. de Orig. Juris. Adde Ulpian. de Officio Quaestoris in Digest. Lib. I. Tit. XIII. *Cr.*

Ad v. *Censores.* ibid.

Vid. quos laudavit Bach. in H. J. R. lib. I. c. II. §. III. et Lib. II. cap. II. §. XV. cf. *Heinecc.* Syntagm. A. R. I. II. XVIII not. k. p. 44. ed. *Haubold. Burmann.* de Vectigall. P. Rom. cap. 8. p. 102. sqq. *Hegewisch über d. Röm. Finanzen.* Altonae. 1804. p. 86. sqq. et de Censoribus universe *Niebuhrii* Hist. Rom. II. p. 176—186. Adde *Io. Laur. Lydum* de Magistratt. Romm. lib. I. cap. 39. et cap. 43. p. 68. 74. *Cr.*

Ad v. *Populi magister* §. 9.

Antiquissimum Dictatoris nomen *Populi Magister*, judicante etiam *Niebuhrio R. Gesch.* II. 119. cf. I. 63. De Dictatura ita Dionysius Hal. V. 73. p. 1022. Reisk. *Ἔστι γὰρ αἱρετὴ τυραννὶς ἡ Δικτατωρία. δοκοῦσι δέ μοι καὶ τοῦτο παρ' Ἑλλήνων οἱ Ῥωμαῖοι τὸ πολίτευμα λαβεῖν. οἱ γὰρ Αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱστορεῖ Θεόφραστος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι.* Haec posteriora a praeceptore suo desumpsit Theophrastus. Vid. Aristotelis Polit. III. 10. (14.) p. 126. Schneideri et cf. Meurs. ad Helladii Chrestom. p. 69. De potestate imperioque Dictatoris longum est dicere. Tu vide modo *Ducker.* et *Drakenborch.* ad Livium IV. 13. et *I. Fr. Gronov.* ad eund. IX. 34. et quos plures in testimonium adhibuit *Bach.* Hist. J. R. Lib. II. c. 1. §. VII. adde *Niebuhr.* I. p. 360. sqq. II. p. 23. sq. et p. 410. sqq. Quod idem vir acutissimus I. p. 361. Dictaturam ad legis quoque lationem pertinuisse negarat, in eo protinus assentientem nactus est *Io. Laur. Lydum* de Magistrr. Romm. I. 36. p. 61. Insigniora adscribam, quoniam nomen etiam Dictatoris attinent: *Ἔδοξε τοιγαροῦν αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, τὸν καλούμενον Δικτάτωρα (ἀντὶ τοῦ μεσοβασιλέα) προστήσασθαι, ἐξ καὶ μόνοις μησὶ τοῦ κράτους αὐτῷ περιγραφομένου. Καὶ τέως ἁρμόδιον εἶναί μοι δοκεῖ ἑρμηνεῦσαι τοῖς Ἕλλησι τὸ δικτάτωρος ὄνομα. Πα-*

κυρίως τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἐπὶ καιρὸν μονάρχην οὕτω καλοῦσι, τὸν μὴ νόμων γραφαῖς τὰ τῶν ὑπηκόων διατιθέντα προϊστάμενον, οἷα ἐν βραχεῖ τῆς ἀρχῆς παυόμενον. Deinde Dictaturae primordia persequitur cap. 37. 38. Graece Dictatores etiam vocati *Διςύπατοι*, quasi duplices Consules dicas. Vid. *Schulting.* in Ottonis Thes. Tom. III. et *Marini* in libro: *gli Atti de' Fratelli Arvali*, ubi hunc ipsum Tullii locum attigit II. p. 737. Veterum testimoniis adjiciendum nunc ipsum Tullianum est loco classico de Republ. I. 40.: »Nam Dictator quidem ab eo appellatur quia dicitur; sed in nostris libris vides eum, Laeli, magistrum populi appellari« ubi, si Senecam epist. CVIII. audimus, *nostri libri* sunt *libri augurales.* Vid. Ang. Maii annot. et ejusd. Praefat. p. I. II. ed. Stuttg. et Tubing. *Cr.*

Cap. IV. §. 10. *Praetori.*

Praetor: στρατηγὸς (ἡγεμὼν) ἑξαπέλεκυς, sed tamen etiam *πραίτωρ*. *Porphyrius* de Vita Plotini cap. VII. *Schweighaeuseri* Lex. Polyb. p. 224. 566. sq. 626. De Praetoribus vid. *Aristotelis* Politicor. VI. 8. (VI. 5. p. 260. ed. Schneider.) *Theophil.* Institutt. Lib. I. Tit. 2. p. 36. Reitz. *Heineccii* Syntagm. A. R. Iurispr. illustr. I. 2. §. XX. sqq. p. 45. *Haubold. Bach.* Hist. Iurispr. Rom. Lib. II. cap. I. §. 14. *Hugo Gesch. d. Röm. Rechts.* Period. I. 1. §. IV. p. 231. Period. II. p. 262. sq. et p. 497. *Niebuhr. Röm. Gesch.* II. p. 8. sqq. p. 47. sq. Adde *Laur. Lydum* de Magistratt. Romm. I. 45. p. 77. et *Gaji* Institutt. Lib. IV. passim. praecipue §. 103—110. p. 301—305. *Cr.*

EXCURSUS XIII.

ad L. III. c. 10. §. 24.

At duo Gracchi fuerunt etc.

Sanctius in Minerva III. 14. p. 743. sq. ed. Bauer.: *At duo Gracchi fuerunt, et praeter eos, quamvis enumeres multos licet, quum deni crearentur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos Tribunos.*

Perizonius ibid.: Ceterum Ciceronis hic locus vitii est suspectus. Legerim lubens: *At duo G. f. et praeter eos, quamvis enumeres multos licet, quum deni crearentur,* **non**

multos in omni memoria reperies perniciosos Tribunos, leves, etiam non bonos, fortasse plures, sc. *reperies.* Certe ea fuit mens et sententia Ciceronis, qui Tribunatum pl. istic excusat et defendit. Abest quidem ab antiquissimis edd. prius *non*, idque probat Manutius, qui postrema dein sic legi vult: *Leves etiam nunc, Bonos fortasse plures*, at nullo profecto sensu: certe longe meliorem praefert vulgata lectio. Sed neque video, qui Cicero dicere potuerit aut voluerit, *nullos* omnino repertos unquam *Perniciosos Tribunos.* Quid enim? An Apulejus Saturninus, an tot alii, qui caedes et tumultus violentos in foro excitarunt, an ipse Clodius non fuit ex Ciceronis sententia Perniciosus Tribunus? Deinde illud *Plures* videtur declarare, praecessisse *Multos.* Gebhardus sensum vulgatae olim lectionis iuvare vult addito signo interrogationis, sed quae plane istic friget et languet, nec refutatione est digna, quippe a proposito Ciceronis prorsus aliena, qui probare voluit, non, *repertos aliquot perniciosos*, sed, *repertos non multos*, at *leves et non bonos, plures fortasse repertos.*

Bauerus ibid.: Non jungenda, *quamvis licet:* sed ordo est: *licet*, (ut) *enumeres quamvis multos*, i. e. tam multos, ut volueris. — Ceterum in loco Ciceron. de Legg. nescio, cur edit. Ernest. habeat signum interrogandi post *tribunos.* Primo, interrogari ita non solet: *Nonnullos reperies?* sed *ullosne reperies?* Deinde fuerit contra historiam, ut recte monet Periz. cujus emendatione: *non multos*. haud eguerimus, *sane* intellecto post *nonnullos*, freilich wohl. Ibid. *creantur* legitur, (hic Sanctio et Perizonio *crearentur*) rectius, ut de re praesenti.

Muretus Varr. Lect. IV. 3. ad hunc locum Turnebum vituperans ita conjicit: »At duo Gracchi fuerunt. *Et praeter eos quamvis enumeres multos licet, cum deni creentur. Non nullos in omni memoria* etc.« Ad lectionem *creantur* dicit: »quasi aliquando deni creentur, aliquando aliquo alio numero: et cum deni creantur, tum nulli perniciosi reperiantur. Quod si esset, nae mirificam ille vim numerus habuisset.» Ad *nullos:* »Non eos tantum ait Cic. (Gracchos) proferri posse, verum etiam eorum similes, quamvis multos. neque id mirum esse, cum deni creentur; etenim in tanto numero non est mirabile, plures improbos exstitisse, quam in iis magistratibus, qui bini creabantur.« Tum subjungit: »si evolvantur annales, et antiquitatis memoria replicetur, nonnullos repertum iri perniciosos tribunos, leves aut etiam non bonos fortasse plures. Hoc tamen magnum bonum in civitate inesse, quod efficit, ut ordo senatorius

invidia careat. Nullos autem in omni memoria perniciosos tribunos fuisse, nemo opinor, nisi plane ἀνιστόρητος dixerit. «

Turnebus in Comm. primo conjecit: — *licet. Cum deni creentur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos et leves, et tamen bonos forte plures. Ita invidia* etc. *Schefferus:* Mallem *multos* scribere pro *nullos*, videturque postulare, quod sequitur *fortasse plures.* Ern. cum Lamb. et Davisio dedit *nonnullos*; cum quo facit Wytt. in scholis. Goer. et Sch. restituerunt *nullos.* Sed, quidquid dicat Goer., non Gracchi tantum ex omnibus tribunis *perniciosi* possunt dici; sed, quamvis non multi tamen *non nulli.* Nam si eos tantum perniciosos dicere volueris, qui consulto et data opera rem publicam evertere et perdere sint conati, id ne de Gracchis quidem vere dixeris, qui, quamvis ratione Ciceroni merito improbata, patriam non perditam, sed auctam etiam, restituta, ut ipsis videbatur, populi libertate, volebant. Sed quorum actiones in damnum rei publicae redundarent, plures certe, quam Gracchi, reperti sunt; plures etiam, qui essent leves et non boni.

Lectiones librorum vide in notis contextui subjectis. *Mr.*

EXCURSUS XIV.

ad Lib. III. c. 15. 33.

Att. An etiam id dubium est? Q. Vereor, ne a te rursus dissentiam.

Mirum, quam in hoc loco turbata nomina sunt, et ita turbata, ut, quae hoc capite et sequentibus leguntur, mihi quidem profecto, a personis colloquentium prorsus aliena videantur. Equidem credo, sic esse legendum. *M. Non facies, Quinte; nam ego in ista sum sententia, in qua te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius. Quint. Sed obtineri an possit, videndum est. Marc. Quid, frater? Bona tua venia dixerim* cet. — — —

C. 16. — *tibi dicendum puto. Quint. Nam Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Marc. Tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis.*

C. 17. *M. Vos quidem, ut video, legem antiquatis sine tabella* cet.

Marcus in ea se esse sententia fatetur, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius. *Quintus* veretur, ne a fratre dissentiat, i. e. ne judicia tabellae praestent. *Marcus* itaque fratrem benigne admonet de sententia, in qua eum semper fuisse sciat. Cedit *Quintus* fratris auctoritati, et scrupulum, prima specie admodum tenuem, injiciens addit: *sed obtineri an possit, videndum est.* —

Tullius, qui aegrius hoc ex *Quinto* audit, longus est in refellenda hac sententia, et orationem ita concludit: — *Quamobrem, non quid hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto* (cap. 16. extr.).

Cum ex multis locis, tum potissimum ex cap. 17. intelligitur, *Marcum* vocem anteponere tabellae, *Quintum* tabellam voci. Iam finge, haec omnia a verbis, *sed obtineri an possit*, usque ad illa c. 16. extr. *tibi dicendum puto*, *Quinto* tribuenda esse, inclinanti se, hoc certe tempore, ad contrariam sententiam i. e. ad legem tabellariam; qui tandem fieri potest, ut quidem *Quintus* tot argumenta adferat, cur tabellae rejiciendae sint? Qui eundem haec decent: *non recognoscimus nunc leges P. R. sed aut repetimus ereptas, aut novas scribimus?* (c. 16.) Num *Quintus* eas scribit? — Aut quî haec: *Tu* (Marce) *si tabellariam tuleris, ipse praestabis* (c. 16.). Ridicule, cum *Marcus* nihil se in suffragiis voce melius censere dixisset. Quid est, quod Atticus adjiciat? (c. 17.) *Sibi nihil unquam populare placuisse, eamque optimam rem publicam esse, quam hic consul constituisset.* Quamnam autem constituerat *Marcus*? eam, in qua suffragia nota essent optimatibus, populo libera, i. e. suffragia vocis [nisi forte aliter haec sunt explicanda. *Mr.*]. — Ad singula revertamur.

Att. An etiam id dubium est? Q. Vereor. Aliter Sturm. Lamb. et Lambb. qui haec omnia *Quinto* dant. Quod minus placet. *Atticus*, qui fatetur, *nunquam sibi populare aliquid placuisse* (c. 16. in.) ne suspicatur quidem, esse, qui suffragia clam ferri malint.

C. 16. * * *Q. Nam Cassiae — esse dicitur. M. Tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis.*] Vlg. desunt nomina *Quinti* et *Marci*. Sensus verborum est: hoc si ita se habet, ut omnis lex tabellaria reipubl. obsit; Scipio Cassiae culpam sustinet. *M.* Tu, si tabellariam tuleris ipse (nam Scipio non ipse tulit, sed suasit modo), culpam praestabis. Nolim tamen ad usum particulae *nam* provocare, quae saepe refellentis est, vid. de Div. II. 31. et 32. et ibi Hotting. et me. Sed

credo potius, lacunam esse ante verba, *Nam Cassiae legis culpam.* Video enim ex capite sequente, *Quintum* pluribus legem tabellariam commendasse. Ibi enim haec leguntur: *Eoque nunc sit illud, quod a te modo, Quinte, dictum est, ut minus multos* etc. quorum quidem nec vola nec vestigium exstat. — Haec *Rathius.*

HADRIANI TURNEBI

COMMENTARIUS

IN

CICERONIS

LIBROS TRES

DE

LEGIBUS.

AMPLISS. CARDINALI

ODONI CASTILIONAEO

HADRIANUS TURNEBUS

S. P. D.

Posteaquam, Card. Amplissime, illud de me judicium fecisti, quo nunquam sane dignum esse me putavi, ut Tolosam amplissimo tuo civitatisque illius, omnibus et juris et humanitatis artibus florentissimae, honorario auctoratum ad professionem literarum mittendum censeres; etsi assiduitate et officio non satis, voluntate tamen et observantia, ut debui, nunquam ex eo destiti me unum e clientela tua familiaque numerare. Semper abhorruit ingenium meum ab ista officiosorum hominum concursatione limina optimatum quotidianis salutationibus terentium, quod eae sint animi plebeii angustiae, ut tantae amplitudinis conspectum non capiant: et velut infirmi oculi solis splendorem refugiunt.

ita quoque vestra claritate acies nostra praestringitur, istamque poenam ultro nobis dum consciscimus ne vos saepe videamus, officii raritate decus vestrum commendamus, ne passim ad vilitatem vulgetur. Sic nitor purpurae, si saepe gestetur, obsolescit: et reges Medorum majestati suae addiderunt, exclusis admissionibus. Nec ignoras profecto te religiosius ab illis adiri, qui te raro visunt, quam qui quotidie togati atria tua calcant. Sed tamen si istam forte apparitionem desideras, adjice propius oculos. Ut quosdam corpore praesto esse cernis, animo peregrinantes et absentes: ita fortasse alios intelliges esse, qui cum corpore coram non adsint, animis de tua semper dignitate et praestantia cogitent. Qui si, pro eo ac debent, virtutes ac dignitatem tuam aestimant, quae sola laus tibi potissimum quaerenda est, istas animi, non corporis partes esse putabis: cum praesertim corpus externum cultum potius quam virtutis ornamentum soleat intueri. Hoc genus officii nisi sequar, obsecro te, quo tandem pacto animi ingrati notam effugiam, tantis a te meritis provocatus? Scio nostris moribus nullam esse ingrati actionem, nec fere nostris hominibus peccata videri, de quibus nec recuperator,

nec quaesitor cognoscit: sed aliam sibi vitae legem boni constituunt, qui non hominum opinione, sed veritate et religione jus colunt, qui etiam interdum ea, quae legibus non vindicantur, turpiora censent, in iisque gratiae oblivionem praecipue numerant, praesertim adversus eos quibus notum esse beneficium est. Sed cum mea in te observantia tuorum in me promeritorum memoriam et dignitatis tuae amplitudinem nunquam ex animo meo sinit excidere; tum vero mihi hos commentarios scribenti semper occurristi, cui et hanc, et aliam omnem operam debere me putarem: et de formidoloso bello cogitanti, in quo tu Henrici Regis augustissimi et invictissimi auspicia ductumque secutus es, desiderium tui obversatur dies noctesque de tua salute sollicito. Hos autem commentarios non tam expectandum fuit ut tibi dicarem, quam ut pro tuo jure vindicares, cum omnia nostra jure mancipii nexique tua sint, aut si quod aliud est jus, quod perpetuam auctoritatem possessionemque magis tribuat. Scripti autem sunt in jura nec mercenaria, nec quaestuosa, cum praesertim nihil esse sceleratius hae leges censeant, quam justitiae mercedem ullam quaerere: nec litigiosos controversosque homines reddunt, ut

illa quae tantum calumniarum, circumscriptionum, litium severunt inter homines, ut ipsa prope terrarum sola intestinis forensibusque bellis perturbata, hodie conflictentur: et gentes illae, quae suis quam alienis legibus vivere maluerunt, nostrorum malorum documento, uberrimum prudentiae suae fructum laetae percipere se intelligant. Quo tibi haec acceptiora fore gratioraque existimo, qui ut omnes virtutes sine pretio expetendas semper duxisti: ita quoque earum praestantissimam indigne ad quaestum calumniamque a nonnullis prostitui non injuria saepe conqueri soles. Vale.

IN

M. TULLII CICERONIS

LIBROS DE LEGIBUS

ARGUMENTUM

HADRIANI TURNEBI.

EDITIS de Rep. libris, Cicero Platonis exemplo de Legibus scribere instituit, et suae Reip. quam ex populi potestate et optimatum auctoritate temperarat, (eam enim temperationem probat lib. III. de Legibus) leges dare consentaneas. Cujus disputationis principium repetit ex Stoicorum philosophia, non ex ratione populari: quorum instituto emendationem vitiorum commendationemque virtutum lege contineri tradit, totamque legis vim et potestatem libri primi explicatione complectitur. Nam lex ultima ex Stoicorum commentariis, non Iurisconsultorum libellis, qui ad ejus vim nunquam aspirarant, ab eo describitur mens Dei Optimi Maximi omnia ratione jubentis et vetantis, a qua hominum vera lex proficiscitur, quae est ratio sapientis apta ad jubendum et vetandum. Atque hoc primi libri argumentum est, quod articulatim distinguitur, ut capitibus certis scholam quamque comprehendere Stoici solebant. Vim autem illius legis, de qua libro primo disserit, sic idem quoque libro tertio de Rep. describebat [apud *Lactantium* Div. Inst. lib. VI. cap. 8.]: *Est quidem vera lex recta ratio, naturae congruens, diffusa*

in omnes, constans, sempiterna: quae vocet ad officium jubendo, vetando a fraude deterreat: quae nec probos frustra jubet aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Huic legi nec obrogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest: nec vero aut per Senatum, aut per populum solvi hac lege possumus: neque est quaerendus explanator aut interpres ejus alius: nec erit alia lex Romae, alia Athenis: alia nunc, alia posthac: sed et omnes gentes, et omni tempore una lex et sempiterna et immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister et imperator omnium Deus. Ille legis hujus inventor, disceptator, lator: cui qui non parebit, ipse se fugiet, et naturam hominis aspernabitur: atque hoc ipso luet maximas poenas: etiamsi caetera supplicia effugerit. Sed et hujus legis vim sic apud *Sophoclem* Antigone exprimit [vs. 456.]

Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
Οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
Οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους·
Οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
Κηρύγμαθ', ὥς τ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
Νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.
Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτου φάνη.

Non mi istud etenim edixerat Saturnius,
Nec familiaris inferûm Themis Deûm,
Statuere leges hasce qui mortalibus.
Edicta tantum nec valere credidi
Tua, ut Deorum inscripta posses et rata
Mortalis unquam fata praeter egredi.
Haec namque primum nunc herique non vigent,
Sed usque: nec quis, nata quam pridem, tenet.

Quod si quis existimat libri primi disputationem e *Platonis* libris esse sumptam, ei Q. Ciceronis auctoritatem opponemus, qui in hac disputatione Platonem nullo modo agnoscit. Quid autem eum locum adscribere vetat, praesertim nostrae sententiae approbatorem et adstipulatorem? Sic igitur scribitur initio libri II. *Habes legis prooemium: sic enim hoc appellat Plato. Q. Habeo vero, frater, et in hoc admodum delector, quod in aliis rebus aliisque sententiis versaris, atque ille: nihil enim tam dissimile est, quam vel ea, quae ante dixisti, vel hoc ipsum legis exordium. Unum illud mihi videris imitari, orationis genus.* Hic igitur merito culpari non possumus, quin ante Quintus reprehendatur, qui hujus erroris, si quis est, dux nobis et auctor fuit: et Quinti sententia, qui ista in *Platone* conquirunt, vehementer errant. Secundus liber constitutionem religionis et sacerdotum continet: tertius magistratuum descriptionem: sequentibus libris, qui temporis injuria interciderunt, de jure populi Romani disputabat, ut ex tertio extremo intelligi potest, in quo ita scribit, *Ac de jure naturae cogitare per nos atque dicere debemus: de jure populi Romani quae relicta sunt et tradita.* Afferuntur et a *Macrobio* ex lib. V. de Legibus ista, *Visne igitur, quoniam sol paullulum a meridie jam devexus videtur, neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendamus ad Lirim, eaque, quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur.* Scripsit autem Cicero hos libros ante bella civilia, P. Clodio jam occiso, velut ex lib. II. intelligi potest. Atque, ut conjicio, absolutis de Rep. libris hos aggressus est scribere; non tamen, ut reor, eos edidit, quod fortasse summam iis manum non imposuisset, neque eos perpoliisset: sed, eo jam interfecto, publicati sunt. Itaque eorum libro posteriore de Divinatione non meminit. In quodam autem exemplari MSto sic ho-

rum librorum inscriptionem reperi, M. TULLII CICERONIS LIBER DE JURE CIVILI ET LEGIBUS. Veriorem tamen titulum DE LEGIBUS censeo, vel auctore *Cicerone*, qui se Platonis exemplo de legibus scribere profitetur; quamquam de jure civili hic etiam disserebatur. Scripserat et *librum de jure civili in artem redigendo*, ut auctor est *Gellius* [I, 22.], quem librum a *Quintiliano* etiam significari putem, non hos tantum, cum ait M. Tullium *aliquid de jure civili componere coepisse.* [Lib. XII. Inst. Orat. cap. 3.].

HADRIANI TURNEBI
COMMENTARIUS
IN
CICERONIS
LIBROS TRES
DE
LEGIBUS.

Cap. I. Lucus *quidem*] Videtur deesse prooemium: prooemiis enim se Aristotelis instituto, qui in ἐξωτερικοῖς praefari solebat, uti consuevisse in Epistolis ad Atticum declarat [lib. IV. Epist. 16.]. Atticus autem sermonem exorditur, eum agnoscens lucum, eamque quercum, quam in Mario Cicero descripserat. Tum enim primum in Arpinatem agrum venerat, ut ex secundo libro conjici facile potest [cap. 10.]: *Equidem qui nunc potissimum huc venerim, satiari non queo.* Lucus longinquior erat, quercus propinquior: haec in agro Arpinati, ille fortasse extra territorium Arpinatum. Solebant autem prisco ritu rura et municipia, ut credo, praecellentem aliquam arborem Diis dicare, potissimumque quercum, eamque spoliis interdum et exuviis hostium ornare: qualis haec Arpinatum, ut opinor, fuit. Ad eam consuetudinem respexit *Lucanus*, ita scribens [lib. I. 136.]

Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum. — Sequitur mox,
Sola tamen colitur.

Aut ob Marium certe ea ab Arpinatibus colebatur. Agnoscit autem Atticus, quae in poëmate Ciceronis ante cognoverat. A *Luco* deducitur *Lucar*, quae pecunia erat initio e lucis redacta, quae ludis et histrionibus impendebatur. Postea quaecunque pecunia, quae ludis et histrionibus impendebatur, eo nomine vocata est. Θεωρικὰ χρήματα, ut existimo, Graeci vocant. *Tacitus* [Annal. I, 77.]: *De modo lucaris, et adversus lasciviam autorum multa decernuntur.*

[Ceterum hanc scenam colloquii a Cicerone prope hunc lucum cum amicis habiti ab artificibus Britannis Rich. Wilson et Guil. Woollet in tabula picta itemque arte lineari in aenea lamina esse exhibitam, non est quod ad hujus loci intelligentiam quis requirat: illud magis conjunctum est cum interpretationis rationibus, quod ipsum horum locorum situm repraesentat nuper vulgata ichnographia; quam nos exprimendam curavimus infra ad libr. II. cap. 3. *Cr.*]

Saepe a me lectus] Ita non raro ad longinquius referre solet *Cicero*, ut ad *lucum* hic potius retulit, quam ad annosam et patulis diffusam ramis *quercum*, unde Mario factum auspicium fuerat.

[Hoc Zeugma multis exemplis illustravit Ruddimannus in Institutionibus Grammaticae Latinae Part. II. p. 32. seq. ed. Stallbaum. *Cr.*]

In Mario] Marius, Ciceronis poema, quo res a Mario municipe suo gestas adolescens explicarat ad gloriam suae germanae patriae. Marianam porro quercum, quam hic celebrat, in poemate a Mario appellarat; vel ob augurium, quod inde Mario adolescenti factum fuit, cum, ut *Plutarchus* auctor est, nidum aquilae, in quo septem pulli erant, reperit; vel ob augurium, quod Marius urbe pulsus in quercu illic fortasse notavit. Et si hoc contra fidem historiae est (nec enim se Arpinum recepit), non tamen contra jus et licentiam poetarum. *Cicero* lib. I. de Divinatione [cap. 47.]: *Quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est, ut utar potissimum te auctore?*

Hic Jovis altisoni subito pinnata satelles
Arboris e trunco, serpentis saucia morsu
Ipsa feris subigit transfigens unguibus anguem
Semanimum, et varia graviter cervice micantem.
Quem se torquentem lanians, rostroque cruentans,
Jam satiata animos et duros ulta dolores,
Abjicit efflantem, et laceratum affligit in unda,
Seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.
Hanc ubi praepetibus pennis lapsuque volantem
Conspexit Marius, divini numinis augur,
Faustaque signa suae laudis reditusque notavit,
Partibus intonuit caeli pater ipse sinistris.
Sic aquilae clarum firmavit Juppiter omen.

Vel denique ob aliud quoddam auspicium, quando poemate amisso perdifficilis est conjectura. Hoc autem constat, C. Marium augurii peritissimum fuisse, et in poemate ideo auspicia ei facta Ciceronem fortasse finxisse, ut intelligenti.

[*Si manet illa quercus* Cannegieter in Disquisitione de Notis et Siglis p. 328. conjectat: s. m. *ulla* q. Male. *Cr.*]

Manet] Si non natura, at commemoratione et fama: quanquam Atticus aliorsum dixerat, et de superstite arbore intellexerat, quod de celebritate arboris in poemate descriptae Quintus accipit.

Ingenio] Non manu, ut ab agricolis seruntur.

Fratrem laudando] Nempe quod Quintus etiam Cicero poeta esset. *Cicero* libro II. Epist. ad Quintum fratrem [Ep. 16.] *Συνδείπνους Σοφοκλέους*, *quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.* Et ibidem, *Ego te libenter ut rogasti quibus rebus vis adjuvabo*, *et tibi versus*, *quos rogas*, *γλαῦκα εἰς Ἀθήνας*, *mittam.* Et lib. III. [Epist. 6.] *Quatuor Tragoedias* XVI. *diebus absolvisse te cum scribas*, *tu quicquam ab alio mutuaris? et χρέος quaeris*, *cum Electram et Troadem scripseris? Cessator esse noli: et illud*, *γνῶθι σεαυτόν*, *noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum*, *verum etiam*, *ut bona nostra norimus.*

Suffragari tibi] Laudi tuae inservire, qui aeternitate donari putes ea de quibus poetae memorant. A suffragationibus et suffragiis comitiorum ductum. Nomina autem habuerunt a *suffringendo*, ut reor, cum tabellae quaedam essent tanquam *suffractae*, in Graecia etiam testulae.

[*Dum latine loquentur litterae*] Lectionem latine probat etiam Handius, Censor Ed. Goer. Jenensis 1810. 71. p. 565. laudatque Cic. ad Att. I. 13. Videlicet ibi legitur: *pure loquuntur epistolae tuae. Mr.*]

Mariana dicatur] In scriptis libris *dicitur*; ut mox, *quam Marianam quercum vocent.*

Ut ait Scaevola] Cicero sumpta virili toga a patre ad Scaevolam augurem deductus est, ut scribit in Laelio. Eo mortuo se contulit ad Pontificem, eique operam dedit; quo tempore, ut reor, etiam Marium scripsit: et Scaevola in poema Ciceronis, ingenium ejus admiratus, ut suspicor, scripserat epigramma. Nam principes Romani versus ludere interdum solebant, ut Scaevola, Hortensius, Calvus.

Canescet] Durabit, superstes erit. Sic *inveterare* usurpatur. *Cicero* lib. II. de Natura Deorum [cap. 2.] *Nec una cum seculis aetatibusque hominum inveterare potuisset.*

Nisi forte Athenae] Id est quasi vero Athenis non hominum commemoratione et opinione potius quam natura stirps illa oleae inveterarit. Oleam autem illam intelligit, quam in certamine Pallas edidit, ut Athenis nomen imponeret: quae Plinii quoque aetate superstes censebatur esse. *Plinius* lib. XVI. [§. LXXXIX]: *Athenis quoque olea durare*

creditur in certamine edita a Minerva. Eam in arce natam fuisse *Varro* lib. I. de Re Rustica [cap. 2.] docet. *Hoc nomine*, inquit, *etiam Athenis in arcem non inigi*, *praeterquam semel ad necessarium sacrificium*, *ne arbor olea*, *quae primum ibi dicitur nata*, *a capra tangi possit.* Ejus etiam oleae meminit in stirpium historia Theophrastus. Erant et oleae Palladi sacrae ex ea, ut reor, natae in arce primum, quae propagatione plures succreverunt, *μόριαι* vocatae, vel quod viritim earum oleum divideretur, vel a morte Halirrothii Neptuni filii, qui cum eas ferro succidere tentaret, securim sibi inflixit: earum autem oleum praemii vice his, qui Panathenaea vicerant, donabatur. Hae postea ex acropoli, quam Varro et Cicero *arcem* vocant, in Academiam translatae sunt. *Aristophanes*, *Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις.* [Nub. vs. 1001.]

Homericus Ulysses] Locus est Odyss. Z, 162. de Nausicaâ, quam tenerae et procerae palmae Ulysses comparat.

Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.
Sic teneram Deli sacras ad Apollinis aras
Palmae conspexi surgentem e cespite plantam.

Ubi Cicero *νέον teneram* vertit, *ἀνερχόμενον proceram.* Errant autem qui hic *ἔρνος ramum* interpretantur. Non omittam pro *quod Homericus Ulysses* legi etiam posse *quam Homericus Ulysses.* Eam autem palmam esse arbitror Apollinis et Dianae natalibus nobilem, quam *Plinius* [lib. XVI. §. 89.] ait Deli ab aetate Apollinis conspici: cujus *Homerus* quoque in hymno Apollinis meminit [vs. 117.]

Ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε, γοῦνά τ' ἔρεισε
Λειμῶνι μαλακῷ.
Ulnis amplexa est palmam, genibus quoque prato
Innixa est tenero.

Meminit hujus et *Theognis* [vs. 6.] sed et *Callimachus* [Hymn. in Delum vs. 209.] *Ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις Φοίνικος ποτὶ πρέμνον. Catullus* [Carm. xxxv.] *Quem mater prope Deliam Deposivit olivam* scribit. Sed ita se res habet: solent gravidae dum parturiunt, aliquid apprehendere, ut nixus juvetur. Sic Latona manu altera palmam, altera olivam apprehendit. *Aelianus* [Var. H., V., 4.] *Ὅτι ἀναθῆλαι λόγος ἐστὶ Δήλιος φυτὰ ἐν Δήλῳ ἐλαίαν καὶ φοίνικα, ὧν ἁψαμένην τὴν Λητὼ εὐθὺς ἀποκυῆσαι, τέως οὐ δυναμένην τοῦτο δρᾶσαι.* Id est, *Narrant Delii in Delo oleam et palmam enatas esse*, *quibus prehensis statim Latonam peperisse*, *cum ante non potuisset.* Etiam Tegyris, ubi aliquando oraculum fuerat, rivi erant duo palma et olea, juxta

quos nonnullorum opinione Latona enixa fuerat, ut refert *Plutarchus* [in Pelopida pag. 286.].

Nuntia fulva] Id est, aquila. Versus ex Ciceronis Mario. *Nuncia* autem *Jovis* hic dicitur, non quia ministra sit fulminis, et armigera Jovis, ut quidam censent, sed quia nunciat Jovis voluntatem et auguria. *Cicero* de Natura Deorum [immo de Divin. II, 34.]: *Hae sunt igitur aves internunciae Jovis, quae pascantur necne, quid refert?* Eodem modo paulo ante *satelles Jovis* aquila dicebatur in versibus, quos e Mario Ciceronis protuli: libro posteriore de Divinatione eodem modo hoc scribitur [cap. 36.]: *Tum igitur esset auspicium, si modo esset ei liberum se ostendisse: tum avis illa videri posset interpres et satelles Jovis.* Jovem enim censebant auguria mittere, ac proinde augurem lib. III. [cap. 19.] dicet *Jovis consiliarium* esse. Ob aliquod autem prosperum aquilae augurium fortasse Marius in secundo suo consulatu Romanis legionibus dicavit aquilam.

Fulva] Fulvus color est e viridi et rufo, ut arena, aquila, quam, ut hic Cicero, etiam *fulvam* dicit Maro. Sed et color nigricans *fulvus* interdum dicitur: imo et niger a *Silio* [VII, 683.]

Nigra viro membra et fulvi *juga celsa trahebant*
Cornipedes.

Nisi quis putet legendum esse *furvi.* Fulvae igitur fere sunt aquilae omnes: etsi quaedam dicitur melaenaëtos, quam valeriam Latini, quod, ut reor, viribus valens sit, appellarunt, quam proprie *fulviam* Gaza dicendam putavit.

Tempestas] Non addit, *aut cum excisa* fuerit; quod cum sacra, ut existimo, esset, timendum non esset, ne ferro caederetur.

An ita factum] Utrum ex historiae fide, an poetarum licentia scripserit; ut commentum tuum sit, nec id Mario evenerit.

Certe non longe] Vetus scriptura *certen' longe.* Puto *certe non longe* verum esse. Habitavit autem Atticus *in colle Quirinali*, in *Pamphiliana* domo *ab avunculo haereditate relicta*, ut scribit Nepos [Attic. cap. XIII, 2.] et prope templum Quirini domus Attici erat, ut scribitur a Victore: et lib. II. Epistolarum ad Atticum de statua Caesari in templo Quirini posita scribitur, *De Caesare vicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis: cum σύνναον Quirini malo quam Salutis* [Ep. 45.]. *Certe* hic interrogantis est: nam in interrogatione est oratio, cum infra sequatur, *Quorsum tandem, aut cur ista quaeris?* Sic fere ab Imperatore Augusto quendam parricidii accusatum scribit interrogatum Tranquil-

lus, *Certe patrem tuum non occidisti? Certe* autem valet utrumne, vel, quod mox dicit, verumne.

Verumne sit] Subaudiendum *quod*, aut *ut:* hujusmodi autem Eclipsin annotat *Linacer*. Vel legendum *utrumne Athenis*. Alii *et Athenis* legunt absque *verumne*.

Romulus] Vide *Livium* lib. I. ab urbe condita.

Quirinum] Saepe qui in Deorum numerum referebantur, nomen mutabant, ut ait Lactantius. Etiam inde usque ab Homero opinio fuit aliis res vocabulis apud Deos esse, aliis apud homines. Hinc illud Homeri

Ξανθὸν μὲν καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. Et,
Χαλκίδα μιν καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν.

Sic Romulus posteaquam in Deos relatus est, Quirinus vocatus est: Ino mater Matuta: Palaemon, Portumnus: Hersilia, Ora. *Ovidius* [Metam. XIV, 851.]

Mutat, Oramque vocat, quae nunc Dea juncta Quirino.

Itaque *Cicero* in Offic. [III, 10.] cum scribit *Pace vel Quirini vel Romuli dixerim*, significat pace ejus dixerim sive homo est sive Deus. Ut autem Proculus perfidiose pejeravit se Romulum vidisse post ipsius excessum, sic Livius Geminius pejeravit in Senatu se Drusillam in caelum ascendentem vidisse. In quem hoc scribit Seneca in ἀποκολοκυνθώσει (sic enim ex Dione inscribi debet libellus ille) *Quaerite ab eo qui Drusillam euntem in caelum vidit: idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non passibus aequis*. Qui autem ex his *Ovidii* versibus [Fast. II, 477.]

Sive quod hasta Quiris priscis est dicta Sabinis.
Bellicus a telo venit ad astra Deus,

conjiciunt ab *Ovidio* significari Martem *Quirinum* vocari, errant: id enim de Romulo dicit, non de Marte, quem Deum bellicosum in caelum venisse scribit.

Aquilo sustulerit] Boreas, inquit Sophoclis interpres [ad Antigonen vs. 978.], affinitatem cum Atheniensibus junxit, rapta Orithyia Erechthei filia, ex qua Zethen, Calain, et Cleopatram sustulit. Eam ad Ilissum raptam scribit *Pausanias* [1, 19.] ludentem et propter illam affinitatem Boream Atheniensibus bello Medico opem tulisse, multasque triremes barbarorum mersisse mari. *Dionysius* quoque his versibus [in Periegesi vs. 424.]

Οὗ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο
Ἔνθεν καὶ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Eustathius Boream regem fuisse Thraciae dicit, quem poetae esse ventum fabulati sunt. Duo sunt exempla, unum e Religione Romana, alterum ex Attica, cum Pomponius Romanus esset, et pro Atheniensi haberetur. Hanc etiam fa

bulam in principio Phaedri commemorat *Plato*: [Phaedr. T. 10. p. 284. Ed. Bip.] quo ex Dialogo Pomponii antiquam domum Athenis ad Ilissum fuisse conjicimus, cum ad Ilissum rapta sit: in aliam autem domum jam immigrarat.

Quorsum tandem] Non respondet ad rogatum, cum de Religione interrogatus sit: alioqui non admodum religiosus erat, cum Epicureus esset.

Inquiras in ea] Ab inquisitoribus ductum. Simile est illud Lactantii, *Tantaque est auctoritas vetustatis, ut in eam inquirere scelus esse dicatur.* In aliis *anquiras.*

In Mario] Poëmate tuo.

Recenti memoria] Ut verum scire possis, nec tibi fingendum sit, ut in rebus a nostra memoria remotis facimus.

In Arpinati homine] In municipe tuo, cujus res scire potuisti. Qui in vicinitate Arpini hoc intelligunt, valde errant. Caeterum in scripto libro *vel severitas a te postulatur* invenio, bono etiam sensu; id est, nonnulli severam quandam historiae fidem a te postulant. *Veritatem* tamen probo, cum sequatur, *Me cupio non mendacem putari.*

[Jo. Cannegieter. de Notis p. 328. ita in hunc locum: »Varie mutant alii. Nisi deterreret grande supercilium tuum, ac severitas censoria, vim fieri vetantis, sic interpreter atque emendem: *at* multo magis *a nonnullis*, *quod et in recenti memoria*, *et in Arpinati homine*, cui adeo popularis fuit Marius tuus, res gestae proponantur, *vl. s. f. veritas a te postulatur.* Auctoribus Diacono et Valerio expono: *videlicet sine fraude veritas.* Firmat conjecturam, quod mox sequitur: *ut a teste veritatem exigant.*« Haec ille. Mihi arridet elegans breviloquentia, quae in vulgata lectione inest, ita tamen, ut ex usu Ciceroniano »postuletur« scribendum videatur. *Cr.*]

Opusculo] In Mario. In MSto legitur *periculo:* quae scriptura si cui probatur, de exilio Marii intelligat.

Egeria] Quae quidem iis quae scripsi incredibiliora sunt. Colloqui se noctu cum Egeria Numa Romanis persuaserat, ejusque monitis se facere omnia, ut Livius scribit [1, 19.]. Et Ennius de ejus cum rege Numa colloquio in Annalibus scribit, *Olli respondet suavis sonus Egeriai.* Egeriam autem, quod *egerendo* partui praeesset, matronae Romanae colebant, et Fluoniam, quod fluorem sanguinis in partu sisteret.

Apicem] Pileum *Livius* scribit: atque hic apex pileus est altus in figuram metae fastigiatus, quam Graeci κυρβασίαν appellabant. *Dionysius* [Halicarnasseus, lib. II. cap. 70.] *Καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πί-*

λους ὑψηλούς, εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδές, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. Sed hic apex pileus, ex parte totum est. Apicis etiam meminit *Festus* sic, *Offendices esse ait Titius nodos quibus apex retineatur et remittatur.* Nam apex summitas est pilei: proprie in summo Flaminis pileo virga lanata: quod cum Albae primus ferre instituisset Ascanius, alludens *Virgilius* scripsit [Aen. II, 682.]

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex.

Nomen autem habet ab *apere*, quod est comprehendere.

Quippe] Id est sane, certe; estque respondentis et affirmantis. Veteres libri habent, *Quippe cum illa ad veritatem Quinte referantur.*

Patrem historiae] Qui princeps historiae suam orationem suumque ornatum tribuit. Nam qui ante eum scripserunt, rudes et inornati fuerunt. Itaque cum historiae stylum describit Cicero, semper orationem Herodoti adumbrat. Id adeo ex *Aristotele* intelligi potest (Rhet. III. 9.), cujus haec verba sunt: *Ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις, ἡ ἀρχαῖά ἐστιν· Ἡροδότου Θουρίου ἥδε ἱστορίας ἀπόδεξις.* Ejus enim dictionem *tractam* esse dicit Aristoteles: quod genus dicendi cum Cicero in historia omnium optimum ex *Herodoti* scriptione censeret, de historicorum oratione sic lib. II. de Oratore [cap. 15.] scribit, *Verborum autem ratio et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac judiciali asperitate et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est.* Ubi perspicue *εἰρομένην λέξιν*, qualis est Herodoti oratio, qui princeps historiam ornavit, ut merito historicae orationis parens sit, *tractam orationem* vertit. Idque magis perspicietur ex Oratore, in quo ita scribit de historia [cap. xx.] *Sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.* Interpretatur enim *λέξιν κατεστραμμένην* et *εἰρομένην.* Itaque ex Aristotele intelligentia quoque peti debet orationis sponte fusae, quae *εἰρομένη* est, et conversae atque mutatae. Quibus de rebus quid vaticinentur interpretes, plerique novere.

Fabulae] Herodotum quoque falsi et mendacii insimulat *Plutarchus*, qui in ejus etiam improbitatem librum edidit. Desiderat et in Herodoto fidem *Lucianus.* Theopompus scripsit Epitomen Herodoti, Philippi patris Alexandri, et Graecorum res. In eo etiam desideratur fides. Accusat eum ut nimis acrem hominum reprehensorem *Lucianus*, cum in historia accusationem quandam factitasse et exercuisse videatur, ut ejus liber non tam historia, quam accusatio esse censeretur. Hinc illud Ciceronis ad Atticum [lib. II. Epist.

6.] *Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur.* Discipulus Isocratis fuit, ut et Ephorus.

CAP. II. *Teneo, quam optabam*] Intelligi satis ex his quae sequuntur existimo, et ex lib. II. de Oratore, Ciceroni in animo fuisse historiam scribere Nam sub persona Antonii cum *hoc opus oratorium maxime* dicit, suam voluntatem satis significat; ut et lib. I. scribere se de jure civili satis indicat velle, cum, quomodo in artem redigi debeat, attingit, ut tum vel librum de jure civili in artem redigendo, qui a Gellio nominatur, vel hos de legibus, in quibus etiam de jure civili scribebat, ut ex primo libro et extremo tertio intelligi potest, jam cogitaret.

Flagitatur] Quasi debeat: nam qui nomina exigunt, et debitam pecuniam petunt, flagitatores vocantur. *Plautus* Mostell. [Act. III. Sc. II, 80.] *Quasi flagitator adstat usque ad ostium.* Sic pro Quintio [cap. 3.] *Tametsi causa postulat, non flagitat, praeteribo.*

Etiam genere] Nam in eloquentia jam pares eis sumus.

Oratorium maxime] Id lib. II. de Orat. [cap. 15.] dixerat. *Videtisne quantum munus sit oratoris historia?*

Pontificum maximorum] Annales maximos intelligit, qui a Pontificibus perscribebantur. *Cicero* lib. II. de Orat. [cap. 12.] *Erat enim historia nihil nisi annalium confectio: cujus rei memoriaeque publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Pontificem Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis P. Max. efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: iique etiam nunc Annales maximi nominantur.* Nam ut ait *Macrobius* [Saturn. lib. III. cap. 12.] *Pontificibus erat permissa potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi, et hos Annales appellabant Maximos*, quasi a Pontificibus Max. factos. Jam hic *jucundius* in libro scripto habetur, ac jucunditas in puritate sermonis, absque ornatu etiam oratorio in cognitione antiquitatis esse potest. Tale quiddam de XII. Tab. et Pontificum libris scribit Cicero in Dialogo de Oratore [lib. I. cap. 43.] his verbis: *Mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio: nam si quem aliena studia delectent, plurima est in omni jure civili, et in Pontificum libris, et in* XII. *Tab. antiquitatis effigies, quod et verborum prisca vetustas cognoscitur et actionum quaedam genera majorum consuetudinem vitamque declarant. Horatius* [lib. II. Ep. I. 26.]

Pontificum libros, annosa volumina vatum,
Dictitet Albano Musas in monte locutas.

Non enim haec tantum accipienda censeam de Pontificio

jure, verum etiam de annalibus. Fortasse autem cum omnes scirent annales tenuiter et exiliter scriptos esse, id Cicero praetermisit, ut notum. Alii *nudius* legunt, id est, inornatius: inornate enim et nude scripti erant.

Catonem] Qui libros originum scripserat: nec tamen titulum operis, ut ait *Festus*, implebat. Eum plurimum laudare Cicero solebat, ut ex Bruto apparet.

Fabium] Fabius Pictor historicus Latinus, cujus hodie nescio quid extare dicitur. Ejus meminit Cicero in Bruto. Refert etiam *Dionysius* lib. 1. Quintum Fabium annales Graecos scripsisse: sed et *Cicero* his verbis [de Divin. I, 21.] *Hisque adjungatur etiam Aeneae somnium, quod in Numerii Fabii Pictoris Graecis Annalibus ejusmodi est.* An autem alius sit, an idem Graece et Latine scripserit, quaerendum relinquo. Fabium, qui Annales Latinos scripsit, vocat *Dionysius* Maximum.

Fannium] Hic scriptor Annalium fuit: cujus Cicero in Bruto meminit. Ejus Annales Brutus in Epitomen redegit.

Venonium] Hic quoque historiam Latine condidit. *Cicero* lib. XII. ad Atticum [Ep. 3.] *At moleste fero Venonii historiam me non habere.*

Aetate conjunctus] Ut in Bruto [cap. 26.] *Horum aetatibus adjuncti duo Fannii.* Iterum [cap. 92.] *Itaque cum Hortensio magis mihi arbitrabar rem esse, quod et dicendi ardore eram propior, et aetate conjunctior.* Proinde hic libentius legerim, *Fannio autem aetate conjunctus:* vel *Fannii aetate conjunctus* dicetur, eum sequens proxime.

Antipater] Caelius Antipater historicus Latinus, Crassi familiaris, vires et sonum historiae addidit, verborum tamen collocatione tractuque orationis aequabili, qui proprius historiae est, caruit. Cicero in Bruto et in libro de Orat. ejus meminit. Brutus Antipatri historiam in epitomen redegit: Caelius autem Punicum bellum scripserat.

Inflavit] Metaphora a tibicinibus. *Cicero* in Acad. [II, 27.] *Simul ac inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur.* Virgilius [Georg. II, 193.]

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Inflare autem *tibiam*, est in tibiam flare.

Belli] Id est inepti ac mali scriptores. Ironia est. Sic lib. II. de Oratore [cap. 65.] *Audiamus, inquit, pulchellum puerum Crassus.* Alii *bello* legunt, id est, rudi scriptori Caelio; repugnantibus tamen libris scriptis.

Clodius] Clodius Quadrigarius, et Sempronius Asellio annalium scriptores, quorum non raro Gellius meminit. Asellio autem sub P. Scipione, ut ait *Gellius* [II, 13.] Trib.

Militum ad Numantiam fuerat, easque res quibus interfuerat literis mandarat. Hos historicos negat esse cum Caelio comparandos: cujus etsi vires habet, et fortis est oratio, tamen artem luctandi prae se non fert, id est, per translationem, nullam ostendit peritiam et artem faciendae orationis.

Nam quid Atium] Cicero in Bruto Atium historicum citat, quin et *Festus Pompeius* in verbo *Metelli*.

Ex librariolis Latinis] Ex vilibus et inornatis Latinorum libellis. Librarioli venditores et viles scribae libellorum. Id ad contemptum scriptorum Latinorum ait, ne *librarios* quidem dicere dignatus, ut in extremo tertio. *Itaque hae leges sunt quas apparitores nostri volunt, a* librariis *petimus.*

In orationibus] In concionibus, quas intexit historiae suae.

Impudentiam] Impudentissime se solet ostentare Atius. In scriptis libris *imprudentiam*, nec id absque sensu.

Sisenna] Luccius Sisenna bellum Marsicum scripserat. Praetorius fuit, ut e Corneliana et *Asconio* intelligitur. Saepe ejus historia citatur a *Nonio*. *Varro* librum quendam ejus nomine, *Sisennam* vel de historia inscripserat, ut est a Gellio relatum. Decessit in Creta cum illic praeesset exercitui. Miror autem a Cicerone omissum Valerium Antiatem, Licinium Macrum, Aelium Tuberonem, Gellium. Etiam Lucius Cincius Romanam historiam civis Romanus Graece scripserat: sed hic in Graecis numerandus est.

Nondum ediderunt] Nondum ediderat Sallustius, nondum Luccejus, a quo res suas celebrari cupiebat.

Existimare] Iudicare non possumus.

Clitarchum] Clitarchus rerum Alexandri scriptor, et expeditionum comes fuit. Hujus fidem infamari, ingenium probari scribit Quintilianus.

Cap. III. *Ab ultimis censeo*] A primis originibus urbis conditae.

Aequalem aetatis suae] Res scribere vult nostra memoria et aetate gestas. Sic in Bruto: *Sed ordinem sequens in memoriam notam et aequalem necessario incurro.* Hoc autem Ciceronis consilium sic apud Dionem [lib. xlvi. pag. 306.] per summam calumniam exagitat Calenus: *Προθέμενος γὰρ ἅπαντα τῇ πόλει πεπραγμένα συγγράψαι· καὶ γὰρ σοφιστής, καὶ ποιητής, καὶ φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ συγγραφεὺς εἶναι πλάττεται· ἔπειτα οὐκ ἀπὸ τῆς κτίσεως αὐτῆς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ὑπατείας τοῦ ἑαυτοῦ ἤρξατο, ἵνα ἀνάπαλιν προχωρῶν, ἀρχὴν μὲν τοῦ λόγου ἐκείνην, τελευτὴν δὲ τὴν τοῦ Ῥωμύλου βασίλειαν ποιήσηται.* Id est, *cum enim instituerit res gestas civitatis nostrae literis mandare*

(*nam Rhetorem, Poetam, Philosophum, Oratorem, rerum scriptorem esse se simulat*) *non tamen ab urbe condita, ut alii qui historiam scribunt, sed a consulatu suo primordium duxit, ut retrorsum regrediens, scribendi initium consulatum suum habeat, finem Romuli regnum.* Atque haec ita dicuntur a Caleno, quasi historia jam a Cicerone conscripta, nondum tamen edita esset. *Coaevum* autem Cicero in Vatinium non dixit. *Cocos* enim illic scribere oportet.

Pompeji] Atqui Cicero librum quendam, quem tamen non edidit et in Pompejum et alios optimates scripserat. Ejus meminit lib. II. ad Atticum [Epist. 6.] *Itaque ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore pangentur.* Atque id Calenus objicit ei apud *Dionem* [lib. XLVI. pag. 298.] his verbis: *Τά τε συγγράμματα ἃ κατὰ τῶν φίλων συγγράφεις, ἐφ' οἷς οὕτως αὑτῷ ἀδικοῦντι σύνοισθα, ὥστε μηδὲ δημοσιεύειν αὐτὰ τολμᾷν.* Id est, *Et quos in amicos libros conscribis, quo nomine tuae tibi conscius culpae, ne eos quidem publicare audes.*

Incurret etiam] De suo consulatu Cicero commentarium Graece jam scripserat, quem librum ait [ad Attic. lib. II. Ep. 1.] *totum Isocratis μυροθήκιον atque omnes discipulorum ejus arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsisse.* Sed aliud est historiam, aliud commentarium scribere et tanquam breviarium conficere.

Illum et memorabilem] Sic vetus liber. Legendum censeo *illummet*, uno verbo; ut in Lucullo [cap. 27.] *Age, adsta, mane, audi, itera dum* eademmet *ista mihi.* Alii *in illum memorabilem* legunt expuncto *et.*

De Remo] Quam de rebus obsoletis ac priscis et vetustatem ultimae originis habentibus, et a nostra memoria remotissimis, istum non tam scribere quam vaticinari: istudque proverbii speciem habere videtur.

Vacuum tempus] Vacuum tempus est, cum occupati non sumus: liberum, cum nec occupati sumus, nec cura aliqua impediti.

Subsiciva] Haec vetus scriptura est. Ab assignationibus agrorum ductum, cum centuria non implebatur: aut cum agri steriles erant, ut palustres et macri, qui assignari non possent, et relinquebantur, aut reddebantur veteribus possessoribus. *Frontinus* [de Limit. Agror. pag. 39.] *Subsicivum est quod a subsecante linea nomen accepit. Subsicivorum duo genera, unum quod in extremis assignatorum finium centuriam explere non potuit: alterum quod in mediis assignationibus et integris centuriis intervenit. Varro* etiam [R. R. lib. 1. cap. 10.] cum jugerum non impletur

scribit, *Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsicivum esse unciam agri.* Sic *subsiciva tempora* quae subsecantur et justis negotiis detrahuntur. *Subsecivum* autem dicitur, et *subsicivum* frequentius, cum veteres *subsicare*, ut *subsecare*, dicere solerent. Nam et *exico* pro *execo* apud *Plautum* in bonis libris reperi hoc versu

Quin tu in paludem is exicasque *harundinem.*

Haec origo erroris fuit. Cum enim homines, unde *subsicivum* diceretur, ignorarent, literas trajecere et *subcisivum* primo, mox etiam *succisivum* fecere. Itaque in *Tranquilli* libris manu scriptis *subsicivum* in Domitiano reperi, et ter in *Gellio*, qui a Badio excusus est anno Domini M. D. XVII. In libris etiam *Plinii* et *Ciceronis*, qui formis non sunt excusi, inveni integrum vocabulum. Itaque qui *succisivum* defendunt pertinaciter, quid aliud consequuntur, quam quod inscitiam suam per hominum doctorum ora traducunt?

Ad rusticandum] Ut cum exeundi Roma potestas est ludorum diebus, diebus festis, et rebus prolatis.

Quae scribimus] Scriptiones instituimus quas paucis diebus absolvamus, easque accommodamus ad dies rusticationis.

Orsus traducor] Cum interrumpere scripturam institutam cogor, molestum mihi est. Nam *animi pendere* cruciari est. *Terentius* [Heaut. Act. IV. Sc. IV, 5.] *Clitipho cum spe pendebit animi.* Ductum a servis qui ad trabem pendentes vapulabant, a corpore ad animum verbo translato. *Plautus* [Asin. Act. II. Sc. II. 37.] *Ad pedes quando alligatus es aequum centupondium: Ubi manus manicae complexae sunt atque adductae ad trabem. Nec dependes nec propendes, quin malus nequamque sis.* Iam interrumpere, contexere, ordiri, a *tela* traducta sunt: *telam* enim *ordiri* et *exordiri* veteres dicebant. Hinc ad telam aranei alludens dixit *Maro* [in Culice vs. 2.]

Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

Legationem] Legationes nonnunquam Senatores impetrabant, sine ullo munere et procuratione Reipub. ut persequerentur suas syngraphas in provinciis illicque negotiarentur: et ut libere abesse possent ab urbe. Earum legationum ante consulatum Ciceronis tempus erat infinitum, Cicero ad annum redegit: postea Caesar quinquennium lege Julia indulsit. Itaque errant qui ante consulatum Ciceronis quinquennales fuisse scribunt. *Libera* autem *legatio* dicebatur, quod libere in quam vellent provinciam, in quam vellent urbem proficiscerentur; ubi etiam, ante Ciceronis legem, quantum volebant libere manebant. Impetrabantur et *lega-*

tiones votivae, cum vota quae voverant, ut verbi gratia, si stetisset Respub. solvebant: tum autem fana et sacra loca circuibant.

Cessionem] Cessio est cum urbe et publico cedimus et rus secedimus. Ductum videri potest a cessione quae fit in jure. Hujus meminit in Topicis Cicero. Atque haec veterum librorum scriptura est: alii *cessationem* legunt.

Aetatis potius] Oratores, aetate ingravescente, deposito causarum forensium onere, domi, quo suam etiam tum dignitatem tuerentur, jus respondere solebant. Sic lib. I. de Orat. [cap. 45.] sub Crassi persona, *Iuris interpretationem, non solum ad usum forensem, sed etiam ad decus et ornamentum senectutis sibi comparasse* dicit.

Vacationi] Quia senibus militiae vacatio datur et aliorum munerum, ut in aliis rebus eodem modo usurpari debeat, ut in causis agendis. Sexagenariis autem a muneribus civilibus aetatis vacatio dabatur: quinquagenariis a militaribus. *Seneca* [de Brev. vitae cap. XX.] *Lex a quinquagesimo anno militem non cogit, a sexagesimo Senatorem non citat. Cornelius Nepos* [In Attico cap. VII. I.] *Incidit Caesarianum civile bellum, cum haberet annos sexaginta. Usus est aetatis vacatione, neque quoquam se movit ex urbe.* Cicero autem cum hos libros scripsit, non longe a sexagenario aberat.

In solio] In solio sedentes jura respondebant Iurisconsulti prisci. *Cicero* lib. II. de Oratore [cap. 55.] *An juri civili? Est paternum: sed dicet te, cum aedes venderes, ne in rutis quidem et caesis solium tibi paternum recepisse.*

CAP. IV. *Roscius*] Cantica in proscenio ab histrionibus ad tibiam canebantur, et saltabantur. Roscio comoedo, et Aesopo tragoedo operam ad formandum gestum distinguendamque varietate orationem Cicero dedit. Etiam librum Roscius edidit de comparatione histrioniae et eloquentiae. Quod histrionibus operam daret, sic exagitat Calenus: *Οὐ μὰ Δία οὐχ ὥσπερ ὀρχησταὶ, οἱ τὰς ποικιλίας τῶν ἐνθυμημάτων διδάσκοντές σε τοῖς σχήμασι.* Roscius autem jam senex, cum in scena canticum ad tibiam caneret, jubebat tibicinem, non ut antea, citatos et acutos incinere modos, sed tardos senectutisque gestui aptos, ac ipse remissiore voce utebatur. *Cicero* lib. I. de Oratore [cap. 60.] *Solet idem Roscius dicere, se, quo plus aetatis sibi accederet, eo tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores esse facturum.*

In cantu cecinerat] Remisse scilicet, id est remisso, et senili voci et lateri apto cantu usus fuerat, versus in canti-

cis canens ad tibiam. Ex illo Ciceronis de Oratore loco nonnullis hic aliquid deesse videtur: sed quomodo in senectute cecinisset, iis, quibus hoc dicebatur, notum erat, et id verbum *quemadmodum* satis indicat. Numeri autem versus sunt hic et in *Persio* [Sat. 1, 13.]

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber.

Quod eo fit, quia in versu dimensa sunt spatia et percussiones. Numerus enim est quicquid habet certa et definita intervalla: unde pedes sunt numeri: et *saltare quis in numerum* dicitur. At modus cantus est, ut *modos fecit Flaccus:* Ciceroque saepe *numeros et modos* conjungit.

[*Numeros in cantu ceciderat*] De hoc loco, ubi Goer. in voce *ceciderat* lapsus est, ut jam animadvertit Handius l. c. p. 573., vide nunc Miscellanea Critica ed. *Friedemann.* et *Seebode.* I. 1. p. 73. *Matthiae* ad Eloq. Lat. Exempla p. 141. *Osann.* Analecta Critica p. 26. *Mr.*]

A contentionibus] Cicero in prima juventute omnia sine remissione et varietate, vi summa vocis et totius corporis contentione dicebat, ut in Bruto scribit. Postea cum iterum operam dedisset Moloni, contentio nimia vocis cecidit, et quasi ejus deferbuit oratio. Paulo ante bellum civile semper aliquid relaxabat: ac proinde de se sic in Bruto scribit [cap. 2.] *Quod eo tempore aetas nostra perfuncta rebus amplissimis, tanquam in portum confugere deberet, non inertiae neque desidiae, sed otii moderati atque honesti: cumque ipsa oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem et quasi senectutem, tum arma sunt ea sumpta* etc. Caeterum contendere et relaxare contraria sunt. Translatio esse ducta videri potest a fidibus contentis et incontentis.

Lenitate] Lenis enim est et *mollis oratio Philosophorum: nihil habet iratum, nihil atrox, nihil invidum, nihil mirabile: sermoque potius est quam oratio*, ut scribitur in Oratore ad Brutum [cap. 19.]

Dedisses] Sic in Bruto [cap. 89.] *Qui quanquam nemini se ad docendum dabat.* Et mox *Nec unquam mihi visus es ita te ad dicendum dedisse.*

[*Id siquidem*] Handius l. c. p. 574. improbat Goerenzii constructionem: *si quidem id nullum esset in experiendo periculum;* melioremque esse judicat ejusdem alteram, qua per σύγχυσιν construatur: *si quidem in experiendo id* (sc. τὸ ad jus respondere) *nullum esset periculum.* Sed idem a Cicerone scriptum fuisse *siquidem id* existimat. *Mr.*]

Ad Scaevolam] *Cicero* in Bruto [cap. 89.] *Ego autem juris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae P.*

filio: qui quanquam nemini ad docendum se dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. Erat autem hic Q. Mutius Pontifex, non augur, ut quidam falso censent, P. Mutii Pontificis filius. Ante etiam Q. Mutio auguri operam dederat, statim sumpta virili toga ad eum a patre deductus. Valde autem errant qui censent hujus fuisse filium Q. Mutium, de quo modo loquebar.

Ventitarem] Hic *ventitare* est quod Graece dicitur φοιτᾷν. Disciputi enim ad praeceptorem *ventitare* hic dicuntur. Sic *itare* usurpatur; ut in edicto Censorio: *Majores nostri quae liberos suos discere, et quos in ludos* itare *vellent, instituerunt.*

Spatia nostra] Id est, ambulationem. *Cicero* in Orat. ad Brutum [cap. 3.] *Et fateor me oratorem, si modo sum, aut etiam quicunque sum, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis extitisse.* Hic enim spatia dicit ambulationes Academiae, de quibus *Plinius* [lib. XII. §. 5.] *Celebratae sunt primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum triginta, unius radice ramos antecedente.* Hoc ideo addidi, quia quidam hic cum inani dentem illidere vellent, offenderunt solido, ac nesciverunt cur *spatia nostra* Cicero dixisset, sed vocem istam a Cicerone temere jactam putaverunt.

Aliud ex alio quaerentibus] Modo sedentibus, modo ambulantibus, ut grata vicissitudo est: vel modo hoc, modo illud disputantibus. Quod potius puto.

Nos vero] Volumus scilicet.

Et haec *quidem adire per ripam et umbram*] Vetus scriptura haec est, id est ad spatia ire per ripam opacam: nec per ripam tantum opacam adibitur, verum etiam disputabitur mox in ripae opacae ambulatione: ut infra, *Inter has procerissimas populos in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes quaeramus.* Alii *hac adire*, id est hac via ad spatia ire, quod etiam placet. Ripam autem fluminis Liris intelligit.

Egone] Terentius, *Potin est hic tacere? P. Egone?* lib. II. [c. 13.] *Hac de re quaero quid sentias. M. Egone?* Sic loqui solent, qui ad respondendum parati sunt.

Summos] Pomponius scribit Romae plurimos et amplissimos viros jus responsitare solitos esse: et Romani, ut ait Cicero, clarissimorum virorum auctoritate leges et Iura tecta esse voluerunt. Hoc tamen munus, ut ait Pomponius [Digg. lib. I. Tit. II, 6.] initio Pontificum erat, et *ex Collegio Pontificum* constituebatur, *qui quoque anno* praeesset *privatis.* Is autem jus respondebat, et actiones instituebat,

suoque consilio homines instruebat: id enim intelligit Pomponius; quo etiam modo illud a Cicerone scriptum est lib. I. de Orat. [cap. 10.] *Mutisque praeessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu consertum vocarent.* Nobis enim *praeest* qui non tantum rebus nostris interest, verum etiam qui auctoritate sua et consilio tanquam quid agamus imperat. Mox scribet, *Qui ei muneri* praefuerunt.

Civitatis] Ius civitatis maximum et amplissimum est. At Iurisconsulti de rebus privatorum respondebant, quod exiguum est. Appellatur autem *interpretatio prudentum*, ut ait *Pomponius* [Digg. lib. I. Tit. II. leg. IV, 5.] *communi nomine Jus civile*, cum tamen tantum juris civilis pars sit.

Quam *est populo*] Legendum puto, *qui consuluntur* cum *est populo necessarium.*

Civile] Quod positum est in Interpretatione Prudentum, ut Pomponius ait. Est enim tantum Juris pars.

Praestare] Quantum populo necessarium esse judicaverunt. In scripto *populum praestare* legitur, quod melius est; id est, de quibus populum teneri et obligatum esse voluerunt.

Incognitum est] Quasi vero ignoretur usitatum istud jus civile, et non plurima de eo scripta extent? In scripto libro, *id autem incogniti est:* indocilis enim est usus disciplina. Alii legunt, *Id autem cognitum est, in usu necessarium.* Ut jus illud Iurisconsultorum utilitate commendatum esse dicat: cognitum enim est necessarium esse. Usus autem non docet esse necessarium jus illud, de quo philosophi disputant.

[*Id autem incognitum est* etc.] Handius l. c. p. 567. in eam sententiam de hoc loco disputat, ut dicat, Goerenzii explicationem: *jus civile diligentius et subtilius excultum est, quam ususipse desideret*, locum habere non posse, quia verba *minus, quam in usu necessarium* eam impediant: restitutam igitur vult plurimorum Codd. lectionem *minusque in usu necessarium*, ut referatur ad *jus universum. Mr.* — Jo. Cannegieter. de Notis p. 328.: »Subobscura mihi quidem visa fuerunt haec Icti *hoc* civile — *minusque in usu necessarium.* Intelligo: eatenus tantummodo exercuerunt jus, quod isti vocant civile, ut formulas dederint ac praescripserint, a se inventas ideo ut ipsi omnibus negotiis interessent, ac solennitates edocuerint, a populo ediscendas atque observandas, caetera parum solliciti de eo, quid judicari oporteat ex jure legitimo. Eaene autem formulae incognitae sunt? licet equidem non negem in usu eas esse necessarias.« *Cr.*]

De stillicidiorum] Haec a Jurisconsultis in servitutibus praediorum tractantur.

Stipulationum] *Stipulatio*, inquit *Pomponius* [Digg. lib. XLV. Tit. I. Leg. 5.], *est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturumve se id quod interrogatus est, respondet. Plautus* in Poenulo: *P. Roga me viginti minas, Ut me effecturum tibi quod promisi, scias: Roga. C. Obsecro hercle. P. Gestio promittere. C. Dabisne argenti mi hodie viginti minas? P. Dabo, molestus nunc jam tu ne sis mihi.* Stipulationum autem harum non pauciores erant formulae fere quam res de quibus concipiebantur. Eas in venalibus vendendis diligenter Manilius Iurisconsultus perscripserat. *Varro* lib. II. de Re Rustica [cap. 2.] Stipulationis formulam ponit. *Emptor stipulatur prisca formula sic, Illasce oves, qua de re agitur, sanas recte esse, ut pecus ovillum quod recta sanum est, extra luscam, surdam, minam, id est ventre glabro, neque de pecore morboso esse, habereque recte licere: haec sic recte fieri spondes?*

Iudiciorum formulas] Certas intelligit actionum formulas, ex quarum praescripto experiundum erat. *Pomponius* [Digg. lib. I. Tit. II. 6.] *Deinde ex his legibus eodem fere tempore actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent, quas actiones ne populus prout vellet institueret, et certas et solennes esse voluerunt: et appellatur haec pars juris, legis actiones.* Eas Flavius Appii libertus publicavit. Quam autem variae essent stipulationum et judiciorum formulae ex Topicis intelligi potest, ubi scribitur, *At si stipulationum et judiciorum formulas partiare, non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid.*

CAP. V. *Platonem*] Platonem maxime admirabatur Cicero, adeo ut *quendam Philosophorum Deum* quodam loco vocet [De Nat. Deor. II, 12.]. Atticus autem Epicureus erat. Ita nunc exemplo Platonis de Legibus Cicero scribit: quae tamen de lege disseret, ea esse Stoica docebo paulo post multis clarisque argumentis. Intelligo enim in maximo errore nonnullos versari, qui hanc de lege disputationem Platonicam esse censeant.

Visne igitur] Locus ex primo νομοθεσίας Platonis. Ita Cicero hospitem qui disputat, Platonem esse intelligit.

Aestivo] Scribit enim *Plato*, Ὡς εἰκός, πνίγους ὄντος.

Cupressetis] Apud *Platonem* est, Καὶ μὴν ἐστί γε, ὦ ξένε, προϊόντι κυπαρίττων τε ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὕψη.

Spatiis sylvestribus] In viis et spatiis sylvestribus. Qui scribit apud *Platonem* Cretam describi τραχυτέραν καὶ πεδινωτέραν, et πεδινωτέραν interpretatur *agrestiorem*, Platonem

corrumpit et verba non intelligit. Scribit enim *Plato* ἢ πεδινωτέραν, id est, ut ita dicam, *quam campestriorem.*

Insistens] Saepe non ambulans. Quamquam inter eundum apud *Platonem* disputatur, tamen crebro etiam insistitur. Nam in Platone est: Τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἅμα, κατὰ τὴν πορείαν ποιήσασθαι.

Institutis Rerumpubl.] Ut Lacedaemoniorum, verbi gratia, et Cretum: non enim hic *Reipub.* sed *Rerump.* dicit. De duabus autem illis Rebuspub. multa disserit. Disserit etiam de generibus Rerumpublicarum, Regni, Dominationis, Optimatum, Paucorum, Populi.

Disputando honeste] Ex vestigiis veteris hujus scripturae legendum puto, *disputationis sic patefieri.* Alii contra fidem veterum librorum *magis honesta patefieri* nimis audacter et licenter legunt. Attingit autem capita disputationis hujus primi libri. Rationem et cogitationem tributas natura homini intelligo: vim rerum optimarum, inchoatas intelligentias et semina virtutum: munus cujus colendi causa nati sumus, justitiam, et ut alii aliis participemus. Qui haec aliter interpretantur, facile refelluntur Ciceronis verbis, quae in interpretatione usurpavi.

Natura] Hoc argumentum est omnium librorum de Legibus, etiam eorum qui amissi sunt.

Non ergo] Veteres Jurisconsulti civilis juris interpretationem a duodecim tabulis incipiebant, ut Sextus Aelius: cum autem postea praetores edicta, quod *jus honorarium* dicitur, proposuissent, posteriores ab his coeperunt. Sic Domitius Ulpianus LXXXIII libros ad edictum composuit, Paulus LXXX.

Ut plerique nunc] Posteaquam ex edictis perpetuis jus coeperunt dicere Praetores.

Caveamus] Demus operam ne consultores nostri apud praetorem ab adversariis fallantur capianturque; nam id jus hic significat: ut pro Muraena, *Quando ego te in jure conspicio.* Jus enim locus est ubi jus dicitur. Cavere est Jurisconsultorum proprium. *Cicero* in Topicis, *Cum tu mihi meisque multa cavisses.* Cavet Jurisconsultus in Jure, cum praesto est clienti suo apud praetorem, eumque ne capiatur et fallatur ab adversario instruit. De Consultationibus etiam domi aut in foro interrogatus, respondet. Atque haec Jurisconsultorum officia sunt.

Consultatione] Quaestio est de qua consulitur Jurisconsultus. Thesin hoc nomine explicat in Partitionibus, ut hypothesin causam vocat, in consuetudinem Romanorum ista

traducens, cum Jurisconsulti jus expendant universum, oratores singulorum causas agant.

Nunc ab uno] Intelligo Servium Sulpitium, peritissimum Jurisconsultum, quem in Bruto mirum in modum laudat.

Sed noris ista] Sic veteres libri, idque attentionis est. *Horatius* [Serm. lib. I. Ecl, IX, 7.] *Noris nos*, inquit, *docti sumus.*

Considerandae] Jus publicum intelligit, quod in religione et magistratibus positum est, de quibus lib. II. et III. disserit.

Jura et] Intexuerat etiam multa de institutis aliarum civitatum: et extremo lib. III. se de Jure Populi Romani dicturum pollicetur, quo Jus Civile, quod privatum est, etiam continetur.

[Jo. Cannegieter in Observv. miscell. cap. I. p. 371. hunc locum ad aperiendam vocabuli juris originem adhibens ita exponit: »*Jusa* autem dicebant (vetustiores Romani), non *jura*, quoniam olim literam R. non habebant, quam demum Appius Claudius invenit, uti est in L. 2. §. 36. D. *de Orig. Jur.* — Egregie Cornificius Rhetoric. ad Herennium lib. 2. cap. 13: »lege, inquit, *jus* est, id quod populi *jussu* sancitum est.« Livius lib. 7. cap. 17. »quodcumque postremum populus *jussisset*, id *jus* ratumque esset: *jussum* populi et suffragia esse.« Adde eundem lib. 9. cap. 33 et 34. Tum idem laudat nostrum locum et ex iisdem Tullii libris hos: I. 12. et 16. II. 4. III. 1. additque: »*Ius* itaque cum nihil aliud sit, quam *jussus*, voluntas ore aut stilo expressa, dubium non est, quin optimo jure ad testatorem possit transferri.« Quae etiam propterea h. l. adposui, quia Jo. Bapt. Vico, homo ceteroqui haud invenustus, de juris etymo mirifica excogitavit, cum conjectat *jus* antiquitus usurpatum esse de adipe hostiarum, quae rite Jovi caederentur; qui deus *Ious* appellatus sit; unde repetita fuerit et forma *Iovis* et vero etiam *juris*, quandoquidem ipsius juris primigenii pars potior in illis sacrificiis Jovi consecrandis constiterit. Vid. Jo. B. Vico Grundzüge einer neuen Wissenschaft vers. german. Weberi p. 279 sq. et passim. *Cr.*]

CAP. VI. *A capite*] Agnoscit Quintus, qui rationem Stoicam amplectebatur, exordium disputationis, unde oportebat, repetitum esse. Qui aliunde repetunt, eos serere lites censet.

Ius Civile] Ut qui a praetoris edicto aut a duodecim tabulis repetunt.

Scientia] Haec pro Jurisconsultis Cicero dicit, quos notaverat Quintus.

Doctissimis] Sic philosophos appellare solet, ut lib.

III. de Orat. *Cur doctissimi* homines *de maximis relus dissentiant?*

Haud scio an recte] Id est, recte ut opinor. Ut de Finibus, *Quem haud scio an recte dixerim principem philosophorum.*

Lex est ratio summa] Tota ista de lege disputatio ex libris Chrysippi de legibus sumpta est. Stoici autem legem summam esse censent mentem rationemque divinam, recta pravaque sancientem, ex qua lex humana rite laudata sit, quae nihil aliud est quam mens et ratio sapientis ad recte facta vocans, et a peccatis avocans. Istam autem fuisse eorum sententiam de lege, ex *Laertio* [VII, 80.] sic intelligi potest: *Οὐδὲν ἐνεργοῦντας ὧν ἀπαγορεύειν εἴωθεν ὁ κοινὸς νόμος διαπάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς τῷ Διὶ καθηγέμονι τούτῳ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως ὄντι*, id est, *Nihil eorum quae lex communis vetat agentes, quae per omnia pervadit, eadem ac Iupiter descriptionis universorum et administrationis imperator.* Sed et ex Ario Didymo, cujus verba haec sunt [apud *Eusebium* Praep. Evang. lib. XV. cap. 15.] *Καὶ ὁ κόσμος οἱονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν ἡγεμονίας ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων. κοινωνίας δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὅς ἐστι φύσει νόμος.* Id est, *Mundus tanquam civitas est, quae ex diis et hominibus constat: e quibus Dii imperium habent, homines subjecti sunt. Societatem autem inter ipsos esse ex commercio rationis, quae natura lex est.* Igitur tametsi exemplo Platonis de legibus disserit, tamen ista haurit ex Stoicorum fontibus. Etiam ex libro de legibus Chrysippi definitio a Jurisconsulto [Digg. lib. I. Tit. III. leg. 2.] affertur id plane confirmans. *Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων· δεῖ δ' αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κάνονα εἶναι δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων.* Id est, *Lex est omnium regina humanarum et divinarum rerum. Eam autem oportet honestorum ac turpium praesidem, principem ac imperatricem esse, atque eo ipso juris et injuriae et civilium natura animalium regulam, jubentem quae agenda, et vetantem quae non facienda.* Denique ex ipso Cicerone id intelligi potest, qui ita scribit lib. I, de Nat. Deorum [cap. 14.] *Zeno autem, ut jam ad vestros, Balbe, veniam, naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere, recta imperantem prohibentemque contraria.* Iterum de Chrysippo [cap. 15.] *Denique etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi*

Dux vitae et Magistra officiorum sit, Jovem dicit esse. Haec si Platonis sunt, magnam Platoni facit injuriam Cicero, qui ei adempta Zenoni et Chrysippo tribuat.

Insita in Natura] In illa rerum parente natura universi gubernatrice, atque adeo in summo et praepotente Deo. Stoicis enim Deus et natura idem sunt. Itaque lib. II. in ejusdem legis definitione in naturae locum Deum substituet, sic scribens [cap. 4.] *Ita principem illam legem et ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei.* Denique Fatum, Natura, Deus, Providentia Stoicis idem sunt. Plutarchus, Ὅτι δέ ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ πρόνοια, καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδέ τοὺς ἀντίποδας λέληθεν. Id est, *Communem autem naturam et communem Naturae rationem, Fatum, Providentiam, Jovem esse, ne Antipodas quidem latet.* Etiam Lex et Deus eisdem idem sunt, ut ex Lib. de Natura Deorum intelligi potest. Hic ignoratione *Naturae* quidam gravissime peccant, et a sententia longe aberrant. [In libris de Re Publica Tullius ita de lege nonnullos dicentis facit (I. 32): »Quare cum lex sit civilis societatis vinculum, jus autem, legis aequale etc.« *Cr.*]

Confirmata et confecta.] Ratio enim in homine inchoata est et infirma, rectique et iniqui in hominibus intelligentia non satis est enodata, nec satis firma et perfecta: sed confirmata est et confecta in mente sapientis ratio eaque lex est. Nam inter Deos et homines interest, quod in Diis sponte naturae absoluta ratio est, in hominibus infirmior est: convalescit autem Doctrina, Praeceptione, Institutione, usu etiam sine praeceptione. Infra enim scribit *ipsam per se Naturam longius progredi, quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima inchoata intelligentia genera cognovit, confirmat ipsa per se perficitque rationem.*

Eamque rem illi] Legem Graeci νόμον παρὰ τὸ νέμειν, a tribuendo vocant: Legis enim et aequitatis est suum cuique tribuere. Plato autem alludens νόμον quasi νοῦν esse putat in duodecimo legum.

[*A legendo*] A deligendo, ut in lege insit delectus rerum agendarum. Alii putant quod legenda cognoscendaque populo proponeretur. Quomodo J. Bapt. Vico libro supra laudato p. 143. *legis* etymon item a *legere*, i. q. colligere, adeoque a silvestri vita victuque antiquissimorum hominum ac proinde a *legendis* glandibus (leguminibus) repetere studeat, h. l. exponere et longum est nec necesse. Contra a verbo *legare* repeti mavult Jo. Cannegieter in Obss. miscell. cap. I. p. 3-3. sqq., laudans et Ulpiani Tit. 24. §. 1.: »*Le-*

gatum dicitur. quod legis modo, id est, imperative testamento relinquitur.« Et addens: »Quid, si dicamus ipsum *legis* vocabulum inde descendere? vero namque simillimum esse videtur, in casu olim primo dictum fuisse *leges* vel *legis*, *duces* vel *ducis*, *reges* vel *regis*, quorum loco nunc dicimus *lex*, *dux*, *rex*.« — »Stoicos quoque, aliosque philosophos parum sollicitos fuisse de vera vocum origine, multa declarant. Quare nec ipsum Ciceronem miror, nec ipsum etiam Varronem, quantumvis Ciceronis judicio Romanorum doctissimum: quorum ille de Legg. I. 6. *legem* a legendo ob id dictam scribit, quod in ea insit *vis delectus*, hic vero de L. L. lib. 4. p. 23. *legatos*, quod lecti publice, quorum opèra consilioque uteretur peregre magistratus.« Omitto alios. Unice verum prodidit supra in annot. p. 48. Wyttenbachius. Mox scriptum malebam: »quae *saeclis* omnibus ante nata est« cum codicum aliquot nostrorum commotus auctoritate tum libri Vaticani de Re publica et Grammaticorum quos ibi adhibuit Ang. Maius ad III. 2. p. 218. ed. Stuttgart et Tubing. Cf. ejusdem Indic. orthograph. p. 355. sq. *Cr.*]

Ut mihi quidem] Ita loquitur ut Academicus, nihil magnopere affirmans. Itaque paulo ante dixerat, *Haud scio an recte*, infirmo quodam assensu.

Iuris atque injuriae] Chrysippus quoque legem esse dixit *κάνονα δικαίων τε καὶ ἀδίκων*.

In populari] Nos aliquando nomen legis de lege populari intelligemus et usurpabimus, a qua lege, qui non esset in philosophia versatus, juris primordium esse repetendum putasset.

Commodius] Melius. Assentitur Quintus, cum haec Stoica agnoscat.

A fonte] Quod a capite ducere etiam dici solet: nam caput est fons: est etiam ostium fluminis. *Caesar* [B. G. IV, 10.] *Multisque capitibus in Oceanum influit.* Ad fontem autem illum et originem Juris, Jura et Leges referenda erunt.

Scipio] Cujus ore Ciceronis de optimo Reipublicae statu sententia in libris de Repub. explicatur.

Serendi] Non omnia legis imperio cavenda sunt, sed de virtute et vitio in disputatione multa ponenda, et de disciplina, et de origine naturaque juris, quae res bonos mores seret.

Ista duce] Cum alii philosophi omnes plurimum naturae tribuunt, tum vero vel maxime Epicurei, quorum sententiam sequebatur Atticus.

CAP. VII. *Dasne hoc igitur*] Pomponius Atticus sectam Epicuri sequebatur. Epicurus autem non solum providentiam, sed ut colligit Cicero, Deos etiam prope negabat.

Nam Quinti novi] Quintus Cicero lib. I. de Divinat. multis argumentis divinationem et providentiam ut Stoicus probat.

Ab eo] Locus philosophiae uberrimus et pernecessarius de providentia nobis tractandus hic esset, si hoc non concederes, qui tamen privatim suam propriamque scholam habet. In hac autem de lege disputatione providentia, ut aliis libris a philosophis probata, pro confessa ponitur. Scripserat enim verbi gratia Chrysippus ut de Legibus, ita quoque περὶ προνοίας, id est, *de providentia*. Hic autem *a Deo* qui legunt, et a bonis libris recedunt et sententiam corrumpunt. [Ad proxime praecedentia Jo. Cannegieter de Notis p. 329. ita: »Nam si hoc *non* probas, contextus loci, nisi me fallunt omnia, requirit, ut substituamus: *si hoc modo* probas.« Haec ille, quem hoc quidem loco omnia fefellerunt. *Cr.*]

Causa] Haec disputatio, haec quaestio.

Fluminum] Liris et Fibreni, qui in asperis illis Arpinatium locis strepebant.

Ne quis condiscipulorum] Secum Pomponius quosdam ex amicis et familiaribus eandem sententiam sequentes adduxerat, ut Saufeium.

Virorum bonorum] Quod non reprehendo; nam bonorum animi sunt irritabiles. Itaque non damno quos irasci dico: sed et boni aliam in partem dicuntur Epicurei, scilicet simplices et minime mali. *Cicero* III. Tuscul. [cap. 21.] *Et queruntur quidam Epicurei viri optimi* (*nam nullum genus est minus malitiosum*) *me studiose dicere contra Epicurum.* Et prima Tusculana [cap. 3.] *In quo magis est nobis elaborandum, quod multi jam esse libri Latini dicuntur scripti inconsiderate, ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.* Itaque jocus est ex ambiguo: eosque ostendit cum ratione non possint, iracundia pro secta propugnare solere.

[*Virorum bonorum*] Laudat hunc locum A. Majus ad Cic. de Rep. III. 16. p. 244. quod caput totum cum nostro loco conferendum, eique adhibendus est locus de N. D. I. 31. 85, quem, sed minus accurate, laudavit Goer. ad nostrum. *Mr.*]

Primum caput libri optimi] Epicurus librum quendam κυρίας δόξας inscripsit, cujus prima haec est sententia, quam et Cicero in libro de Div. [N. D. I, 30.] citat. *Quamquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse Deos, re sustulisse. Itaque*

in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, haec, ut opinor, prima sententia est, Quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. Id sic scripserat Epicurus, *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει.* Epicurum non nominavit, quod satis Attico notus esset auctor sententiae: et cum inter se Epicurei *dixit* dicebant, per excellentiam Epicurum intelligebant.

Animal hoc] Hic locus a *Lactantio* citatur lib. II. cap. 12. Item lib. IV. cap. 4.

Multiplex] Callidus, varius, qui tam multa callet, ut simplex contra, incallidus, nec astutus. [In proximis: »praeclara quadam conditione« illud *quadam* intendit; quasi dicat: quae verbis declarari satis non potest; quam vim *quidam* saepius habet cum Adjectivis copulatum cf. Orator. II. 74. Att. VII. 16. de Republ. I. 8: »nec vero nostra *quaedam* est instituenda *nova* et a nobis inventa ratio.« Astius, cum ad Platon. Rempubl. IV. p. 491. sq. similem vim voculae *τίς* explicaret, de hoc Latinorum usu non videtur cogitasse. *Mr.* Consimilem disputandi rationem iniisse videtur Cicero in quarto de Republica, ut a corporis animique discrepante natura explicanda transiret ad vim legum explanandam; uti quidem arbitratur Ang. Mai. in Scholio ad ejus libri fragmenta p. 272. *Cr.*]

A summo Deo] Ab Jove praepotente, ut censent Stoici: nam apud Platonem summus Deus homines non generat, sed genii.

Rationis] Fons et origo Juris, ut Stoici censent, in ratione est: et qui rationis participes sunt, etiam jure et lege sociati sunt, ut Dii et homines. Cum bestiis autem nulla nobis intercedit juris communio, ut existimant, quia ratione carent. Jurisconsulti tamen jus quoddam naturale esse dicunt, cujus peritia non homines tantum, verum etiam bruta censentur. Platonici etiam et Pythagorici contendunt nos cum bestiis jure sociatos esse, quod in bestias animi humani immigrent, nec bestiae ratione careant. Itaque *Porphyrius* in lib. *Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*, [III. capp. 1. 2.] ut doceat animalium visceribus nos vesci non debere, nititur ostendere in brutis esse rationem. Ejus verba subscribam. *Ἐς οὖν τὸν περὶ δικαιοσύνης λόγον μεταβαίνοντες, ἐπείπερ ταύτην πρὸς τὰ ὅμοια δεῖν μόνα παρατείνειν εἰρήκασιν οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἄλογα διαγράφουσι τῶν ζώων· φέρε ἡμεῖς τὴν ἀληθῆ τε ὁμοῦ καὶ πυθαγόρειον δόξαν παραστήσωμεν, πᾶσαν ψυχὴν, ᾗ μέτεστιν αἰσθήσεως καὶ μνήμης, λογικὴν ἐπιδεικνύντες· τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, εἰκότως ἂν καὶ κατὰ τούτους πρὸς πᾶν*

ζῶον παραιτενοῦμεν. Ἐροῦμεν δὲ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπιτεμοῦντες· διττοῦ γὰρ λόγου κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς στόας ὄντος, τοῦ μὲν ἐνδιαθέτου, τοῦ δὲ προφορικοῦ· καὶ πάλιν τοῦ μὲν ἡμαρτημένου, τοῦ δὲ κατωρθωμένου, ποτέρου ἀποστεροῦσι τὰ ζῶα, διαρθρῶσαι προσῆκον et reliqua. Qui igitur ista a Platone repetere conantur, nugatores sunt. In hac de lege disputatione Cicero, ut ait Quintus L. II. [c. 7.] *imitatur orationem Platonis, in aliis tamen rebus et sententiis versatur.*

Et cogitationis] Cogitatio est quaedam rerum in animo agitatio et comparatio. Ea autem rationis est, et lib II. de Nat. Deor. [III, 28.] *ratio* esse dicitur his verbis. *Quae libido, quae avaritia, quod facinus, aut suscipitur, nisi consilio capto, aut sine animi motu et cogitatione, id est, ratione perficitur?* Iterum [II. 7.] *Illud autem quod vincit haec omnia, rationem dico, et si placet pluribus verbis, mentem, consilium, prudentiam, cogitationem, ubi invenimus?* Itaque ratio et cogitatio idem sunt.

Caelo atque terra] Nam in caelo atque terra etiam Stoici censent esse rationem, atque adeo in toto mundo. Cicero lib. II. de Natura Deorum [cap. 14.] *Nihil autem est mente et ratione melius: ergo haec mundo deesse non possunt.*

Rite sapientia] Nam in solo sapiente perfecta est ratio, in aliis inchoata: quique rationem ad summum perduxit sapiens est, suntque ista Stoica omnia. In Diis autem semper perfecta ratio est, in hominibus inchoata, perficitur tamen tandem.

Rationis societas] Idem in compendio sententiarum Stoicarum scribit Arius [apud *Eusebium* Praep. Evang. XV, 15.] *Κόσμον πόλιν εἶναι ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσαν κοινωνίαν δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὅς ἐστι φύσει νόμος*, quem locum supra converti. Id etiam *Cicero* lib. II. de N. D. [cap. 31.] declarat his verbis: *Sequitur ut eadem sit in iis quae humano in genere ratio, eadem veritas utrobique sit, eadem lex, quae est recti praeceptio, pravi depulsio: ex quo intelligitur prudentiam quoque et mentem a Diis ad homines pervenisse.* [Ad rem conf. Baguet de Chrysippo p. 173. *Mr.*]

Recta ratio] Ratio duplex est Stoicis, ut ait *Porphyrius* [περὶ ἀποχῆς III, 2.] λόγος προφορικὸς καὶ ἐνδιάθετος, id est ratio quae in pronunciatione est et in cogitatione. Rursus est eodem auctore apud eos λόγος κατωρθωμένος καὶ ἡμαρτημένος, id est, ratio recta et vitiosa. Dicitur etiam λόγος ὀρθός, qua ex partitione contra Stoicos Porphyrius etiam argumentatur. Haec qui repetunt e Gorgia Platonis, risum captant.

Civitatis ejusdem habendi] Haec Stoica sunt, ut ex quarto lib. de Finibus [cap. 3.] intelligitur, ubi scribitur de Stoicis. *At quanta conantur! Mundum hunc omnem oppidum esse nostrum. Incendit igitur eos qui audiunt. Vides quantam rem agas? Ut Circeis qui habitet, hunc omnem mundum suum municipium esse putet.* Id vero multo clarius et illustrius lib. II. de N. D. [cap. 31.] Stoicus Balbus disserit his verbis. *Atque necesse est cum Dii sunt, ut profecto sunt, animantes esse, nec solum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seque quasi civili conciliatione et societate conjunctos, unum mundum, ut communem rempub. atque urbem aliquam regentes.* [Rursum cap. 62.] *Est enim mundus quasi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque.* Nunquamne igitur isti expergiscentur qui haec somniant esse Platonica?

Si vero] Si non parent tantum rationi, qua inter se Dii et homines consociantur, sed etiam summo Deo ut magistratui, et ejus rationi ut summae legi.

Imperiis et potestatibus] Deo summo tanquam magistratui, ejusque rationi et numini, nam ejus imperio et potestati, ut magistratui, obediunt. Imperia sunt, inquit *Festus*, cum quis praeest exercitui: potestates, cum quis negotio a populo praeficitur. *Ulpiano* potestas est merum imperium. Mitti etiam cum imperio et potestate in provincias aliqui dicebantur. Imperia et potestates sunt magistratus, quos penes ditio est summae reipub. Hic praepotens Deus intelligitur et ejus summa ratio. Qua de re lib. II. agemus. [Jo. Cannegieter in Obss. miscell. cap. VI. p. 397. sq.: »Mixtum hoc imperium alio nomine *potestas* appellatur. Dico paucis: Imperium est magistratuum majorum, potestas minorum. Imperium Romae habebant Consules, Dictatores, Praetores, Interreges. Qui vero magistratus iis inferiores erant, potestatem habebant, ut Aediles curules, Aediles Plebeji, Tribuni Plebis, Quaestores. — Atque haec est caussa, cur *imperium* et *potestatem* complures distinguant hoc modo, ut differentiam, quam dixi facile intelligas.« Tum laudat Cicer. Philipp. II. cap. 21. et nostrum locum itemque de Legg. II. 12. adjicitque: »In quibus tamen locis *imperium* et *potestas* illos designat, ut saepe alias, qui imperium et potestatem habent. cet.« *Cr.*

Descriptioni] Summae et ultimae legi ejus id est rationi et numini illius Dei cui reliqui Dii et homines parent. Est autem hic *descriptio*, ut vulgo loquimur, ordinatio et constitutio.

Praepotenti] Jovi Optimo Maximo. *Cicero* lib. II. de

N. D. [cap. 2.] *Illum vero et Iovem, et dominatorem rerum, et omnia motu regentem, et ut idem Ennius*, patrem Divumque hominumque, *et praesentem et praepotentem Deum.*

Agnationibus familiarum] Serie generis per personas virilis sexus: nam mulieres, etsi in agnatis sunt, non distingunt familias, sed viri. Sic fit ut quidam patricii sint, quidam plebei. [De agnatis adde Collat. Legg. Mosaicc. et Romm. Tit. XVI. §. 3. 4. ibiq. Jo. Cannegieter et Gaii Institutt. lib. I. §. 156. ibiq. interprr, *Cr.*]

Deorum agnatione] Qui ut reliqui caelites, a summo Deo generati sunt, eumque communem Parentem habent, ut Deorum fratres et consanguinei dici queant. Qui autem agnati sunt, etiam ejusdem sunt gentis. Agnatos Cicero in Timaeo cum dixit, fratres intellexit. Nam quod Plato scripsit, Ζεὺς, Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν· ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους, vertit, *Deinceps Iovem atque Iunonem, reliquosque quos fratres inter se et agnatos usurpari atque appellari videmus, et eorum, ut veteri verbo utar, prosapiam.* Nam *fratres et agnatos* pro eisdem posuit, ut *usurpari* et *appellari* pro eodem. *Pomponius Mela* agnatos appellavit nepotes et pronepotes, neptes et proneptes. Ejus haec verba sunt. *Tamen quia singulis aliquot simul conjuges et plures ob id liberi agnatique sunt; nusquam pauci.* Tria fuerunt antiquis cognationis genera, ut ait *Budaeus*, agnatio, gens, stirps: ac Stirps quidem familia erat; sic lib. II. cap. 1. dicet se natum *stirpe antiquissima.* Gens multas familias continebat, ac, ut quidam volunt, inter nobiles erat qui capitis nullam erant diminutionem passi. Quos adjuvat *Livius*, qui Patricios solos gentem dicit habere. Agnatio in virilis stirpis cognatione posita erat, ut dicunt: ea tamen etiam feminae continebatur. Proinde cum duae Claudiorum familiae essent: una patricia Pulchrorum, altera plebeia Marcellorum, ut *Tranquillus* [in Tiber. cap. IV.] scribit, agereturque ut lib. I. de Orat. [c. 30.] relatum est, de haereditate Liberti inter eos, Marcelli bona ab Liberti filio ad se stirpe (nullum enim gentis jus habebant plebei): Claudii patricii ejusdem hominis haereditatem ad se gente rediisse dicebant. Gentiles autem Deorum immortalium homines esse sic *Cicero* in Timaeo scribit [cap. XI.] *In quibus qui tales creantur, ut Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, divini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum:* quod tamen Plato dixit καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν εἶναι προσήκει ἀθανάτοις ὁμώνυμον, ad animum immortalem id referens. Epictetus apud *Arrianum* dicit nos esse συγγενεῖς θεῷ, id est, Deo cognatos.

CAP. VIII. *Nam cum de natura omni quaeritur, disputari solent nimirum ista, sicut disputantur.*] Ita legendum ex veteribus libris. Hujus rei sic meminit *Lactantius* lib. II. cap. XI. *Aiunt certis conversionibus, et astrorum motibus, maturitatem, quandam extitisse animalium serendorum: Itaque terram novam semen genitale retinentem folliculos quosdam ex se in uterorum similitudinem protulisse: de quibus* Lucretius [V, 806.]

Crescebant uteri in terram radicibus apti:

eosque cum maturassent, natura cogente ruptos animalia tenera profudisse: deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse, eoque alimento animantes esse nutritos. Hujus etiam rei mentio est apud Diodorum et Eusebium de praeparatione Evangelica. Non absimile est hoc figmentum poeticum *Oppiani* [Halieut. v. 4.]

Ἀλλά τις ἀτρεκέως ἰκέλην μακάρεσσι γενέθλην
Ἀνθρώπους ἀνέφυσε, χερείονα δ' ὤπασεν ἀλκήν.
Εἴτ' οὖν Ἰαπέτοιο γόνος πολυμῆτα Προμηθεύς,
Ἀντωπὸν μακάρεσσι κάμεν γένος, ὕδατι γαῖαν
Ξυνώσας, κραδίην δὲ θεῶν ἔχρισεν ἀλοιφῇ·
Εἴτ' ἄρα καὶ λύθροιο θεοῤῥύτου ἐκγενόμεσθα
Τιτήνων.

Nempe aliquis similem divis gentem extulit almis
Mortales, tamen his vires dedit ille minores:
Sive adeo Japeti proles versuta Prometheus
Excudit simulachra Deûm telluris et undae
Mixtu, divino quorum unguine corda perunxit:
Sive adeo diviniſluo nos sanguine creti
Titanum sumus.

Plato autem in Timaeo, a minoribus Diis fabricata corpora; animos vero a summo Deo satos, scribit. Igitur ita se res habet, cum de rerum natura disseritur ab iis philosophis, qui censent mundum ortum habuisse, ut a Stoicis, qui exustiones et eluviones longinquis temporibus evenire censent, de hominum ortu sic ut Cicero ait disputatur. *Zeno autem Cittieus*, ut *Censorinus* [cap. IV.] ait. *Stoicae sectae conditor, principium humano generi ex novo mundo constitutum putavit; primosque homines ex solo adminiculo divini ignis, id est, Dei providentia genitos.* Nam Stoicis ignis Iupiter est. *Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem*, ex Ennio Cicero affert, ut ignem esse doceat. Longis autem temporum intervallis censent exustiones evenire, ac tum solum Jovem esse, omni rerum natura deleta, etiam aliis Diis, ut *Plutarchus* scribit in libro de Orac. defectu. Hujus rei sic *Seneca* meminit. [Epist. IX.] *Qualis est Jovis*

cum resoluto mundo et Diis in unum confusis, paulisper cessante natura, acquiescit sibi cogitationibus suis traditus. Ergo post illam exustionem redintegrato et instaurato mundo, tandem maturitas quaedam existet serendi humani generis. Satum humani generis ad Stoicorum rationem respiciens sic attingit lib. I. de N. D. [cap. 32.] *Semina Deorum decidisse de caelo putamus in terras, et sic homines patrum similes extitisse? Vellem diceretis. Deorum cognationem agnoscerem non invitus.* Quiddam etiam simile in libro de senectute perstringit his verbis [cap. 21.] *Sed credo Deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur.* Stoici quoque animum nostrum etiam quoddam Dei ἀπόσπασμα, id est, delibationem esse dicebant, quae sententia etiam tribuitur Pythagoricis, ut in Libr. de senectute his verbis, *Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas pene nostros, qui essent Italici Philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Cicero* de Divin. [lib. II. cap. 11.] *Naturale quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.*

Perpetuis cursibus] Continuis et perennibus, nunquam intermittentibus.

Maturitatem] Tempestivitatem et opportunitatem. *Cicero* de Div. [I. 9.] *Nec hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet.* Alio loco, *Ab eoque Luna illuminata graviditates partus afferat maturitatesque gignendi.* Rursum, *Maturitates, temporum varietates, mutationesque cognovimus.* Initio autem mundi nondum erat is rerum habitus et temperamentum, ut statim tempestivum esset homines generari. Qui *materiam* legunt, a bonis libris recedunt. Qui autem scribunt apud Platonem materiam corporum humanorum esse caelestem; id geometrarum more sibi concedi postulant quod fortasse probare non possent.

Sparsum in terras] Significare videtur caeli satu corpora generata, *deciduo* inde *rerum omnium semine*, ut a *Plinio* scribitur [H. N. II. §. 3.]. Pro *atque satum* libri scripti *atque factum* habent.

Divino auctum] Animum corpori mortali ingeneratum a Deo esse. Sic *auctum se filiolo* scribit, sibi natum filium significans, Epist. ad Atticum [I, 2.]. Et *cautes nullis sensibus auctas Catullus* dicit, surda saxa et sensibus orbata. Simile est illud ejusdem [Carm. 68.] *Teque bona Iupiter auctet ope.*

Agnatio] Quod ejusdem summi Dei nos et Dii filii simus: nam is est *parens hominumque Deumque*. [Cannegieter de Notis p. 329.: »Cumque alia. *quibus cohaerent homines*, e mortali genere sumserint. Explicari possit: ex quibus constant homines. Malo: *quae sibi cohaerent. homines*. S. pro *sibi* positum fuisse Probus testatur.« Sed vide quae supra p. 63. laudavit Moserus. *Cr.*]

Vel gens] Quod duae sint tanquam nobiles familiae ab uno auctore et capite Deo propagatae. una Deorum. altera hominum. Nam gens multas familias complectitur. Hic in libris scriptis legitur *genus*.

Vel stirps] Si tanquam una Deorum et hominum familia sit ab uno auctore generis summo Deo proseminata. Jus arctius est agnationis quam vel gentis vel stirpis. Gens multas familias complectitur: stirps familia est: stirps propinquior est quam gens, quo etiam modo Pulchrorum et Marcellorum fortasse verius explicari controversia potest.

Itaque ex tot] Sic et lib. 1. de Div. [de N. D. c. 16. de Epicuro]: *Solus enim vidit primum esse Deos: quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam nec sciri possit.* Veteres autem Philosophi simile simili cognosci censuerunt, ut cum Deum cognoscamus. illius naturae dissimiles non simus. Sic, ut nonnulli censent, ex dividua et individua natura Plato animum temperat. ut omnia cognoscat.

Ut is se agnoscat] Sic legendum arbitror: itaque excudendum curavi: hoc sensu, ut si quis ortum suum recordetur se prope Deum esse agnoscat. Si sine *se* legas, ex ortu animi divino Deum agnosci intelliges. [Cannegieter. l. l. — »ut is *homo* agnoscat Deum, qui, unde ortus sit, *quasi* recordetur, ac noscat.« Offendit admodum τὸ *quasi*, neque quidquam extricant commentaria interpretum. *Quantus* constat et *quasi* vocabula una Q littera fuisse scripta: emendo itaque: »qui unde ortus sit, *quantus sit*. recordetur, ac noscat, quantus sit Deus, unde originem traxit.« *Cr.*

Virtus eadem] Platonici hic Stoicos reprehendunt: multo enim omnia ista esse dicunt in Deo absolutiora, ut speciei discrimen sit, in animi natura, in virtute aliisque omnibus; haec enim in hominibus degenerare multoque summissiora esse censent: Stoici plane eadem.

Ingenio] Natura ulla, ulla alia animante.

Est autem virtus] Haec virtutis definitio Stoicorum est:

aiunt enim igniculos nobis quosdam virtutum natura insitos esse, qui cum adulti sunt, perfectam virtutem efficiunt: haud ergo temere virtutem *perfectam in se naturam* appellat, cum et ipsa et summum quoque bonum ab illis primigeniis seminibus proficiscantur. In Diis statim perfecta natura est, in hominibus non item, sed tandem confirmatur et perficitur. Proinde lib. II. de Natura Deorum dicitur a Stoico Balbo, *Nec vero hominis natura perfecta est, et efficitur tamen in ea virtus.* Perfectio autem naturae hic est rationis absolutio.

Similitudo] Cum Deo intercedere nobis similitudinem dicit, ut intelligamus nos cum Deo jure esse sociatos. Porphyrius de Stoicis [περὶ ἀποχῆς III, 1.] *Ἐς οὖν τὸν περὶ δικαιοσύνης λόγον μεταβαίνοντες, ἐπείπερ ταύτην πρὸς τὰ ὅμοια δεῖν μόνα παρατείνειν εἰρήκασιν οἱ ἀντιλέγοντες.* Id est, *Ut transeamus ad disputationem de justitia. quando eam ad similia tantum porrigi oportere qui contradicunt censent.*

Itaque ad hominum] Propter illam cognationem et gentilitatem hominibus potissimum natura, id est Deus, consultum esse voluit, illisque omnia largita est. Ita ex tanta rerum ubertate hominibus consulto donata, argumentum cognationis sumitur. Tractatur hic de providentia locus lib. II. de N. D. in quo ita scribitur [c. 62.] *Principio ipse mundus Deorum hominumque causa factus est, quaeque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt.* Itaque lib. I. [cap. 9.] Epicureus in Stoicum sic loquitur: *An haec, fere ut dicitis, hominum causa constituta sunt?* Sed et lib. I. de Offic. [cap. 7.] idem *Cicero* dicit, et Stoicis haec adscribit, hujusque de justitia disputationis capita sic perstringit: *Atque ut placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent.* Haec si Stoica non sunt, cur Stoicis adjudicat, a Platone abjudicat quem non appellat? In Timaeo apud Platonem, hominis causa non procreantur omnia.

[*Nec solum ea*] Laudat hunc locum A. Majus ad Cic. de Rep. IV. 1. pag. 276., quia cum eo fragmentum ejus libri apud Nonium nonnihil convenit. *Mr.*]

Terrae foetu] Balbus Stoicus lib. II. de Natura Deorum [cap. 62.] *Terra vero foeta frugibus, et vario leguminum genere, quae cum maxima largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa gignere videtur?* De pecudum genere. equis utimur. fruimur quibusdam, ut lac et lanam suppeditantibus, quibusdam etiam vescimur. *Cicero* I. Tuscul. [cap. 28.] *Tum multitudinem pecudum, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, par-*

tim ad corpora vestienda. Et lib. II. de Natura Deorum [cap. 63.] *Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur?*

Docente natura] Natura enim exordia quaedam artium nobis ostendit, ut aedificationis in hirundinibus, texendorum retium in araneis. Igitur solers ejus imitatrix ratio res sine quibus salvi et incolumes esse non possumus consecuta est. Sed potius censeo insita esse artium semina dono naturae, quae rationis imitatione et rerum comparatione tandem artes pariant. *Cicero* lib. II. de Nat. Deorum [cap. 59.] *Quanta vero illa sunt, quae vos Academici infirmatis et tollitis, quod et sensibus et animo, ea quae extra sunt, percipimus atque comprehendimus? Ex quibus collatis inter se et comparatis, artes quoque effecimus, partim ad usum vitae, partim ad oblectationem necessarias.*

Cap. ix. *Ac nuntios*] *Cicero* [N. D. II. 56.] *Sensus autem interpretes ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt* etc. Satellites autem dicit tanquam ministros quosdam et apparitores. [Ad hanc rem cf. Baguet de Chrysippo p. 62. sqq. *Mr.*]

Nec satis intelligentias] Intelligentias hic vocat notiones mente perceptas ex Stoicorum sententia, id est, conformationes insignitas in animo et impressas. *Cicero* in Top. [cap. vii.] *notionem* quoque Stoicos sequens *appellat, quam Graeci*, ut ait, ἔννοιαν et πρόληψιν *dicunt: eamque* ait esse *insitam et ante perceptam cujusque formae cognitionem, enodationis indigentem.* Id enim est quod hic ait, *non satis enodatas esse primas intelligentias:* enodationis enim indigent. Magis enim enucleandae sunt definitionibus, praeceptis, usu vitae ac cognitione philosophiae. Itaque huc illud ex III. Officiorum [c. 20.] pertinet. *Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quae sit in ea specie forma et notio viri boni.* Rursum [c. 19.] *Si quis voluerit animi sui complicatam rationem evolvere.* Ergo illud in Top. [cap. 2.] hinc explicandum est, non satis intellectum, *Definitio adhibetur, quae quasi involutum evolvit id de quo quaeritur.* Nam ad complicatas et involutas illas notiones referendum est. Stoici autem communes intelligentias, et insitas praeceptiones, principia philosophiae esse putaverunt: eas vocarunt κοινὰς ἐννοίας καὶ ἐμφύτους προλήψεις. Extat *Plutarchi* liber περὶ κοινῶν ἐννοιῶν, in quo contra Stoicos disserit, quod cum communes intelligentias principia philosophiae profiteantur esse, eorum tamen philosophia communibus notionibus maxime repugnare refragarique videatur.

Falso autem quidam affirmant πρόληψιν apud *Platonem* inveniri, cujus vocabuli primus auctor Epicurus fuit. Recordatio autem illa Platonis in Phaedone et Menone nihil ad hunc locum pertinet, praesertim cum nihil de animorum migratione in corpora hic disputatum sit. Scribitur etiam hic *enudavit.*] Cannegieter. l. l.: »Crisi non indiget lectio vulgatarum: »»Natura .... rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enudavit.«« Neque tamen adstipuler Jo. Scheffero, qui in Miscell. p. 200. desperatam habet scripturam codicum, qui referunt: *Obsuras ne satis intelligentias enudavit:* quis enim dubitet recte ita reponi? *Obscuras, nec satis intelligendas alioqui res enudavit.*« Ego vero haud paucos dubitare arbitror. *Cr.*]

Figuram] Balbus Stoicus lib. II. de Nat. Deor. [cap. 53.] *Faciliusque intelligitur a Diis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omnisque humanae naturae* figura *atque perfectio.* Atque hunc locum sane latissime explicat.

Solum hominem erexit] Balbus lib. II. de Nat. Deorum de hominibus ita loquitur [cap. 56.]: *Qui primum eos humo excitatos, celsos et erectos constituit, ut Deorum cognitionem caelum intuentes capere possent.* Sic Anaxagoras cum ab eo quaereretur, *cujus rei causa natus esset:* respondit, *solis ac caeli videndi,* quod irridet *Lactantius* [lib. III. c. IX, 4.]. Summa in homine his quae in mundo summa sunt respondent, in stirpibus summa respondent imis, pecora tanquam interjecta sunt, non satis erecta. *Galenus* autem non satis pie ex pisce οὐρανοσκόπῳ haec irridet.

Oculi arguti] Nimis mobiles et agiles, ut digiti arguti. Totus autem iste locus egregie lib. I. Commentarior. *Xenophont.* tractatur, et lib. II. de N. D.

Cujus vim Graeci norunt] Nonnulli hunc locum exagitant, neque Graecis vernaculam deesse dictionem quae vultum declararet, aiunt, ac πρόσωπον idem declarare affirmant, quorum opinionem Julius quoque Pollux Onomastici lib. II. [§. 47.] confirmat. *Τὸ δὲ ὑπὸ τῷ μετώπῳ πρόσωπον, ὃ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτω καλοῦμεν, ἐπὶ γὰρ τῶν ζώων προτομήν· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ῥύγχος καὶ ῥάμφος.* Id est, *Quod autem fronti subjacet* πρόσωπον, id est, vultum, *quod duntaxat in hominibus sic dicimus. Etenim in animalibus os, ut et in avibus rictum et rostrum.* Sed et *Servius* lib. XII. Aeneidos [vs. 666.] vultum a Graecis πρόσωπον vocari fatetur. Quid quod *Cicero* ipse πρόσωπον *vultum* convertit in tertia Tusculana [cap. 15.]: cum ita scribit: *Hic enim est ille vultus semper idem quem dicitur Xanthippe praedicare*

solita in viro suo Socrate fuisse, eodem semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Dictum enim Xanthippes sic Graece refertur ab *Aeliano* [Var. Hist. IX, 7.] Ἔλεγεν ἡ Ξανθίππη μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν κατασχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος ἀεὶ θεᾶσθαι. Sed Graecis cum vocabulum non desit, vis tamen notationis deest, in qua inest indicium voluntatis. Significat enim *vultus* oris habitum, qui index est animi et voluntatis, quae vis non est in vocabulo Graeco. Ridiculum est quod ex loco *Fabii* [XI, 3.] male intellecto quidam censent vultum significare frontem, supercilia, oculos, cum ista *Fabius* velit vultus esse partem. Deinde id alienum est maxime ab hujus loci sententia, in quo vultus ea est oris pars quae subest fronti, superciliis, oculis: nam hic perspicue oculos a vultu separat: et in lib. de Fato [cap. 5.] cum ita scribit, *Qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis*, vultu, *fronte pernoscere.*

Moderationem vocis] Quam nostro arbitratu regimus et moderamur et flectimus. Eam enim varie vel intendimus, vel remittimus, eaque vocis est moderatio. Sic *Cicero* de oculis [in Oratore cap. 18.] *Tum oculorum est magna moderatio: nam ut imago ipsius animi vultus, sic indices oculi.*

Conciliatrix] Ex oratione quoque *Aristoteles* argumentatur homines ad coetus et societates colendas esse natos. Balbus lib. II. de Natura Deorum [cap. 59.] de oratione dicit. *Haec nos juris, legum, urbium societate devinxit: haec a vita immani et fera segregavit.* Ad hunc locum non pertinet quod nonnulli afferunt *flexanimam esse, et omnium reginam rerum orationem,* nam hic in genere de sermone et oratione agitur, qua inter nos colloquimur, non de eloquentia.

Quod principium] Quod enim praeclara quadam conditione generatus a Deo sit, quod mentis celeritate auctus, quod nunciis et interpretibus sensibus donatus, quod tanta corporis habilitate praeditus et ad caeli conspectum excitatus, ex eo ortu hominis et ornatu tanquam principio reliqua duci voluit. Hoc enim est primum caput et principium hujus disputationis: alia, ut ad justitiam, verbi causa, colendam nos esse natos, sequuntur. Illa enim societas rationis et communio cum Diis immortalibus, fons est et origo hujus de lege disputationis. Inepti sunt qui *principium* ad *hominem* referunt, et principium finem interpretantur, et *reliquas res* accipiunt ea quae sunt hominis causa creata, cum *principium* ad *generavit* et *ornavit* referendum sit hoc modo:

Nunc quoniam hominem generavit et ornavit Deus, quod principium reliquarum rerum esse voluit; id est, reliquarum rerum quas in sequenti oratione complectar.

Perspicuum sit illud] Pro perspicuo notoque ponatur, quod alio loco dissseretur.

Genera cognovit] Species et formas rerum cognovit ex praecepta notione, quam imbecillam confirmat et inchoatam absolvit: quae quidem est confirmatio et perfectio rationis in homine atque naturae in homine. Deus enim hominibus rationem donavit, quae inchoata est, postea confirmatur et perficitur. *Inchoatam intelligentiam* in Partitionibus [cap. 36.] vocat *inchoatam praeceptionem. Et uter*, inquit, *ad communem verbi vim, et ad eam praeceptionem quam inchoatam habebunt in animis ii qui audient, magis et propius accesserit, is vincat necesse est.*

CAP. X. *Hominum doctorum*] Philosophorum, ut supra: *Igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege:* non enim tales Iurisconsultos existimat.

Nihil est profecto] Aliud hujus disputationis caput, *Homines ad justitiam esse natos, et ad participandum alium ab alio:* atque id est quod dixerat, in hac quaestione patefieri cujus muneris colendi et efficiendi causa nati simus. Nam quod aiunt nonnulli, ut secundum naturam vivamus, id vero hoc loco non dicit. Hunc locum citat *Lactantius* lib. VI. cap. 25. et in lib. de Ira Dei cap. 14.

Ad justitiam nos] *Hominem* ait Lactantius *colendi Dei gratia esse natum: ac colere Deum esse officiis et bonis actionibus tueri et conservare justitiam.* Vide enim, ut hic philosophus idem quod Christianus sentit?

Nec opinione] A philosophis disputabatur a naturane an ab opinione jus esset profectum: hinc in Topicis [cap. XXI.] Cicero scribit, *Ut si quaeratur a naturane jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione.* Atque adeo idem de toto genere virtutis quaerebatur, ut in Topicis [c. XXI.] *Ecquidnam honestum sit, ecquid aequum revera, an haec tantum opinione sint.* Ista ab utilitate, ac proinde ab opinione, profecta Epicurei censebant, in quos disputabit. Haec ad Platonem referenda censent nonnulli, quod in libris de repub. Plato disserat, justitiam hominis naturae congruere: verum Cicero non carptim hinc et inde sumit, sed perpetuum quendam ordinem disputationis texit, novorum Philosophorum more, ut postea scribet, nihil hic de Platone cogitans: rationesque, ut docebo, quibus nos ad justitiam esse natos probat, Stoicae sunt.

Id jam] Nos ad justitiam esse natos, hic docet: paulo post, *non opinione, sed natura jus esse constitutum* docebit.

Societatem conjunctionemque] Nam in societate hominum tuenda, tribuendoque suum cuique, justitia posita est. Stoici autem a conjunctione et conciliatione principium justitiae duci dicebant. *Porphyrius* [de Abstin. III. 19.] *Τὴν δὲ οἰκείωσιν ἀρχὴν τίθενται δικαιοσύνης οἱ ἀπὸ Ζήνωνος.* Id est, *Conjunctionem autem principium justitiae esse statuunt Zenonis sectatores.* Id M. Tullius disserit initio Offic. de ortu justitiae sic loquens, *Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, et ad orationis et ad vitae societatem. At nulla nobis intercedit conjunctio cum bestiis. Plutarchus* de Stoicorum sententia, *Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα δίκαιον.* Id est, *Nullum nobis cum belluis intercedit jus.* Nulla enim cum eis nobis est conjunctio, eisque vesci sine injuria possumus. *Cicero* de Fin. [lib. III. c. 20.] *Et quomodo hominum inter homines juris vincula esse putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis. Praeclare enim Chrysippus, caetera esse nata causa hominum et Deorum: eos autem communitatis suae: ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria.*

Tam simile, tam par] *Porphyrius* in Libr. *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*, scribit Stoicos justitiam existimare ad similia tantum, non ad dissimilia bruta pertinere, quem locum paulo ante citavi.

Quod si depravatio] Docet unde dissimilitudo inter homines esse videatur, alioqui simillimos: eam ex consuetudine et opinione esse, non ex natura scribit. Sed in tertia Tuscul. e fontibus Stoicorum hauriens de eadem re ita disserit [cap. 1.] *Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque duce vitae cursum conficere possemus, haud erat sane quod quisquam rationem et doctrinam requireret: nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul atque in lucem editi et suscepti sumus, in omni continuo pravitate et summa opinionum perversitate versamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.* etc.

Argumentamur] Id est aliquid probamus, ut ex contrario *refellimus* intelligi potest.

Conficimus] Id est efficimus et complectimur.

Concludimus] Id est ratiocinamur, ratiocinationes, quas conclusiones non raro Cicero appellat, conficimus.

Doctrina differens] Hominibus ad percipiendum et discendum vis ac facultas ingenii par eademque concessa est, doctrina tamen excolitur et augetur ratio. Hinc facultas ingenii eruditorum et idiotarum differre videtur.

Nam et sensibus] Instrumenta duo cognoscendi et judicandi, quae *κριτήρια* dicuntur. Chrysippo, ut *Laertius* prodit, erant sensus et anticipatio, id est *πρόληψις*, quae hic attingit Cicero. Hinc autem probat rationem in hominibus esse eandem et similem: proficiscitur enim *ὁ ἐνδιάθετος λόγος*, id est, interior ratio, aut a sensu, aut a praeceptione. Sed et *ὁ προφορικὸς*, qui in oratione est, idem est, sed verbis discrepat, quod alia lingua Galli, alia Graeci utuntur.

Interpresque mentis] Oratio docendi instrumentum et conciliatrix humanae societatis. Hoc autem ad *λόγον προφορικὸν* pertinet.

Ducem nactus] Nactus praeceptorem, nactus doctorem. Ratione enim et doctrina virtus indiget, ut scribitur tertia Tusculana.

CAP. XI. *In pravitatibus*] Stoicis omnes perturbationes vitiosae sunt et pravae, non item Peripateticis et Platonicis. Eas nasci Stoici censent ex opinionis errore, id est, ut in Tuscul. [IV. 6.] ait Cicero, ex opinatis bonis et malis. Nec vero ex opinione tantum et judicio nasci censent eas Stoici, verum etiam opiniones et judicia esse dicunt. *Laertius* [VII, 111.] *Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν.* Iidem non numerant in rebus fugiendis et expetendis ea quae vel ad corpus pertinent, ut vita, mors, dolor, luctus; vel quae externa sunt, ut honor, gloria; atque has esse causas censent perturbationum, aegrotationum, offensionum. Nam ex perturbationibus etiam offensiones aegrotationesque nascuntur, cum opinatio vehemens est de re non fugienda tanquam fugienda, qualis in multis metus mortis aut doloris: aut de re non expetenda tanquam valde expetenda, qualis ambitio est. Sed corporis commoda et externa, legenda et sumenda dicunt: incommoda rejicienda.

Illecebra turpitudinis] Ea enim tanquam illice turpitudo utitur. A Platone sic *δελέαρ κακῶν* in Timaeo dicitur.

[*Tamen habet* etc.] Laudat quidem Handius l. c. p. 570. Goerenzii de h. l. disputationem, ejusque correctionem satis probabilem. Ipse tamen nonnihil offenditur structurà *lenitatis suavitate* in illa verborum positione, et verbis *delectans est*: faciliorem que eamque concinniorem hanc fore

lectionem existimat: Habet — bono (*lenitatis enim suavitate delectans*); ut parenthesis referatur ad *quiddam simile*. Abesse enim ait *est* in nonnullis libris, in aliis legi *enim est*, eoque suspectam fieri istam voculam. Ad verba laudat commode Epp. ad Att. V. 11. *lenitate dulces sumus. Mr.*]

Ab errore] Errat enim mens in eo expetendo quod non est expetendum: nihil enim expetendum est praeter honestum, ut censent Stoici: alia legenda sunt.

Mors fugitur] Mortem non esse timendam Stoice disserit prima Tuscul. Stoici enim nihil in rebus fugiendis praeter turpitudinem numerant, nec mortem fugiendam censent, sed rejiciendam. Non sunt igitur haec Platonica.

Dolor] Quam in rem secunda Tusculana disseritur. [Proxime pro: *propterque honestatis* Cannegieter. l. l. corrigi vult: *propter quidem*. Ego cum Goerenzio facio. Vid. supr. p. 80. *Cr.*]

Honorati] Res externae in rebus expetendis et fugiendis a Stoicis non censentur: censentur a Platonicis.

Molestiae] Hae quatuor generales sunt perturbationes, quibus multae subjiciuntur formae: omnis autem perturbatio Stoicis vitiosa est. Atque hic nihil est confusum, ut quidam censent, si quid agatur quis attendat.

Opiniones aliae] Non dicit homines universos habere Deos velle, sed ait omnes superstitione laborare. Nam de vitiis hic loquitur.

Qui canem et felem] Aegyptii absurda pleraque pro numinibus venerabantur: sed et belluas ex quibus utilitatem aliquam caperent consecrabant, ut felem, canem, ibin, ichneumonem. Vide Diodorum et Herodotum lib. II. Hinc *Juvenalis* scripsit [Satir. XV, 1.]

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat?

Comitatem] Hae virtutes ad conciliandos hominum animos maxime valent et ad retinendos, quae causa fuit cur earum meminerit. Nam et apparent maxime, et omnium statim approbationem merentur. Comitas est facilitas et humanitas, cui aliquando gravitatem et severitatem, hic superbiam opponit: benignitatem, liberalitatem et beneficentiam dicit, cui opponit maleficos et crudeles. Gratum animum vocat, quam cum Latine non loquimur, *gratitudinem* dicimus: ut ingratum animum vocat, quam *ingratitudinem* barbare dicimus. Respondet autem liberalitati gratus animus in referenda gratia.

Extremum est] Ex hominum conjunctione et similitudine nos ad justitiam esse natos disputavit, quod est, ani-

mis nostris insitam esse justitiam: sed ea naturae impulsio illique justitiae igniculi exiles sunt, nisi excitentur accendanturque institutione et praeceptione, ut philosophiae doctrina. *Cicero* [Tuscul. III, 1.] *Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque duce vitae cursum conficere possemus, haud erat sane quod quisquam rationem et doctrinam requireret.* Igitur ut bene dicendi ratio est Rhetorica, ita recte vivendi ratio est Philosophia. Sensum non vident qui hic *rationem* legem interpretantur.

Si approbatis] Nam in philosophia disputari solet, naturane an doctrina, an usu virtus pariatur. Ut igitur in loco controverso ait, si approbent, se ad reliqua perrecturum.

CAP. XII. *Sequitur igitur*] Stoici cum de lege disserunt, ista ordine capita sic distincta partitaque tractant: quorum institutum hic sequitur. Nati sumus ad justitiam colendam: justitiam autem colimus, ut alii ab aliis participemus. *Cicero* lib. I. Offic. [cap. 7.] *Atque ut placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint: in hoc naturam ducem debemus sequi, et communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines societatem.* Ex his Ciceronis verbis satis arbitror intelligi, quid sit *participare alium ab alio.*

Communicandumque] Ut inter omnes sit quaedam communicatio et societas utilitatum, quae res societatem civilem conciliat et tuetur. *Cicero* de Finibus [lib. V. cap. 23.] *Nihil est quod latius pateat quam conjunctio inter homines hominum, et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum.* Ex ista autem participatione et communicatione sumus apti natura ad coetus et civitates.

Naturam esse] Id quod dico, natura est, non corruptela nec consuetudo, id est, de natura loquor, non consuetudine, nec de vitiis quae succreverunt. Itaque hic *natura* est quod natura insitum est nobis et quod naturale est. Eodem fere modo locutus est lib. III. de Finibus, *Jus autem quod ita dici appellarique possit, id esse naturam.* Si *natura esse* legeretur, attingeretur illa locutio Graecorum ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστι φύσει.

Igniculi] Igniculos vocat scintillas quasdam. Sic vertit quod Graece dicitur σπινθήρ, ζώπυρον, ἔναυσμα. *Cicero* in Tusc. [III, 1.] *Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat.*

Quod si] Locus est ex Heautontimorumeno Terentii. Id est, si homines non sua tantum curarent, sed aliorum negotia ad se pertinere putarent, et pro suis haberent, humana societas non violaretur. *Cicero* lib. I. Offic. [cap. 9.] *Est enim difficilis cura rerum alienarum. Quanquam Terentianus Chremes nihil humani a se alienum putat.*

Recteque Socrates] *Cicero* lib. III. Offic. [cap. 3.] *Itaque accepimus Socratem execrari solitum eos qui haec natura cohaerentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut quicquid honestum esset, id utile esse censerent: nec utile quicquam, quod non honestum. Plutarchus* lib. IV. συμποσιακῶν [pag. 662.] Ὁ Μαρκίων ἔφη δοκεῖν αὐτῷ τῇ Σωκράτους ἐνέχεσθαι κατάρᾳ μὴ μόνον τοὺς τὸ λυσιτελὲς ἀπὸ τοῦ καλοῦ χωρίζοντας. Id est, *Marcio dixit sibi videri obnoxios esse Socratis execrationi, non solum eos qui utile ab honesto separant* etc. *A natura* dicit ab eo quod natura, non opinione utile est: quod idem protinus honestum est.

Tam longe lateque] Qua omnes inter se homines conciliatione naturae conjuncti sunt.

Ut nihilo se plus] Idem locus sic a Cicerone tractatur lib. I. Offic. [cap. 17.] *Nihil autem est amabilius nec copulatius quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eaedem voluntates, in iis fit ut aeque quisque altero delectetur ac seipso, efficiturque id quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.* Hic inserunt nonnulli quaedam verba Graeca. Stulte: noluit enim Cicero, ut reor, hic esse bilinguis.

Vir sapiens] Hoc Stoicum est, atque adeo ex eorum Paradoxis: id est enim quod Cicero ait, id videri quibusdam incredibile. *Cicero* lib. I. de Natura Deorum [cap. 44.] *Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur: censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos?* Et lib. III. de Finibus [cap. 21.] *Quanquam autem in amicitia alii dicant, aeque charam esse sapienti rationem amici, ac suam, alii autem sibi cuique chariorem suam* etc. Quo ex loco intelligimus hac de re inter Stoicos dissensionem fuisse. Cicero tamen sequitur eos, qui sapienti dicunt aeque charam amici personam esse ac suam. Caeterum inter alios benevolentia esse potest, inter bonos et sapientes solos amicitia. *Laertius* [lib. VII. §. 124.] Λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις διὰ τὴν ὁμοιότητα. Id est, *Dicunt autem et amicitiam in solis bonis esse propter similitudinem.* [Proxime: *Quid est enim.* Vid. supra I. 10. §. 29.: *nihil est enim*, et adde Goerenzianis, a Mosero p. 87., adhibitis, *Stall-*

baumii observata de similibus formulis apud graecos scriptores ad Platonis Phileb. §. 61. p. 90. *Cr.*]

Praemuniuntur] Id est praeparantur. Sic ad Atticum [lib. v. Epist. 13.] *Illud praefulci et praemuni, ut simus annui.*

CAP. XIII. *Ex iis enim*] Effecisti ut Atticus qui Epicureus est, a natura jus esse ortum existimet, ut de me, qui Stoicorum sententiam sequor, minime dubitandum sit. Nam Epicurei ab opinione et utilitate jura nata dicunt. Veteris libri hoc loco non est satis plana scriptura. *Videretur* tamen scriptum in eo fuisse ex vestigiis suspicor.

[*Ex his enim* etc.] Corradus in Quaestura p. 350. »*Ex* »*hisne, quae dixit, tibi Attice, videtur* (*mihi quidem*) *ex* »*natura ortum esse jus?* sic enim videtur legendum. Nam »ita respondet Atticus: *an mihi aliter videri possit, cum* »*haec jam perfecta sint?*« *Mr.* — Cannegieter. l. l.: »*Attico videtur.* Plenum habebis rectumque sensum, si subintelligas *si.*« Durissime. Ego cum Goerenzio facio. Vid. supr. p. 88. sq. *Cr.*]

Muneribus] Summam repetit superioris disputationis. Munera Deorum quibus instructi et ornati sumus, sunt ratio et cogitatio. *Parem* autem cum dicit *vivendi communemque rationem*, tractationem attingit illius loci in quo ex similitudine et conciliatione nos ad justitiam esse natos probabat. Cum autem indulgentia quadam et benevolentia homines inter se contineri scribit, attingit nos ad justitiam esse natos, ut alius ab alio participemus, et inter omnes communicemus.

Veterum] Ineptum sit Thaletem, Democritum, Heraclitum, Anaxagoram intelligere, qui et Physici appellabantur, et de philosophia morali, cujus auctor et inventor Socrates fuit, non disputabant. Veteres igitur Philosophos intelligo Academicos veteres et Peripateticos. *Cicero* lib. v. de Finibus [cap. 8.] *Aut prima naturae, ut antiquis, quos eosdem Academicos et Peripateticos nominamus.* Iterum [cap. 9.] *Ergo instituto veterum, quo etiam Stoici utuntur, hinc capiamus exordium.* Hic perspicue a veteribus, id est, ab Academicis et Peripateticis Stoicos, ut novos distinguit. Rursus hoc libro [de Legg. 1, 20.] *Quippe cum antiqui omnes, quod secundum naturam esset quo juvaremur in vita.* Iterum de Zenone [cap. 21.] *Nunc vero cum decus quod antiqui summum bonum esse dixerant*, id est, Academici veteres et Peripatetici. Novi autem Philosophi erant Academici novi et Stoici, qui superioribus sectis succreverant. Stoicos autem hic imitatur, atque hic locus nos in viam deducit ne erremus. Quorum enim e fontibus haec hauriat, ex hoc loco cognoscimus.

Sed eorum] Jam haec profligata quaestio est et ad exitum perducta, cum a natura jus ortum esse Atticus et Quintus fateantur. Veruntamen cum Stoici quos imitatur, hanc de Legibus scholam certis capitibus complecti soleant: quorum postremum est, quod tamen ex superioribus satis effici videtur, jus natura esse, illud quoque eorum instituto Cicero attexit. Veteribus autem philosophis satis erat qua de re agebatur probare: a reliquis, ut Stoicis, articulatim et distincte certis capitibus omnis de re quaque disputatio comprehendebatur, quae tractanda erant omnia. Sic Balbus Stoicus lib. II. de Natura Deorum [cap. 1.] quaestionem de Natura Deorum et disputationem quatuor capitibus complectitur his verbis, *Omnino dividunt nostri totam istam de Diis immortalibus quaestionem in partes quatuor, primum docent esse Deos: deinde quales sint: tum mundum ab iis administrari: postremo consulere eos rebus humanis.* Hanc disputandi rationem intellexit cum ita scripsit lib. II. de Orat. [cap. 16.] *Hisce autem ipsis de rebus, ut ita loquatur, ut ii qui jura, qui leges, qui civitates constituerunt, locuti sunt sine ulla serie disputationum. Naturae esse jus* dicit, non opinionis, ubi legi fortasse etiam possit *natura*.

Officinas] Sapientiae officinas instruere, est tanquam certo quodam et suo instrumento suaque supellectili scholam quanque et disputationem, quasi officinam collocupletare. Scio hunc locum a quibusdam aliter accipi, qui meo judicio hic valde hallucinantur.

Fuse] Diffuse, disperse, non distincte.

Tua libertas] Quasi alienum potius quam tuum judicium sequi soleas, praesertim Academicus.

Non semper ita] Non sic semper me certis addico legibus, sed cum ad salutem Rerumpublicarum et stabilitatem nostra pergat oratio, principia quae sequentibus praefulciuntur, nunquam nimis reliquae disputationi praemunita fuerint. Itaque ut confirmatiora sint et stabiliora, hic etiam disseram jus natura esse. Quod aiunt nonnulli hic considerandas hominum opiniones, non intelligo.

Nihil omnino in bonis] Ut Stoici: nullum habendum, ut Academici et Peripatetici: Hi autem omnes recta et honesta per se expetenda censent.

Zenoni] Qui nihil bonum praeter virtutem, nihil malum praeter vitium censebat: reliqua quae etiam bona Peripatetici dicunt et Academici, commoda vocabat: quae mala incommoda. Hoc vocabula potius immutare est, quam rem, ut existimat Cicero. Nam quae alii etiam bona putant ut Academici, hic commoda, non bona dicit: cum alii haec

etiam expetenda scribant, hic sumenda dicit, non expetenda.

Aristonis] Aristo Chius, cujus in Zenonis vita *Diogenes* Laertius meminit, rejecta praeceptoris Zenonis opinione, nihil bonum praeter virtutem, nihil malum praeter vitium dixit, ac in rebus mediis, ea momenta quae Zeno posuit, nulla esse judicavit. Quin et summum bonum esse dixit, in rebus mediis neutram in partem moveri, quam ἀδιαφορίαν vocabat.

Sed jam tamen fractam] *Cicero* lib. II. de Finibus [cap. 13.] Quae prima natura appetit *Aristoni et Pyrrhoni visa sunt pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare, nihil dicerent interesse: contra quos recte jam diu desitum est disputari.*

Probantur] Non male fortasse *probentur*, cum praesertim pendere oratio videatur ex particula *ut*, quae antecedit, *sed ut eis*. His autem Philosophorum sectis probata esse cupit quae principia posuit.

Sibi autem indulgentes] Epicureos significat, quibus non laborat ut haec probet. Eorum haec placita sunt, ut Cicero ait, Sapientem omnia sua causa facere: Remp. capessere hominem bene sanum non oportere: Nihil esse praestabilius otiosa vita, et conferta et plena voluptatibus. Porro Epicurus Athenis in hortis suis philosophatus est, cujus exemplum secuti sectatores, in hortulis, quos eis Epicurus testamento legarat, disputabant. *Cicero* [N. D. lib. I. cap. 33.] *Sed tamen Epicuri hortus tantum habuit licentiae*, id est, Epicuri secta. Iterum [cap. 43.] *Mihi quidem etiam Democritus vir magnus imprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura Deorum.*

Jubeamus dicere] Procul a Rep. ne his opinionibus inficiantur animi civium.

Norunt ullam] Nec reipub. partem ullam norunt Epicurei, nec eam capessunt: sed et Epicurus suos a repub. deterret. Cicero de Epicureorum decretis, *Rempub. capessere hominem bene sanum non debere.* *Plutarchus* [advs. Colot. pag. 1127.] Ἐπίκουρος δὲ καὶ Μητρόδωρος τοῦτο ποιοῦσι, τοὺς μὲν συνήθεις ἀποτρέποντες τοῦ τὰ κοινὰ πράττειν, τοῖς δὲ πράττουσιν ἀπεχθανόμενοι. Id est, *Epicurus autem et Metrodorus id faciunt qui suos familiares a repub. gerenda deterrent, et eam administrantibus infesti sunt.* Epicuri verba sunt, Ὁ σοφὸς οὐ πολιτεύσεται, id est, *Sapiens rempub. non capesset.* Id non ait quia Epicurus rempub. non administrarit, nec hoc tribuit Epicuri ignorantiae, ut quidam putant. Jure antem Epicureos removet ab hac de Legibus quaestione, qui nec rempub. norunt, nec nosse volunt.

Arcesila] Socrates ad ea quae quis dixisset disserebat, nihil affirmabat, quam postea rationem Arcesilas recentis Academiae auctor renovavit. Is autem omne certamen sibi cum Zenone instituit, ut scribit *Cicero* in Academic. ad Varronem. Solitum autem esse Carneadem contra ista disserere cognosci potest ex lib. I. de Nat. Deorum, quo in loco et lib. II. de N. D. multae attinguntur sententiae Stoicorum hoc libro pluribus explicatae. *Sunt autem*, inquit [lib. I. N. D. cap. 2.] *alii Philosophi, et ii quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente et ratione omnem mundum administrari regique censeant. Neque vero id solum, sed etiam ab eisdem hominum vitae consuli et provideri. Nam et fruges et reliqua quae terra pariat, et tempestates ac temporum varietates, caelique mutationes quibus omnia quae terra gignat, maturata pubescant, a Diis immortalibus tribui humano generi putant, multaque quae dicentur in his libris colligunt, quae talia sunt, ut ipsa Dii immortales ad usum hominum fabricati pene videantur. Contra quos Carneades ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem.* Sed et idem Porphyrius declarat. Cum enim posuisset Stoicorum disciplinae placere, nostra et Deorum causa nos esse generatos, reliqua autem omnia nostra causa, subjungit [lib. III. de Abstin. §. 20.] *Ὅτῳ δὴ ταῦτα δοκεῖ τι τοῦ πιθανοῦ καὶ Θεῷ πρέποντος μετέχειν σκοπείτω, τί πρὸς ἐκεῖνον ἐρεῖ τὸν λόγον ὃν Καρνεάδης ἔλεγεν* etc. Id est, *Cui ista probabile aliquid et Deo decorum habere videntur, is consideret quid ad eam dicet rationem quam Carneades afferebat.* Ita harum rerum perturbatricem Academiam ait, quae Stoicorum decretis continentur. Nova autem Academia nihil affirmabat. Sed rem propositam in utramque partem versabat semper dubitabunda et incerta: verisimilium consectatrix: aliorum rationes adversa subvertens argumentatione. Ideoque hanc ut sileat neque repugnet, exorare cupit.

Videntur, miras] In scripto libro, *Viderentur, inferet ruinam.*

Submovere] Ut summovit Epicureos: videretur enim diffidere nimium rationibus suis et injuriam faceret ei sectae, quam libenter sequitur.

CAP. XIV. *Nam et in iis*] Hoc capite argumentatur jus natura esse: facta tamen hic nonnulla labes est: nam principium deest. Quod ad hunc locum attinet, perdifficile est augurari, qua de re loquatur. Suspicor tamen fere eum de conscientia agere, cujus tacito judicio jus natura esse confirmatur, *quod se Judice nemo nocens absolvitur, im-*

proba quamvis Gratia praetoris mendacis vicerit urnam. [*Juvenalis* Satir. XIII, 2.] Allusum autem est ad sacerdotes qui noxias et fraudes expiant, ut lib. II. dicitur [cap. 9.] *Sacrum commissum quod neque expiari poterit impie commissum est: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.* Rursum, *Publicus autem sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu liberet: audaciam in admittendis religionibus foedis damnet.* Suffimentis autem in expiationibus utebantur: sed et *suffimenta*, ut ait *Festus*, *dicebant veteres quae faciebant ex faba milioque molito, mulso sparso: ea Diis eo tempore dabantur, quo uvae calcatae praelo premebantur.* A funere etiam redeuntes aqua aspersi supergrediebantur ignem, quod genus purgationis *suffitio* dicebatur. Alia memorantur a *Juvenale* suffimenta [Satir. II, 157.]

— Cuperent lustrari si qua darentur
Sulphura cum taedis, et si foret humida laurus.

Et a *Propertio* [lib. IV. Eleg. VIII, 83.]

Dein quemcunque locum externae tetigere puellae,
Suffiit et pura limina tersit aqua.

Cum autem *illius suffimenta* dicit, Epicurum, ut opinor, intelligit, qui se praedicabat homines mortis et Deorum metu tanquam expiasse, id est, liberasse: qua in re se nihil egere dicit ejus suffimentis, id est, monitis, cum meliora habeat. Sic enim scribit in Tusculanis [1, 21.] *Quae quidem cogitans soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturae cognitionem admirantur, ejusque inventori ac principi gratias agunt, eumque venerantur, ut Deum. Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno, et diurno et nocturno metu.* Eaque fortasse causa hujus loci mutilandi fuit, quod nescio quid de inferis et religione audacius hic Cicero loquebatur.

Nusquam erant] Olim in imperio Romano prope judicia publica exerceri non solebant: postea legibus latis de quaestionibus facta sunt. Quoddam autem aliquando Romae tale tempus fuisse ex Bruto intelligi potest, ubi ita scribitur [cap. 27.] *Hic optimus illis temporibus est patronus habitus, eoque forum tenente plura fieri judicia coeperunt. Nam et quaestiones publicae hoc adolescente constitutae sunt, quae antea nullae fuerant. L. enim Piso trib. pl. legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio Coss. tulit* etc.

Hodie multifariam] Id est, multis locis, ut lib. II. de Oratore [cap. 41.] *Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.* Et apud M. Varronem lib. I. de Re Rustica [cap. 2.] *aliquotfariam* aliquot

locis significat. *In eo*, inquit, *agro aliquotfariam in singula jugera dena cullea vini fiunt.*

Ut eos] Id est quam: proinde legi debet *agitant insectanturque furiae.* Sic *Terentius* [Andr. Act. I. Sc. v, 11.] *Adeon' hominem esse invenustum et infelicem quenquam, ut ego sum?* [Hanc notam in editione sua secunda delevit *Turnebus*, adeoque se, futili explicatione subjecta, verae emendationis laude privavit. *Dav.*] Homines non usque adeo judiciis poenas luunt, ut propterea angore conscientiae vexari cruciarique debeant, ut aliunde tanta illa conscientiae formido nascatur, non ex judicii metu, ut Epicurei existimabant. Qui *quam ut* legunt, sententiam corrumpunt. [Cannegieter l. l. »*Itaque poenas luunt, non tam judiciis . . . . ut eos agitant, insectanturque furiae.* Pro *ut* scribo *at.*« Tu vid. supr. p. 98 sq. *Cr.*]

Furiae, non ardentibus] *Cicero* pro Roscio [cap. 24.] *Nolite putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtur, eos qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus: sua quemque fraus et suus terror vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent.* Et in Pisonem [cap. xx.] *Nolite putare P. C. ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu Deorum terreri furiarum taedis ardentibus, sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.*

In fabulis] In Tragoediis. Nam comoediae et tragoediae, fabulae a Latinis vocantur. In tragoedia furiae insectantur Orestem, Alcmaeonem, Athamantem.

Fraudisque] Criminis, sceleris, maleficii. Est interdum fraus, noxa et incommodum, offensio. *Cicero* in Timaeo [cap. xi.] *Nec* fraus *valentior quam consilium meum.*

Quod si] Haec contra Epicureos ait, qui jus et aequum natura esse negant, et a vitiis non ob innatam turpitudinem, sed ob poenae metum homines arceri: et virtutem non ob utilitatem expeti dicunt. *Cicero* de Finibus [II, 16.] *Sunt enim levia et perinfirma quae dicebantur a te, cum animi conscientia improbos excruciari, tum etiam poenae timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu ne afficiantur aliquando.*

Appellare] Verbi gratia, dicere solent, se jure interfecisse insidiatorem, se vim vi repulisse jure naturae, se ab homine laesos fuisse. *Appellare* nominare est. *Cicero* [de Finib. II, 16.] *Istorum enim verborum amore quae perraro appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis, justitiae, tem-*

perantiae, praestantissimis ingeniis homines se ad Philosophiae studium contulerunt. Appellare, ad auxilium advocare, ut *appellare Tribunos*, et hic.

Quod si poena] Epicurei virtutes suo nomine negant expetendas, sed quia efficientes sunt voluptatum: nec justitiam natura sed opinione constare praedicant, et inventa metu jura dicunt. *Horatius* [Serm. lib. I. Eclog. III, 111.]

Iura inventa metu injusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest justo secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.

Incauti] Ut callidi sunt qui diligenter sua commoda emolumentaque consectantur: ita incauti erunt habendi, qui in contraria incommoda et detrimenta incurrent, postremo in legum poenas: ita justitia calliditas fuerit, injuria et injustitia incauta imprudentia. *Cicero* lib. II. de Finibus [cap. 16.] contra Epicureos, *Non oportet timidum, aut imbecillo animo fingi, non bonum illum virum, qui quicquid fecerit ipse se cruciet, omniaque formidet: sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem: facile ut excogitet, quomodo occulte sine teste, sine ullo conscio fallat.* Si vera est igitur Epicureorum sententia et justitia calliditas fuerit, et injustitia incauta quaedam imprudentia. Nam qui ita sibi cavebit ne in poenas incidat malumque habeat, justus erit: qui in poenam incurret, incautus erit. [Proxime: *Tum — movemur, ut boni viri simus.* Cf. Cic. de re publ. III. 16. p. 244. ed. Stuttg. ibiq. Ang. Mai. *Cr.*]

Callidi] Omnia Epicurei ad suum commodum, fructum, utilitatem, voluptatem referunt, ut docet *Cicero* lib. I. et II. de Finibus.

Ne malum habeat] In Epistolis ad Atticum ludens in Epicureos idem disserit hunc in modum [lib. VII. Epist. 2.] *Filiola tua te delectari laetor, et probari tibi φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adjunctio: qua sublata vitae societas tollitur. Bene eveniat, inquit Carneades spurce: sed tamen prudentius quam Lucius noster et Patron: qui cum omnia ad se referant, quicquam alterius causa fieri putent? Cum ea re bonum virum esse dicant ne malum habeat, non quod id natura rectum sit, non intelligunt se de callido homine loqui, non de viro bono?* Veteres libri hic *simus* scriptum habent non *sumus*, et supra *aut incauti*, quae etiam lectiones probari possunt.

[*Ne malum habeat*] Ad rem cf. Cic. de Rep. III. 16. p. 243. sq. Ad seqq. Graevius ad Ed. Comm. folio quodam

vacuo haec adscripsit: »*O rem dignam, in qua non modo docti, etiam agrestes erubescant:* hic *etiam* dicitur pro *sed etiam.*« *Mr.*

Cap. xv. *Jam vero illud*] Consentaneum est iis qui jus opinione niti, non natura constare putant, quae Epicureorum sententia est, ut omnia quae sita sunt in populorum legibus, justa esse credant. In eos igitur hic disputat, qui jus nihil aliud esse censent, quam quod lege cautum est: ut hominum institutis, non natura constare videatur. Hic locus uberius a *Platone* in Minoe tractatur.

Scita] Liber scriptus *sita.*

Triginta illi Athenis] Athenienses a Lacedaemoniis bello diuturno profligati, et ad extremum gravi obsidione ad deditionem compulsi, triginta rectores accipere coacti sunt: qui sese tandem tyrannos fecerunt, ac Atheniensium libertatem opresserunt. *Sallustius* [Catil. cap. li.] *Lacedaemonii Atheniensibus devictis triginta viros imposuere, qui rempub. eorum tractarent* etc. Historia est etiam apud *Xenophontem.*

Ut dictator] Eam opinor legem intelligit, qua summum in cives imperium citra provocationem dictatori permittebatur; ut indicta etiam causa in eos animadverteret: nam quibus Coss. creatus sit dictator, historici fere non produnt, ut tum interregnum fuisse videatur. *Festus* ut optima lege *in creando populi Magistro, qui Dictator est, solitum fuisse aliquando dici* tradit, *qua quam plenissimum jus significabatur. Posteaquam* vero *provocatio ab eo Magistratu ad populum data est, quae antea non erat, desitum esse dici* ut optima lege, *utpote imminuto jure* Magistrorum populi. Vel eam potius intelligit (atque hoc verius puto) quam L. Flaccus interrex de Sylla tulit, ut omnia quaecunque ille fecisset, essent rata. *Cicero* in Rullum [Orat. xvii. cap. 2.] *Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam quam L. Flaccus interrex de Sylla tulit, ut omnia quaecunque ille fecisset essent rata.* Mox: *quae lex est recta ratio — sive est illa scripta uspiam, sive nuspiam* cet. [Contraria videtur Tullius ponere de republ. I. 2. ubi Villemain interpretationi gallicae subjecit haec: »La justice ne vient pas du legislateur. *Montesquieu* a mieux dit: Avant qu'il y eut de lois faites, il y avoit des rapports de justice possible. Dire qu'il n'y a rien de juste, ni d'injuste que ce qu'ordonnent ou défendent les loix positives, c'est dire qu'avant qu'on eût tracé de cercle, tous les rayons n'étaient pas égaux. Il faut donc avouer des rapports d'équité anterieurs à la loi positive qui les établit.« Ubi Villemanius nostri loci admonere poterat lectores suos. Ceterum plane in contra-

riam sententiam disputat Furius Philus in iisdem de re publica libris III. 11. *Cr.*]

Obtemperatio] Graecis nomina verbalia suorum verborum casus regunt, quo hic modo locutus est Cicero, ut si Graece diceret, *πειθάρχησις τοῖς ἐγγράφοις νόμοις*, *aut εὐπειθία.* Sic *Josephus* dixit *τὴν ἐθελούσιον ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν.*

Ut iidem dicunt] Epicureos notat, quorum duo capita comparat et collidit, jus ab institutis ortum esse, et ab utilitate profectum: nam utilitate perrumpentur leges et instituta. Qui de Thrasymacho hic loquuntur, omisso Epicuro, a sensu aberrant.

Utilitate] *Cicero* lib. III. de Finibus [cap. 21.] *Minime vero probatur huic disciplinae de qua loquor, aut amicitiam, aut justitiam propter utilitates adscisci aut probari. Horatius* Epicureus de utilitate dicit [Serm. I. Eclog. III, 98.]

Atque ipsa utilitas justi prope mater et aequi.

Eaedem enim utilitates poterunt eas labefactare atque pervertere.

Si natura confirmatura] Si a natura stirps juris removeatur, et utilitati adscribatur, secuturam ait non tantum juris eversionem, verum etiam virtutum omnium, praesertim earum quae hominum societatem tuentur: Earum enim, ut juris, si origo in utilitate ponatur, subversio manifesta consequitur. Disputat apud *Plutarchum* Chrysippus, si voluptas in bonis numeretur, non solum justitiam, sed etiam virtutes omnes interituras esse.

Liberalitas] *Cicero* lib. III. Offic. [cap. 33.] contra Epicureos, *Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesque eae virtutes quae in communitate cernuntur et in societate generis humani. Nec enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia, si haec non per se expetantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur.*

Propensi] Ex ea conjunctione et conciliatione naturae qua inter nos consociati sumus. Est autem haec *οἰκείωσις*, ut docui, de Stoicorum sententia, principium juris.

Quas non metu] Ut vulgus, quod Deum veneratur, pacem ac veniam poscens metu potius quam pietate, et Epicurei metu legum, ne impietatis dent poenas; sed pietate quae conciliatur conjunctione ea quae hominibus cum Diis intercedit, cum utrique sint rationis participes et unius civitatis cives, ut Stoici censent. *Cicero* de Nat. Deor. [lib. I. cap. 41.] contra Epicureos ex opinione Stoicorum ita scribit, *Est enim pietas justitia adversum Deos: cum quibus quid potest esse nobis juris, cum homini nulla sit cum Deo communitas?*

Cap. xvi. *Populorum jussis*] Proprie. Nam populos jubere dicebatur, Senatus decernere, quem nomine principum intelligit (ut in lib. de Oratore [I, 7.] *Cum igitur vehementius inveheretur in causam* principum *consul Philippus*), Judices sententiam ferre.

Stultorum] Stoicorum more loquitur, qui stultos vocant omnes praeter sapientem, nam et veram legem sapientis rationem dixit.

Suffragiis] Respexit ad suffragia comitiorum, quibus leges sciscebantur.

Vertatur] Ut quod injustum est justum fiat. Jus autem duplex ponebat Epicurus: commune, quod omnibus unum et idem est, ab utilitate communi profectum: proprium, quod quaeque civitas legibus et institutis sibi constituit, et scripto sanxit, et moribus recepit. Auctor hujus rei *Laertius*. Cicero in has Epicuri sententias disserit.

Quae mala] Si facere possunt ex injusto justum, cur non faciunt e malo bonum? e pernicioso salutare?

Norma] Non possumus distinguere bonam legem a mala, opinione et instituto, ut Epicurei, sed sola natura: nam si naturae consentanea est, bona est: sin secus, mala.

Communis intelligentia] Ea est prima quaedam animi notio et praeceptio, quae in animis nostris inchoavit sensum honesti. *Κοινὰς ἐννοίας* vocant Stoici, de quibus extat Commentarius *Plutarchi* in Stoicos. Communis autem notio Stoicis principium est scientiae et *κριτήριον*. Dicitur etiam *πρόληψις*, quae est *ἔννοια φυσικὴ τοῦ καθόλου*, id est, *notio naturalis universarum rerum*.

Eaque] Legendum est ex veteri libro, *notas res efficit eas, quae*. Alii *easque* legunt.

Inchoavit] Notionem quandam exorsa est, non perfectam nec absolutam: unde inchoatae intelligentiae vocantur: nam inchoatum perfecto a *Cicerone* in Topicis opponitur.

Nec equi virtus] Sic Plato lib. I. de Rep. *Βλαπτόμενοι δὲ ἵπποι, βελτίους ἢ χείρους γίνονται; χείρους. Ἆρα εἰς τὴν τῶν κυνῶν ἀρετὴν ἢ εἰς τὴν τῶν ἵππων.* Idem et Stoici dicebant. Laertius. *Ἀρετὴ δὲ ἡ μέν τις κοινῶς παντὶ τελείωσις*, id est, *virtus quaedam communiter dicitur cujusque absolutio*. Sic cujusque perfectio et absolutio ejus virtus censetur, ut in equo velocitas, aut vehendi sessoris habilitas, in arbore baccarum et fructuum copia bonorum. Sed tum abutimur nomine, quia proprie virtus dicitur in iis in quibus est ratio, ut in homine et Deo.

Partes] Id est species: nam formam generis, quo facilius intelligatur, Cicero in Topicis [cap. 3.] ait, se inter-

dum *partem* solere appellare. Virtus autem universa, ipsum genus est, id est generalis virtus.

Catum] *Catum Varro* [lib. VI. L. L. pag. 74.] acutum, non sapientem interpretatur; ut *cata signa* apud Ennium, et *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus:* et apud Lucilium *Cata dicta.* Hic tamen est prudens, sapiens, peritus, contra quam Varroni videbatur. *Plutarchus* ἔμπειρον interpretatur, id est, *peritum.* Est autem Sabinum vocabulum. Utitur eo *Plautus* initio Poenuli, *Quas tu sapienter, docte, cordate et cate.* [De hoc Sexto Aelio cf. Cannegieter in Obss. miscell. cap. 14. p. 435. qui ex nostro loco Gellium IV. 1. emendatum it, pro *Sejo* Aelio reponens *Sexto* Aelio. *Cr.*]

Perfecta ratio] Zeno virtutes omnes in ratione ponebat. *Cicero* in Academica ad Varronem [cap. XI.] *Cumque superiores non omnem virtutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura aut more perfectas, hic omnes in ratione ponebat.* Itaque supra cum definiebat virtutem *in se perfectam et ad summum perductam naturam*, naturam accipio et interpretor rationem. Ratio autem perfecta Deo innata est, et virtus, ut iidem philosophi sentiunt, non homini. Cicero [N. D. II, 13.] *Quartus est gradus et altissimus eorum, qui natura boni, sapientesque gignuntur, quibus a principio innascitur ratio recta constansque, quae supra hominem putanda est, Deoque tribuenda.* Quod et ex *Plutarcho* etiam perspicuum esse potest, in lib. de Virtute morali sic ex Stoicorum sententia de virtute disserente. *Κοινῶς δὲ πάντες οὗτοι τὴν ἀρετὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς διάθεσίν τινα καὶ δύναμιν γεγενημένην ὑπὸ λόγου, μᾶλλον δὲ λόγον οὖσαν αὐτὴν ὁμολογούμενον, καὶ βέβαιον, καὶ ἀμετάπτωτον ὑποτίθενται*, Id est, *Communiter autem omnes isti virtutem constitutionem quandam, et vim ejus animi partis in qua principatus inest, ratione comparatam, atque adeo rationem potius consentientem, stabilem, immutabilem existimant esse.*

CAP. XVII. *Sua sponte*] Sua vi, suo nomine, per se.

Constans et perpetua] Sic in IV. Tuscul. [cap. 15.] *Virtutem animi affectionem constantem et convenientem* definit: quae definitio a constantia, id est, *εὐπάθεια* deducta est, cui inconstantia adversa est, estque, ut superior, Stoica.

Inconstantia] Inconstantiam, ut in Tusculanis, hic vocat defectionem a recta mente, aversam a rationis praescriptione: quae vitiorum et perturbationum origo est, ut constantia virtutum.

Nos ingenia juvenum] Haec scriptura veterum et bonorum codicum est: alia quaedam commentitia est, quam

praetermitto. Ingenia juvenum non ex aliorum ingeniis spectare solemus, sed ex sua cujusque indole et natura: quod item in virtute et vitiis faciendum est quae natura existunt: nec ab ingeniis, id est opinione hominum et judicio judicanda sunt, sed sua sponte et natura. [Cannegieter de Notis p. 332: »Repono: *Nob.* id est *nobis*, *ingenia juvenum non item ad ingenita naturae virtutes et vitia quae existunt ab ingeniis*, *judicabuntur? an ea modo aliter*. Ut verum tamen fatear, glossema videntur, *quae existunt ab ingeniis*, interpretationis caussa addita, qua explicaretur τὸ *ingenita*, quae ex margine dein in textum irrepsit.« *Cr.*]

Ad ingenia] Ingenia ex ingeniorum aliorum comparatione non sunt existimanda: aut potius ex opinione nostra non judicantur, sed sua natura. Locus autem in interrogatione est, habetque, si integer est, eam sententiam quam explanavi.

An ea] An non virtutes et vitia sua sponte judicanda sunt, non aliter quam ingenia juvenum? Ut ingenia ad naturam, sic virtutes referendae sunt. *Non aliter*, subaudi, judicanda sunt.

Quod laudabile] Ut bonum natura judicatur, ita laudabile bonum, quod honestum est, eadem natura judicabitur: alioqui cum beatitudo a virtute proficiscatur, opinione non natura beati homines essent. Stoicis autem omne bonum laudabile est. *Cicero* lib. III. de Finibus [cap. 8.] *Quod est bonum*, *omne laudabile est: quod autem laudabile est*, *omne est honestum: bonum igitur quod est*, *honestum est*. Peripateticis et Academicis non omne bonum laudabile est.

Sint principia naturae] Duo rerum principia statuebat Pythagoras, bonum et malum: sed non in eam sententiam hic accipio, verum omnis laudis, virtutis, officii, honestatis, contrariorumque haec principia esse, eaque naturae, non opinionis nec judicii.

Sed perturbat] Persequitur id fusius in prooemio III. Tusculanae. Epicurei certissimam sensuum esse fidem putant, et ex eorum delectatione et voluptate summum bonum interpretantur, quod sensus corrumpi non possint, ratio possit. Itaque quod honestum alii dicunt et justum, id opinione non natura praedicant esse: quod aliud aliis esse videatur, et ab eo desciscatur quod Stoici honestum esse natura dicant, et cujus censeant nobis insita esse semina. Sed ea corruptela, ut *Cicero* ait, et depravatio non ex natura est, sed ex opinionum varietate. Cum autem voluptas ad sensum referatur, honestum ad rationem pertineat, dubium esse non potest, quin haec pro Stoicis contra Epicureos dican-

tur: ut mirum esse mihi videatur, cur quidam secus sentiant.

Non poeta] Id queritur dolentissime in prooemio tertiae Tusculanae, ab iis omnibus *ita variis nos imbui erroribus, ut vanitati veritas et opinioni confirmatae natura ipsa cedat.* Quod ex Stoicorum decretis sumpsit, attingiturque a *Laertio* in Zenone [lib. VII. §. 89.] his verbis. *Διαστρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῶον ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας· ποτὲ δὲ διὰ τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων· ἐπεὶ ἡ φύσις ἀφορμὰς δίδωσιν ἀδιαστρόφους.* Id est, *Depravari autem animal hoc particeps rationis interdum negotiorum externorum impulsione et inductione, interdum eorum qui una sunt doctrina et magisterio: natura enim principia tribuit non depravata.*

[*Non poeta*] Ad rem cf. Cic. de Rep. IV. 9. p. 286 — 291. *Mr.* — Ad proxime antecedentia (supra p. 113. lin. 3 sq. *quae — ficta esse dicimus*, ubi consule annott.) Ernestus ita: »Victorius tamen edidit *ducimus*, quem secuti sumus, sed *esse* delendum videtur.« Sed Cornel. Nepos XIV. 4. 3: »patriaeque sanctiora jura, quam hospitii *esse duxit*« hac quidem in re nihil variantibus libris. Quid, quod in ipso Cicerone, Epistt. famm. IV. 8, ubi alii omittunt *esse*, Martyni Laguna edidit: quae non aliena *esse ducerem* a dignitate. Nec aliter laudat eadem Facciolati. Cic. de re publ. I. 2: — sic eos — longe *duco* sapientia ipsa *esse* anteponendos. Nec germanus Ciceronis alumnus M. A. Muretus epistoll. III. 22. p. 585. Ruhnkenii scribere dubitavit: »qui eum — ne resalutandum quidem *esse duxissent.*« *Cr.*]

Non multitudinis consensus] *Cicero* [Tuscul. III. 2.] *Cum vero eodem quasi maximus quidam magister, populus, accessit, atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate, atque a natura desciscimus.*

Rudes] Teneri flectuntur, rudes inficiuntur. Rudis enim lana, tincta nondum est.

In omni sensu] Nam ex omnibus sensibus voluptas percipitur: quod tamen *Platoni* non videtur in Timaeo.

Imitatrix] Habet enim quiddam simile naturalis boni. *Lenitate enim et suavitate*, ut ante dixit, *delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid adsciscitur.*

Scabie] Titillatione et pruritu, cujusmodi scabiosis sese friantibus gignitur, unde a scabendo scabies nomen habet. Simile est illud Satyrici poetae [*Juvenalis* Satir. II, 128.]

Haec tetigit Gradive tuos urtica nepotes.

[*Vel ab ea, quae penitus in omni sensu implicata insidet,*

imitatrix boni, voluptas] Ἀντίπτωσιν similibus exemplis illustrat Aug. Matthiae de anacoluthis apud Ciceronem in Wolfii Analectis Vol. II. p. 12. *Cr.*]

Cap. xviii. *Sequitur*] Ultimum hujus disputationis caput, jus sua sponte expetendum esse. In quo etiam contra Epicureos disseret, qui ista per se expetenda non censent. Nam Torquatus lib. I. de Finibus virtutes disputat utilitatum et voluptatum causa, non sua sponte expetendas esse.

Viri boni] Nam a justitia viri boni dicuntur. *Cicero* in Offic. [lib. I. cap. 7.] *Cujus partes sunt duae, justitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur.* Et in Partitionibus [cap. 22.] *In communione autem quae pars posita est, justitia dicitur, eaque erga Deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides.*] *Joannes Cannegieter* in annott. ad Collat. Legg. Mosaicc. et Romanarum §. 9. p. 205. (ad calc. Ulpian. Fragg. libr. Regularum)« *E* et *A* litteras permutari in libris antiquis novum non est. Hac ope, credo, restitues veram lectionem in his Ciceronis de Legg. I. 18. »» Omnes viri boni — amant: nec est viri boni *errare* et diligere, quod per se non sit diligendum. «« Depravatam esse scripturam illam vidit jam vir consult. Gysb. Koen in Dissert. ad loca quaedam depravata cap. 2, ac pro *errare* substituit *curare*, haud sanequam inconcinne. Malim equidem *amare*, tum quod ipsum hoc vocabulum praecessit, tum quod *amare* et *diligere* conjungere plurimum solet Cicero; exempla collegit Nizolius in Thesauro. « Cf. Schützii Lex. Cic. in *diligere.* Ac si unus tantummodo codex suffragetur ei conjecturae: non dubitem eam in textum recipere. *Cr.*

Justitia] A qua jus proficiscitur, quod nihil aliud est quam quod justitia praescribit.

Si in ea] Haec vetus et bonorum librorum scriptura est, estque haec sententia plane Stoica: nam Stoici in una virtute etiam reliquas inesse cernique censent. Sunt enim virtutes ipsae inter se colligatae et implicatae, et qui unam habet, reliquas habet.

Gratuita] *Si virtutes utilitate expetuntur, non sua sponte, tolluntur omnes, in primis tamen quae in societate hominum et communitate versantur, ut liberalitas, comitas, justitia;* ut lib. III. Offic. a *Cicerone* [cap. 33.] scribitur. Gratuita est liberalitas quae tantum officii gratia benigne facit. Sic Sallustius [Fragm. Hist. lib. I. cap. 14.] *Ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est.*

Mercenaria] Mercenaria est, quae mercedem et praemium efflagitat, ut homines conducti, a quibus translatio ducta est,

Si sine praemio] Citatur hic locus a *Lactantio* lib. vi. [cap. xi.] ubi Ciceronem quoque carpit, qui hujus praecepti oblitus, in Officiis liberalitatem prope mercenariam faciat. Hunc etiam locum uberrime tractat *Seneca* lib. iv. de Beneficiis, ubi beneficium dare, et invicem gratiam referre, per se expetenda contra Epicureos confirmat. Praemium autem lucrum est et merces, ut hic, et in lib. de senectute, *Ecquid erit praemii.*

Officium] Virtutis causa, non fructus et emolumenti benigne facit.

Exprimit] Nullam exigit mercedem. Exprimit autem praemium, qui praemium sibi dari cogit. Eadem autem in justitia est ratio, quae in liberalitate: utraque enim in societate vitae posita est.

Causa atque sententia] Eodem modo de aliis virtutibus judicandum et sentiendum est. A causis est ductum, quas sententia solet sequi.

Emolumentis] Utilitatibus, fructibus commodis, ab emolendo. Emolumenta enim erant proprie quae emolebantur, ut fruges. Hinc illud *Persii* [Satir. vi, 25.]

— *Et granaria* (*fas est*) *Emole.*

Quae malitia] Malitia vitii certi nomen est, nimirum doli, calliditatis ac versutiae: vitiositas omnium vitiorum. *Cicero* lib. III. de Natura Deorum [c. 30.] *Est enim malitia, versuta et fallax nocendi ratio.* Sic supra in eandem sententiam [cap. xiv.] *Tum autem qui non ipso honesto movemur ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi simus non boni.* Ut autem probitati improbitas adversatur, virtuti vitium et vitiositas: sic bonitati malitia. Secus tamen videri nonnullis miror. Nam bonitas simplex quaedam et ingenua probitas est, a fraude abhorrens, et vir bonus dicitur, qui non est fraudulentus, dolosus, fallax.

Beneficus] In gratia ineunda beneficus dicitur, in referenda gratus.

Ipsi cernunt grati] Si sua potius causa quam ejus cui referunt gratiam grati sunt.

Ubi illa sancta amicitia] Amicitiam quoque in dialogo ejusdem nominis disserit in Epicureos non ab indigentia aut inopia natam esse, aut ad utilitates percipiendas, sed a natura profectam. Eam autem *sanctam* dicit, quam violare nefas sit. *Cicero* de Finibus lib. II. haec eadem pluribus in Epicureos disserit, quem librum qui legerit, in quos hic Cicero disputet, facile cognoscet. Eo in libro haec de Amicitia scribuntur [cap. 24.] *Amicitiae vero locus ubi esse potest; aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet*

propter ipsum? Iterum [cap. xxvi.] *At vero si fructibus et emolumentis et utilitatibus amicitias colemus, si nulla charitas erit quae faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se et propter se expetendam, dubium est quin fundos et insulas amicis anteponamus?* Lib. I. de Natura Deorum [cap. 44.] *Cicero* contra Epicureos disserit talem amicitiam *mercaturam esse utilitatum suarum:* et *Seneca* [Epist. iv. pag. 28.] amicitiam quam Epicurei constituunt, *negotiationem* esse dicit.

Aequalitas] Cum aequali jure vivitur ab omnibus nemoque alterum opprimit: alioqui jus et societas civilis etiam nulla fuerit, nisi leges omnibus irrogatae sint aequaliter, et pari jure vivatur. *Cicero* de Amicitia [cap. 5.] *Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequalitas, liberalitas, nec sit in eis ulla cupiditas, libido, audacia.*

Cap. XIX. *Modestia*] *Per quam pudor honestus claram et stabilem comparat auctoritatem*, inquit *Cicero* de Inventione [lib. II. cap. 54.]. *Cornificius* ad Herennium [lib. III. cap. 2.] *Modestia*, inquit, *est in animo continens moderatio cupiditatum.* Hic igitur virtus est quae modum quendam et moderationem conservat. Temperantia animi est in libidinem et alios non rectos impetus firma et moderata dominatio. Continentia, in victu est abstinentia. *Cicero* [ad Q. Fratrem lib. I. Epist. I. cap. 2.] *Quem nulla conditio pecuniae ab summa integritate continentiaque deduxerit.* Haec enim virtus efficit, ne alieni appetentes et cupidi simus. In lib. de Inventione [II, 54.] definitur *virtus per quam cupiditas consilii gubernatione regitur:* illicque temperantia genus est, partes ejus, continentia, clementia, modestia. Verecundia, reverentia quaedam est adversus homines: cujus proprium est, neminem offendere; ut justitiae, neminem violare. Pudor dedecoris et turpitudinis metus, ruborem afferens. Suntque haec omnia finitima et prope eadem virtutum genera, quae referuntur ad quartam virtutem moralem, quae temperantia fere vocatur. Temperantiam autem Patroni et assertores voluptatis Epicurei retinere conabantur. *Cicero* lib. III. Offic. [cap. 23.] *Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quomodo possunt. Dicunt enim voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri.* Veruntamen patrocinio voluptatis temperantia evertitur. *Cicero* [Offic. III, 33.] *Nam qui potest temperantiam laudare is qui ponat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem consectatrices voluptatis.*

Non esse petulantes] Superioribus omnibus petulantiam opponit, quae est hominum immodestorum, intemperantium, incontinentium, inverecundorum, impudentium, postremo im-

pudicorum. Sic de Finibus lib. II. [cap. 22.] hunc locum tractat, *Jam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia, poenae aut infamiae metu coercebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur, quod adulterium, quod stuprum, quae libido se non proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?*

Innocentes] Modesti, temperantes, continentes, neminem laedunt, nemini nocent, alieno abstinent manus. *Sallustius* innocentiam, *abstinentiam* intellexit, cum ita scripsit [Catil. c. 54.] *Sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente* abstinentia *certabat.*

Erubescunt] Quod pudoris est. Pudici autem sunt, qui florem aetatis fruendum abutendumque aliis non permittunt. Nam impudici sunt, qui muliebria patiuntur. Id ex illa Sallustii dictione intelligi potest [Catil. cap. XIV.] *Scio fuisse nonnullos qui ita existimarent, juventutem quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse.* Et mox: *Quid enim? possumus eos qui a stupro arcentur infamiae metu pudicos dicere?* Lex autem Scatinia in impudicos erat lata. In libro scripto sic legitur, *pudici etiam loqui de pudicitia.* Suspicor lacunam esse, locumque de pudicitia deesse, ut supra de Amicitia locus scribebatur. Ac fortasse hujus loci mutilandi causa fuit, quod aliquid obscoenius hic Cicero dicebat. [*Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.* Uti *Schützium* rem acu tetigisse arbitramur (vid. Moseri annott. p. 122.) ita omittere nolumus Cannegieteri discrepantem sententiam, quandoquidem nobis in hac editione illud propositum erat, ut, quoad ejus fieri potest, variorum varia judicia colligeremus. Atque is in libro de Notis p. 332. de hoc loco ita pronuntiat. »Quod in Coll. Leg. Mos. et Rom. Tit. 3. §. 3. positum vidimus *pudicitiam* pro *impudicitiam*, idem hoc loco factum fuisse suspicor. Accipe stuprum infame, nefandum, quod pluribus exponere pudor vetat. Utrum autem diversam ac plane contrariam significationem hanc admittat vox, an potius scripturae levis error sit habendus, dubito.« Ceterum Villemain ad Cicer. de re publ. I. 2. gemina ex Russavio adposuit: »Rousseau, dans *la lettre sur les spectacles* y (dans la pudeur) voit un instinct de la nature, une disposition native.« *Cr.*

Nullum] Id est neminem vitia vitare, nisi quae infamia aut poena notata sunt. Judicium dicit, quia proxime de pudicitia verba fecerat, quam qui parum honeste habebat, lege Scatinia in judicium vocari poterat. Qui Thrasymachum et Calliclem intelligunt, in Philosophis numerant quos in Philosophis nunquam Cicero habuisset: nec attendunt eum prope

contra praesentes dicere, cum se non illorum sed istorum Philosophorum pudere scribit. Serum nimis erat in priscos declamare: tot autem Epicureos, qui Graeciam et Italiam referserant, praetermittere.

Infamiae metu] Haec in Epicureos omnia, qui vitia non ob innatam turpitudinem, sed ob legum et judiciorum et infamiae metum, non perpetrari dicunt.

Laudare, Tite] Sic ex veteribus libris emendavimus, ut ad Pomponium Epicureum sermo convertatur.

Corporis pravitates] A corporis deformitate, qua nihil oculis occurrit foedius, quoque magis offendantur, turpitudinem ad animum transtulerunt Philosophi, ut a pulchritudine corporis honestatem. *Cicero* lib. III. Offic. [cap. 29.] *An est ullum majus malum turpitudine: quae si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio et foeditas turpificati animi debet videri?* Et lib. I. Offic. [cap. 4.] *Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit: quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandum putat.* Mox sequitur, *Quibus ex rebus conflatur et efficitur id quod quaerimus honestum.*

Perinsignes] Signo et vitio corporis notabiles, unde insignes et insigniti dicuntur quibus aliquid depravatum est in corpore et deforme. Lib. III. de Legibus [cap. 8.] *Insignis ad deformitatem puer. Plautus* [apud *Festum* in *Valgos.*]

Ea mihi insignitos *pueros pariat postea:*
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut brochum.

Offensionis] Id est offendent et laedent. *Horat.* [lib. I. Epist. II, 38.]

Quae laedunt oculos festinas demere: si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum.

[Ad universam sententiam confer Plotinum de pulcritud. p. 54. C. p. 34. sq. ed. nostr. et quae ibi congessimus. *Cr.*]

Avaritia] *Sallustius* [Catil. cap. xi.] *Avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit. Ea quasi venenis malis imbuta corpus animumque virilem effoeminat: itaque foedissima et homine indignissima est.* Quatuor autem virtutibus totidem opponit vitia, avaritiam justitiae, libidinem temperantiae, fortitudini timiditatem, tarditatem et stultitiam prudentiae.

Libidine] Cupiditate et intemperantia.

Tarditate] Mentis stupore.

Cruciatus] Ut censent Epicurei, non ob turpitudinem.

In virtutem] *Cicero* lib. III. N. D. [1, 28.] *Q. Catulus hujus collegae et familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roscium*, in quem *etiam illud est ejus*. Id est de quo, in cujus laudem. *In virtutem* igitur, id est de virtute.

Pecuniamne igitur] Disserit nulla corporis bona aut fortunae commoda, virtuti, id est, bonis animi, anteponenda esse.

Voluptatem] *Cicero* in Paradoxis [cap. 1.] *Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum: quae quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum*. Haec igitur in Epicureos disseruntur.

Series] Cum virtutem omnem propter se expetendam dixisset, aut si propter alias res virtus expeteretur, ea melius aliquid esse, deinceps sequebatur de finibus bonorum et malorum disputatio, in quam tacite sensimque prolabebatur, nisi se retinuisset. Stoici autem in philosophia sua solebant mirum in modum seriem rerum et sententiarum aptam et connexam praedicare, ut et hic Cicero eorum exemplo. *Cicero* lib. III. de Finibus [cap. 22.] *Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si unam literam moveris, labent omnia? nec tamen quicquam est, quod moveri possit*. Et lib. IV. [cap. 19.] *Ut enim sit apud illos, id quod est a te laudatum, ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta et connexa*. Sic nihil esse posse dicebant Stoici sua philosophia aptius, coagmentatius, compositius. Hic autem locus de Finibus bonorum non est hujus disputationis. Itaque errant qui censent esse septimum argumentum de fine bonorum. Digressio enim quaedam est, non propria hujus de lege Scholae.

CAP. XX. *Prolaberer*] Id est quod modo dixit, longius labebar. Est enim *prolabi*, longius labi. [Mox: et *cujus apiscendi causa*. Ego a Goerenzii partibus stare malim, ut qui sciam quoties vocabulum simplex librariorum culpa obliteratum sit; qua de re etiam Facciolatus conqueritur. De forma vide interprr. ad Livium IV. 3. p. 860. Drakenborch. Aliud judicium est in usu passivo, de quo nuper Lindemann. ad Plauti Trinum. II. 2. 91. *Cr.*]

Plenam dissensionis] Nam ista de finibus dissensio sectas philosophorum potissimum distinxit.

Judicandam] Id est dijudicandam, quod in libris de Finibus fecit. Ex hoc loco colligimus hos libros ante libros de Finibus esse scriptos, et, ut opinor, ante bellum civile, absolutis jam libris de Repub.

Gellio] L. Gellii *Cicero* in Bruto [cap. 47.] meminit: quem *non vendibilem oratorem*, multarum tamen rerum peritum fuisse dicit: eumque illic familiarem suum vocat. Me-

minit, et hujus *Plutarchus* in Cicerone, quem ait Ciceroni, ob patefactam conjurationem, civicam coronam decrevisse. Sed et pro Sestio a Cicerone *vir clarissimus et fortissimus consul* dicitur. Consul autem fuerat ab anno urbe condita DCLXXXI. cum Q. Lentulo, cum quo etiam censor fuit, ut ab Asconio scribitur.

Phaedro] Phaedrus philosophus Epicureus fuit, quem cum Attico Cicero audivit. *Cicero* lib. I. de Finibus [cap. 5.] *Nisi tu Phaedrum, inquam, mentitum, aut Zenonem putas, quorum utrumque audivi, cum mihi nihil sane praeter sedulitatem probarent, omnes mihi Epicuri sententiae satis notae sunt, atque eos quos nominavi cum Attico nostro frequenter audivi, cum miraretur ille quidem utrumque, Phaedrum autem etiam amaret.*

Pro consule] Missus enim in provinciam fuerat loco consulis: tametsi non ex consulatu. *Cicero* pro lege Manilia [cap. XXI.] *Quid tam inusitatum, quam ut cum duo Consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? Missus est: quo quidem tempore cum esset non nemo in senatu qui diceret non oportere mitti hominem privatum pro consule, L. Philippus dixisse dicitur non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.* Proconsul autem et pro consule differunt, quod quidam ignorarunt, qui idem esse putaverunt, ut propraetor et pro praetore. Nam proconsul tum erat qui consulatum gesserat, et ex consulatu provinciam obtinebat: et propraetor qui ex praetura. Pro consule qui loco consulis, etiam si nec consulatum gessisset, et privatus esset. Sic privatus Pompejus pro consule mittitur, non proconsul: et L. Gellius ex praetura mittitur pro consule in consularem provinciam: nondum enim consulatum gesserat: et Piso apud Sallustium quaestor mittitur pro praetore in Hispaniam. Verba *Sallustii* sunt [Catil. cap. XIX.] *Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quaestor pro Praetore missus est, adjutante Crasso.* L. autem Gellius cum haec scriberentur mortuus erat.

Ex praetura] Magistratus Romae annum sui Magistratus eo tempore fere agebant, quo exacto in provinciam ibant, atque id est ex praetura, aut ex consulatu in provinciam ire.

Auctorem] Suasorem, hortatorem. De hoc verbo lib. tertio dicam.

Operam] Paratum se dixit vel arbitrum vel judicem cum vellent.

Posset convenire] Si inter eos de arbitro conveniret, si compromissum in arbitrum aliquem facerent, aut arbitrum

a magistratu peterent. Ridiculum hoc erat, quod putaret ut lites, sic controversiam de Finibus honoraria arbitri opera disceptari et componi posse.

Inter antiquam Academiam] Veteris Academiae fuerunt Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor: novae, Arcesilas, Lacydes, Carneades. *Cicero* autem lib. IV. de Finibus contra Catonem disserens, ostendit inter Zenonem et Peripateticos, qui profecto et Academici iidem sunt, nihil praeter verborum novitatem interesse.

Arbitrum esse datum] Praetor in judicio finium regundorum dat arbitrum, qui fines regat. Eum arbitrum nos tanquam *commissarium* dicere solemus. Ad eum hic respexit Cicero. Sic *Plinius* [Hist. Nat. lib. V. §. 27.] Taurum *innumerarum gentium arbitrum* dicit; significans ab eo fines gentium innumerarum finiri et terminari tanquam arbitro.

Quum antiqui omnes] Antiqui Academici bonum, quod secundum naturam esset, posuerunt: et bene vivere, naturae convenienter vivere. Zeno autem nihil bonum nisi honestum statuit. Cicero autem libro quarto de finibus a Peripateticis, qui omnino in eadem in qua Academici haeresi sunt, Stoicos verbis non re dissentire ostendit. Et lib. II. de Finibus [cap. XI.] *Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis.* Et paulo post: *Aristippo simplex voluptas; Stoicis consentire naturae: quod esse volunt e virtute id est honeste vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quae naturae convenirent, eligentem ea quae essent secundum naturam rejicientemque contraria.* Et mox: *Una simplex, cujus Zeno auctor, posita in decore tota, id est, in honestate.*

Nihil putarit bonum] Sic recte. In veteri tamen libro sine negatione legitur, *Nisi quod honestum esset, putarit bonum*, ac sic interdum scriptores loquuntur. Columella [VII, 3.] *Quo magis etiam propter hos casus* nisi *validissima, quae non comprehendatur hyeme, novaque progenie repleatur numerus*, id est, *solum* vel *non nisi. Solinus* [cap. 37. aliis 40.] *Et carinis ita tenaciter adcorporatur, ut* nisi *abrasa parte ligni separetur*, id est, *non nisi.*

Non verbis] Ut cum commoda dicere malunt Stoici quam bona, incommoda quam mala: cum legenda et sumenda dicunt commoda fortunae et corporis, non expetenda: cum incommoda non sumenda, non autem fugienda. [*Perparvam vero controversiam dicis, a c non e a m, quae dirimat omnia.* Cannegieter. de Notis p. 333.: »Restituo: *a t non*

causam, q. d. o. Novimus ex Probo *causa* vocem per *ca* notatam. «] *Cr.*

Cap. XXI. *Antiocho*] Hic Philonis discipulus relicta nova Academia in veterem remigravit, ac librum de Peripateticorum et Stoicorum concordia edidit. *Cicero* lib. I. de Natura Deorum [cap. 7.] *Si*, inquit, *liber Antiochi*, *qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est*, *vera loquitur*, *nihil est quod Pisonem familiarem tuum desideres. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur*, *verbis discrepare.* Hujus auditor Pomponius, alioqui Epicureus, aliquando fuit: ac propemodum se ab eo ex Epicuri hortulis in Academiae spatia pertractum ait.

Magistro enim] Propter condiscipulos Epicureos, qui istud acerbe ferrent, si eum magistrum agnosceret, et Epicuri sectam relinqueret, id dicit.

Perpaucul's passibus] Nam in spatiis Academiae Academici inambulantes disputabant. Hinc illud *Horatii* [lib. II. Epist. II, 45.]

Atque inter sylvas Academi quaerere verum.

Prudens] Doctus et eruditus. *Cornificius* ad Herennium [lib. III. cap. 2.] *Dicitur item prudentia scientia cujusdam artificii.* Ita hominem in Philosophia doctum *prudentem* hic mihi vocare videtur. Sic jurisprudentes nominantur. Antiochum etiam in Bruto *Philosophum prudentissimum* vocat.

In omnibus] Ut enim fortasse ei assentiatur in fine bonorum multis tamen in rebus ab eo dissentit, cum Stoicus multo potius quam Academicus esset: *erat* enim *Antiochus*, ut inquit *Cicero* in Lucullo [cap. 43.] *si perpauca mutavisses*, *germanissimus Stoicus.* Quanquam ne in fine quidem cum Stoicis conveniebat Antiocho. Cicero ibidem. *Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam*, *inquit*, *beatam*, *sed non beatissimam.* Familiarem sibi fuisse dicit Antiochum Cicero, quia Athenis sex menses cum Antiocho in philosophia consumpsit, ut in Bruto scribit.

Mox videro] Sic loquuntur qui quid in aliud tempus differunt. *Mox* enim *videro* est, ut si diceretur, alias videro.

[*Qui istud tandem vides?*] Cod. Va. *Quid istuc.* Cod. Pa. *Quin istuc.* Posterior Cod. haec Ciceroni tribuit, sequentia, *Quia si* etc., Attico; et sic semper, immutato ordine personarum, ut, quae in Edd. Atticus dicat, in Cod. Ciceroni tribuantur. *Mr.*]

[*Solum bonum esse*] Vocem *diceret*, quae vulgo post *esse* inseritur, non habent Codd Va. Vi. Pa. In Cod. Va. est *solum bonum esse malumque quod.* In duobus posteriori-

bus *sol. bon. esse quod. Mr.* Cannegieter de Nosit p. 333. »Sensus exigit *diceret.*« *Cr.*]

[*Utrum adessent* etc.] Cod. Va. *utrum an adessent interesse. Mr.*]

Familia] Ducta translatio ab illis qui ab uno generis auctore et capite descendunt. Sunt enim ex ejus familia, ut Academici veteres et Peripatetici descendunt a Platone.

Decus] Id est honestatem, cui summum locum inter tria bonorum genera tribuebant: sic eam summum bonum putabant Academici veteres et Peripatetici, id est trium maximum.

[*Nunc vero, quum, quod decus*] Codd. Vi. Pa. *nunc vero quod decus;* Cod. Va. *nunc vero cum decus. Mr.*]

Dedecus illi] Legendum videtur *dedecus quod illi.* Academici et Peripatetici turpitudinem e tribus mali generibus summum putant. *Turpitudinem* autem hic *dedecus* vocat.

[*Itemque dedecus, illi*] Codd. Va. Vi. *item dedecus illi.* Tum Cod. Va. *hic solidum* pro *hic solum. Mr.*]

Commodas] Stoici nihil praeter virtutem bonum, nihil praeter vitium malum existimant: reliqua quae corporis et fortunae bona malaque dicimus, commoda et incommoda appellant: quae Aristo Chius Zenonis discipulus, plane indifferentia ponebat, ac summum bonum statuebat, in his rebus neutram in partem moveri.

[*Loquitur alio modo.*] Cod. Va. *alio modo de fidibus.* Codd. Vi. Pa. *alio modo de finibus. Mr.*]

Quoniam usucapionem] Hunc locum *Alciatus* ita ex *Aggeno Urbico* et *Julio Nypso* declarat. *Lege duodecim tabul. cautum erat, ut inter vicinorum praedia constitutis finibus, quinque pedum spatium relinqueretur, qua ire, agere, uterque dominus posset, itemque ut circumverti aratrum posset.* Id spatium usucapi eadem lege prohibebatur: deinde post decemviros lata est lex Manilia, vel Mamilia, ut in libris scriptis reperio: quae, quoties de his quinque pedibus controversia esset, eligi arbitrum agrimensorem aut finitorem jussit; qui fines eos regeret et constitueret. Ultra vero quinque pedes, quoniam lis non finalis, sed proprietatis est, Praetor adeundus erat. Jocus autem est ex ambiguo, de finibus agrorum et bonorum.

Intra quinque pedes] *Inter quinque pedes esse voluerunt*, scripti libri habent: Alciatus *noluerunt* probat, legis auctoritate adductus, cujus haec verba sunt de controversiis agrorum: *De rigore controversia est finitimae conditionis, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos, sive quae alia signa secundum legem Maniliam*, vel *Mamiliam* ut re-

perio, *intra quinque pedes agitur.* Sed *intra quinque pedes* est controversia, cum de illis quinque finalibus pedibus lis est; *Inter quinque pedes*, cum de possessione, praedio, agro, inter quinque pedes, id est, inter limites clauso, lis est. Nam nunc agitur de possessione et fundo Academiae, quem Zeno usucapere conatur. Biennio enim lege duodecim Tab. fundus usucapiebatur: nullo tempore usucapiebantur limites quinûm pedum: etiam si quis, verbi gratia, limitem viginti annis arasset et sevisset. Quod afferunt de Solonis lege, hunc locum non illustrat. *Intra* et *voluerunt* si legas, id eodem sensu accipi poterit.

[*Intra quinque pedes*] Codd. Vi. Pa. *inter quinque pedes. Mr.*]

Esse noluerunt] Iter enim qua ad culturas acceditur, non capitur usu, sed id quod in usu biennio fuit, ut Aggenus ait, ut verbi gratia, fundus et possessio.

Depasci veterem] Academiae agro velut usucapto frui Zenonem non sinemus. Nam plane sentit idem quod Academici veteres, eorumque sententiam usurpat, mutatis tantum vocabulis loquitur alio modo. Possessiones sunt agri late patentes vel publici, vel privati. Hic qui *depasci* absumi depascendo interpretantur, sensum non vident: qui enim agrum possidet, in agrum pecus suum immittere potest, in alienum agrum non potest: inde translatio ducta.

Manilia] Veteres libri *Mamilia:* Mamilia autem lex arbitros dabat singulos. Ea a Mamilio coloniae deductore, ut reor, lata fuit, aut consule. Non est Jurisconsulti leges ferre: quod hic nonnulli videntur existimasse.

[*Nec Mamilia lege singuli*] Codd. Va. Vi. *Nec Manilia lege singulis legibus, sed ex his res arbitri fines rogemus.* Cod. Pa. *nec Manilia lege singulis, sed ex hiis tres arbitri fines regemus. Mr.*]

Ex iis] Legibus quas nunc scribimus: vel recentiores intelligit leges de agrorum conditionibus, quales legi in veteri libro Rosciam, Peduceam, Allienam, Fabiam. Superior sensus mihi magis probatur. Nam quod nonnulli scribunt legem Mamiliam Ciceronis aetate obsoletam nec observatam fuisse, falsum est, cum etiam aetate *Frontini* observaretur. Hic autem *arbitri* sunt, quos dicimus *commissarios.*

Sententiam dicimus] Arbitri in controversia finium regundorum, inspectis limitibus et terminis, sententiam dicebant.

[*Sententiam dicemus*] Codd. Va. Vi. Pa. *dicimus.* In Cod. Pa. scribitur *Ci. Quamnam igitur sententiam dicimus? requiri placere* etc. Ita, cum uni Ciceroni in Cod. tribuantur,

quae verba inter duos Edd. dividunt, restituitur ordo personarum. *Mr.*]

Quos Socrates] Componit litem de finibus, ut bonorum fines sint, quos Socrates moralis philosophiae auctor posuit, vivere, ut opinor, secundum naturam. In controversia finium regundorum termini requiruntur. Paulus: *Eos terminos, quantum ad dominii quaestionem attinet, observari oportet fundorum, quos demonstrabit is* etc. Termini quos Socrates pegit, possessionem Academicorum terminabunt, qui ab eo statim exorti sunt; ostendentque a Zenone aliorum verborum obtentu usurpatam Academicorum possessionem.

Pegerit] Sic libri veteres, id est, fixerit, a *pango*, quod, ut ait Priscianus, *pegi* facit et *pepigi*. Pacuvius, *Tonsillam* pegi *laevo in littore.* Qui a *paciscor* deducunt, et ab origine, et a sententia aberrant: nam hic de pactione non agitur, sed de terminorum positione.

Jam nunc] Etiam antequam ad ipsum jus civile veneris.

[*Dubitationem tuam*] Codd. Vi. Pa. *disputationem tuam. Mr.*[

Dijudicatio] Disceptatio. Magni sit operis rem eam et causam dijudicare et disceptare.

Ita se res habent] Haec fortasse dicuntur a Marco, resque disceptatur brevi sententia, quae longiore esset oratione disputanda: quamquam possunt a Quinto dici.

Ex natura] Secundum naturam, quod a Socrate acceptum tenuerunt Academici, et probarunt Stoici, ut utrorumque eadem sit sententia. Dicitur eodem modo, *E natura vivere, E virtute vivere*, pro *secundum naturam, secundum virtutem.*

[*Ut ex natura vivere*] Cod. Va. *ut quo ex natura vivere. Mr.*]

Vita modica] *Cicero* lib. II. de Finibus [cap. XI.] *Secundum naturam vivere* interpretatur esse *virtute adhibita frui primis a natura datis.* Lib. autem III. Offic. [cap. 3.] sic scribit. *Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturae vivere, id habet hanc ut opinor sententiam, cum virtute congruere semper, caetera autem quae secundum naturam essent, ita legere si ea virtuti non repugnarent.* Lib. II. de Finibus [cap. XI.] Convenienter naturae vivere dicit esse *e virtute, id est, honeste vivere. Quod* Stoici *ita interpretabantur: vivere cum intelligentia earum rerum, quae naturae convenirent, eligentem ea quae secundum naturam essent, rejicientemque contraria. Laertius* [VII, 87.] Ὁ Ζήνων τέλος εἶπε, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ᾽ ἀρετὴν ζῆν. Id est, *Zeno finem dixit convenienter naturae vivere, quod est e virtute vivere.* Rursum Laertius, *Πάλιν δὲ*

ἴσόν ἐστι τὸ κατὰ ἀρετὴν ζῆν τῷ κατὰ ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν. Id est, *Rursus ex virtute vivere est vivere intelligentem ea quae naturae congruunt.* Ita interpretatio Stoica, cum virtuti adjungat fructum earum rerum quae naturae conveniunt, ab Academicorum sententia nihil discrepat. Stoici tamen haec externa, et corporis commoda sumenda, legenda, eligenda dicunt, non expetenda: contrariaque rejicienda non fugienda, quo antea modo etiam ipse loquebatur de morte et vita, cum hanc errore homines expetere diceret, illam fugere. Academici autem ea in rebus expetendis et fugiendis numerant. *Vitam* hic appellat emolumenta et commoda, quae secundum naturam sunt, et quibus ad vitam degendam est opus. Nam sic vita et hic, et in prima Academica [cap. 5.] accipitur his verbis: *Constituebantque extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita:* id enim est adeptum esse omnia quae secundum naturam sunt animi, corporis, fortunae bona. *Modicam* addit quod earum rerum modus naturalis sit, et quod beati etiam esse possimus sine divitiis, opibus, honoribus, gratia. Haec enim a natura recedunt. *Cicero* in Academicis [I. 5.] *Ac de summo quidem ac naturali bono sic agunt: caetera autem pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam.* Hanc interpretationem qui reprehendit, et deteriorem affert, falso pratrocinatur, verum opprimit. *Vitam aptam virtute* vult, ex virtute scilicet pendentem, ut v. Tuscul. [cap. 14.] *Non sane optabilis quidem ista, inquit, rudentibus apta fortuna.* Aut potius bonis modice suppeditatam. Ut apud *Horatium* [lib. 1. Od. xii, 43.]

— *Et avitus* apto
Cum lare fundus.

Et apud *Catullum* [Carm. xxviii. 2.]

Aptis *sarcinulis et expeditis.*

Significat enim, ut opinor, *Horatius* parvum et concinnum larem: et *Catullus*, curtas et adstrictas sarcinas. In codice scripto hic reperi *et aperta virtute.* Quidam *aptam virtuti* legunt; quod non probo.

[*Et apta virtute*] Cod. Va. *et aperta virtute perfrui,* Cod. Pa. *et aperte virtute perfrui.* In seqq. Cod. Va. *quantum in ipsa sic* pro *ipso sit. Mr.* — Cannegieter de Notis p. 333: »Re modica qui perfruitur, aptior est procul dubio virtuti, prae eo, qui re amplissima beatur. Hunc enim plerumque videmus luxui se mancipare, ac vitiis corrumpi. Praeferam itaque *virtuti.*« Idem proxime corrigendum censet: *virtutum tanquam lege vivere.* — Male. *Cr.*]

Quod inter haec] Quae vita naturaque postulat. Superior definitio Academicam interpretationem magis refert, et ad eam propius accedit: haec posterior magis Stoicam reddit, ut ex verbis *Laertii* et *Ciceronis*, quae paulo ante adhibui, intelligi potest. Id eo dico, quia non desunt qui secus sentiant, quos errare puto: et consentaneum esset, ut Academici qui antiqui sunt, antecederent potius: Stoici qui novi, sequerentur. Ego duas definitiones, quarum vis atque sententia una et eadem sit, a *Cicerone* positas existimem, quae tamen referant Academiam et Zenonis sectam.

Dijudicari] Haud scio an unquam disceptari et dijudicari haec controversia possit; et ut possit, nunc certe non potest. Justam enim disputationem ea res potsulat.

[*Quapropter hoc dijudicari*] Cod. Va. *Atque per hoc dij.* Cod. Vi. *dijudicare nequeo an.* In seqq. Cod. Pa. *hoc quod suscepimus. Mr.*]

Cap. xxii. *Neque Charondae*] Charondas Thaletis Milesii discipulus, (ut quidam censent, reprehendit *Aristoteles*) Catanensis, Catanensibus civibus suis et Chalcidicis Siciliae et Italiae Civitatibus leges tulit. Eum *Thurium* a Thuriis civitate Italiae *Valerius* appellat [lib. vi. cap. v, 4. ext.] Errant qui in *Valerio* pro *Thurio Tyrium* emendant. Hujus Legibus etiam Mazaceni usi sunt, ut ait *Strabo* [lib. xii. pag. 813. ed. Amstel.] Zaleucus Locris Epizephyriis Italiae populis leges scripsit.

Plebiscita] Quibus lege Horatia, quam Hortensius postea Dictator rursum tulit, etiam patres teneri coeperunt. *Livius* lib. III. de lege Horatia [cap. 55.] *Omnium primum cum veluti in controverso jure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, ut quod Tribuni plebis jussissent, populum teneret. Plinius* [H. N. lib. xvi. §. 15.] *Q. Hortensius Dictator, cum plebs secessisset in Janiculum, legem in Esculeto tulit, ut quod ea jussisset, omnes Quirites teneret.* Quod factum est, ut ex *Floro* constat, paulo ante adventum Pyrrhi in Italiam. Itaque cavendus est eorum error qui censent collegam Valerii Hortensium fuisse. cum Horatius fuerit, qui multo ante Hortensium legem eam tulerat.

Facultatis] Utinam id efficere et praestare possem: utinam possem et populis, et singulis leges vivendi et disciplinam dare.

Sed profecto] Liber primus concluditur philosophiae laude. Cave autem existimes hic disseri legem et philosophiam idem esse: et philosophiam naturalem esse, proinde et legem: longe alia Ciceronis mens est. Nam cum omnia quae disputavit a philosophia proficiscantur, merito hic eam ornavit.

Emendatricem] Haec propria sunt et sua legis officia. Siquidem duae res, ut ait Solon, Remp. continent, praemium et poena. Qua forsitan opinione ductus Democritus posuit Deos, Poenam et Beneficium. Quadrat hic illud Euripideum [in Hecuba vs. 902.]

—Πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
Ἴδια ϑ' ἑκάστῳ, καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
Κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.
Commune siquidem hoc omnibus, tum singulis,
Tum civitati, uti malus mali ferat
Aliquid, probus vero fruatur ut bonis.

Ab ea] Id est, a lege doctrina vitae ducitur, ut plane proprium sit hujus disputationis vivendi leges et disciplinam dare.

Ita fit mater] A qua cum alia omnia quae laudis sunt et virtutis, tum vero lex illa virtutum commendatrix et vitiorum emendatrix proficiscitur, et quae de ea a me hic disputata sunt. Est enim lex sapientis ratio ad jubendum et prohibendum accommodata. Ita a sapientia oritur lex.

A diis immortalibus] *Plato* in Timaeo [pag. 533.] Ἐξ ὧν ἐπορισάμεϑα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαϑὸν οὐκ ἦλϑεν οὔϑ' ἥξει ποτὲ τῷ ϑνητῷ γένει δωρηϑὲν ἐκ ϑεῶν. *Cicero*, Platonis interpres, *Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum praestantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur.*

Nosceremus] Sapientum sententiae Delphis in Apollinis templo sculpebantur, et tanquam oracula Deo attribuebantur. Haec enim Chilonis est Lacedaemonii. *Plinius* lib. VII. [§. 32.] *Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedaemonio, tria praecepta ejus Delphis consecrando, quae sunt haec, Nosse se quenque: et, Nihil nimium cupere: Comitemque aeris alieni atque litis esse miseriam.* Non desunt qui Delphici oraculi vocem dicant. Cuidam enim, quo ad beatitudinem itinere perveniret, consulenti, *Si te*, respondit Deus, *noveris:* quos sequi *Cicero* videtur. *Nosce* autem *te ipsum*, ita prima Tuscul. [cap. 22.] explicat: *Est illud quidem vel maximum, animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat. Non enim, credo, id praecipit ut membra nostra et staturam figuramve noscamus: neque nos corpora sumus, neque ego haec dicens corpori tuo dico. Quum igitur*, nosce te *dicit, hoc dicit*, nosce animum tuum.

Delphico Deo] *Cicero* in prima Tuscul. [cap. 22.] *Hunc igitur nosse, nisi divinum esset, non esset hoc acrioris cu-*

jusdam animi praeceptum, sic ut Deo tributum sit, hoc est se ipsum posse cognoscere.

Ingeniumque] Animum suum in corpore tanquam delubro signum consecratum. Nam animus nobis *a Deo*, ut supra disseruit, *ingeneratus est.* Sed et in Paradoxis ait [cap. 1.] *Tu cum tibi sive Deus, sive mater, ut ita dicam, rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est praestantius neque divinius, sic te ipse abjicies atque prosternes, ut nihil inter te et inter quadrupedem aliquam interesse putes.* [De sententia: *ingeniumque — sicut simulacrum in se suum* vide quae plura congessi ad Plotini de pulcritudine haec: *καὶ μὴ παύσῃ τεκταίνων τὸ σὸν ἄγαλμα* pag. 369 sqq. *Cr.*]

Tantoque munere] Animo, qui corpori a Deo ingeneratus est.

A natura] A Deo. Deus enim et natura Stoicis idem, ut lib. II. ostendam, et ex legis definitione intelligi potest.

Subornatus] Supra, *Nunc quoniam hominem quod principium reliquarum rerum esse voluit, generavit et ornavit Deus.* Hoc in verbo inest tacitum nescio quid et clandestinum: id est intus velut instruxit et quodam modo ornavit. Alias in malam partem accipitur, ut cum *subornatos testes* dicimus.

Adumbratas] Umbra quadam depictas. Ab adumbrationibus pictorum, quae rudibus lineamentis constant, ductum, quas *σκιαγραφίας* et *σκαριφισμοὺς* vocant, et postea coloribus exornant. *Adumbratae* autem illae *intelligentiae*, omnis scientiae et Philosophiae principia sunt, et earum ope ad sapientiam perveniri potest.

Illustratus] Quibus tanquam illuminatus ope sapientiae: sunt enim alioqui, ut supra dictum est, obscurae. Alias legitur *quibus illustratis.* Non est autem, ut quidam sentiunt, idem *inchoata* intelligentia et *enodata.* Nam inchoata enodata non est. *Cicero* in Topic. de intelligentia [cap. 7.] *Ea est*, inquit. *insita et ante percepta, cujusque formae cognitio, enodationis indigens.* Sed hoc falsi sunt, quia supra pro *nec satis enodavit* legerunt *necessarias enodavit.* Nam non sunt absolute enodatae illae intelligentiae, sed non satis enodatae.

CAP. XXIII. *Nam cum animus*] Qui sapientiae compotes sunt, ii beati sunt. Sapientia autem rerum divinarum et humanarum cognitionem complectitur: cujus pars una est de vita et moribus, quae Ethice: altera de natura et rebus occultis, quae Physice: tertia de disserendo, et quid verum, quid falsum, quid consentaneum, quid repugnans judicando,

quae Dialectica vocatur: quas omnes partes hic attingit. [De lectione duorum codd. nostrorum *quom* animus cf. Angel. Maium in Conspectu orthograph cod. Vaticani de Re Publica p. 354 ed. Stuttgart. et Tubing. *Cr.*]

Obsequio] Quatuor virtutes morales attingit, temperantiam, fortitudinem, justitiam, prudentiam. [Easdem virtutes in *Hortensii* Ciceroniani fragmento enumeratas videmus. Vid. quae posui ad Plotin. de pulcrit. p. 276 sqq. *Cr.*]

Societatemque charitatis] Se charitate et amicitia cum hominibus conjunctum putarit, quos omnes suos populares et necessarios duxerit. Qui *societatem carnis* hic legunt, negare non póssumus, quin Theologice loquantur. Justitiam autem ducunt a societate et conjunctione Stoici. [Cic. de Finib. V. 23. §. 66: »quidquid aget quaeque virtus, id a communitate, et ea, quam exposui, *caritate atque societate* humana non abhorrebit.« *Cr.*]

Religionem] Non superstitionem, sed puram veramque religionem. Est autem religio pars justitiae.

Caelum, terras] Quae quidem sunt ipsius naturae. His autem tribus partibus summam rerum et ipsam universitatem significabant. *Terentius* [Adelph. Act. v. Sc. III. 4.] *O caelum, o terra, o maria Neptuni.*

Perspexerit] Cognoverit, contemplatus erit. Alii *prospexerit* legunt, sed male, ut opinor.

Unde generata] Ad deflagrationem respexit. Nam haec omnia censent Stoici tandem aliquando exustum iri. Itaque non est huc advocandus Aristoteles, qui caelum, terram, mare, neque exordium habuisse, neque finem habitura credit.

Generata] Ignis Stoicis principium est et semen omnium rerum, unde omnia generantur, et quo revertuntur.

Quando] Rata quaedam et definita censent exustionis tempora: non tamen sunt ea hominibus cognita.

Quomodo] Per exustionem scilicet in ignem abitura.

Aeternum] Stoicis aeterna est materia, et Deus, quem per Materiam pervadere, et eam informare censent: atque adeo ignis ipse rerum semen. Animos etiam humanos aeternos et immortales Cicero existimat: qua de re inter Stoicos est variatum: nam alii, ut ait Aristoteles, existimant, animos mortuorum manere, alii in animum mundi confundi, alii mortales esse, nec tamen statim quum e corpore excesserint interire, sed aliquamdiu superstites esse: sapientum autem animos ad exustionem usque vivaces esse: tum enim eos et reliquos Deos praeter praepotentem interire. [Aristotelem cum Numenio confudit, ut puto, noster: hic enim paria tra-

dit apud *Eusebium* Praep. Evang. xv. 20. Vide nos ad Tuscul. I, 31. *Davies.*]

Moderantem] Praepotentem Deum, qui summae rerum praeest, cuique reliqui caelites parent.

Non unis circundatum] Unius loci certi et oppidi se municipem aut civem non censuerit. *Cicero* in Paradoxis [cap. 2.] *Exilium autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.* Haec Stoicorum erat sententia, ut ante memoratum est, idem etiam Academicis sentientibus. *Cicero* in Academicis [lib. I. cap, 5.] *Hominem esse censebant, quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum hominibus humana quadam societate.*

Magnificentia] Amplitudine et excellentia.

CAP. XXIV. *Sepimento*] Stoicorum more, qui philosophiam agro feraci comparabant, cujus sepem Dialecticam esse dicebant: fructum, Ethicen: terram aut arbores, Physicen; auctore Laertio, cujus haec verba sunt [VII, 40.] *Ἢ ἀγρῷ παμφόρῳ, οὗ τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν εἶναι τὸ λογικόν* etc. Philo quoque Dialecticen *περίβολον* quodam loco appellat.

Judicandi] Stoici nullam esse inveniendi artem putant, judicandi vias diligenter persequebantur. Itaque inventionis nulla hic mentio est.

Quid quamque] Judicium veri et falsi in enunciationibus est simplicibus, nec solum in iis, verum etiam in connexis et repugnantibus: de quibus hic agit: pertinent autem ad ratiocinationes.

Illa subtili disputatione] Dialecticorum oratione. Atque haec distinctio Zenonis est Stoici. *Cicero* lib. II. de Finibus [cap. 6.] *Rhetorice igitur, inquam, nos mavis quam dialectice disputare? Quasi vero, inquit, perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes dicere: rhetoricam palmae dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.*

Disputatione] Disputationem perpetuae orationi hic opponit. Propria enim est disputatio Dialecticorum, ut perpetua oratio Oratorum: et Dialecticus disputator dici potest: *διάλεξις* disputatio; *διαλεκτική*, prudentia disputandi. Sed et dialogi eadem est origo, qui Dialecticorum et Philosophorum, ut *Lucianus* ait, proprius erat; veterumque illorum Philosophorum, qui Dialectici habiti sunt et appellati, ora-

tio in interrogatione et responsione erat posita. Sic Diodorus, qui Dialecticus vocatus est, sic Stoici qui Dialectici appellati sunt, disputarunt. Nam, ut scribit *Alexander*, *Ἡ διαλεκτικὴ λόγους ποιεῖται ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει· ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ ὅλον τὸ ὄνομα αὐτῇ.* Id est, *Dialectica disserit interrogando et respondendo. Ex eo enim nomen adepta est.* Eo genere disputandi sunt usi omnes qui unquam Dialectici vocati sunt: atque usum illum publicum et usitata exempla Aristoteles et Zeno secuti sunt, cum ita Dialecticam et Rhetoricam distinxerunt. Oratores enim ut Demosthenes, Hyperides, Lysias, perpetua oratione utebantur: et ut ornatissima sit oratio Platonis, nemo tamen unquam eum *ῥήτορα* vocavit. Proinde veteres Dialecticam definiebant, *τέχνην λόγων δι' ἧς ἀνασκευάζομέν τι ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως τῶν προσδιαλεγομένων ἢ κατασκευάζομεν.* Id est, *Artem disputandi, per quam confirmamus aliquid aut refellimus per interrogationem, et responsionem ejus quocum disserimus.* Qua quidem ex definitione proprium Dialectices dialogum, non perpetuam orationem intelligimus. Itaque Zeno Eleates primus Dialectices auctor, dialogorum etiam idem inventor fuit.

Perpetua oratione] Dictione oratorum, quae perpetua est, id est, quae non est interrogatione et responsione, ut Dialecticorum oratio, interpellata. [Cannegieter de Notis p. 333: »*Fusa latius perpetua oratione.* Teste Diacono iisdem siglis exarata fuerunt olim *perpetua* et *proposita.* Ore *funditur* oratio, *proponitur* scripta in publicum edita. Quidni itaque dubitem a Cicerone profectum fuisse: *fusa latius proposita* oratione, id est, non inter amicos solum, aut pro concione etiam subtili disputatione persuadere velle, sed latius quoque publice propositae sententiae nostrae universis copiam facere, veritatemque rei sempiternis monumentis prodere, quae verba mox sequuntur.« Ego vereor, ne et hoc loco et aliis haud paucis nimio isto Notarum Siglarumque aucupio a recta via se abduci passus sit Cannegieterus. *Cr.*]

Regat] Tumultum et populi seditionem concionando sedet. Ut Maro ait [Aen. I, 157.]

Ille regit dictis animos et pectora mulcet.

Atque id ad deliberationem pertinet.

Stabiliat] Legum aliquarum sit auctor et suasor.

Castiget] Unum accusationis est, alterum defensionis.

Laudet claros] Ad demonstrativum genus pertinet. Romae clari viri mortui laudabantur, sed et laudabantur in judiciis, in senatu.

Praecepta] Libros etiam conficiet, et publicabit prae-

cepta philosophiae moralis continentes: quem in numerum aggregari potest haec de Legibus disputatio.

Hortari] Philosophia moralis aut in officio posita est, de quo ejus extant praecepta: aut in motu animi sedando vel gignendo, ut in cohortationibus ad defendendam remp. ad gloriam, ad laudem: rursus in oratione iracundiam restinguente, metum eripiente, exultantem laetitiam comprimente, aegritudinem abstergente. Auctor Cicero in Topicis et Partitionibus. Hic cohortatio est ad laudem, et contraria dehortatio, praeterea consolatio afflictorum, quae est sedatio perturbationis.

Factaque] Etiam historiae monumentis facta fortium, consilia sapientum mandabit: et in historia improbos ignominia notabit.

Acturi sumus] Laudo sapientiam, ut et ex ejus laude legibus, quas ab ea eductas edam, honos et laus accrescat: et uti gratus sim in eam quae me quantuscunque et quicunque sum effecit. Hic nescio quid de philosophia nonnulli nugantur, eam naturalem homini esse hic probari dicentes, et alia quaedam afferentes, quorum hic nullum vestigium reperio. Concluditur enim laude Philosophiae hic liber, propter eas causas quas commemorat.

Enim vero facis et] Merito philosophia laudatur, quae omni laude digna est, a te vero justissima de causa, qui ejus studio teneris, et quae te eum qui es effecit. [Cannegieter l. l. »*Vero facis, et merito, et ipse.* Scriptum fuisse conjicio *ipse*, hoc est, *jure praecepti*, quemadmodum literas illas explicat Diaconus. Vera sunt quae dicis, mereturque hanc laudem tuam Sapientia. facis denique pro jure tuo praecipientis.» Nimirum meliorem hujus loci interpunctionem ignoravit Cannegieterus. *Cr.*]

IN

M. TULLII CICERONIS
LIBRUM SECUNDUM
DE
LEGIBUS
ARGUMENTUM
HADRIANI TURNEBI.

CIVITATIS jus, aut ad res et rationes hominum, aut ad religiones et caerimonias Deorum comparatum est. Hoc divinum, illud humanum dicimus. Sed quum divini potior sit et antiquior cura (Deum enim ut colamus in lucem editi sumus, religionemque ac pietatem natura nobis insevit) Cicero merito a religionis constitutione incepit, et eam in hunc librum contulit. Cujus disputationem ab ultima lege, quae mens Dei est ratione cogentis et vetantis; et ab humana, quae ratio est sapientis, legi divinae consentiens, ut a capite, arcessit. Nam ab his, ut fontibus, jura nostra fluunt, eoque referri debent. Addit deinde, Platonis more, legis prooemium: ei legem de religione subjungit, quam a Numae Pontificumque Rom. decretis educit. Postremo hujus suasionem et explicationem reddit.

HADRIANI TURNEBI
COMMENTARIUS
IN
CICERONIS
DE
LEGIBUS
LIB. II.

Cap. I. *In Fibreno*] Arpinatem Ciceronis villam duo fluvii alluebant, Fibrenus et Liris, eamque amoenissimam reddebant et saluberrimam. Meminit utriusque fluvii *Silius* lib. VIII. [vs. 400.]

> *Ac qui Fibreno miscentem flumina Lirim*
> *Sulphureum, tacitisque vadis ad littora lapsum*
> *Accolit Arpinas, accita pube Venafro.*

Vetus liber partim *Fibrinum*, partim *Fibrenum* habet. Prior scriptura si vera esset, opinor a fibris duceretur: sic *fibrina lana* a fibris animalibus dicebatur: fibros autem et lutras illis in locis fuisse ex Varrone intelligimus. *Fibrenum* tamen malo. [Festus p. 148. Dacerii: » *Fiber* genus bestiae quadrupes. Plautus: Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem, quo nomine extremae fluminis orae appellantur. Unde et fibras jecinorum, et fimbrias vestimentorum dicimus. « Varro de L. L. IV. 13.: » *fiber* ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri « cet. Cui tamen obloquuntur Scaliger et Salmasius. Vid. Dacer. ad Festi locum laudatum. Caeterum hinc etiam intelligitur, cur in Arpino, ut in aquoso loco, arundo pro jugis vinearum adhibebatur; uti est ap. Varronem de R. R. I. 8. 2. p. 149. ed. Schneideri. *Cr.*]

Cogito] Aliqua de re mecum commentor, quam scribere parem.

Potissimum] Adulta aestate, quo tempore omnia aliis in locis arescunt, cum hic vernent, et laeta pubeant omnia, hiš irrigua fluminibus.

Magnificasque villas] Ut Luculli, Hortensii, Philippi, magnifico et egregio opere extructas, et, ut *Sallustius* ait, urbium in morem aedificatas.

Pavimenta] Pavimenta e tessellis vel crustis marmoreis. quorum magno studio Romani tenebantur, ut non solum domi, sed etiam in villis haberent. C. etiam Caesar in expeditionibus tessellata et sectilia pavimenta circumtulit. [Cf. Stieglitz Archaeologie der Baukunst. I. p. 113. sqq. *Cr.*]

Laqueata tecta] Eleganti lacunari ornata tecta. quod pingebatur inaurabaturque. *Horatius* [Carm. lib. II. Od. 18.]

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:

Et *Lucretius* [lib. II, 28.]

Nec citharae reboant laqueata aurataque templa.

[Cf. Stieglitz Archaeologie der Baukunst. I. p. 112. et p. 292. sqq. et Mazois in libro: der Pallast des Scaurus cap. VI. p. 63. 66. vers. vern. *Cr.*

Nilos et Euripos] Luxuriam quorundam, ut Luculli, Hortensii, Philippi, notat et incessit, qui in villas aquaeductus maximis impensis perduxerant. Nili autem et Euripi erant aquaeductus et alvei operis sumptuosi, qui aquam fluviorum in morem deductam conciperent: quodque fluviorum et freti angusti, quale Euboicum erat, similitudinem haberent, ideo delicati illi splendidis nominibus Nilos et Euripos vocarant. De Euripo sic *Ausonius* [de claris Urb. xiv. 20.]

Quid memorem Pario contectum marmore fontem,
Euripi fervere freto?

Hesychius interpretatur Εὐρίπους δοχὰς ὑδάτων. Circumdatus erat Euripus circo Romano. Tertullianus: *Frigebat Daemonum concilium sine sua matre magna: ea itaque illic praesidet Euripo.* Caesar, ut *Tranquillus* scribit, *spatio circi ab utraque parte producto in gyrum, Euripum addidit.* Euripi etiam meminit *Plinius* lib. viii. [§. 40.] *Primus eum et quinque crocodilos Romae aedilitatis suae ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit.* Et Spartianus in Heliogabalo [cap. 23.] *Euripis vino plenis navales circenses exhibuit.* Et de Nilo Cicero in Ep. ad Q. Fratrem [III. 9.] ita scribit: *De Arcano Caesaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicujus: imagines enim istae et palaestra et piscina et nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum.* Nilos igitur

et Euripos negat Fibreno et Liri comparandos esse. Quidam pro *Nilis Tubos* scribunt, adversantibus veteribus libris, cum etiam alioqui tubi non sint aquaeductus, sed aquaeductuum formae et canales: nec in tubis esset fluminis similitudo. Lucullus autem, Hortensius, et alii perfossis montibus et alveo terrae impresso, in piscinas suas flumina maritima induxerant, quae nunc *Nilos* et *Euripos* Cicero vocat. [Tu adhibe quae his de rebus docte exposuit Stieglitz in libro laudato II. p. 280. sqq. *Cr.*]

Nisi saxa et] Totus enim ille tractus erat asperior. *Cicero* ad Attic. [lib. II. Epist. XI.] *Nam Arpinum quid ego te invitem Τρηχεῖ᾽, ἀλλ᾽ ἀγαθὴ κουροτρόφος, οὔτοι ἔγωγε Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.*

Et versibus] Ut Mario poemate tuo.

Plures dies] Nam Arpinum longiuscule Roma aberat.

Hoc tempore] Aestate.

Amoenitatem et salubritatem] *Cicero* in Epist. ad Q. Fratrem [lib. III. Epist. 1.] *Ego ex magnis caloribus, non enim meminimus majores, in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus.*

[*Quae te non attingit ita*] Handii lectionem, quam mihi placere dixi in commentario, ideo etiam praefero vulgatae, quam servavi, quia unusquisque primo adspectu *ita* pro *valde* dictum esse cum Goerenzio existimabit, quod tamen hoc sensu cum Verbis componere non solet noster. Vide modo quae disputavimus ad III. 11. 26. ad v. *non ita valde probas. Mr.*]

Quia si verum dicimus] Municipes pro germanis Romanis non habebantur: itaque *Sallustius* Ciceronem *irreptitium civem* appellat, accitum et paulo ante insitum urbi. Et de Aruspicum responsis sic scribit [*Cicero* cap. VIII.] *Quia cum ab hoc eodem impurissimo parricida rogarer, cujus essem civitatis.* Et in Antonium, *Videte quam despiciamur omnes qui sumus e municipiis, id est omnes plane: quotus enim quisque non est?* Et ex oratione pro Sylla, pro peregrinis prope habitos intelligimus. Ciceronis verba sunt, *Cum Tarquinium et Numam, et me tertium peregrinum regem esse dixisti, mitto jam de rege quaerere: illud quaero, peregrinum cur me esse dixeris.* Rursum, *Hoc dico, inquit, te esse ex municipio. Fateor, et addo etiam ex eo municipio, unde iterum jam salus huic urbi imperioque missa est. Sed scire ex te pervelim, quamobrem qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur.* Scribit autem *Livius* lib. X. [cap. 1.] Genutio, Ser. Cornelio Coss. Arpinatibus et Trebulanis

civitatem fuisse datam. Ideo Arpinum *municipium* vocat Cicero, cum tamen praefecturam fuisse dicat Pompejus.

Germana] Vera, in qua geniti sumus: nam Roma communis patria est municipum. Ita municipibus patria est duplex, germana et communis.

Orti stirpe antiquissima] Ferunt Ciceronem Arpini natum matre Elvia, patre Equestris ordinis, ex regio Volscorum genere. Nam in Volscis Tullius nobilissime regnarat: eum tamen Tullum *Silius* nominat, cum ait [lib. VIII, 405.]

Tullius aeratas raptabat in agmina turmas
Regia progenies et Tullo sanguis ab alto,
Indole proh quanta juvenis, quantumque daturus
Ausoniae populis ventura in secula civem,
Ille super Gangem, super exauditus et Indos
Implebit terras voce, et furialia bella
Fulmine compescet linguae nec deinde relinquet
Par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.

Gens] Hinc ortus nostri generis, hicque gentiles nostri Cicerones. Vetus liber *genus*, quod et malim.

Sacra] Nam familiae sua privata sacra habebant. *Cicero* [pro Domo. c. 13.] *Quid sacra Clodiae gentis, cur intereunt quod in te est?*

Lautius] Id est, elegantius. Malim tamen *latius:* nam nec lauta admodum erat villa et sequitur, *cum antiquo mere parva esset villa.*

Illa Curiana] Curius Dentatus, ut ait *Columella* [Praef. p. 6.] *Domitis Sabinis, accepta, quae viritim dividebantur, captivi agri septem jugera, non minus industrie coluit, quam fortiter armis quaesiverat.* Et alio in loco [lib. I. cap. 3.] *Curium* prodit *prospero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomine quinquaginta soli jugera, supra triumphalem consularemque fortunam putavisse.* *Plinius* Novocomensis tamen [*Aur. Victor.* de V. J. cap. 33.] hunc quaterna dena populo jugera divisisse, et totidem sibi constituisse scribit: deinde quingentis ob merita publice donatum fuisse. Caeterum haec Curii villa, de qua loquitur, juxta Catonis agros fuit, quam saepenumero Cato invisebat, et agelli modulum aedicularumque frugalitatem ac tenuitatem mirabatur, ut *Plutarchus* scribit: quod et Cicero declarat in lib. de Senect. [cap. 16.] *Ergo in hac vita M. Curius cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus aetatis (cujus quidem villam ego contemplans: abest enim non longe a mea) admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam, vel temporum disciplinam.*

Ithacam ut videret] *Cicero* lib. I. de Orat. [cap. 44.] *Cujus rei tanta vis ac natura est, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Homerus* Odyss. A, 56.

Αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
Θέλγε, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεύς
Ἱέμενος καὶ κάπνον ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.
Mollibus at semper dictis et lenibus ambit
Demulcens, Ithaces sit ut immemor: ille sed usque
Vel modo de patria salientem cerere terra
Ut fumum possit, exoptat morte pacisci.

CAP. II. [*Amicior modo factus*] Cod. Pa. *amicitior. Mr.*]

Movemur enim] *Cicero* lib. V. de Finibus [cap. 1.] *Naturane nobis hoc*, inquit, *datum dicam, an errore quodam, ut cum ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multum esse versatos, magis moveamur quam si eorum ipsorum aut facta audiamus, aut scriptum aliquod legamus? velut ego nunc moveor*, et deinceps quae sequuntur.

Operibus] Qualia erant propylaea illa a Pericle exstructa, hecatonpedon et alia.

[*Operibus magnificis*] Codd. Vi. Pa. *opibus*. Cod. Vi. non habet verba *ubi sedere*. Cod. Pa. in seqq. exhibet *sed aliud tamen quale est.* Idem *numquid vos duas* pro *numquid duas;* et *anne una* pro *an est una. Mr.*]

Exquisitisque] Ut tabulis pictis, signis et statuis, quae omnia perscribuntur diligentissime a *Pausania.*

Incunabula] Cunae, culcitrae sunt infantium; incunabula lectuli in quibus reponuntur. *Plautus* [Trucul. Act. V. vs. 13.] *Opus est cunis, incunabulis.* Ea forma dicuntur, qua *digitabulum, ignitabulum, natabulum.*

Hunc locum] Sensus est: cum ais hanc villam, quae in agro Arpinati est, patriam esse tuam; scilicet municipium Arpinum, cujus est hic ager, tuam patriam fateris. Atqui non Arpinum patria est tibi, sed Roma.

Patria communis] Romam omnes municipes, qui in civitatem recepti erant et jus civitatis habebant, patriam communem vocabant. *Modestinus* [Digg. lib. L. Tit. 1. leg. 33.] *Roma communis patria nostra est. Censorinus* [cap. 16.] *A conditu urbis Romae patriae nostrae communis exordiar.* Communi autem Patriae, quae eadem patria civitatis et juris ab eo dicitur, opponitur patria germana, et patria naturae, et patria loci.

[*Et illi et omnibus*] Cod. Va. *Ut illi.* Mox Cod. Vi. *et magnus ille Cato;* et: *et ut attici* pro *ut vestri Attici.*

Cod. Va. *in arctu* pro in *astu*. *Mr.* »*Nisi forte* sapienti illi Catoni — Tusculum« Cannegieter de Notis p. 334.: »Exstitisse suspicor: nisi *sic* forte, *ut* sapienti . . . .« Male. Sequentia: *ut ille Cato, cum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est*, ad Ciceron. de Republ. I. 1. p. 3. ed. Stuttg. et Tubing. adhibuit Ang. Mai. — Caeterum quantum hujusmodi municipes multi contulerint ad rem Romanam augendam, quantumque Romanae magnitudinis hoc universo municipiorum instituto contineatur exposuit *Gibbon* in Hist. of the decl. and fall of the R. Empire Vol. I. cap. 2. p. 83. ed. Lips. *Cr.*]

Municipibus] *Ulpianus* [Digg. lib. L. Tit. 1. leg. 1, 2.] *Municipes* esse dicit, *muneris participes*, *receptos in civitatem, ut munera nobiscum facerent*, *abusive suae cujusque civitatis cives. Festus* ait, *municipia tandem omnia civitate donata esse.* Sunt igitur hic municipia oppida jure civitatis Romanae donata. Ita municipes cives Romani erant.

Unam naturae] Municipium in quo sunt nati.

Alteram juris] Romam, in quam sunt suscepti communicata municipiis civitate.

Theseus eos demigrare] *Plutarchus* in vita Thesei [pag. 10.] *Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτήν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας, εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον.* Id est, *Post autem Aegei fatum, immensum et mirandam opus animo capessens, Atticae incolas, qui adhuc sparsim habitabant, vixque ad conventus communis utilitatis convocabantur, in unam urbem conduxit, et unius civitatis unum populum effecit.* Et *Thucydides* lib. II. [pag. 110.] *Ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς τάτε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τάτε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχάς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας.* Id est, *Post ubi Theseus regnum adeptus est, vir prudens juxta et potens, cum caeteris in rebus regionem excoluit et digessit, tum vero solutis aliorum oppidorum conciliabulis et magistratibus, in eam, quae nunc est, urbem, instituta curia et prytaneo, omnes coegit.* Sed et Accius Athenas *quadrurbem* vocavit, quod ex quatuor urbibus, Braurone, Eleusine, Piraeo, Sunio, in unum domicilia contulissent. *Strabo* quoque [lib. IX. pag. 609.] scribit, *Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις ξυνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσίς, Ἀφύδνα, λέγουσι καὶ πληθυντικῶς Ἀφύδνας, Θόρικος,*

Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κιφησία, Φάληρος. Πάλιν δὲ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. Id est *Cecropen primum in duodecim urbes multitudinem ad habitandum contulisse: quarum nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleusis, Aphydna, dicunt etiam pluraliter Aphydnas, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Ciphesia, Phalerus. Postea autem in unam urbem, quae nunc est, ferunt Theseum duodecim illas contulisse.* Antequam igitur Theseus multitudinem unum in locum contulit, qui Sunii nascebatur et Sunius et Atticus censebatur, omnesque adeo qui in Attica orti erant: verum postea tantum Atticus habebatur, qui Athenis erat natus

In ἄστυ] Id est, Athenas. *Terentius* in palliata comoedia [Eun. Act. v. Sc. vi, 17.] *An in astu venit.*

[*Et Sunii erant φράτορες*] Cod. Va. *et simphiantidem ex atticis. sic nos et eam patriam diximus, ubi nati, et illam, qua.* Cod. Vi. *et simfratidem et attici. sic nos et eam patriam ducimus, ubi nati, et simul eam, qūa.* Cod. Pa. *et simphiacitidem et atticis: sic nos et eam patriam ducimus ubi, et illam, qua.* In seqq. Cod. Va. *quasi concreare* pro *qu. consecrare. Mr.* — Cannegieter de Notis pag. 334: »Nisi *vestri* pro *vestrates* velis accipere, substituo: *vestrates, Attice.* Quod si *Sunii* retines, Atticum conjicio e Sunio ortum, aut potius oriundum fuisse. (?) Sin praefers antiquorum codicum lectionem, emendo *συμπατρωοι* (sic) qui dicuntur populares, conterranei. Novit unusquisque, Graeca vocabula mirum in modum flecti solere a librariis.« — *Graeca* vocabula — At, quaeso, hoccine graecum est. Debebat certe: *συμπατριῶται* quamquam nec ipsum *bene* graecum. Vid. Polluc. III. 54. et consule de hisce compositis Scaliger. ad Herodian. ad calcem Phrynichi p. 471. ed. Lobeck, ipsum Phrynich. p. 172. seq. J. G. Graevium ad Luciani Soloecist. 5. p. 562. Hemsterh. et Borger. ad Epist. ad Galat. I. 14. p. 101. *Cr.*]

Et quasi consecrare] Sumptum ab illis, qui bona sua fortunasque Diis consecrabant, quod lege sua Cicero emendat: in qua cavet ne quis agrum consecret, et ut auri, argenti, eboris sacrandi modus sit. Sic, ut apud *Livium* est, nonnullorum cum bonis caput etiam consecrabatur. *Livius* lib. III. [cap. 55.] *Caput ejus Jovi sacrum esset, familia ad eadem Cereris Liberi Liberaeque venum irent.*

Major] Major patria hic patria communis est ut Roma, ita minor erit patria municipium. Interdum major patria est, quae a veteribus Graeciae scriptoribus vocatur *μητρόπολις*, id est, urbs quae deduxit colonias. *Curtius* de Tyriis [lib

iv. cap. III, 22.] *Syracusis id simulachrum devexerant Poeni, et in* majore *locaverant* patria. Dicitur etiam *origo. Sallustius* in Jugurthino bello [cap. xix. al. xxii.] *Pars* originibus *suis praesidio, aliae decori fuere.*

[*Nunquam negabo.*] Sequuntur in Cod. Va. *dum illa sit major, haec mea contineatur. has civitates duas: sed unam illam civitatem putat:* in Cod. Vi. *dum illa sic major, haec dea teneatur. has civitates, unam illam civitatem putat.* Cod. Pa. *dum sit illa major haec in ea contineatur. haz civitates duas,* rel. ut Va. *Mr.* Ad verba, quae paucis interjectis, praecedunt, Cannegieter. de Notis p. 334. ita: »— *qua reipublicae nomen universae civitatis est.* « *N* littera et *nostrae* et *nomen* designat. *J* pro *justus* ponitur. Muto: *quae reipublicae nostrae universae civitas justa est.* « *Cr.*]

Cap. III. *Posuit*] Id est, dixit. Infra [cap. 22.] *Et quod in omnibus sepultis nunc communiter ponitur, ut humati dicantur:* id est, quod in omnibus dicere solemus.

Pro Ambio] Sic veteres libri: alii se legisse in scriptis exemplaribus *pro Balbo*, qui ab utroque defensus est, affirmant. Posset etiam forte legi *pro Gabinio*, quem ab utroque defensum constat: levisque mutatio et trajectio foret. Occasio enim tum fuit Pompeio laudandi Ciceronis, quod inimicitias quas cum Gabinio gravissimas exercuerat, deposuisset. Non deest qui *Oppio* legat. Alii *Ampio*, alii *Appio*. Quid verum sit, non est facilis conjecturae.

Conservatores] Marius et Cicero.

Rostro] *Quasi* addidit, ut translationem temperaret paulo audaciorem.

Modicae palaestrae] Graecorum more, palaestras in villis Romani Ciceronis aetate habere coeperunt. *Varro* [lib. II. R. R. cap. 1.] *Nec putant se habere villam nisi multis vocabulis retineant Graecis: quin vocent particulatim loca, προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, περίστυλον, ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροθήκην.* Est autem hic palaestra, locus ambulationes habens, ut ubi se juventus in Graecia exercebat et luctabatur. Palaestrae erant porticibus circumaedificatae.

In familiam patriciam] Qui in adoptionem arrogabatur, familiae prioris nomen relinquebat, et a patris naturalis potestate in adoptivi manum et nomen transibat; idque multo magis si ex obscura familia in nobilem transiret. Sic T. Pomponius Atticus a Caecilio avunculo adoptatus, T. Caecilius Pomponianus Atticus est vocatus. Sic qui donabantur libertate, patronorum nomen sumebant. *Cicero* ad Atticum [iv, 15.] *De Eutychide gratum, qui vetere praenomine novo*

nomine T. erit Caecilius. Sed in claris tamen postea pristinum nomen plerumque rursus invalescebat. Sic T. Pomponius postea vocatus est, non T. Caecilius.

Nomen obscurius] Nam post confluentem non jam Fibrenus, sed Liris tantum dicitur. [Conf. Cellarii Geogr. antiq. p. 663 (p. 821. sq.) et Vibium Sequestr. p. 139. ed. Oberlin. Hodieque Fibreno nomen est *Fiumetto della Posta*, a pago cognomine: Liri, *Garigliano*. Vide ichnographiam Arpini locorumque circumjacentium, quam exhibuit *Lelsall* in libro menstruo the classical Journal Nr. XLVI. ad pag. 270; Eam in hac pagina repetendam curavimus. *Cr.*]

Facit Socrates [Socrates in Phaedro Platonis, in fontem, qui juxta Ilissum erat, pede immisso, frigus aquae tactu explorat.

Thebanus] Thebanus nomen erat fundi Attici in Epiro, in quo gymnasium erat Amaltheum.

Emathio] Sic in omnibus codicibus excusis, in scripto *Emathyro:* nec ut arbitror emendate: sed *Amalthea* aut *'Almatheo* legendum. Sic enim vocabatur amoenissimum in Pomponii villa gymnasium, ab Amalthea capra. Sic in Tusculano Ciceronis gymnasia duo erant, Lyceum et Academia. *Cicero* lib. I. ad Atticum [Epist. 13.] *Ego enim te arbitror, caesis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.* Rursus in eodem lib. [Epist. 16.] *Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus.* Et paulo post: *Velim ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ, et quae poemata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas.*

Nihil deberi] Repraesentanda tibi est hujus nominis solutio, non enim tibi deberi vis. *Cicero* ad Atticum [lib. IV. Epist. 2.] *Itaque oratio juventuti nostrae deberi non potest: quam tibi, etiamsi non desideras, tamen mittam cito.*

Ab Jove Musarum] Quod *Virgilius* [Eclog. III, 60.] dixit, *Ab Jove principium Musae. Cicero* autem *Arati* Solensis φαινόμενα in Latinum transtulit: quorum principium est, *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν Ἄῤῥητον.* Id est, *Ab Jove incipiamus, quem nunquam mittamus indictum et tacitum.* Veteres porro omnibus rebus agendis Deos praefari solebant. *Plato* [lib. IV. legg. pag. 599. C.] *Θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὁ δ' ἀκούσειέ τε καὶ ὑπακούσας, ἵλεως εὐμενής τε ἡμῖν ἔλθοι, συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν, καὶ τοὺς νόμους.* Id est: *Deum ad civitatis constitutionem invocemus: ille vero nos audiat, exoratusque propitius ac benevolus adsit, una nobiscum civitatem ac leges constituturus.*

Agendi] Agere dicit, quia qui leges et rogationes ferebant, cum populo agere dicebantur, ad quas actiones respexit. Cum enim leges ferre instituat, tanquam cum populo agere parat.

Cap. iv. [*Ne, cum referenda sint*] Cod. Va. *nec cum.* Cod. Vi. *referenda sit — labamus.* Tum Codd. Va. Vi. Pa. *diffinienda sint.* Mox Va. *ne hominum* pro *neque hom.* Cod. Pa. *neque scitum esse pop.* Quod sequitur *sed* omissum est in Cod. Vi. Cod. Va. *quod unusquisque mundum regeret.* Cod. Pa. *quod universum mundi regeret.* In seqq. Cod. Vi. *mentem esse dicebat. Mr.*]

Recta docendi] Ut omnis institutio a definitione proficiscatur.

Sapientissimorum] Philosophorum, Stoicorum praesertim. Sic libro primo *doctissimos homines* dicebat.

Neque hominum] Ut Legislatorum.

Ita principem legem] Duas, ut initio diximus, leges ponit, Divinam et Humanam: unam in mente numinis summi, alteram in mente sapientis.

Vetantis] Eadem fere in Antonium legis definitio posita est, et a legibus scriptis distinctio, his verbis [Philipp. xi. cap. 12.] *Est enim lex nihil aliud, nisi recta, et a numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. Huic igitur legi paruit Cassius cum est in Syriam profectus, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur: his vero oppressis, suam lege naturae.*

Dii humano] Dederunt enim hominibus rationem quae adulta et perfecta lex est.

Laudata] Quae meritam comparat humanae legi commendationem: nam legis humanae laus ex divina redundat. At enim in Officiis [lib. III. cap. 5.] eas commiscere et easdem putare videtur, cum ait, *Atque hoc multo magis exigit ipsa naturae ratio, quae est lex divina et humana: cui qui parere velit, (omnes autem parebunt, qui secundum naturam vivere volent) nunquam committet ut alienum appetat: et id quod alteri detraxerit sibi assumat.* Quod ideo fecit, quoniam eadem utriusque voluntas est, et eadem sententia, cum humana a divina proficiscatur.

[*Aliquoties jam*] *Ita aliquotiens jam* Cod. Va., sed mox omissis vocc. *a te.* Cod. Pa. *alioquotiens jam. Mr.*]

Populares leges] Interdum enim populariter loquetur, et legem eam appellabit ut vulgus, quae scripto aliquid sancit jubendo aut vetando: et quas leges edet, populares erunt. Sententia igitur est, antequam venias ad tuarum legum editionem.

Ne aestus] Ut aestu nonnunquam in mari navigia absorbentur aut etiam de recto cursu auferuntur. Inde enim translatum id est. Cicero de Orat. [lib. III. cap. 36.] *Repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conspectu pene omnium abstraxit.* Id est igitur, ne consuetudo nos fallat popularium legum.

A parvis, Quinte] Nam pueri olim Romae duodecim tabulas discebant. Infra: *Discebamus enim pueri duodecim ut carmen necessarium, quas jam nemo discit.*

[*A parvis enim, Quinte, didicimus*] Cod. Va. *Apparuisse mihi didicimus.* Cod. Vi. *apparuise enim Q. didicimus.* Cod. Pa. *Ci. apertius enim Q. dicimus.* Tum Codd. Va. Vi. Pa. *si in jus vocat atque ad hujus modi alias leges nominare.* Mox Cod. Vi. *et haec alia jussa.* In seqq. id. *sed aequalis illius terras tuentis et regentis. Denique enim esse.* Cod. Va. *sed aequalis illius ac terras tuentis et regentis dei. neque enim esse. Mr.*]

Si in jus eat] Versiculus est ex aliqua duodecim tabularum lege. Id ex Rhetoricis ad Herennium intelligi potest, ubi sic scribitur [lib. II. cap. 13.] *Lege jus est id quod populi jussu sancitum est, quod genus, ut in jus eas cum voceris.* Simile est item alterius duodecim tabularum legis initium apud Gellium [xx, 1.] *Si in jus vocat, si morbus aevitasve vitium escit, qui in jus vocabit jumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.* Jubet iste versiculus, ut qui in jus ab aliquo vocatur, statim sine cunctatione et recusatione eat. Nam *atque* statim significat. Plautus:

Postquam hic id, quod volui, transegi, atque *ego conspicor,*
Navim ex Rhodo qua est conductus heri filius.

Id est, illico, statim. Iterum [Bacchid. Act. II. Sc. III, 45.]

Dum circumspecto, atque *ego tum lembum conspicor;*

id est, statim.

Regentis Dei] Quem summum Jovem Stoici appellant, solumque Deorum omnium esse immortalem putant, aliis omnibus in exustione pereuntibus. Ejus autem mentem et rationem legem esse aiunt.

[*Sanciendis habere*] Cod. Vi. *habete.* In seqq. Codd. Va. Vi. Pa. omittunt *contra* post *ut.* Tum Cod. Va. *idcirco minus illum Codicem Regem gessisset tantam.* ibid. *nec non regnante.* Post haec Cod. *Vi. profecta rerum natura*, omisso *a.* Et in fine cap. *quae non denique incepit lex esse, cum scripta fuit.* Cod. Va. *Quae vero denique tunc incipit.* Cod. Pa. *ad jubendum et ad evitandum, ratio est recte summi Jovis. Mr.*]

Nec quia] Tam late lex patet quam omnia officia et recte facta: itaque per omnes pertinet virtutes.

Adsisteret] Staret, se comminus eis opponeret.

Coclitem illum] Historia narratur a *Livio* lib. II. ab urbe condita [cap. 10.].

Sex. Tarquinius] *Livius* ab urbe condita lib. I. [cap. 58.].

Rerum natura] Naturam omnium auctorem et parentem ratione et via Stoici progredi censent: eamque Deum ipsum esse existimant. Ergo hic naturam vocat summi numinis rationem cui parent sola terrarum, cui reliqui obediunt caelites, et in quem, ut supra dixi de Chrysippi sententia et Cleanthis, consumuntur in exustione pereuntes. Sic *naturam* lib. I. [cap. 6.] dixit. *Lex est summa ratio insita in natura.* Eam autem Stoicorum esse sententiam, naturamque eis Deum esse ex *Plutarcho et Cicerone* agnoscas licet. Nam quod de Deo Plutarchus, id de natura Cicero scripsit. *Plutarchus* [de Plac. Philos. lib. I. cap. 7.] *Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον. Cicero* de Natura Deorum [lib. II. cap. 22.] velut eorum verborum interpres: *Zeno igitur naturam*, inquit, *ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via.*

Vera lex] Philo [*περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι* pag. 675.] *Νόμος δὲ ἀψευδής, ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις, ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς.* Id est, *Vera autem lex, recta est ratio, non ab hoc aut illo mortali mortalis in chartula, aut lapide inanima inanimis notata, sed ab immortali natura in mente immortali impressa et insignita.* [De divina origine legum, quem hic et in proximis exponit Tullius, similia offendas, licet multo rudiora, vel in Germaniae populorum Legibus. V .c. in Prooemio legis Frisiorum sive Frisonum. Vid. librum qui inscribitur: *Asega-Buch* ein Alt-Friesisches Gesetzbuch der Rüstringer, herausgegeb. übersetzt und erläutert von *T. D. Wiarda*, Berlin und Stettin 1805. p. 6. *Cr.*]

Cap. v. *Verum quoque*] Verae legis nomen et potestatem obtineat, non autem jussa et vetita populorum. *Rectum* autem dicit id quod perfectum est, quod absolute justum et sincerum. Hoc enim nomen in perfectione officii ponit, ut scribit lib. I. Offic. [cap. 3.]. Sententia est: Quod omnes numeros justitiae et aequitatis et virtutis habet, id demum verae legis nomen obtinet, non istae leges populares.

Item cum] Itidem in mente sapientis vera et summa lex est, cum in homine est perfectum, id est, cum ad absolu-

tionem et perfectionem homines pervenerunt, in quibus inchoata sunt ista, ut in sapiente perfecta quemadmodum in Jove. Existimant autem eandem in homine et Deo rationem et virtutem esse Stoici. *Proclus* in Timaeum: *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναι θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰρήκασι, πολλοῦ δέοντες τῆς τοῦ Πλάτωνος ὁσιότητος εἶναι ζηλωταί, καὶ τῆς Σωκρατικῆς μετριότητος.* Id est, *Stoici autem eandem esse virtutem hominum et Deorum dixerunt, in quo multum absunt ab eo ut Platonis religionem et sanctimoniam, et Socratis modestiam imitentur.* Idem eis a *Plutarcho* objicitur. *Ἀρετή τε γὰρ οὐχ ὑπερέχειν τὸν Δία του Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπὸ ἀλλήλων τὸν Δία καὶ τὸν Δίωνα.* Id est, *Virtute enim non esse superiorem Dione Jovem, et eodem modo alterum ab altero invicem juvari Dionem et Jovem.* Scribitur etiam hunc in modum locus iste, *Item cum in homine est perfecta*, quod erit cum divina mens et ratio est perfecta in homine: quam scripturam etiam valde probo. Alii legunt, *Quod in homine est perfectum:* quod etiam laudo.

[Postrema hujus annotationis pars inde a verbo *Scribitur* neque in Comment. Turnebi primo ad calcem Ed. Par., neque in eo, qui adjunctus est editioni Commelinianae, legitur. *Mr.* — Cannegieter de Notis p. 334: Corrigo: *ita et, quae in homine est, perfecta est in mente sapientis.* — Caeterum ad universi hujus loci argumentum adhibe egregiam *Joannis Melchioris Kemperi* Orationem *de Legibus populorum, optimis increscentis vel decrescentis humanitatis indiciis.* Amstelaed. 1807. *Cr.*]

Favore] Suffragio et assensu et opinione hominum.

Docent] Philosophi, ut Stoici. Hic disputat legem numerandam in rebus bonis, quod proprium est virtutis; nam solam virtutem in rebus bonis numerant Stoici: ut cum saepenumero populorum leges a virtute recedant, in legibus habendae non sint.

Laudabilem] Esse cum virtute conjunctam, cujus propria laus est.

Constat profecto] Laudabiles esse leges ex fine docet, ut si a laude recedatur, jam leges non sint nominandae.

Incolumitatem] Interpretatur *Cicero* [de Invent. II, 56.] Incolumitatem, *salutis tutam et integram conservationem.* Interdum tamen res secundas significat. Cicero: *Reliquae meae fortunae recuperatae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc* incolumitates *afferebant.*

Sanxerint] Primos legislatores.

Adscriptis] Legislator scribit, deinde fert: populus ap-

probando adscribit, quod legem legi, caput capiti approbando adjiciat.

Composita] Descripta, in literas relata.

Videlicet nominarunt] Populus ea jussa et scita leges nominaret.

Nomine legis] Si notationem verbi sequamur, intelligemus sententiam inesse juris legendi, id est deligendi, ut in lege delectus, quemadmodum dixit libro primo, insit. *Sententiam* dicit, sensum, argumentum, potestatem, significationem. Justum more Graeco dixit τὸ δίκαιον, ut et *Terentius* [Phorm. Act. II. Sc. I, 50.] *tua justa*, pro tua jura. [*Et juris legendi.* Cannegieter de Notis p. 334: »Supra lib. I. cap. 6. Legem dixit Noster dictam videri a *legendo*, quod in ea insit *vis delectus.* Interpretor itaque *jus legendum* eligendum.« Mox: ad »*anne* ob id ipsum« vid. Goerenz. et confer Stallbaum ad Platonis Phileb. §. 158. p. 225. *Cr.*]

Illi solent] Stoici: ab iis enim ista de summa lege prope sumpsit omnia. Atque hoc genus disputandi jam dialecticum magis est, cum interrogatione et responsione constet.

Sciscuntur] Dicit de populi scitis et rogationibus, quae in comitiis, verbi gratia, ferebantur: quae rogationes tantum abest, ut bonae sint et salutares, ut interdum perniciosae sint et pestiferae; ut ideo plurimum a lege recedant: non enim tantum bonae non sunt, sed etiam pessimae.

Latores] Si quis pro suo jure et auctoritate sine populi suffragio aliquid sanciret hoc sibi concedens juris, hanc sibi potestatem usurpans. Sine populi autem suffragio lex esse non potest.

Nam neque medicorum] Hoc ex dialogo *Platonis* de legg. sumptum est. [»Nam neque medicorum *praecepta.*« Vocem *praeceptum* de medicis proprie usurpari docet Joann. Cannegieter in Disquis. de Notis ad calc. Ulpiani Regularum libri nr. XXXIX. p. 310. *Cr.*]

Cuicuimodi] Id est cujuscunquemodi, quod pro *cujus cujusmodi* id est cujuscumque modi a Cicerone usurpatum in oratione pro Roscio [cap. 34.] annotat *Priscianus* lib. XIII. *Vereor enim, cuicuimodi es Rosci, ne ita hunc videar servare, ut tibi non pepercerim.*

Expressa naturam] Simulachrum antiquissimae et in rerum natura, id est Deo, insitae legis hominum lex est. Simulachrum autem ad exemplar exprimitur et effingitur, ut lex humana ad divinam: inde sumpta translatio est. *Naturam* autem hic cum dicit, Deum intelligit, qui idem Stoicis *lex* est, ut docui libro superiore ex lib. I. de Natura Deorum.

Ad quam diriguntur] Illae hominum leges ad antiquissimam expressae sunt, quae bonos praemio, malos poena afficiunt: sin minus, ad eam non sunt expressae.

CAP. VI. *Igitur Tatias*] *Sulpitias* fortasse legendum. Sulpitius enim Tribunus pleb. de imperio contra Mithridatem Mario mandando legem tulit. *Lucias* legerem, frumentariamque Lucii Philippi legem intelligerem, quam facile antiquari passus est, aliasque nonnullas, si a praenominibus leges nominarentur. Quispiam fortasse *Mutias* legendum censeat. Lex enim Mutia in oratione pro Cornelio a Cicerone vituperatur. Ejus verba sunt. *Legem Liciniam et Mutiam de civibus regundis video constare inter omnes, quam duo Coss. omnium quos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem, sed et perniciosam Reipublicae fuisse.* Verum omnino magis adducar ut *Sempronias* legendum putem, ut leges Gracchorum significentur. Nam Tribunitias leges nominare videtur: et temporis ratio eum ordinem flagitat, cum antiquiores Saturnino Gracchi fuerint, Saturninus Druso. Non me fallit tamen Tutios Romae fuisse, e quibus Tutia Vestalis fuit, quae cribro aquam gestavit. Melius tamen Tucia scribitur, cum *Τυκία* a *Dionysio* vocetur. Apuleiae leges erant, quas Apuleius Saturninus Trib. pleb. de agris populo viritim dividendis tulit.

Nullas] Nullo loco habendas, leges non censendas.

Ne Livias quidem] M. Livius Drusus Trib. pl. fautor primum Senatus, socios et populos Italicos ad Senatus causam defendendam spe civitatis Romanae sollicitavit. Agrarias deinde leges per vim et contra auspicia, et frumentarias offenso senatu, ac postremo judicialem legem tulit. Itaque Philippus Cos. obtinuit a Senatu, ut omnes ejus leges uno senatusconsulto tollerentur. Decretum est enim contra auspicia esse latas.

Versiculo] Brevissimo Senatus decreto. Quum pronunciatum est contra auspicia referente Philippo Cos. latas videri.

Laude dicam] Quot homines tot sententiae. Zaleuco, Charondae, Platoni, Posidonio, Ciceroni prooemia legum placebant, quae *Senecae* vehementer displicent. Ejus verba proferam: *In hac re dissentio a Posidonio, pro eo quod Platonis legibus adjecta principia sint; legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. Velut emissa divinitus vox sit: jubeat, non disputet. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse: non disco, sed pareo.*

Zaleucum] Qui Locris leges scripsit, ut Charondas

Thuriis, quorum meminit *Valerius* lib. vi. cap. v. et *Diodorus* Bibliothecae lib. xii.

Quos imitatus Plato] Plato fere omnibus legibus exordium, quo legis aequitatem suadet, praeponit. Sic enim ipse legum iv. vocat.

Timaeus] Timaeus historicus acerbissimus in omnes convitiator fuit. Aristotelem omni genere contumeliae vexavit, eoque progressus vesaniae est maledicendo ut pro *Timaeo*, a reprehendendo, *Epitimaeus* diceretur. Is acriter Theophrastum reprehenderat, quod Locrorum legislatorem Zaleucum fuisse scripsisset: quem nullum omnino fuisse contendebat. *Cicero* lib. vi. ad Att. [Epist. i.] *Quis Zaleucum leges Locris conscripsisse non dixit? Num igitur jacet Theophrastus si id a Timaeo tuo familiari reprehensum est?* Sed Theophrasti sententiam et auctoritatem Cicero pluris quam Timaei facit.

Multi nominant] Multi Theophrastum meliorem auctorem et fide digniorem quam Timaeum censent. [Cannegieter de Notis p. 334: »Corruptum hunc locum pronuntiare omnes, quotquot vidi, Commentatores, miror vehementer; ellipsi vulgatissima sic expono: unquam exstitisse Zaleucum negat Timaeus, at Theophrastus, auctor Timaeo non postponendus, me quidem judice, imo vero ex sententia multorum etiam melior, commemorat eum fuisse, commemorant denique Zaleuci cives. Sin hoc displiceat, per geminationem refer: *commemorat: commemorant vero . . . .*» *Cr.*]

Clientes] Tota illa ora a Vibone Brundusium usque in fide et clientela Ciceronis erat. *Cicero* pro Plancio: *Iter a Vibone Brundusium terra petere contendi, cum omnia illa municipia quae sunt a Vibone Brundusium, in fide mea, Judices, essent.*

Cap. vii. *Sit igitur jam*] In eandem fere sententiam prooemium quoddam legum Zaleuci hodieque apud *Stobaeum* [Serm. XLII.] reperitur. *Τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι καὶ νομίζειν θεοὺς εἶναι, καὶ ἀναβλέποντας εἰς οὐρανόν, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν.* Id est, *Civibus urbis omnibus et regionis persuasum esse, Deos esse, in Caelum suspicientibus et mundum, eorumque descriptionem et ordinem intuentibus.* Quando autem prooemiorum Charondae meminit, apud Stobaeum etiam prooemium ejus extat, cujus sententia huc facit: *Τοὺς βουλευομένους καὶ πράττοντάς τι, ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή· τὸ γὰρ ἄριστον, ὥσπερ ἡ παροιμία φατί, τὸν θεὸν ἦμεν αἴτιον πάντων τούτων.* Id est, *Qui consulunt aliqua de re et qui aliquid agunt, a Diis principium ducere*

oportet. Optimum enim est, ut Proverbium ait, Deum horum omnium auctorem esse. Quae verba *Stobaeus* sumpsit e lib. XII. Bibliothecae Diodori.

Vi, ditione] Id est potestate. Sic lib. I. [cap. 7.] *Deorum immortalium vi, natura, ratione, potestate, mente, numine, sive quod aliud verbum est, quo planius significem quod volo.* Vult civibus persuasum esse, non solum Deos esse, verum etiam eorum numine omnia geri: eosque hominibus consulere, quod providentiae est. Haec autem lib. I. attigit.

Quid in se admittat] Deos non ignorare quid agamus, sed omnium nostrarum actionum testes et arbitros esse. *Quid admittat* dicit, facinora, scelera, et maleficia intelligens, quae admitti et committi dicuntur.

Qua mente] Piine homines sint an impii: et impiis meritas irrogare poenas, piis pietatis mercedem persolvere.

His enim rebus] Animi civium hac opinione et persuasione imbuti: atque hoc est quod lib. primo dixerat, *serendos esse mores.* His enim principiis quae legibus praescribit, satum quendam bonorum morum instituit, ut cives a bonis legibus non abhorreant.

In caelo mundoque] Probat Deum esse argumento Stoicorum. Nam si in homine inest ratio, multo magis in mundo: ratio autem illa et mens Deus est, eamque mentem Posidonius Stoicus per omnes mundi partes pervadere et pertinere existimabat. Stoicorum autem argumenta quibus Deum probant, et lib. II. de Divinat. [immo de N. D.] Balbus apud Ciceronem copiose complexus est: et Cicero quoque breviter multa pro Milone [cap. 30.] perstrinxit: *Nec vero*, inquit, *quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim caelestem existimat numenve divinum, quem neque imperii vestri magnitudo, neque sol ille, nec caeli et signorum motus, nec vicissitudines rerum atque ordines movent, neque id quod maximum est, majorum sapientia, qui sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt, et nobis suis posteris prodiderunt. Est, est profecto illa vis, neque in his corporibus, neque in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat et sentiat, et non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu.*

Astrorum ordines] Siderum descriptio. His autem ex rebus et Deum esse intelligimus, et ejus ditione et providentia omnia geri, nobisque optime consuli.

Vicissitudines] Successiones; succedunt enim vicibus dies noctibus, et noctes diebus.

Temperatio] Moderatio, qualitas: cum alii frigidi sint.

alii calidi, alii moderati. Temperationem enim hujusmodi qualitatem dicit.

Gratum esse] Ex memoria beneficiorum adversus Deos pium et religiosum. Haec argumenta etiam apud Lucianum in Jove tragoedo a Stoico memorantur.

Cumque omnia] Hoc etiam argumentum a Balbo Stoico lib. II. de Natura Deorum refertur.

Quae rationem habent] *Rationale* et *irrationale* non dicit Cicero, a quibus non abhorrent *Seneca* et *Quintilianus*, sed circumloqui solet.

Naturae omnium] Id est, mundo et universitati.

Jurejurando] Quod concipitur interposita Dei auctoritate et majestate. Jurejurando pacta multa et promissa firmantur. *Cicero* III. Offic. [cap. 31.] *Nullum enim vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.*

Quantae salutis] Quam salutares sint. Sic loquitur Sallustius saepe: ut in oratione Lepidi [Fragm. Hist. lib. 1. §. 8.] *At ille eo processit, ut nihil gloriosum nisi tutum, et omnia retinendae dominationis honesta existimet.* Et in oratione Philippi [Fragm. Hist. lib. 1. §. 3.] *Exercitum opprimendae libertatis habet.* Et Catilin. [cap. VI.] *Post ubi imperium Regium, quod initio conservandae libertatis atque augendae Reip. fuerat.* In quibus tamen Graeco more *causa* desiderari videtur. Foedera magna religione et caerimonia faciebant fetiales et pater patratus, eisque jusjurandum religiosissimum interponebant cum execratione Jovem lapidem jurantes.

Tum judicibus] Judices sunt Dii et foederum et aliarum rerum multarum ob interpositam verbi gratia execrationem, in quibus qui peccant ab iis ut judicibus suppliciis et poenis afficiuntur. In jurejurando autem fiunt testes. Plautus:

Id ut scias; Jovem supremum testem laudo, Hegio.

Cicero III. Offic. [cap. 29.] *Quod autem affirmate quasi Deo teste promiseris, id tenendum est.*

Tam dissimile] Non injuria: sunt enim ista a Stoicis omnia, tametsi dissimulat ut suus videatur.

Quae ante dixisti] Lib. 1. de Lege: atque hic locus perspicue sententiam meam confirmat, atque ostendit in libro primo nihil esse Platonicum.

Vellem fortasse] Optarem fortasse eum imitari, sed voluntati par non est facultas. Nam volumus et optamus etiam quae consequi non possumus.

Sententias] Locos et sententias e Platone convertere nullius esset negotii.

Prorsus assentior] Assentior nihil esse negotii sententias interpretari, si quis ita Platonem imitari vellet.

Et locus et] Quoniam et in villa mea, et cum familiaribus disputo hisce de rebus familiariter: nam in concione apud populum non ita loquerer, neque verba tam prisca usurparem; quanquam hic prisca verba solennia erant. *Cicero* [Orat. pro Domo cap. 47.] *Si trib. pl. verbis non minus priscis et pene solennibus bona civis cujuspiam consecrarit, non valebit*, etc.

Ex iis] In iis quae ex numero legum veteres sunt et sacratae. Legendum aliquando putavi *saxis*, aliquando *oscis*; sic enim appellatas fuisse leges sacratas Festus ait; aliquando *Regiis* etiam legendum existimavi. Utcunque potui e scriptura non satis emendata sensum exprompsi, et ut reperi excudendum curavi. Alii legunt *In veteribus his.*

Sacratisque] Quidam sacratas leges eas dicunt, quas plebs jurata in sacro monte scivit. *Livius* lib. II. ab urb. cond. [cap. 33.] *Sunt qui duos tantum in sacro monte creatos Tribunos esse dicant; ibique sacratam legem latam per secessionem plebis.* Quidam eas, quibus sancitum est, ut si quis adversus eas fecerit, sacer alicui Deorum sit, ut verbi gratia Cereri, erantque de plebis libertate. Proinde sacrosancta quaedam in ea lege potestas erat, ut eam violari nefas omnino esset idque capite expiaretur. Volsci ut màjori animo bellum capesserent omnisque vacatio tolleretur, lege sacrata delectum habuerunt. *Livius* lib. IV. [cap. 26.] *Nec ultra terror belli est dilatus, lege sacrata, quae maxima apud eos vis cogendae militiae erat delectu habito.* Sacrabantur leges aut consecratione et obtestatione, aut poenarum sanctione. *Cicero* pro Corn. Balbo. *Deinde sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso, ut obtestatione et consecratione legis, aut poena, cum caput ejus qui contra facit, consecratur.* [»*Ita prisca, ut in veteribus ex his sacratisque legibus.* Cannegieter de Notis p. 334.: Pro *his* alii repraesentant *is*. Sic, opinor, scriptum fuit: *in veteribus e. XII. s. sacratisque legibus*, explico: *in veteribus est* XII tabularum *sanctis sacratisque legibus.* Testatur Valerius *e* pro *est*, item *s* pro *sanctus* poni.« *Cr.*]

Ipsae summae] Summa capita perstringentur, quorum quodque multas leges complecti posset.

CAP. VIII. *Adeunto caste*] Castimoniam corporis et animi lex requirit, sed in corpore potius observabatur. Ita ad sacrificium pura sacerdotum vestimenta esse oportebat, id est non obstita, non fulgurita, non funesta, non habentia maculam. Sic aqua corpus abluebant et denarias interdum

caerimonias observabant et tricenarias, decemque continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebus abstinebant. Sic puri menstruo dicebantur, qui sacrorum causa toto mense in caerimoniis erant; id est, puri erant certis rebus carendo. Sic secubabant: et castimoniam in poculis et vasis quadam superstitione observabant. Columella [xii, 4.] *His autem omnibus placuit eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere: quoniam totum in eo sit, ne contractentur vascula, vel cibi, nisi aut ab impube, aut certe abstinentissimo rebus venereis.* Itaque impuri a rebus sacris removebantur et arcebantur, lexque Numae erat ne pellex aram Junonis tangeret.

Pietatem adhibento] Religionem, *Compositum jus fasque animi sanctosque recessus Mentis.*

[*Pietatem adhibento*] Codd. Va. Vi. *pietatem habento opes admovento. Mr.* Mox Cannegieter de Notis p. 334.: »*Separatim nemo habessit Deos neve novos: sed ne advenas, nisi publice adscitos,* (additur in nonnullis haud inepte: *aut* [intellige, id est] *a patribus*, hoc est, senatusconsulto *acceptos*) *privatim colunto.* Malim ita distingui: *Separatim nemo habessit Deos: neve novos, ... adscitos eos privatim colunto.* Confer quae dixi ad Ulpian. Tit. 22. §. 6. et ad Coll. Leg. Mos. et Rom. in fine.« — Caeterum quod Steph. Pighius in Annalibus ea, quae hoc capite et sequente itemque infra II. 23. sq. et III. 3. sq. in Legibus suis posuit Cicero, ex ipsis *Regiis Legibus* per manus tradita opinatur: hoc nomine merito nuper notatus a *Dirksenio* viro doctissimo est. Vid. hujus *Versuche* zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts. Lips. 1823. p. 255. sq. p. 261. p. 305. Nec minus errant, qui quae plurima antiquiore aliquanto sermone idem Tullius his locis legibus suis inseruit, ad verbum e XII Tabulis repetita putant. Vide eundem virum doctum in altero libro, qui inscribitur: Versuche zur Krit. der XII Tafelgesetze passim, et cf. *Jul. Frid. Heinr. Abegg* de antiquissimo Romanorum Jure Criminali Commentat. prior. Regiomonti 1823. pag. 21. sq. *Cr.*]

Vindex] Non judex sed Deus ipse, et ejus metu magis, ne contra faciant, deterreantur. [Cf. infr. cap. 10. §. 25. et supra Annott. p. 201. sq. Caeterum ut hic religionum vindicem Deum constituit Tullius: juris universi vindex appellatur deus in veteribus legibus Germanorum. Vid. modo *Asega-Buch* in prooem. p. 6. ibiq. *Wiarda*, p. 11., qui e Speculi Suevici §. 29. geminum locum laudat. *Cr.*]

Habessit] Id est habuerit. Alii quondam in Larariis novos sibi Deos privatim consecrabant et colebant, ut Aemi-

lius Alburnum: quidam alienigenas asciscebant et venerabantur: ut si quis Sabazium aut Alabandum. Utrumque lex vetat: quia confusionem habet religionum, si quis suos vel novos vel alienigenas Deos colat. Hujus rei sic in Apologetico meminit *Tertullianus* [cap. v.] *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab imperatore consecraretur, nisi a Senatu probaretur. Scit M. Aemilius de Deo suo Alburno.* Sic Tiberius de CHRISTO *ad Senatum cum suffragii praerogativa retulit:* nec impetravit. Refert idem auctor, Pisone et Gabinio Coss. aras Isidis, Serapidis, et Harpocratis Romae eversas fuisse.

Ascitos] Ut ascitus est Aesculapius Epidauro, et Pessinunte accersita est Mater Deûm.

Constructa a patribus] Nefarium censet, quod quidam populi, ut Persae, existimaverunt esse verissimum et religiosissimum, Deos, quorum mundus templum esset, delubris non esse includendos. Itaque templa a patribus constructa haberi praecipit.

[*A patribus*] Cod. P. *a prioribus. Mr.*]

Lucos] Silvae erant fere in conspectu villae fundique incaeduae Diis consecratae, quas ferro temerare nefas erat. *Plinius* de Arboribus [lib. xii. §. 2.] *Haec fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo praecellentem arborem dicant: nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos et in iis silentia ipsa adoramus.* Erant etiam in urbe luci, non tantum in agris.

Larum sedes] Lares significat familiares et penates. Plautus: *Dii penates meûm parentum, familiae Lar pater.* Nam penates etiam erant civitatis et Lares. Lararium autem eorum sedes dicebatur: cum sedes hic sit ubi sedet signum statutumque est, ut hoc rursus libro [cap. 17.] *Vexati nostri Lares familiares, in eorum sedibus exaedificatum templum licentiae.* Lares, *Deos domesticos* interpretatur *Tertullianus* in Apologetico [cap. xiii.] Colebantur et in compitis Lares, sed et in conspectu villarum et fundorum: qua de religione haec lex intelligitur.

Ritus] Quo ritu et caerimonia Laribus sacra facere familia solita est. et in iis sacris quae privata dicebantur.

[*Ritus*] Cod. Va. *patriaeque servanto.* Codd. Vi. Pa. *patriamque* servanto. *Mr.*]

Qui caelestes semper] Eos intelligit quod divi semper fuerunt, non per ἀποθέωσιν facti sunt cujusmodi qui Consentes et Selecti vocantur, et majorum tanquam gentium Dii, duodecim ut opinor, sex mares, et totidem foeminae. Quanquam *Lactantius* omnes gentilium Deos homines fuisse ve-

rissime probat: eosque vel ob potentiam, vel ob utilitatem, quam mortalibus praestiterunt, Deos esse factos; quod etiam in II. de Natura Deorum ait Cicero.

Et ollos] *Cicero* II. de Natura Deorum [cap. 24.] *Suscepit autem vita hominum et consuetudo communis, ut beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent: hinc Hercules, Castor et Pollux, hinc Aesculapius, hinc et Liber* etc. Hos *indigetes* antiqui vocabant.

[*Et ollos*] Codd. Vi. Pa. *et illos, quos in coelum merita vocaverunt.* Cod. Va. *et illos, quos nanciscendo coelo merita vocarint. Mr.*]

Endo caelo] *Endo* pro *in* veteres usurpabant: sic *endoitium* pro *initio*, et *endoploranto* pro *imploranto*, et *endo procinctu* pro *in procinctu* dicebant.

Ast olla] *Ast* adversantis non est, verum copulantis. Earum autem laudum omnium, id est, rerum laudandarum et virtutum, Romae delubra erant.

Pietatem] Pietati aedes ab Acilio consecrata est, eo loco, ubi quondam mulier habitavit, quae patrem inclusum carcere mammis suis clam aluit.

[*Fidem, earumque*] Cod. Va. *fidemque earum. Mr.*]

Nec ulla] *Nucula* vetus scriptura est, quo forte modo veteres locuti sunt: cum ab iis etiam *ningulus* pro *nullus* dictum esse annotetur. [Pro *obeunto* Cannegieter l. l. scribi jubet: *obeuntor. Cr.*]

Feriis jurgia] *Plato* lib. xii. legum, [immo lib. xi. p. 684.] cum dixisset, *Μηδένα κακηγορείτω μηδείς*, id est, *nequis cui convitium dicito*, subdit, *ὧν μὲν δὴ χάριν, ἐν μὲν ἱερῷ τοπαράπαν οὐδεὶς τοιοῦτον φθέγξηται μηδέποτε μηδέν, μηδὲ ἔν τισι δημοτέλεσι θυσίαις, μήδ' αὖ ἐν ἄθλοις μήδ' ἐν ἀγορᾷ, μήδ' ἐν δικαστηρίῳ, μήδ' ἐν ξυλλόγῳ κοινῷ μηδενί.* Id est, *Quas ob res prorsus in templo nullus quicquam hujuscemodi unquam obloquatur, nec in publicis item sacris, nec rursus in ludis, aut foro rerum venalium, aut jure, aut denique in publico conventu.* Sed et *Cicero* ita se lib. I. de Divinat. [cap. 45.] explicat, *Rebusque divinis, quae publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur: inque feriis imperandis, ut litibus et jurgiis se abstinerent:* quod ad omina pertinet. Et *Ovidius* [Fast. 1, 71.]

Prospera lux oritur, linguis animisque favete.
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia, differ opus livida turba tuum.

[*Feriis jurgia amovento*] Cod. Va. *feceris jurgia*, mox *in famulos*. Cod. Vi. *admovento*. Cod. P. *movento. Mr.*]

In famulis] Familiam servorum feriari sinant absolutis operibus rusticis: ut Compitalibus, cum rem divinam in compito aut foco faciebant: ut Saturnalibus: ut cum daps pollucebatur utraque semente: ut aliis denique feriis: nefas enim est tum familiam operosam habere, *Habet eas in famulis*, qui famulis indulget ferias. Simile est dicendi genus *lessum funeris ergo habere.*

Itaque ut] Ita describantur in fastis feriae, et observentur, ut anniversario tempore et stato recurrant, et ad rusticorum operum perfectionem conferantur.

Annuis anfractibus] In anni curriculis et fastis. Sic in VI. de Rep. *Nam cum aetas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit*, id est, annos. [*Itaque ut ita cadat:* Cannegieter l. l: »In plerisque est *cadant.* Restituo: *Itaque ut jam cadant.* Eâdem olim notâ exarata fuere *ita* et *jam.* Explico: ut itaque certo quoque ac constituto tempore feriae habeantur in annuis periodis.« *Cr.*]

Certasque fruges] Antiqui certis frugibus in sacrificiis utebantur, ut fere adoreo farre, ex quo libum persaepe, struem, aut molam conficiebant: quae etiam tanquam προθύματα in quibusdam sacris erant. Adde quod *Plinius* scribit [lib. XVIII. cap. 2.] *Numam instituisse Deos fruge colere et mola salsa supplicare, atque far torrere, quoniam tostum cibo salubris esset: idque uno modo consecutum, statuendo non esse aptum ad rem divinam, nisi tostum: et cum Fornacalia instituisse farris torrendi ferias.* Quin Jovi prodigiali mola salsa ex farre et thure solum litabatur. Sed et veteres cum perceperant fruges, antequam eis vescerentur, Diis libare instituerant. *Tibullus* etiam scribit [lib. 1. Eleg. I, 17.]

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante Deum.
Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores.

Sacris etiam quibusdam puls fritilla adhibebatur et fabata: sed et faba refriva. Pro *libanto* veteres libri *liberanto* habent. *Libare* tamen prorsus legendum censeo.

[*Certasque fruges*] Cod. Pa. *caeterasque fruges caeterasque baccas.* Cod. Va. *beatas* pro *bacas.* Tum Cod. Vi. publici *liberanto. Mr.*]

Alios ad] Ad alias ferias, in quibus lacte vel lactentibus hostiis opus est.

Ubertatem] Nam lacte Cereri libabatur. *Virgilius* [Geor. I, 344.]

Cui tu lacte favos, et molli dilue Baccho.

Nec foetus illico sacris idoneus erat, verum ovis die septimo, suis decimo. Unde *sacres*, inquit *Varro* [lib. II. R. R. cap. IV. p. 74.] vocabantur. Hoc autem lex praecipit, ut suo tempore sacrificiis eorum copia suppetat.

Id quod ne] In quo ne peccari possit, utque istarum rerum suppetat ubertas. *Id committi* dicitur, in quo delinquitur. Sic *sacrum commissum*, cum in religionem et sacra peccatum est.

[*Idque ne*] Cod. Vi. Pa. *id quod ne;* Cod. Va. *idve ne. Mr.* — Cannegieter de Notis p. 335: »*Itemque* — *servanto. Id quod ne committi possit*, hoc est, itemque observanto ad alios dies ubertatem lactis, foetusque, feriasque conceptivas propter ea habento. Ne quid autem in his peccetur, aut omittatur. Praeferam tamen *in quod.*« *Cr.*]

Ratione] Sic puto legendum. Tollatur, inquit, licentia intercalationis, et rite annua spatia definiantur: aut *rationem*, uti alii libri habent, more antiquo dixerit pro ratione, ut *aetatem*, et apud Plautum in veteribus libris, *Praeterea pacem advenio. Ratione* tamen omnino magis probo.

Quaeque quoique Divo] Singulis diis suae quondam erant hostiae, Cereri Porca, Baccho caper, Neptuno taurus: nec aliena hostia Deus placabatur. Idcirco Jovi tauro, verre, ariete facere non licebat. Jam aliis Diis hostiae lactentes, aliis majores: aliis feminae, aliis mares immolabantur.

[*Quaeque quoique divo*] Cod. Va. *quaeque cuique vitio dedecorae ratae sunt.* Cod. Pa. *quaeque cuique divo decorae — praevidento. Mr.*]

Decorae] Id est dignae, aptae, idoneae. *Plautus* in Rudente [Act. 1. Sc. III, 10.]

Tum hoc mihi indecore, inique, immodeste datis Dii.

Divisque aliis sacerdotes] Nam Pontifex omnibus religionibus ac caerimoniis publicis privatisque, nec non sacris ac rebus omnino divinis praeest. Flamen autem unius Dei est sacerdos, ut Dialis, Vulcanalis, Quirinalis. Erant praeterea alii sacerdotes nec Flamines, nec Pontifices, ut Salii, et alii. Sed et sacerdotes erant illis Diis, quibus suus flamen. *Tacitus* [Ann. I, 10.] *Cum se templis et effigie numinum per flamines et sacerdotes coli vellet.* Ordo autem is erat sacerdotum, ut omnium maximus rex esset, deinde Dialis, post hunc Martialis, mox Quirinalis, quinto loco Pontifex Max. qui judex et arbiter habebatur rerum divinarum et humanarum. Hic ex interpretatione Ciceronis legendum videtur *Divisque ollis.* Sed et supra nonnulli legunt *Itemque* ollos *ad dies.*

[*Divisque aliis alii sacerdotes*] Vocem *alii* non agnoscunt

Codd. Va. Vi. Pa. Iidem in seqq. habent *virginesque Vestales*. *Mr.* — An, et quatenus haec ex Legibus Regiis, Numae inprimis, ducta sint, anquirit Dirksen in Versuche z. Kritik. u. Ausl. d. Q. d. Roem. Rechts p. 310. sqq. *Cr.*]

Ignem foci] Focus domiciliorum sacer est Vestae, et in eo res divina Laribus plerunque fiebat. Eodem modo civitatem suum habere focum voluerunt, in quo perpetuus ignis a virginibus servaretur. Infra, *Cumque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos prope idem Graecum interpretatum nomen habemus, complexa sit.* Sex autem erant Vestales, quarum una dicebatur maxima, quae et aetate et dignitate praestabat. *Valerius* [lib. I. cap. I, 7.] *Maximae vero virginis Aemiliae disciplinam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione Vestae numen praestitit. Suetonius* [in Julio cap. LXXXIII.] *Demandaverat virgini Vestali maximae.*

Quoque haec privatim] Ne quis sine sacerdotibus religioni publicae privataeque satisfacere se posse putet: itaque sacrificandi ritum ignarus discat et sacerdotem consulat.

[*Quoque haec privatim*] Codd. Va. Vi. *quodque haec pr.* Cod. Pa. *quodque et pr. Mr.* Etiam Cannegieter l. l. legi vult: *quoque — fiant. Cr.*]

Eorum autem duo] Alii sacerdotes placandis Diis praesunt, ut Pontifices: alii praedictionibus interpretandis, quas *effata* vocat. ut Decemviri, qui quoties Senatus decreverat libros Sibyllinos adibant, et Sibyllae effata interpretabantur. Sunt etiam *effata*, novissimae preces Augurum, quas post fines auspiciorum effabantur.

[*Eorum autem duo genera sunto*] Cod. Vi. *Earum autem genera sunto* omisso *duo*. Cod. Pa. *Eorum autem genera sunto duo.* In seqq. Codd. Va. et Vi. *fata* pro *effata*. Tum Cod. Va. *incognita, quosque senatus*, Cod. Vi. *inc. cum sen.* Cod. Pa. *inc. quorum senatus. Mr.* Cannegieter l. l. laudat Varronem de L. L. lib: 5: »*Effata dicuntur, quod augures finem auspiciorum coelestium agreis sunt effati*, addens: id est *in agris. M.* praecedens *in* saepissime absorpsit.« Deinde pro *adsciverit*, idem vult: *id sciverit*; tum pro *postea vidento: post futura vidento. Cr.*]

Asciverit] Id est, sciverit, decreverit. Compositum pro simplici antiquo more.

Interpretes autem] Ut Decemviri effata Sibyllae, ita Jovis sententiam interpretantur Augures, quos lib. III. *Jovi consiliarios et administros esse datos ait Cicero* de Auguribus lib. II. de Nat. Deor. [cap. 4.] *Quorum enim interpre-*

tes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Deorum autem interpretes sunt. Et *Maro* [Aen. x, 175.]

Tertius ille hominum divumque interpres Asilas.

Jupiter autem auspicia mittit et signa, quae augures interpretantur. *Cicero* de Divinat. [I, 7.] *Requirens Jupiterne cornicem a laeva, corvum a dextra canere jussisset.*

Postea] Deinde etiam augures ex signis disciplinae suae videant et augurentur. Nam praeter placationem Deorum et interpretationem effatorum, auspicia et auguria etiam debent accedere.

Disciplinam] Auguralem scientiam, quae Ciceronis aetate exoleverat, nullaque in collegio Augurum erat.

Sacerdotes] Sententia est, Sacerdotes augurio capto divos exorent, ut novelleta et virgulta, vitesque fauste succrescant, a Deisque salutem augurio precibusque populo impetrent. Sic *Cato* in lib. de Re Rustica [cap. 141.] *Mars pater precor te, uti morbos visos invisosque, viduertatem vastitudinemque, calamitates intemperiasque prohibessis, defendas, averruncesque: uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque evenire sinas.* Virgetorum nomine arbores et frutices significantur, ut apud *Maronem* nomine virgultorum [Georg. II, 2.]

Nunc te Bacche canam, necnon silvestria tecum
Virgulta.

Salutis autem augurium erat hujusmodi, ut si Deus annueret, populo salutem peterent. Perinde ac si nefas esset, vel salutem petere, nisi explorata per auguria numinis voluntate. Meminit in historiis Dio. Suetonius in Augusto [cap. 31.] *Nonnulla etiam ex antiquis caerimoniis paulatim abolita restituit, ut Salutis augurium, Diale flaminium.* Festus, *Quia augurum decretum est, quod in Salutis augurio Praetores majores et minores appellantur: non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere.* Cicero [de Divin. I, 47.] *Tibi P. Claudius Augur consuli nunciavit, addubitato Salutis augurio, bellum domesticum triste ac turbulentum fore.*

[*Sacerdotesque vineta*] Cod. Va. *sacerdotes vineta. Mr.*]

Quique agent] Qui quid domi militiaeque acturi erant ante auspicabantur.

Auspicium] Eos ante vere doceant Augures vel pullarii, qualia sint auspicia. Nam apud *Livium* lib. x. ab U. C. [cap. 40.] *Pullarius ementitus auspicium, tripudium solistimum nunciavit consuli.* Satis autem erat ad rem gerendam *silentium* esse: nam aliud est sinistrum auspicium, aliud silentium. Sinistrum auspicium hortatur ad agendum, silentium vitio caret, et ad agendum non impedit. Silentioque

surgere dicebatur, qui quo minus rem gereret non impediebatur auspicio. *Cicero* [de Divin. lib. II. cap. 34.] *Peritum autem esse necesse est eum, qui silentium quid sit intelligat: id enim silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti auguris est.* Sacerdotes autem dixit, quia non per augures tantum, sed etiam per alios sacerdotes interdum ista administrabantur.

Divorumque iras] Providento num irati Dii sint: ut neque domi, neque militiae, quicquam agendum sit, averso et irato numine.

Apparento] Id est parento, ut nihil geratur Deo irato. Sic supra *asciverit* pro *sciverit*, more prisco. Interdum per exta voluntatem Deorum ante res gerendas explorabant, idque res consulere et impetrare vocabant. *Cicero* [de Divin. I, 2.] *Cumque magna vis videretur esse et in impetrandis consulendisque rebus et in Monstris interpretandis et procurandis.* Atque id *impetritum* appellabant. *Valerius* [lib. I. cap. I, 1.] *Cum inquirendum, vel extis, vel sortibus, impetrito.* Male in eo legitur *impertito. Cicero* [de Divin. II, 15.] *Sed tamen eo concesso, qui evenit ut is qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet?* Male in *Cicerone* legitur *impertire.* Integra est in *Plauto* dictio [Asin. Act. II. Sc. I, 11, *Auguratum est*, impetritum est, *quaevis admittunt aves.*

[*Apparento*] Cod. Pa. *parento. Mr.*]

Caelique fulgura] Tuscorum literae in sedecim partes caelum divisere, ex quibus octo ab exortu sinistras dixere; totidem e regione, dextras: ab illis prospera, ab his infausta fulgura mittuntur. Ad Augures autem, de quibus hic agitur, id etiam pertinet. *Cicero* lib. III. de Leg. [cap. 19.] de augure: *Caelique partes sibi definitas esse traditas.* In templis etiam augurum partes sunt quatuor, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. In fulguribus autem ea aruspices et augures considerabant, quae *Lucretius* attigit his versibus [lib. IV, 86.]

Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se
Verterit hinc partem, quo pacto per loca septa
Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se.

Ratis] Definitis et certis.

Temperanto] Distinguunto.

Urbemque et agros] Urbana auspicia definiuntur pomoerio: et ex arce in urbe saepe Augures augurium agebant. Iidem quinque agrorum genera ex auspiciis distinguebant, Romanum, Gabinum, Peregrinum, Hosticum, Incertum. Urbem igitur et agros eis ad auspicandum dat: prae-

terea templa effata tribuit. Templa autem quemadmodum auspicandi causa finire solebant, ita Varro scribit [lib. vi. ll. pag. 67.] *In arce enim sic, Tesca a me ita sunto, quoad ego ea velim, cum nuncupavero: olla terra, arbor, quisquis est, quam me sentio dixisse, templum tectum quavis esto in sinistrum.* Deinde subjicit, *In hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant.*

Templa liberata et] Templa regiones sunt aut agri, certo carmine ab Augure lituo finiti et notati, unde in omnes caeli partes ad augurium captandum liber erat aspectus. *Liberata*, inquit *Festus*, *antiqui pro effata, id est locuta, dixere.* Hic tantum pro liberis et parentibus accipi potest. Festus Pompeius item *minora templa esse*, ait, *cum ab auguribus loca aliqua tabulis aut linteis, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita sunt.* In templis autem liber quoquoversum aspectus erat, ut interdum augures ea quorum altitudo auspiciis obesset, demoliri juberent. Ideoque summissiorem aliis aedem Honoris C. Marius fecit, ne si forte officeret publicis auspiciis, Augures eam demoliri cogerent. De effatis sic *Varro* [lib. v. ll. §. 7.] *Hinc effata dicuntur, quod Augures finem auspiciorum caelestium extra urbem agri sunt effati.*

[*Urbemque et agros et templa liberata*] Codd. Va. Vi. Pa. *Urbemque et templa et agros liberata et afflata habento. Mr.*]

Quaeque Augur] Omnia ista verba, hoc loco fere id declarant quod vitio et contra auspicia factum est.

[*Quaeque augur*] Cod. Va. *quaeque augur i n f a u s t a, n e f a u s t a, vitiosa. Mr.*]

Injusta] Non jure nec rite facta.

Nefasta] Inauspicata: a nefastis diebus qui erant non solum contrarii fastis, verum etiam religiosi et omine aliquo infames. In quo tamen reprehendit consuetudinem Gellius.

Vitiosa] Quae contra auspicia, in quo vitium ponitur. *Cicero* de Divin. [I, 16.] *Classes magnas perdiderunt quod vitio navigassent.* Vitio autem *silentium* opponitur in auspiciis.

Dira] Detestanda, abominanda; a dirarum obnunciatione ducto verbo, quibus nihil magis horrebant.

Defixerit] Verbum male ominosum dirumque, quod, ut opinor, a sagis quibusdam ductum est, carmine et veneficio, vel nomina hominum vel speciem defigentibus ad noxam. *Ovidius* [Amor. lib. III. Eleg. vii, 29.]

Sagaque Phoenicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in jecur urget acus.

Seneca de beneficiis [lib. VI. cap. 35.] *Execraris enim illum, et caput sanctum dira imprecatione defigis. Plinius* [H. N. XXVIII, 2.] *Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.*

Irrita infectaque] Vitiatur enim et tollitur quod contra auspicia factum Augur censuit. Libri scripti hic *infesta* non *infecta* habent. Infestum autem hic est non festum, infaustum, dirum; ut incestum, non castum. Itaque *infestum* quam *infectum* malim.

[*Irrita infectaque sunto*] Cod. Va. *rata manifestaque sunto*, mox id. *capitalis esto.* Cod. Vi. *irrita infestaque sunto. Mr.*]

Capitale] Aliter *Capital.* Vetuste. *Plautus.* [Menaech. Act. I. Sc. I, 16.]

Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit.

CAP. IX. *Feciales, judices*] Collegium fecialium his rebus quas lex memorat praeerat, ut *Livius* et *Dionysius* explicant. *Dionysius* autem eos dici posse graece putat *εἰρηνοδίκας*; et a Numa institutos dicit, sumpto ab Aequicolis exemplo. apud quos, ut *Valerius* [in Fragm. de nominum ratione §. 10.] scribit, *primus Sertor Resius jus feciale instituit.* Libri scripti *Judices n̄ sunto.* Ut suspicer scribendum esse *duo sunto*, adducor auctoritate *Livii*, qui ita lib. IX. [cap. 5.] scribit, *Ubi si ex foedere acta res esset. praeterquam duorum fecialium nomina non extarent.* Quam autem hic auctoritatem jusque tribuit fecialibus Cicero, olim fuerat, sed ejus aetate exoleverat. *Varro* [apud *Nonium* in *Fetiales*] *Itaque bella et tarde, et nulla licentia susciebant, et quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere, priusquam indicerent bellum iis, a quibus injurias factas sciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor. quos oratores vocabant.* Hic tamen non ut in *Livio* duo feciales, sed quatuor a Varrone adhibentur. Alio loco adhibet viginti. Ejus verba sunt [apud *Nonium* in *Fetiales*]: *Si cujus legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, ut dederentur civitati statuerunt. fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent judicarent et statuerent, constituerunt.* Quo sane loco collegium fetialium intelligere videtur, quod XX. Sacerdotibus constabat. Ciceronis tempore tantum per eos foedus fiebat. *Varro* [L. L. lib. IV. §. 15.] *Feciales quod fidei publicae inter populos praeerant: nam per hos fiebat, ut justum conciperetur bellum, et inde desitum, et ut foedere fides pacis constitueretur. Ex his mittebant antequam conciperetur. qui res repeterent. et per hos etiam nunc fit foedus.* Hic Varro quod jam per feciales res non repeterentur nec bellum indicere-

tur, desitum esse dicit bella pia et justa indici. Probo etiam usitatam scripturam, *Judices sunto.*

[*Feciales*] Codd. Va et Pa. *Speciales judices non sunto. bella disceptationes prodigia.* Cod. Vi. *Feciales judices non sunto. bella disceptant prodigia. Mr.* — »*Foederum — fetiales, judices duo sunto. bella disceptanto.* Cannegieter de Notis p. 335: Pro *duo:* quod huc minime convenit, libri mss. habent *non.* Vide num sic placeat: *judices nt. se int. de bello disceptanto:* expono: *judices nominati se inter de bello disceptanto.* Hoc enim lege sancivit Cicero, ut de bello suscipiendo, gerendo et deponendo *publici interpretes* essent. V. cap. 14 sq. Novimus disputationes fori Jurisconsultorum, quidni utile quoque fuerit de rebus belli institui disceptationes ejusmodi?« — *Fetialem religionem* ad Tullum Hostilium Regem, ut auctorem, refert Cicero de Republ. II. 17; quam alii ad Numam (Dionysius Hal. A. R. II. 72.) alii ad Ancum (Servius ad Aeneid. X. 14.) retulerant. Vid. Angeli Maii annot. ad locum Ciceronis laudatum. Nec hoc in loco *de Legibus* neque in Gellii N. A. XVI. 4. indicium inest, unde eam legem Tullius duxerit, recte judicante Dirksenio in: Versuche z. Kritik. u. Ausl. d. Quell. d. Roem. Rechts p. 343. *Cr.*]

Oratorum] Legatorum, qui ad res repetendas mittuntur. *Varro* [apud *Nonium* in *Fetiales.*] *Feciales legatos mittebant quatuor, quos Oratores vocabant.*

Bella disceptanto] Jus fecialium esse ait *Dionysius*, etiam disceptare, justone et pio bello res repeti possint.

Prodigia, portenta] Nam saepenumero vel accersebantur Aruspices portentorum causa, vel ad eos deferebantur. *Valerius* [lib. I. cap. I, 1.] *Portentorum depulsa, Hetrusca disciplina explicari voluerunt. Lucanus* [lib. I. 584.]

Haec propter placuit Tuscos de more vetusto
Acciri vates.

Scriptus liber *ad Hetruscos et Haruspices* habet: ut, praeter Hetruscos, alios etiam aruspices Romanis fuisse intelligamus: nam erat Aruspicum collegium. Vel positum existimemus nomen speciei et generis. Sic enim *Cicero* loquitur lib. II. de Nat. Deor. [cap. 4.] *Atqui et nostrorum augurum et Hetruscorum et Aruspicum disciplinam P. Scipione C. Figulo Coss. res ipsa probavit.* Mox subjicit, *Aruspices introducti responderunt*, et continuo, *An vos Tusci ac Barbari.* Ut plane cum Hetruscos et Aruspices dicit eosdem intelligat, nomenque speciei et generis ponat. *Cicero* de Divinatione [I, 2.] *Cumque magna vis videretur esse et in impetrandis consulendisque rebus, et in monstris interpretan-*

dis ac procurandis in aruspicum disciplina, omnem hanc ex Hetruria disciplinam adhibebant. Tacitus [Annal. XI, 15.] *Retulit deinde ad Senatum super Collegio aruspicum, ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret: saepe adversis Reipub. temporibus accitis, quorum monitu redintegratas caerimonias, et in posterum rectius habitas: Primoresque Hetruriae sponte aut patrum Romanorum impulsa retinuisse scientiam, et in familias propagasse. Jussit* autem est jusserit: ut apud *Maronem* [Aen. XI, 467.] *Caetera qua jusso.* Simile est illud *Ennii* apud *Ciceronem* [De Senect. cap. 1.] *O Tite si quid ego adjuro:* id est, adjuvero.

[*Si senatus jussit, deferunto. Etruriaeque principes.*] Cod. Va. *si senatus jusserit et curiaeque principes.* Cod. Vi. *si senatus jussit. Etruriaque principes.* Cod. Pa. *si senatus jussit. Etruriaeque principes.* Vocem *deferunto* omittunt. *Mr.*]

Hetruria principes] *Cicero* lib. I. de Divin. [cap. 41.] *Hetruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit, eadem interpretatur quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. Quocirca bene apud majores nostros Senatus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex, singulis Hetruriae populis in disciplinam traderentur. Valerius* tamen ait [lib. I. cap. 1.] *Decem principum filios dari solitos Hetruriae populis, ad percipiendam sacrorum disciplinam.* Sunt autem duodecim Hetruscorum populi, quorum principes Lucumones vocabantur olim. Sensus tamen est hujus loci, ut quibus de rebus consulti fuerint Hetrusci, ex disciplina sua doceant Principes, id est, Senatum: ut libro primo *principum decreta* dixit.

Creverint] Id est, decreverint, constituerint. *Varro* de lingua Latina [lib. VI. pag. 81.] *Apud* Plautum, Cum ego antea te amavi, et mihi amicam esse crevi; *valet constitui. Itaque haeres, cum constituit se haeredem esse, dicitur cernere, et cum id fecerit,* crevisse. *Apud eundem.* Ita omnibus relictis mihi frequentem operam dedistis: *valet assiduam. Itaque qui adest,* adsiduus: *ferre quem oportet, is* frequens *appellari solet. Itaque illud eaedem mulierculae dicunt,* Isto quidem nos pretio Facile est tibi frequentare utilesque habere, Ita lepide ac nitide in prandio accepisti: *Apparet dicere, facile est tibi curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias.* Haec omnia adscripsi ut Varroni lacero et mutilo hic opem ferrem; in quo ex Cistellaria sic locum hunc restituendum existimo.

[*Creverint*] Cod. Pa. *creaverint.* Tum Cod. Va. *item fulgura atque ostenta.* Cod. Vi. *idem fulgura et ostenta.*

Cod. Pa. *non sunto* pro *ne sunto.* Mox Cod. Va. *quae publice rite fiant.* Postremum, *fiant*, est etiam in Cod. Vi. *Mr.* — » *Obstita pianto.* Cannegieter de Notis p. 335: Non est, quod emendandum hic cum plerisque censeamus, aut ignorantiam profiteamur, siquidem apertissime demonstrat Festus *obstitum esse*, *violatum attactumque* de coelo. Ipsum consule in voce. » *Cr.*]

Procuranto] Sacrificium quod fit ad depulsionem et expiationem monstrorum et portentorum, procuratio dicitur: et ea gratia rem divinam facere est monstra procurare.

Fulgura] Sic Aruns Hetruscus apud *Lucanum* [lib. I, 606.] fulmen colligit et componit, locumque consecrat, quod bidental dicitur.

— *Aruns*, inquit, *dispersos fulminis ignes*
Colligit, et terrae maesto cum murmure condit,
Datque locis nomen.

Obstita] *Obstitum* Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt violatum tactumque de caelo, quae significatio hic convenit. Cincius eum qui Deo Deaeque obstiterit, id est, qui viderit quod videri nefas est. Est et *obstitum* obliquum et mendosum. *Lucretius* [IV, 519.]

Omnia mendose fieri atque obstita necesse est.

Sic *Festus* legit, non ut in excusis libris, *obstipa.*

Pianto] Expianto et procuranto. *Varro* [L. L. lib. V. pag. 50.] *Si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur.*

Praeter olla] Praeter sacrificium Bonae Deae quod noctu pro populo fiebat. Cicero: *Credo enim te audivisse cum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum.* Hoc autem sacrum *Damium* dicebatur, ex contrario, quod minime esset δημόσιον id est publicum, et Bona Dea *Δαμία*, et ejus sacerdos *Δαμίας*. Publica porro sacra pro populo, pagis, curiis fiunt: privata pro singulis hominibus, familiis, gentibus. Quidam scribunt etiam a Romulo pervigilationes nocturnas sublatas lege lata fuisse.

Initianto nisi] Vel, ut receptum est, vel non, ut in Graecia, noctu, sed interdiu. Tolluntur autem initia Samothracum, Bacchanalium, et alia hac lege. Initia vocantur ab initiis vitae, inventis a Cerere legibus et frugibus, in quarum rerum memoriam fiebant, cum ante ferino ritu homines vitam sibi propagarent.

[*Neve initianto*] Cod. Va. *notaque ne initianto.* Cod. Vi. *neve quem initianto.* Cod. Pa. omittit *quem.* *Mr.*]

Graeco sacro] *Graeca sacra*, inquit *Festus*, *Cereris festa sunt ex Graecia translata, quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant.* *Cicero* pro Cornel. Balbo [cap.

24.] *Sacra Cereris, Judices, summa majores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt: quae cum essent adsumpta de Graecis, et per Graecas sunt semper curata sacerdotes, et Graeca omnia appellata.* Rursus in Verrem [lib. IV. cap. 51.] *Inque iis sacris, quae majores nostri ab exteris nationibus adscita atque accersita coluerunt, quae sacra ut erant re vera, sic appellari Graeca voluerunt.* *Varro* [L. L. lib. VI. pag. 79.] *Et nos dicimus decemviros Graeco ritu sacra, non Romano facere.*

Sacrum commissum] Peccatur in sacra diesque festos, prudenter vel imprudenter. Prudentia impia est nec expiari potest: contemptum enim habet religionis et scelus. Imprudentia expiatur. *Varro* [L. L. lib. V. pag. 50.] *Contrarii horum vocantur nefasti, per quos dies nefas fari praetorem,* do, dico, addico. *Itaque non potest agi, quod necesse est aliquo uti verbo cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit, aut quem manumisit, ille nihilominus est liber, sed vitio ut magistratus. Praetor qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur: si prudens dixit, Q. Mutius ambigebat eum expiari ut impium non posse.* Hunc enim locum sic apud Varronem lego. *Macrobius* [Saturn. lib. I. cap. 16.] *Praeter mulctam vero affirmabant eum qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere: prudentem expiari non posse Scaevola pontifex asseverabat.*

[*Quod neque expiari poterit*] Sequentia *impie — poterit* omittuntur in Codd. Va. et Pa. In Cod. Vi. legitur *commissum est* pro *comm. esto. Mr.*]

Ludis publicis] Id est in ludis publicis Theatralibus. Ludos autem publicos more Romano circo et cavea dividit: qua in re, extra curricula circensia et pugilationem luctationemque, quae circi sunt approbat: in theatralibus et scenicis ludicris, quae sunt caveae, moderationem adhibendam musicae censet, ne illius corruptela animi effeminentur et depraventur. Sic Graeci dividunt ludos in Gymnicos et Musicos. In Gymnicis est luctatio et pugilatio et curricula: in Musicis Comoediae et Tragoediae, et alia. Legem autem hanc a *Platone* sumpsit.

[*Laetitiam in cantu*] Cod. Pa. *laetitiam cantu.* Mox Cod. Vi. *moderato.* Idem in seqq. *Deae* pro *Idaeae. Mr.* Quae de Idaea Matre Cannegieterus ad h. l. in libro de Notis p. 335. sq. et ad Ulpiani Tit. XXII. §. 6. posuit, ea, non est, quod hodieque typis repetantur. *Cr.*]

Idaeae matris] Sic appellabatur mater magna, ab Ida monte. *Lucretius* [II. 611.]

Idaeam vocitant matrem, Phrygiasque catervas
Dant comites.

Stipem lex summovet, quoniam superstitione animos implet et exhaurit domos. Olim namque Isidis sacerdotes, aliique divinatione quadam et caerimonia non exiguum aes colligebant, et pravam religionem inducebant, quod genus homines Aeruscatores fere vocabant. In hujusmodi homines Plato x. de Legibus animadvertit. Idaeam autem matrem ex Pessinunte advectam Nasica hospitio excepit. Megalensibus ejus famuli Galli stipem cogebant. Hujus stipis sic *Varro* meminit [lib. IV. L. L. pag. 42.] *Id apparet, quod ut alias, tum institutum etiam nunc, diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt. Lucretius* eadem de re [II, 626.]

Aere atque argento sternunt iter, omnia circum
Largifica stipe ditantes.

Tertullianus [in Apol. cap. XLII.] *Certe, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt. Stipes quotus quisque jam jactat? Non sufficimus et hominibus et Diis vestris mendicantibus opem ferre. Ovidius* [Fast. IV, 350.]

Dic, inquam, parva cur stipe quaerat opus?
Contulit aes populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait: dandae mos stipis inde manet.

Justis diebus] Diebus illis, quibus est eis jus cogendae stipis.

Sacrum] Lex quoque apud *Platonem* libro nono in sacrilegos extat. Parricidam vero sacrilegum vocat, ad sceleris amplificationem. Sic in lege Numae ad detestationem homicidii scribitur, *si quis hominem liberum sciens dolo neci duit, parricida esto.* Sic pro domo [cap. 10.] *Tulisse te dicis parricida, fratricida, sororicida.* Ea enim verba congessit ad amplificationem, quae ex scelere parricidii, fratricidii, sororicidii in singulis inest.

Sacro] Nam templis suas interdum pecunias commendabant. *Plautus* [Aul. Act. III. Sc. VI, 46.] *Nunc hoc mihi factum optimum est, ut te auferam aula in Fidei fanum.*

Clepsit rapsitque] Id est, clepserit et rapuerit, ut supra *jussit* pro jusserit, suntque ἀρχαϊσμοί. Ejusdem generis est illud *Terentii* in Eunucho [Act. IV. Sc. IV, 54.]

Quod scis, nescis, neque de Eunucho neque de vitio virginis:
Hac re omni te turba evolvis, illi gratum feceris.

Id est, nesciveris et evolveris: nam male *evolves* excusum est. Vetus liber hic *cleperit* habet, sed male, ut reor.

[*Cleperit rapsitque*] Cod. Va. *ceperit rapueritque.* Cod.

Vi. *qui dixit rapsitque.* Cod. Pa. *qui dempserit rapseritque.* In seqq. Cod. Va. *perjurium* pro *perjurii. Mr.*]

Perjuri] Perjuri et exitium a Diis immortalibus expectare debent, et infamiam et ignominiam a Magistratibus et civibus. *Gellius* [lib. VII. cap. 18.] refert eos qui neglecto jurejurando, quo obligati erant, ad Annibalem reversi non fuerant, infames ignominiososque vulgo fuisse, denique a censoribus omnium notarum damnis et ignominiis affectos. Sancte enim et inviolate jusjurandum Romani colebant. Et olim qui juratus falsum testimonium dixerat de saxo Tarpejo dejiciebatur.

Incestum] Ut incestum vestalium Virginum, quae vivae humi defodiebantur. Livius: *Eo anno Minucia virgo vestalis suspecta primo propter mundiorem justo cultum, insimulata deinde apud Pontifices ab indice servo, cum decreto eorum jussa esset sacris abstinere, familiamque in potestate habere, facto judicio viva sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa est scelerato campo. Credo ab incesto id ei loco nomen factum.*

Placare donis] Ne rem divinam facere ausit. Tum enim venia paxque Deorum exposcitur, et propitii redduntur. Nam qui rem divinam facit, Deo donat, et qui munus aliquod templo donat. Haec lex ex *Platone* est.

Caute vota] Ut si ludos voverint aut templa, quod multis bellis factum historiae loquuntur. Sic *Horatius* [lib. I. Od. V, 13.]

Me tabula sacer
Votiva paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Caute autem est diligenter vota reddunto quibus se obligarint.

[*Caute vota reddunto*] Cod. Pa. *sancte.* Mox Codd. Va. et Vi. *ne quis sacrum consecrati* pro *ne quis agrum consecrato.* In Cod. Vi. omittitur vox *manium. Mr.*]

Violati juris] Violatae religionis poena sit: poenis afficiatur, qui contra jura religionis fecerit. Sic infra interpretatur hunc locum. [» *Poena violati juris esto. Quocirca ne quis agrum consecrato.* Cannegieter de Notis p. 336.: Quaero primum, quae poena statuenda, dein quorsum, rogo te, *quocirca?* neque enim agri consecratio ad jus, ejusve violationem pertinet. A Tullii, credo, manu est. *Poena violati juris esto, q. e. r. e.* (Probus explicat *quanti ea res erit*, quibus verbis paene nihil est frequentius in legibus atque edictis, unam vide L. 179. D. de V. S.) *Ne quis agrum consecrato.* « *Cr.*]

Agrum] Agri consecrati sunt aut sacri, ut quae hodie vocamus praedia ecclesiastica et sacra. Clodius domum Ciceronis consecravit. L. Ninnius omnia bona P. Clodii consecravit: imperatores saepe agros captos consecrarunt, etiam urbes, ut Carthaginem Africanus. Interdum Cereri caput cum bonis sacrabatur. Lex Papiria vetuit ne cujus aedes injussu populi consecrarentur. Nunc ne agri consecrentur cavet Cicero, a Platone sumpta lege.

Sacra privata] Nam Jurisconsulti rationes quasdam interimendorum sacrorum invenerant. Ideo id sancit. *Cicero* pro Muraena [cap. xii.] *Sacra interire illi noluerant: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.*

Deorum manium] *Augustinus* lib. ix. de civitate Dei [cap. xi.] Platonicos ait, *animos hominum daemonas esse arbitrari, et ex hominibus fieri Lares, si meriti sunt boni: Lemures seu Larvas, si mali: Manes autem Deos dici, cum incertum est bonorum eos seu malorum esse meritorum.* Hic tamen Deos Manes, animos humanos corpore liberatos appellat, ut sepulchris inscribebatur D. M. Nam veterum opinio mortuorum animos consecravit, eisque parentavit denicalibus feriis, quas nunc lex et sepulturae jura sancit.

Leto datos] Id est, morte obita. Nam *ollus leto datus est* antiqui pro ille mortem obiit usurpabant. *Varro* [l. l. lib. vi. pag. 73.] *Alterum apparet in funeribus indictivis cum dicitur*, ollus leto datus est, *quod Graecus dicit λήθῃ, id est, oblivioni.*

[*Sos leto datos*] Cod. Va. *nec letho datos.* Codd. Vi. et Pa. *hos letho dato.* Cod. Va. in seqq. *sumptumque in illos.* Cod. Pa. *sumptum in illos. Mr.* »*Hos leto datos divos habento.* Cannegieter l. l.: Nihil muto. Expono: Manes, sive animas defunctorum familiarium, consanguineorum, eorum, qui veluti in mari perierunt, quibusque adeo justa a familia praesentibus fieri non potuerunt, quorumque ossa terra obtegi ab iis nequiverunt, divos tamen habento, atque in larario ponunto, colunto.« — Tu vid. supra annotata ad h. l. unde efficitur *leto dari* esse simpliciter *mori* ut *θανάτῳ δίδοσθαι*, et *sos* commendatur antiquo sermone, quem in his Legum formulis imitatur Cicero. *Cr.*]

Cap. X. *Legibus*] Numae leges hodieque quaedam in auctoribus reperiuntur, ut *Pellex aram Junonis ne tangito: si tanget, Junoni crinibus demissis agnum foeminam caedito.* Et *Si quis hominem liberum sciens dolo neci duit, parricida esto.*

Numae] Qui religionem et caerimonias Romanae Reip.

constituerat. Populi tamen Romani religio, ut *Cicero* scribit, cum in sacra et auspicia divisa esset, adjunctumque esset tertium, si quid praedictionis causa ex portentis et monstris Sibyllae interpretes aruspicesque monuissent, Romulus auspicia, Numa sacra constituerat.

Illis de republica] Sic item Africanus lib. I. de Rep. ut citatum reperi: *Exponam quoque ad exemplum nostrae Reip. accommodaboque ad eam, si potero, omnem illam orationem, quae est mihi habenda de optimo civitatis statu.* [Ex Nonio in voce *accommodatum* haec desumsit Turnebus. Tu vide supra Moseri Annot. p. 224. *Cr.*]

Veterem] Nam Ciceronis aetate immutata erat, et ut *Sallustius* [Catil. cap. 5.] scribit, *ex pulcherrima, pessima ac flagitiosissima facta* erat.

Consentaneas] An non censes necesse esse hic nos dare leges consentaneas veteri Reip. Romanae, quae optima erat, cum leges ad optimum accommodemus civitatis statum?

Rogabuntur] Quasi ad populum legem ferat. Nam id est rogare, ex eo quod populi sententia rogabatur. [» *Exspectate leges, quae genus illud optimum reipublicae contineant.* Cannegieter. de Notis p. 336.: Exspectare vero leges non poterant, jam ante propositas cap. 8. et 9., at expetebant, credo, rationes earum: hinc in seq. Atticus *suade igitur*, inquit, *legem.* Pro *quae* itaque scribo *quare.* « At Tullius de omnibus legibus in hac disputatione rogandis loquitur, et addit continuo: quae hodie a me *rogabuntur. Cr.*]

Suade] Ut leges quae ferebantur suadebantur. Sic legem Maniliam Cicero suasit. Lex enim quae promulgata fuerat, cum dies ferundae venerat, in concione a praecone recitabatur: deinde privati eam suadebant: mox a latore sitella deferebatur, ac sortes aequabantur, tribuumque sortitio fiebat: postremo in suas tribus populus ad suffragium ferendum discedebat.

Uti rogas] In suffragio ferendo rem probanti tabella dabatur, cui inscriptum erat, *Uti rogas. Cicero* ad Att. [lib. I. Ep. 14.] *Operae Clodianae pontes occuparant, tabellae ministrabantur ita, ut nulla daretur Uti rogas. Livius* [xxxi, 8.] *Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat, bellum jusserunt.*

Possim dicere] Dicit hic non orator, sed qui in suffragium mittitur legemque approbat et sancit.

Remittam] Istum tibi laborem suadendi in minoribus remittam.

Sententia est] Sic loqui solet qui quid vehementer af-

firmat, negatque se alia conditione esse facturum. Simile est illud *Terentii* [Phorm. Act. II. Sc. II, 92.]

Dicam impingam tibi grandem, dixi Demipho.

Significat enim Phormio se id prorsus facturum.

Longum] Videte ne, dum omnia suaderi vultis, vobis odiosus et molestus sim prolixitate.

Adire ad Deos] Ingredi templa ut Deos precemur et colamus, aut rem divinam faciamus.

Casta] Pura, non polluta, integra, incontaminata.

Nam incestum] Incestum est, quod castum non est, ut infestum quod festum non est, et ut Servius ait, *omnis pollutio. Virgilius* [Aen. VI, 149.]

Praeterea jacet exanimum tibi corpus amici
(Heu nescis) totamque incestat funere classem.

In libro veteri scriptum est *nam illud* pro *nam incestum:* quae scriptura si cui probatur, ita *Cicero* dixerit, ne quid foedi loqueretur.

Aspersione aquae] Huc illud Persii pertinet [Satir. II, 16.] *Et noctem flumine purgas.* Et *Tranquilli* in Augusto [cap. 94.] *Pauloque post egressum, illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se.* Antiqui autem superis sacra facturi, ablutione corporis se purgabant: inferis vero, aspersione. Quin ut castius operarentur, aliquot ante diebus secubabant: et si ante libidine polluti erant, aliquot dierum castimonia, corporis labem elui credebant. Etiam tricenarias interdum caerimonias, ut supra dixi, interdum vicenarias observabant, et se cibis quibusdam abstinebant.

Manibus] Quantumvis te manibus eluas. Quidam hic *amnibus* legunt, quibus suffragatur illud *Maronis* [Aen. II, 719.] *Donec me flumine vivo Abluero.* Manibus tamen mutandum non censeo.

Quod autem] Tanta in sacrificando priscorum frugalitas fuit, ut Samiis vasis et capedunculis fictilibus libarent. Quin Romulus lacte semper, non vino libavit. Et L. Papirius adversus Samnites dimicaturus, votum fecit, si vicisset, tantum Jovi pocillum vini. Merito ergo lex a sacris opes removet, ne a sacrificiis pauperes rejiciantur: sed ut vel lacte vel mola salsa intelligant se litare posse tenuiores: ac nulli sit vitio, Deos colere quoquo modo possit.

Paupertatem] Id est, pauperes divitibus volumus esse aequales, eademque juris et legum aequalitate uti in civitate.

Placandum] Placatur Deus, cum propitius redditur votis, precibus, sacris.

Praesentis] Nam qui peccat, si homo judex constitutus

sit, judicis scientiam effugere se posse sperat, qui tamen Deum arbitrum latere non poterit.

Suosque] Privatos et proprios, qui non colantur publice, nec publice recepti sint. Deos autem suos dividit in novos et alienigenas. [Cannegieter de Notis p. 336.: »Loco τοῦ *suosque* malo *suos quidem. Aut novos* accipio, id est novos. Caeterum praeplacet lectio codicum antiquorum, qui exhibent: *caerimonias, etiam sacerdotibus. Nam a Patribus acceptos Deos ita placet coli, si huic legi paruerunt ipsi.* (nimirum pro *non* a sacerdotibus. *Non* a Patribus) Interpretor: si senatusconsulto, de cultu Deorum eorum lato, paruerint ipsi cultores.« Equidem hanc interpretationem cum ipsa legis formula, initio capitis 8. descripta vix componi posse arbitror. *Cr.*]

Confusionem habet] Perturbationem religionum ea res affert. Aliis enim caerimoniis utebantur Aegyptii, aliis Romani. Si quis igitur sacra Isidis Romae suscepisset, confusionem religionum Romanarum et Aegyptiarum, susceptis Aegyptiacis sacris, induxisset.

Acceptos] Suos colere, non quos a Senatu et sacerdotibus acceperint. Legitur etiam *non Patribus, non sacerdotibus acceptos.*

Paruerint] Cives legem meam probarint. Legunt alii *parueritis.*

Magos Persarum] Hac de re consulendus *Herodotus* est. Magi autem apud Persas, philosophi sunt ac sacerdotes, quorum auctor Zoroaster fuit. Persae porro nec aras, nec simulacra, nec delubra aedificabant: sed celsissimis quibusque in jugis victimas immolabant.

Templa Graeciae] Id *Aeschylus* in Persis conqueritur:

Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ' οὐ θεῶν βρέτη
Ἠιδοῦντο συλᾷν οὐδὲ πιμπράναι νεώς.
Βωμοὶ δ' ἄϊστοι δαιμόνων θ' ἱδρύματα
Πρόῤῥιζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων.

Et *Cicero* etiam significat lib. I. de Nat. Deor. [cap. 41.] *Non eum qui sustulerit omnem funditus religionem, nec manibus ut Xerxes, sed rationibus Deorum immortalium templa et aras everterit.* [Similia leguntur in Ciceronis de re publica libr. III. cap. 9. *Cr.*]

CAP. XI. *A Pythagora*] Hanc Pythagorae sententiam Plutarchus in libello de superstitione sic refert. *Καὶ ὅλως ὑποδείκνυσι τὸν Πυθαγόρου λόγον φλυαρὸν εἰπόντος, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες. Omninoque Pythagorae sententiam ineptam ostendit, censentis tum demum nos optimos esse cum rebus divinis operam daremus.* Et in

libro de Defectu oraculorum. Ὥστε κατὰ κράτος ἐξελέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν εἰπόντα, βελτίστους γίνεσθαι ἑαυτῶν ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσι. Id est, *Ut modis omnibus Pythagoras convincatur, qui pietatem in hominibus maxime versari dixit, cum ad Deos accederent.* Seneca: *Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum, Deorumque simulachra ex vicino cernentibus, et alicujus oraculi operientibus vocem.*

Et quod Thales] Scilicet dixit. Hanc Thaletis opinionem sic explicat *Themistius* in librum primum de Animo: Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τις δόξα παρὰ τὰς εἰρημένας περὶ ψυχῆς, ἐν παντὶ τῷ ὄντι μεμίχθαι λέγουσα τὴν ψυχήν, καὶ διὰ παντὸς διήκειν τοῦ κόσμου, καὶ πᾶν αὐτοῦ μορίον ἔμψυχον εἶναι· διὰ γὰρ ταύτην τὴν δόξαν καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ,

— Μεσταὶ καὶ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί.

Id est, *Est et alia quaedam de animo praeter eas quas memoravimus opinio, quae omnibus naturis immixtum esse animum tradit, perque mundum omnem pertinere, cujus partes omnes animatae sint: quae quidem Thalem impulit, ut existimaret, omnia Deorum plena esse. Ejusdem generis et illud,*

Jupiter omne replet trivium, fora cuncta referta
Sunt Jove.

In oculis] Opinione enim quadam hominum non tantum Deus mente percipitur, verum etiam oculis ejus species quodammodo usurpatur, ut proinde templa et simulachra haberi debeant.

Eandem rationem] Quam delubra in urbibus, ut augeatur pietas in Deos.

Religio Larum] *Parum* in veteri, sed *Larum* ex lege emendavi, cum *patrum* vitiose in excusis legeretur. Compitalibus autem rem divinam Laribus faciebant, quibus tot pilae quot capita servorum erant, et tot effigies quot essent liberi in familia, a patribus familias poni solebant. *Cato* de Villico [R. R. cap. 5.] *Rem divinam, nisi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat.* Servius autem Tullius, ut *Plinius* scribit [H. N. lib. xxxvi. §. 70.] primus compitalia et ludos Laribus instituit. Romae autem compitalitios ludos facere solebant, ut *Cicero* scribit, magistri vicorum.

Ritus familiae] In sacrificiis privatis et compitalitiis, quo ritu et modo familia solita sit rem divinam facere atque adeo in omnibus sacris privatis. [» *Iam ritus familiae patrumque servare id est (quoniam antiquitas proxime accedit*

ad Deos, Cannegieter l. l. Divi enim sunt patres, id est proavi, lares) a Diis quasi traditam religionem tueri.« Ego cum verbis: *quoniam — ad Deos* confero Cicer. Tuscull. I. 12.: — »omni antiquitate, *quae, quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebat.*« *Cr.*]

Herculem] Romulus sacra Herculis ab Evandro instituta suscepit, et Herculi ritu Graeco sacra fieri voluit, *fautor immortalitatis virtute partae, ad quam eum sua fata ducebant*, ut ait *Livius* [I, 7.]. Athenienses autem, ut *Aristides* scribit [Tom. II, pag. 120.], primi omnium Herculem colere consecrareque caeperunt.

Fortium bonorumque] *Cicero* de Natura Deorum lib. III. *Nonne mavis illud credere quod probari potest, animos praeclarorum hominum, quales isti Tyndaridae fuerunt, divinos esse et aeternos?* Et lib. vi. de Repub. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in caelo ac definitum locum, ubi beati aevo perpetuo fruantur.*

Bene vero, quod] *Cicero* lib. II. de Natura Deorum [cap. 23.] *Tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides, ut Mens: quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Aemilio Scauro: ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiae? Libertatis? Victoriae? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen invenit.* Attilius autem Glabrio Pietati aedem construxit.

Consecratur manu] Vel quod in consecratione templorum manu postis tenebatur. *Livius* lib. II. de dedicatione Capitolini templi [cap. 8.] *Postem jam tenenti consuli foedum inter precationem Deûm nuncium incutiunt.* *Cicero* pro domo [cap. 46.] *Postem teneri oportere in dedicatione templi videor audisse.* Vel quod templa manu, id est, opere manu facto, ponebantur: quod verius puto: cujusmodi illud *Maronis* est [Georg. II, 156.]

Tot congesta manu praeruptis oppida saxis.

[Cannegieter de Notis p. 336.: »Frigida videntur quae in medium proferunt, qui manu vindicare student. Unam *M* positam fuisse suspicor, denotat autem littera haec et *manum* et *memoriam*. Praeferam ergo *memoria*, vel *in memoria*. Sacrosancta habetur in memoria hominum.« Quid

alii tentaverint supra expositum est in annott. Ego h. l. laudo mihi Goerenzii modestiam. *Cr.*]

Nam illud vitiosum] Ante haec verba quiddam deesse perspicuum est, quod ex Lactantio patet. Is enim libro primo cap. 20. sic ait, *Magnum Cicero audaxque consilium suscepisse Graeciam dicit, quod Cupidinum et Amorum simulachra in gymnasiis consecrasset. Adulatus est videlicet Attico, et hominem irrisit familiarem.* Deinde subdit, *Virtutes enim oportere non vitia consecrari.* Quae manifestum est hoc Ciceronis loco citari.

Cylonio scelere] Historiam ita scribit *Thucydides* lib. I. *Cylon quidam Atheniensis fuit Olympionices, vetusta nobilitate, magnaque potentia. Ipsi Delphis oraculum consulenti respondit Deus, uti maximis Jovis feriis Athenarum arcem occuparet. Is postquam Olympia quae in Peloponneso celebrantur advenere, arcem invasit. Quod ubi cognitum est, Athenienses ex agris populariter in eum ad opem urbi ferendam concurrerunt, ac sedentes juxta obsederunt. Caeterum qui cum Cylone obsessi erant, et ab annona et ab aqua misere conflictabantur. Cylon igitur ejusque frater clam fugam faciunt: reliqui ad aram, quae in arce erat, supplices consident: quos sedibus extractos Atheniensium custodes, ut in aede jamjamque animam acturos viderunt, ne quid sceleris admitterent, extra abductos obtruncarunt; sed et quosdam, qui ad Eumenidum aras consederant, in transitu jugularunt. Inde piaculares Deaeque sacri ipsi posterique eorum vocati sunt. Igitur et Athenienses illos exegerunt, et Lacedaemonius postea Cleomenes cum Atheniensibus per seditionem; vivosque non solum pepulere, sed et sublata mortuorum ossa abjecere.* Caeterum Epimenides Athenas scelere Cylonio expiavit xliv. Olympidae. Hujus rei sic meminit primo leg. Plato [pag. 572.] *Τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας, ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος, ὃς ἦν ἡμῖν οἰκεῖος, ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μαντείαν, θυσίας ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ Θεὸς ἀνεῖλεν* etc. *Sic etenim forte inaudisti, Epimenidem, qui ex nostra familia fuit, virum fuisse divinum, cum vero decem ante res Persicas annis, ad vos profectum, ex Dei oraculo sacra qaaedam obiisse.* Fuisse porro apud Athenienses Contumeliae et Impudentiae aras, *Zenobius* in proverbio *Dea Impudentia* sic declarat, *Φησὶ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ νόμων, Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι βωμούς.* Id est, *Theophrastus in libro de leg. apud Athenienses Contumeliae et Impudentiae aras esse prodit.* Lustravit autem non solum Athenas, verum etiam alias multas urbes Epimenides, si *Pausaniae* fides habenda est.

Araque Vetus] Romani non virtutes solum, verum etiam vitia colebant, dum illa placata volunt. *Plinius* lib. II. [§. 5.] *Ideoque etiam publice Febris fanum in Palatio dicatum est: Orbonae* (ea Dea orbis liberis praeest, ut *Arnobius* [lib. IV. p. 131.] ait) *ad aedem Larium ara: et Malae Fortunae Exquiliis. Cicero* lib. II. de Nat. Deor. [cap. 23.] *Quo ex genere Cupidinis et Voluptatis et Libentinae Veneris vocabula consecrata sunt vitiosarum rerum, neque naturalium.* Idem lib. III. de Natura Deorum. *Febris enim fanum in Palatio ad aedem Larum, et aedem Malae Fortunae Exquiliis consecratam videmus.* [*Araque vetus.* Cannegieter l. l. »Contextus postulat: *ara quidem vetus.*« Alia et graviora ulcera latebant in h. l. de quibus vid. annott. *Cr.*]

Detestatque] Et vetus scriptura est. Fortasse legendum est *detestataque omnia* perpessionis significatione; ut apud *Horatium* [Epod. XVI, 8.]

Parentibusque abominatus Annibal.

Iterum [lib. I. Od. I, 24.]

Bellaque matribus
Detestata.

Nam in loco tam vitioso aliud comminisci non possum. Quidam delendum putant ut irreptitium: quod tamen temere faciendum non censeam. [Cannegieter l. l. conjicit: »*Detestanda quidem haec, et omnia ejusmodi repudianda sunt.*« — Viden' quantopere delectetur ista particula *quidem* hic vir doctus! *Cr.*]

Statassandi] Hic conjectore Oedipo opus fuerit, qui Sphingi interpres fuit. Nam quis unquam fando hoc verbi audivit? Equidem legendum censeam, *Casta sunt diis*, vel *Stata sunt diis*, ut nomina illis decora intelligamus, quae a potiundo vel vincendo ducuntur. A potiundo, ut omnipotens, bellipotens, maris potens. Nam *posse* et *potiri* eandem prope vim habent. [Cannegieter l. l.: »Quid si rescribamus? *Statae, standique cognomina.* Festo teste *Statae Matris* simulacrum in foro primum, dein in quibusque Romae vicis cultum fuit. *Standi* cognomen *Iovi Statori* datum, ipse indicat Auctor.« *Cr.*]

Cognominaque] Statori Jovi aedem vovit Romulus. Auctor *Livius* [II, 12.]. Caeterum a Romulo, ut *Livius* scribit, fanum tantum, id est, locus templo effatus jam sacratus fuerat: Acilio demum consule, bis Rep. voti damnata, Jovi Statori aedes facta est. Jupiter invictus Romae colebatur. Ovidius lib. VI. Fast. [vs. 650.]

Salutis] Earum omnium rerum expetendarum Romae templa erant. [»*A Calatino Spes consecrata est*« Ernesti

in Clav. Cic. »M. Attilius *Calatinus*, Nat. D. II. 23. Fidem dedicat.« Scribe: *A. Atilius* Calatinus — *Spem* dedicat. »De hoc vitio dictum est in annott. ad Cic. l. l. p. 297. ed. Moseri et nostr. Illud alterum sustulit *Gernhard* V. D. ad Cic. de Senect. XVII. 61. p. 119. haec verba: »Quanta fuit in L. Caecilio Metello! (auctoritas) quanta in Atilio Calatino!« Atque Fastis Capitolinis, quos ibidem recte consuluit hic vir doctus, suffragatur ipse Cicero initio librorum de *Re Publ.* » — nec G. Duelius, *Aulus* Atilius, L. Metellus terrore Karthaginis« Ernestum in errorem traduxisse videtur Jac. Perizonius, qui, cum in Animadvv. Hist. cap. 1. p. 27. ed. Harles. docte de Atiliis exposuerit, in ejus tamen viri praenomine lapsus est. De rebus ejusdem vid. Polyb. I, 24. p. 61. Schwgh. itemque I. 38. p. 97. Ciceron. pro Planc. cap. 25. et Aurel. Vict. de viris illustrr. cap. 39. *Cr.*]

Hujusce diei] Catulus, ut *Plutarchus* in Mario scribit, bello Cimbrico aedem vovit Fortunae hujusce diei. Ejus verba sunt, *Εὔξατο δὲ καὶ Κάτλος ὁμοίως ἀνασχὼν τάς χεῖρας καθιερώσειν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Vovit Catulus etiam sublatis manibus se consecraturum Fortunam illius diei.* Quod si valet in omnes dies fortunae potestas, non potest reprehendi consecratio fortunae potestas hujusce diei.

Vel Respiciens] Respicientis fortunae aedes Romae fuit juxta templum Jovis victoris. Respiciens dicitur, quae nos respicit, ut opem ferat. Ad respicientem fortunam venuste sic in Captivis allusit Plautus [Act. iv. Sc. II, 54.] he. *Respice.* er. *Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet, Hoc me jubes.*

Fors] Fortis Fortunae aedes fuit trans Tyberim, ut *Donatus* ait, ejusque diem festum colebant, qui sine arte vivebant. Ei etiam grates agebant, quibus aliquid successerat. *Terentius* [Phorm. Act. v. Sc. vi, 1.]

O Fortuna, O Fors Fortuna.

Columella [lib. x. pag. 352. ed. Gryph.]

Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes.

Eo igitur vocabulo significatur magna vis fortunae et incerti casus. *Plutarchus: Τὴν δὲ πρὸς τῷ ποταμῷ τύχην ἣν φόρτεμ καλοῦσιν ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρὰν ἢ ἀριστευτικὴν ἢ ἀνδρείαν, ὡς τὸ νικητικὸν κράτος ἁπάντων ἔχουσαν καὶ τόν γε νεὼν αὐτῆς ἐν τοῖς ὑπὸ Καίσαρος τῷ δήμῳ καταλειφθεῖσι κήποις ᾠκοδόμησαν. Livius* [lib. x. cap. 46.] scribit Carvilium consulem *aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locasse.*

Primigenia] Romae in colle Quirinali aedem fuisse Primigeniae fortunae relatum est. *Plutarchus* in Capitolio scribit Primigeniae fortunae a Servio delubrum consecratum.

Ἐν Καπιτωλίῳ τὸ τῆς πριμιγενίας λεγομένης, ὃ πρωτογόνου τις ἂν ἑρμηνεύσειεν, ἱδρύσατο οὖν τύχης ἱερόν.

A gignendo comes] Quae nos a primo ortu comitatur. Sic enim legendum puto ex veteri libro, et Plutarchi interpretatione. [Cannegieter l. l.: »*Primigeniam a gignendo comes tum.* Restituo *Primigenia, a gignendo cognominata.*« — Istiusmodi medela eum locum majore vulnere hiantem persanari posse nego. Quid ipse tentaverim vid. in Annott. *Cr.*]

CAP. XII. *Tum feriarum*] Festi dies latius quam feriae patent: cum ludi festi dies sint, non tamen feriae. Itaque speciei genus adjunxit, cum de feriis tamen tantum intelligat, de quibus lex cavet.

Litium] Ut convitiis, jurgiis, litibus, maledictis sese abstineant: sed nec feriis diebusque festis jus dicebatur.

Quod tempus] Diligenter habenda ratio intercalandi anni. Intercalatio etenim in sacris ad duo confert: tum ut feriae anniversario et suo tempore redeant, tum ut libamenta, quae feriis quibusque offerenda sunt, suo tempore habeantur. Nam per imperitiam intercalandi, et libidinem Pontificum aestivae interdum feriae, hyemales fiebant: et hybernae, aestivae: nec tum propria reperiri libamenta poterant. Qua de re consulito *Macrobium* lib. I. capp. 13, 14. Anno autem nondum correcto a Julio Caesare (haec enim ante bellum civile scripta sunt post lib. de Rep.) alternis annis mensis intercalaris interponebatur, ut lunae cursus qui menses metiebatur, cum sole congrueret. Hic quidam *ad quod tempus* legunt, quod non perinde probo. [*Quas* (ferias) *compositor anni conferre debet et ad perfectionem operum rusticorum: quod tempus* ... Cannegieter l.l.: »*Et* vel *etiam* huc non convenit, adhaesisse perperam opinor ex praecedenti *debet*. Pro *quod tempus* malim *in quod tempus*, repetito *in* ex praecedentis *rusticorum* littera ultima. Ad id tempus vult ferias conferri, quo consummata sunt et perfecta opera rustica.« *Cr.*]

Libamenta] Vetus liber *liberamenta* habet, ut liberata et seposita intelligamus, ut supra *publice liberanto*. *Libamenta* tamen et *libanto* malim.

A Numa] Nam Valerius Antias Numam primum auctorem intercalationis fuisse sacrorum causa ait: Junius Servium regem: Tuditanus decemviros. Astipulatur Cicero Antiati, ut Livius, qui quidem ita scribit: *Atque omnium primum ad cursum lunae in duodecim menses describit annum: quem, quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet, desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendo ita dispensavit, ut vigesimo quarto quoque anno ad metam eandem solis, unde orsi*

essent, plenis annorum omnium spatiis dies congruerent. Numa etiam Janum geminum dedicarat, cujus effigies digitis ita compositis erat, ut CCCLXV. dierum notas haberet.

Cui majoribus] Ut Neptuno taurus major hostia immolatur: Robigo, lactens catellus: (*Suovetaurilia* etiam *lactentia* apud *Catonem* [R. R. cap. 141.] fiunt.) Matri Deûm, femina ut porca: Libero patri mas, ut hircus. *Arnobius* [lib. VII. pag. 282.] *Quae est enim causa* (*requiram ut eadem rursus*) *ut ille tauris Deus, haedis alius honoretur aut ovibus, hic lactentibus porculis, alter intonsis agnis, hic virginibus buculis, capris ille cornutis, hic sterilibus vacculis, ut ille ingentibus scrophis, hic albentibus, ille atris, alter foeminei generis, alter vero animantibus masculinis?* Major hostia lactenti opponitur, quae adolevit, ut homines majores et minores ab aetate dici solent.

Cui maribus] *Arnobius* [lib. VII. pag. 282.] ait, maribus mares hostias, feminis feminas immolatas fuisse.

Respondendis juris] Juris Pontificii respondendi munus ad Pontifices solos pertinebat: iidem etiam de jure civili respondebant, nec soli tantum. Sed et Pontifices de religione et caerimoniis, et alii sacerdotes de jure suarum caerimoniarum et sacrorum singuli respondebant.

Confitendarum] Illa descriptio sacerdotum ad confessionem religionum impellet. [Cannegieter de Notis p. 337: »*Plures autem deorum omnium*, qui sunt quasi generales, universorum sacrorum ministri, *singuli singulorum* Deorum, speciales quasi, *sacerdotes, et respondendi juris*, hoc est, interpretandi fatidicorum, et vatum effata incognita, *et conficiendarum* (sic lego pro *confitendarum*, aut *conferendarum*, quae sunt in aliis, adjutus auctoritate libri veteris, qui habet *confitiendorum*) *religionum*, id est, quo modo religiones, caerimonias, puta et sacra, conficere oporteat, *facultatem afferunt.* Confer ipsam de his legem in cap. 8. praecedenti.« In *conficiendarum* assentientem habet Wyttenbachium alios, quos vid. in annott. nostris. Et *justa confecta* legimus infra II. 25. 64. Scripturam quod attinet: similiter in marmoribus obvium *contio* pro *concio.* Vid. Gruter. thes. p. 506, 507. Nec aliter cod. Vatic. de republica I. 4. init: *in contione*, et contra idem ibid. cap. medio *condicionem*, ne plura congeram in re satis vulgata. *Cr.*]

Cumque Vesta] Vesta a Graecis Ἑστία dicitur: quae dictio ἐσχάραν quoque, id est, focum significat. Idem fere *Cicero* lib. II. de Nat. Deor. [cap. 27.] *Nam Vestae nomen a Graecis: ea est enim quae ab illis Ἑστία dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos pertinet. Itaque in ea Dea, quae*

est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est. [Cannegieter l. l.: »*Cumque Vesta consepta sit* — Ego Tullium scripsisse puto: *Vesta c. o. recepta sit.* Probus auctor est C. O. designare *civitas omnis.* Rectissime autem, ac vere civitate omni receptam dicit Vestam, quam quippe Romani omnes soliti fuerunt, in atrio, id est, in *vestibulo* habere, id quod exinde nomen suum accepit, cui sacrificium quotidie facerent, collocata ibidem ara Vestae, teste Eugraphio ad Terent. Andr. Act. 4. Sc. 3. vs. 11.« *Cr.*]

Focum] Ut enim focus est privatus, ita focum quendam urbis esse voluerunt: ideoque *Dionysius* vocat ἑστίαν κοινὴν τῆς πόλεως.

Nomen] Vesta enim a Graeco verbo ἑστία, aspiratione in vau mutata, quod in lingua latina rarum non est.

Virgines] Quatuor initio erant Vestales, postea sex. Inextinctum custodiebant ignem Romae, ut aeternus in Graecia prytaneis servabatur. Is tamen quotannis mense Martio Romae accendi solebat. *Macrobius* [Saturn. lib. I. cap. 12.] *Hujus etiam die prima, ignem novum Vestae aris accendebant, ut incipiente anno, cura denuo servandi novati ignis inciperet.*

Castitatem peti] Castitas enim Vestalium exemplo est etiam aliis mulieribus, ut pudicitiam tueri velint. In libro scripto est *omnem castitatem pati:* quae scriptura, si cui forte probatur, hunc sensum habebit, naturam foeminarum non tantum castitatis matronalis, sed etiam virginalis capacem esse. [Cannegieter l. l.: »*Sentiant mulieres, in natura feminarum omnem castitatem pati.* Emendo *poni*, aut ex aliorum crisi *peti.*« Ego facio cum Goerenzio etiam hac insuper commotus causa, quod *pati* de feminis contraria sententia usurpari solet (vid. modo Burmann. ad Petron. Satyr. cap. 25. p. 84) adeoque in hoc usu Ciceroniano haud mediocris inest elegantia. *Cr.*]

Statum] Nam ita Reipub. statum constituit et temperat, ut populus in potestate optimatum sit, cum semper legibus suis confirmet auctoritatem Senatus et Optimatum. Ut lib. III. *Sed praesto est hujus vitii temperatio, quod Senatus lege nostra confirmatur auctoritas.* Iterum: *Nam ita se res habet, ut si Senatus dominus sit publici consilii, quodque is decreverit, defendant omnes, et si ordines reliqui principis ordinis consilio Remp. gubernari velint, possit ex temperatione juris, cum potestas in populo, auctoritas in Senatu sit, teneri ille moderatus et concors civitatis status.* Optimates autem et Patricii sacerdotia gerebant.

Religioni] Privato sacro et familiari. Itaque quo modo

et ritu privatim sacris operandum sit, consulendi sacerdotes sunt.

Continet enim rempublicam] Statum civitatis id maxime continet. Pontifices autem et sacerdotes ex optimatibus sunt et principibus civitatis, cum ex senatoribus creentur: et lege Romuli sacra et auspicia tantum erant penes patricios, quanquam postea plebeiis promiscua facta, senatoribus tamen et optimatibus. [Cannegieter l. l.: »Ita substituo, ac distinguo: *Conducet enim reipublicae, consilio et auct. opt. semp. pop. ind.* Accipio de Senatusconsultis de religione, veluti de inspiciendis libris fatidicis, adoptandis Diis peregrinis, aliisque, latis.« *Cr.*]

Placandos] Ut Pontifices et flamines, qui rem divinam faciebant.

Interpretanda alii praedicta] Ut Decemviri libris Sibyllinis praefecti, qui postea XV. fuerunt. *Horatius:*

Quindecim Diana preces virorum
Curet.

Neque multorum] Multa sunt etenim vaticinandi genera, quae nunquam pop. Rom. probavit: ut Chiromantia, Lecanomantia, Pyromantia, Geomantia, aliaque hujusmodi. Praedictiones autem vatum nemo extra collegium verbi gratia Decemvirûm noverat. Sic extra collegium augurum nemo auspicia interpretabatur. *Cicero* in Antonium: *Sed augur verecundus sine collegis de auspiciis non interpretatur.*

Jus] Potestas et munus augurum, qui initio tres fuere, ut tres antiquae tribus, Rhamnenses, Titienses, Luceres, suum quaeque augurem haberent. Postea numero multiplicati sunt, ita tamen ut semper impares essent.

Sum augur] Cicero ab exilio reversus, nominatione Hortensii in augurum collegium cooptatus fuit.

Imperiis] A summis magistratibus, ut consulibus.

Instituta] Incepta et inchoata.

Comitiatus] Verbo prisco comitia. Messala apud *Gellium* [xiii, 14.] *Cos. ab omnibus magistratibus et comitiatum et concionem avocare potest: praetor et comitiatum et concionem usquequaque avocare potest, nisi a Cos.*

Concilia] Laelius Felix apud Gellium [xv, 27.] sic ait, *Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet.* In omnibus autem conciliis et comitiis augur praesto erat magistratui, omniaque ista augurato fiebant. *Varro* [L. L. lib. V. §. 9.] *Augur consuli adest tum cum exercitus imperatur, ac praeit quid eum oporteat dicere: consul auguri imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso aut praeconi.* Sed et impediebat augur rem nunciatione.

Alium dixerit] Subaudi diem. Augur dirimebat comitia *alio die* nuncians. Itaque hic libentius *alio die* legerim. *Cicero* II. Philipp. [cap. 33.] *Confecto negotio bonus augur, Laelium diceres, Alio die, inquit.* Rursus: *Si nihil est, cum augur his verbis nunciat, quibus nunciasti, confitere te, cum Alio die dixeris, sobrium non fuisse.* Simile videri potest illud *Plauti* in Poenul. [Act. II. vs. 52.]

Et res serias
Omnes extollo ex hoc die in alium diem.

Se abdicent] *Cicero* lib. II. de Nat. Deor. de Tiberio Graccho [cap. 4.] *Post autem e provincia literas ad collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse vitio sibi captum tabernaculum fuisse in hortis Scipionis: quod cum pomoerium postea intrasset habendi senatus causa, in redeundo, cum idem pomoerium transisset, auspicari esset oblitus. Itaque vitio creatos Consules esse. Augures rem ad senatum: senatus ut abdicarent Coss. Abdicaverunt.* Sic apud Livium tribuni quidam vitio creati magistratu se abdicant.

Agendi] Nam augurato id fiebat. Itaque cum secunda auspicia, vel silentium erat, jus erat agendi: sin vitium intervenisset, ut si Jupiter fulsisset aut tonuisset, jus non erat.

Vel etiam] Hic pro *etiam* nomen alicujus legis, quae decreto collegii augurum abrogata fuerit, desiderari videtur. Haud scio an *Sulpitiam* optime legamus: vel *etiam* conjunctio sit, intelligamusque collegii decreto etiam leges tolli. Deesse tamen nomen omnino aliquod potius putem, quod in *etiam* depravatum sit. Fortasse non male *Titiam* hic reponas. Nam Titius trib. pl. seditiosus legem Agrariam tulerat; auctor *Valerius Maximus* [lib. VIII. cap. 1.]. [Cannegieter l. l.: »*Ut Tetiam decreto collegii.* Mira hic fingunt interpretes. Parenthesi haec includo, et repono: *ut taceam decreta collegii.*« Mihi unice placet palmaria Turnebi conjectura. *Cr.*]

Livias] Philippus Cos. inimicus Liv. Druso, obtinuit a Senatu, ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur: decretum est enim contra auspicia esse latas, neque iis teneri populum. Asconius auctor.

Nihil domi] In urbe. Pro *militiae* vetus liber habet *familiae*, quod mihi non probatur.

CAP. XIII. *Inter Marcellum et*] Appius Pulcher de Augurali disciplina ad Ciceronem scripserat. *Cicero* in Epistolis [lib. III. Fam. Ep. 4.] *Quod egomet multis argumentis jam antea judicaram, maximeque illo libro Augurali, quem ad me amantissime scriptum suavissimum misisti.* Idem manes elicere et consulere solebat. *Cicero* [Tusc. I, 16.] *Inde ea quae meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat.* Et

apud *Lucanum* lib. V. oraculum Delphicum consulit, quod consuli jam desierat, et ad cortinam invitam mittit Pythiam. Eum, cum augurii consultissimus esset, collegae irridebant, Pisidamque et Soranum augurem esse dicebant: hic autem cum Marcello in auguratu Collega Ciceronis fuit. *Cicero* lib. II. de Divin. [cap. 35.] *Equidem assentior C. Marcello potius, quam Appio Claudio, qui ambo mei collegae fuerunt, existimoque jus augurum etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea Reipub. causa reservatum ac retentum.* Marcellus etiam de augurali disciplina scripserat, ut ex hoc loco apparet.

Alteri] Marcello, qui nullam credebat unquam divinandi scientiam in collegio augurum fuisse: verumtamen magnas eo in collegio utilitates Reipub. constitutas esse, objecta religionis opinione popularibus, et obnuntiatione diremptis saepe comitiis. Eodem modo Cicero Aruspicinam scribit lib. II. de divinatione Reip. causa et communis religionis esse colendam; ac libro eodem assentitur potius Marcello quam Appio: hic contra.

Alteri disciplina] Appio videatur inesse disciplina divinandi in auguralibus signis et auspiciis. [Cannegieter l. l.: »*quasi divinare videatur prorsus posse.* Quis ambigat ita praestare? *quasi divina res videatur prorsus* esse.« *Cr.*]

Quid sentias] Epicurus omnem divinationem sustulit. Proinde Epicureus Atticus de Divinatione ambigit et dubitat.

Divinationem] Cujus multae sunt species. Divinationis autem divisio ex libro primo de Divinatione cognosci potest. Cum autem tam obfirmate hic asseveret divinationem, ita tamen contra eam libro posteriore de Divinatione dissereț, ut eam funditus tollere videatur.

Caeterisque signis] Signa observabantur, e coelo, ex avibus, tripudiis, quadrupedibus, et diris.

Quod cum] Argumenta sunt Stoica quibus divinatio probatur: ea a Cicerone in libris de Divinat. prolixius explicantur.

Efficitur] Ex quibus Philosophi argumentari et concludere solent divinationem esse.

Neque enim Polyidi] Quidam *Polletis* hic legunt, qui sequi *Suidam* videntur, qui *Polleta* quendam scripsisse ἐνόδιον οἰώνισμα, quasi tu *viatorium augurium* dicas, prodit. Et rursum quendam ejusdem nominis, qui οἰωνοσκοπικά, id est, *auguralia* conscripserit. Ciceronem tamen *Polyidi* scripsisse contenderim, etiam suffragante veteri libro. Hujus siquidem Homerus, ut optimi vatis, Iliad. N. [666.] meminit,

Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ Πολυΐδου μάντιος υἱός,
Ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, Κορίνθοθι οἴκια ναίων.

Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.
Quidam erat Euchenor Polyido vate creatus,
Strenuus ac dives, qui Ephyrae possederat aedes.
Tristifici is gnarus fati conscenderat aequor:
Saepe sagax nam dixit ei senior Polyidus,
Vel fore uti morbis occumbat in aedibus aeger,
Vel cadat ad Danaûm Trojano Marte carinas.

Enimvero hujus ut hoc libro, sic in I. de Divinat. [cap. 40.] Cicero etiam meminit: *Quid Polyidum Corinthium? nonne Homerus et aliis multa, et filio ad Trojam proficiscenti mortem praedixisse commemorat?* Et Lucianus [Diss. cum Hesiodo Tom. II. p. 487.] *Ἀλλὰ τὸ μέρος τοῦτο πᾶν λήθῃ παραδέδωκας, οὐδαμῶς τῆς ποιήσεως ἢ Κάλχαντα, ἢ τὸν Τήλεφον, ἢ τὸν Πολύϊδον, ἢ τὸν Φινέα μιμησάμενος. Verum hanc quidem totam partem oblivioni tradidisti, in nullo poeseos loco vel Calchantem, vel Telephum, vel Polyidum, vel Phineum imitatus.*

Melampodis] Melampus vaticinationis prudentissimus fuit. Hinc Paroemia, *Symbolum Melampode vel Pollete eget.* Nam hi in conjectandis futuris sagacissimi fuerunt. Melampus autem ex eo vocatus fuit quod, cum expositus fuisset a matre et in densis arboribus depositus, ejus pedes extra opacum extantes atri redditi sint solis calore. Is cum catuli draconis, quem interfectum sepelierat, circumlinxissent ejus aures, ad divinationem instinctus fuit, et vates optimus habitus est.

Mopsi] Mopsus vates egregius, Ampyci ex Chloride filius, ut ait interpres Apollonii: a quo proverbium, *Mopso certior.* De eo ita scribit *Apollonius* [Argon. lib. I, 65.]

Ἦλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν περὶ πάντων
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν. Id est,
Venit et Ampycides Mopsus, Latonius ultra
Omnes edocuit quem praepetis omnia pennae.

Hunc et Amphilochum Argivorum reges fuisse scribit *Cicero* lib. I. de Divin. [cap. 40.]. Amphiaraus, Calchas et Helenus omnibus noti sunt.

Arabum, Phrygum] *Cicero* lib. I. de Divinat. [cap. 41.] *Phryges autem et Pisidae et Cilices et Arabum natio, avium significationibus plurimum obtemperant: quod idem factitatum in Umbria scimus.* Hi omnes populi, praeter Arabes, inter se in Asia finitimi sunt. Lycaonas autem vocat eos qui Lycaoniam incolunt, quae regio Ciliciae, Pisidiae, Galatiae.

et Cappadociae finitima est. Phryges autem augurii inventores fuerunt.

Nec vero Romulus] Extant hodieque versus *Ennii* in primo de Divinatione [cap. 48.] quibus augurium Romuli in condenda urbe describitur.

Curantes magna cum cura, concupientes
Regni, dant operam simul auspicio augurioque.
Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam
Solus avem servat: at Romulus pulcher in alto
Quaerit Aventino servans genus altivolantum.
Certabant urbem Romamne Remamne vocarent:
Omnis cura viris uter esset induperator.

Accii Navii] In veteri libro *Attii Navii*, quod malo. *Dionysius* Attium Nevium vocat. Alii Atium jam scribunt. Hujus et *Livius* libro primo, et *Cicero* de Divinatione meminerunt.

Disciplina] *Cicero* eadem de re lib. II. de Natura Deorum. *Sed negligentia nobilitatis Augurii disciplina omissa, veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta.*

Itaque neque illi] Marcellus negabat divinandi scientiam in augurum collegio unquam fuisse: Appius etiam aetate sua esse affirmabat, cum tamen exolevisset, et ignoraretur.

Ad tempus] Nam ad tempus Reipub. semper comparatum augurum collegium existimabat Marcellus, non ad agendi consilium, quod servando de caelo auspicandoque dies vitiare, et concilia et comitia dirimere solerent ex Reipub. usu, et religionem animis objicere. Nam sic *tempus* a Cicerone saepe usurpatur: ut pro domo [cap. xi.] *Neque ille tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus, quae meum tempus postularet, satis prolixe mihi polliceretur.* Item, *Qui cum me non repentinum aliquod meum tempus, sed veteres multo ante suscepti et provisi laborecet.*

Agendi consilium] Ad explorandam signis et auspiciis voluntatem Deorum in rebus agendis, consilioque ex scientia augurali, et divinatione imperiis et potestatibus dando. Itaque si ad agendi consilium pertinebat, erat in ea divinandi quaedam disciplina.

Cap. XIV, *Sequitur de jure*] Jus fetialium significat ab Anco constitutum, ut vult *Livius*, cum jam tamen a Numa ante collegium fetialium institutum esset, si *Dionysio* credimus.

Jus ut] Ut justa piaque bella suscipiantur, non ex libidine, neque rebus non repetitis.

Aruspicum] In impetrandis consulendisque rebus per exta, diisque placandis, in interpretandis prodigiis et monstris procurandis, in obstitis et fulguribus expiandis.

Expiationem] De piacularibus sacris et hostiis quando erratum, aut peccatum est, aut violatum quid, aut pollutum, aut fulmine quid tactum.

De procuratione] De procurandis sacrificio aliquo monstris: ad monstra enim procuratio pertinet.

In religione] Cui parendum potius quam contradicendum est: quod alioqui ab Epicureo non admodum religioso dicitur.

Excepto sacrificio] Bonae Deae, quod pro populo fiebat a Vestalibus noctu. [Cf. Ciceronem, vel si quis alius ejus orationis auctor est, de Harusp. respons. cap. 17. §. 37. Caeterum hanc de sacris nocturnis legem alii Regibus tribuerunt, alii Decemviris, sive XII. tabulis. Cf. Dirksen. Versuche z. Krit. der Quell. d. Roem. Rechts p. 263. *Cr.*]

Iacchus Eumolpidaeque] Eumolpus Eleusinius Musaei poetae filius, Orphei discipulus, versificator fuit. Hic initiandi ritum invenit, et de sacris Cereris et mysteriis conscripsit. Ab eo Eumolpidae, mysteriorum illorum sacerdotes, vocantur. Per Iacchum vero initia intelligit, in quibus etiam Iacchus, id est, Liber colebatur. *Cicero* lib. II. de Nat. Deor. [cap. 24.] *Hunc dico Liberum Semele natum: non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt, quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest.* Atque erat initiatorum vox *ἴακχ' ὦ ἴακχε*, ut est apud *Aristophanem* in Ranis. Alii interpretantur *ἴακχον* hymnum in Liberum patrem et canticum. Ac sane illud canticum illamque vocem initiatorum Cicero intelligere videtur. Interpres *Aristophanis* [ad Ranas vs. 326.] *Ἐγκάς*, inquit, dies unus mysteriorum erat, in quo *Ἴακχον* canebant.

Nostri] Sic liber scriptus, quod si probatur, etiam Cicero initiatus fuit: quod suspicari quis ex prima Tusculana posset [cap. 13.] ubi ait, *Reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis, tum denique quam hoc late pateat intelliges.* Nam quae tradantur mysteriis nisi initiatus scire non potuisset: sed et de se Atticus et Cicerone mox dicere videtur, *Excipis, credo, illa quibus ipsi initiati sumus.* Quinetiam Romae initiari Cereri solebant, non tamen noctu. Nam Romani mysteria Cereris susceperant. *Cicero* in Verrem [lib. v. cap. 72.] *Teque Ceres et Libera, quarum sacra, sicut opiniones hominum et religiones ferunt, longe maximis atque occultissimis caerimoniis continentur: a quibus initia vitae atque victus, legum, morum, consuetudinis, humanitatis exempla hominibus et civitatibus data ac dispertita esse dicuntur: quarum sacra populus Romanus a Graecis accepta et ascita, tanta religione et publice et privatim tuetur.* Alii emendant *vestri.*

Bonis] Non enim regnis, sed populis dat leges. *Firmos* dicit, quod bene moratos esse populos non sit satis, nisi etiam constans sit et stabilis in bonis moribus et legibus permansio.

Illis mysteriis] Θεσμοφόρια sunt Cereris legiferae sacra, quae Latini *Cereris initia* dicunt, in memoriam legum et frugum a Cerere inventarum. *Callimachus* [Hymn. in Cererem vs. 19.]

Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε,
Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτα
Ἀσταχύων ἀπέκοψε. Id est,
Pulchrius ut placido firmavit foedere juris
Urbes ut culmos et spicea munera falce
Desecuit.

Ex immani] Quia ante frumenta legesque a Cerere inventas, in quorum memoriam celebrabantur, homines ritu ferarum degebant.

Cum spe meliore] Credebant enim Athenienses melius esse initiatis apud inferos: eosque larga et perenni luce frui, et choros ducere. Reliquos autem in coeno volutari, ut ex *Aristophanis* Ranis intelligi potest, et ex *Diogene Laertio* [lib. VI. §. 39.] sic scribente, Ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν καὶ λεγόντων, ὡς ἐν ἅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι· γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται. Id est, *Cum postularent Athenienses ut initiaretur, dicerentque apud inferos initiatis loci praerogativam esse: ridiculum, inquit, dictu, Agesilaum et Epaminondam in coeno agitaturos esse, homines autem tenues, nescio quos, initiatos in beatorum insulis futuros.*

In nocentes] In sontes, in eos quos stupra aut adulteria Cereris vigiliis commisisse dicunt.

Poetae indicant] Quorum saepe comoediae argumenta habent stupratarum Cereris pervigilationibus puellarum. *Plautus* Aulular. [Prol. vs. 36.]

Qui illam stupravit nocte Cereris vigiliis.

[Cannegieter de Notis p. 337: »*Quid autem mihi displiceat, innocentes poëtae indicant comici.* Ut sensus sit verborum idoneus, sic muto: *quod autem mihi displiceat, initiorum ritus poëtae indicant comici*, nisi malis *quin comici.* Mysteria esse habita sacra ista nocturna, pueri discimus.« *Adrian* in libello, qui inscribitur: die Priesterinnen der Griechen, Francof. ad M. 1822. p. 78, pro *innocentes* legi vult *illicentes.* Voluit fortasse *illicientes. Cr.*]

Qua licentia] Nocturnarum pervigilationum. Clodium

notat, qui in opertum Bonae Deae ingressus est, quod viro non licebat.

Adjici fas] Opinio erat oculos amitti ab iis qui ea sacra vidissent. Cicero de Aruspicum responsis, *Aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti.*

Nobis] Atheniensibus.

Cap. XV. *Initienturque*] Interdiu, non ut Athenis, noctu. Proinde initia Atheniensium laudat, quae etiam Romani acceperant: ne noctu fiant praecipit, mulierum pudicitiae metuens.

Bacchanalibus] Sp. Postumio et Martio Philippo Coss. Bacchanalia sacrum Graecum et nocturnum, scelerumque omnium seminarium, investigata, ac multorum poena sublata sunt. Auctor Livius belli Maced. lib. IX. [lib. XXXIX. cap. 9. seqq.] [Annotationi nostrae adde Scholiast. Juvenalis Satir. II. 3. p. 46. sq. ed. Cramer. et Schol. cod. Harniens. ad eundem locum ibid. p. 583. sq. ibiq. interprett. *Cr.*]

Perpetua] Citra exceptionem. Nos autem excepimus sacrum Bonae Deae. Lex enim perpetua, est lex generalis, et ut loquimur, universalis.

Pervigilationes] Id est, nocturna sacra, vigilias. Ad hujusmodi sacra sic *Plautus* allusit in Curculione [Act. I. Sc. III, 25.]

Quid tu? Venerin' pervigilare te vovisti Phaedrome?

Sabazius] Comoedia, in qua Aristophanes Sabazium ejecit, nunc non extat. Caeterum Sabazius a Barbaris Liber pater dicitur a σαβάζειν quod est bacchari. Ad haec σάβοι, loca ei dicata, Fanaticique ejus sacerdotes nuncupabantur. De Sabazio sic Cicero lib. III. de Nat. Deor. [cap. 23.] scribit, *Tertium Dionysium Caprio patre, eumque regem Asiae praefuisse dicunt, cui Sabazia sunt instituta.* Est et Arabibus suus Sabis cui decimas thuris dicant. Non deerat Sabinis suus quoque Deus Sabus. *Silius* [VIII, 422.]

pars Sanctum voce canebant
Auctorem generis, pars laudes ore canebant
Sabe tuas etc.

Ejecerunt etiam Romani sacra Sabazii. *Valerius* [lib. I. cap. III. 2.] *Idem, qui Sabazii Jovis cultu mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit.* Erant, ne id omittam, Romanis etiam sacra nocturna, sed non mulierum.

Publicus] Id est, sacrum commissum, quod expiari possit, expiet, ut si quid in sacra admissum sit imprudentia.

In admittendis] Si quis peregrina sacra induxerit, aut susceperit, infandasque religiones, ut impius habeatur, nec unquam a sacerdote expietur.

Foedam] *Julius* quoque *Paulus* Sentent. lib. V. [Tit. XXI, 2.] *Qui novas*, inquit, *et usu, vel ratione incognitas*

religiones inducunt, ex quibus animi hominum moventur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

Jam ludi publici] Ludi more Romano vel in theatro, (cujus ea pars est cavea, unde populus spectat. *Lucretius* [IV, 76.]

Namque ibi consessum caveaï subter, et omnem
Scenalem speciem patrum matrumque Deorumque
Inficiunt.)

vel in circo fiebant. *Livius* [VII, 2.] *Ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur.* Verum lex Scenicos ac Musicos adhibito modo quodam temperat, musicamque, ut Plato, cum Divorum honore jungit.

Corporum] Significat ludos quos Graeci gymnicos appellant. De ludis autem et spectaculis Romanorum et *Varro* scripserat, et hodie extat *Tertulliani* liber.

Curriculisque equorum] Ludis Circensibus equorum curricula, id est, cursus dabantur. Victoria autem currentibus quadrigis et bigis non erat antequam septena confecissent spatia, et septies metam lustrassent. *Propertius* [lib. II. Eleg. XIX, 65.]

Aut prius infecto deposcit praemia cursu,
Septima quam metam triverit arte rota.

Ait autem, ut reor, certationes in curriculis equorum usque ad certam victoriam perducendas, ut victoria eorum sit finis. Hic fortasse legi posset *Constitutae*, ut ad certationes referretur.

Cavea] In theatro scenici et musici. *Certationes*, inquit, *sint cantu, voce, fidibus, et tibiis.* Actio autem comoediarum et tragoediarum ad musicam pertinet. *Terentius* [Phorm. Prol. vs. 18.]

— In medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.

Pollux [lib. III. §. 142.] *Τῶν δὲ ἀγώνων οἱ μὲν γυμναστικοί, οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοί. Ὀνομασθεῖεν δὲ ἂν Διονυσιακοί τε καὶ μουσικοί.* Id est, *Ludorum quidam gymnastici, alii scenici. Vocari autem possunt Liberales et musici.* Itaque Ludi scenici et musici iidem sunt: et musicorum nomine hic Cicero actionem etiam fabularum, quae docetur, complectitur.

Cantu] Est cantus in voce, in nervis, in tibiis. Censorinus quae de musica scribit [cap. XII.] hic adscribam ut non omnino aliena. *Nec vero incredibile est*, inquit, *ad nostros natales musicam pertinere: haec enim sive in voce tantummodo est, ut Socrates ait, sive, ut Aristoxenus, in*

voce et corporis motu: sive in his et praeterea in animi motu, ut putat Theophrastus, certe multum obtinet divinitatis et animis permovendis plurimum valet. Nam nisi grata esset immortalibus diis, qui ex anima constant divina, profecto ludi scenici placandorum Deorum causa instituti non essent: nec tibicen omnibus supplicationibus in sacris aedibus adhiberetur: non cum tibicine triumphus ageretur Marti: non Apollini cithara, non Musis tibiae, caeteraque id generis attributa essent: non tibicinibus, per quos numina placantur, esset permissum aut ludos publice facere, aut vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis, id est, idibus Juniis urbes vestitu quo vellent, personatis temulentisque pervagari.

Assentior enim Platoni] Plato in lib. de Rep. et de leg. adeo prolixe de Musica disputat, ut in ea putes maxima Rerum publ. momenta verti: cumque juvenes gymnastica et musica erudiri primum velit, illam corporis esse, hanc animi ponit: ac cujus haec cunque modi fuerit, perinde juvenum etiam mores futuros. Ita hanc legem a Platone sumptam intelligimus: cujus tamen nimiam hac in re diligentiam et cautionem leviter reprehendit lib. III. [cap. 14.] cum ait, *Idque haud paulo est verius, quam quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait mutatis, mutari civitatum status.*

Molles] Dulces et jucundos *Nonius* hic interpretatur, si cui forte ejus sententia probari potest. Molles tamen potius et teneros dicit animos, vel quod inest in animis omnibus mollitia et teneritas quaedam, quod ex *Platone* apparet, quem imitatur ita scribentem lib. III. de Repub. *Οὐδὲ γὰρ ἐργάζεται, ἔφη, ἄλλογε ἢ κατὰ μικρὸν εἰσοικισαμένη ἠρέμα ὑποῤῥεῖ πρὸς τὰ ἤθη τε καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα.* Vel quod juvenum et adolescentum animos significet, qui teneri sunt. *Sallustius* [Catil. cap. 14.] *Sed maxime juvenum vel adolescentum familiaritates appetebat: eorum animi molles et aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur.*

In utramque partem] Ad incitandum et languefaciendum, ad remittendum et contrahendum: plurimum ad leniendos concitandosque affectus musica valet. *Pythagoras*, ut ait *Quintilianus* [Inst. Orat. I, 10.] *concitatos ad vim pudicae domui afferendam juvenes, jussa mutare in spondeum modos tibicina, composuit.* Commovet igitur et concitat languentes, et commotos concitatosque componit. Exhilarat tristes, et qui hilares sunt, eos reddit severos et tristes. Id enim hic est animos remittere et contrahere.

Mores lapsi] Nam in civitatibus pro ratione morum,

varii quoque musices modi exorti sunt. Hinc melos Aeolium, simplex est: Asium, varium: Lydium, querulum: Ionium, floridum et molle: Phrygium, religiosum: Dorium, bellicosum. Simplicem autem probat musicam Plato et antiquam: nihilque in ea innovari permittit.

Negat enim] *Plato* lib. iv. de Rep. [pag. 447.] refert Damonem dixisse, Musicae modos in Rep. mutari non posse, quin protinus maximarum legum sequatur immutatio. Videri autem posset quando *νόμοι* et populi scita et musicos modos significant, quas hic leges musicas Cicero vocat, persuasum id fuisse Platoni ex societate et communione vocabuli. Id autem verendum magis Platoni quam Ciceroni fuit, cum quanta ex modis mollibus et delicatis labes et corruptela in animis Graecorum facta esset, Plato videret: Romae autem studia musicae nunquam tantopere viguissent.

Severitate] Severo quodam carmine et cantu, non effeminato et molli.

Livianis et Naevianis] Ut Plato Aegyptios laudat, apud quos neque pictura, neque choreae, nec Musica immutabatur, sed Isidis poemata semper canebantur: sic Cicero quoque modos antiquos probat, quales a Livio Andronico et Naevio, antiquis poetis, compositi erant. Ii enim cantica scripserant, quae in ludis publicis et supplicationibus quandoque cani solebant. De Andronico sic Livius lib. vii. [cap. 2.] scribit, *Livius post aliquot annos, qui ab Satyris ausus est primus argumento fabulam serere, idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor, dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus impediebat.* Et lib. vii. de Bello Punico [lib. xxvii. cap. 37.] *Decrevere item Pontifices, ut virgines tum novenae per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iovis Statoris aede discerent conditum ab Livio carmen, tacta de caelo aedes in Aventino Iunionis reginae.* Et lib. I. belli Macedonici [lib. xxxi. cap. 12.] *Carmen sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.* Caeterum aut poetae ipsi suo carmini cantum composuerant, quod existimo, aut alii modos addiderant.

Modis] Cantibus et modulationibus. Modi a numeris differunt, quod numeri sunt in productione et brevitate: modi in elatione et demissione, id est, in modulatione. Itaque *facere modos* apud Terentium est canere.

Eadem exultent] Eadem saltent.

Cum modorum] Gestus agant, caputque flectant, cum

cantuum flexionibus, et flexionibus vocum. Vocantur autem flexiones illae πλάσματα, ut ex *Plinio* doceri potest: et *Aristophanes* in Nebulis ᾀσματοκάμπτας a modorum et cantuum flexionibus vocat.

Vetus illa] Non item vindicabat ista aetate Ciceronis, cum effeminatissima et fracta musica uteretur.

In Timothei] Timotheus Milesius fidicen, decimam et undecimam chordam Lyrae adjecit, et priscam Musicam mollitie effeminavit. Vixit Euripidis et Philippi Macedonis aetate. Athenaeus libro Dipnosoph. decimo quarto [pag. 636.] paulo diversus hanc historiam refert: Nimirum *Timotheum Milesium plerisque organum magadem nervorum constructione, quam deceret, numerosius habere visum: eumque idcirco apud Lacedaemonios in judicium vocatum, quod priscam musicam labefactaret: cumque quidam supervacaneas ejus chordas abscindere pararet, ostendisse quendam illic Apolloniscum, cui eadem constructione, parique nervorum numero lyra esset: eumque ita dimissum.* Produnt etiam Ephoros Terpandrum multasse, quod in cithara, praeter necessitatem, unam chordam intendisset: sed et ejus citharam ad rei memoriam, in paxillo suspensam fuisse. Idem etiam Phryni factam ab Ephoris esse *Plutarchus* auctor est in libello περὶ προκοπῆς. [Ad rem cf. Baguet de Chrysippo p. 267. *Mr.*]

CAP. XVI. *Apollinem Pythium*] Id non Atheniensibus tantum, verum etiam multis frequenter Pythiam respondisse tradit Xenophon in commentariis [lib. I. cap. III, 1.] *Τὰ μὲν τοίνυν πρὸς τοὺς θεοὺς φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ᾗπερ ἡ Πυθία ἀποκρίνεται, τοῖς ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν ἢ περὶ θυσίας, ἢ περὶ προγόνων θεραπείας, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων· ἡ γὰρ Πυθία ἀναιρε νόμῳ πόλεως ποιοῦντας εὐσεβῶς ἂν ποιεῖν. Pietatem adversus Deos palam et re, et verbis eam prae se ferebat, quam Pythia respondere solet interrogantibus, qua potissimum caerimonia et ritu vel sacra facere, vel majores colere conveniat, vel aliud aliquid simile agere. Respondet enim Pythia, Si ritu et instituto civitatis faciant, pie facturos esse.* Ab eadem mente est illud Hesiodi,

Ὥσκε πόλις ῥέζῃσι· νόμος ἀρχαῖος ἄριστος.

Id eo cavet, ut si, quód evenire solet, varii ritus et religiones oriantur, ad optimam caerimoniam optimumque cultum redeatur.

Antiquissimum] Praestantissimum et optimum. Sic Graeci πρεσβύτατον interdum usurpant.

Apud Solos] Ita Ciliciae urbs juxta Issum vocatur. So-

lebant autem veteres suas templis divitias committere: quasi et religione, et Deûm fide servarentur. *Herodianus* cum Romae templum Pacis, Commodo regnante, arsisset, multos ex opulentis egenos esse factos refert [lib. I. cap. 44.]. In eos autem qui rem sacro commendatam abstulissent, cum sacrilegii poena olim constituta esset, Antoninus postea voluit, ut duntaxat furti poena animadverteretur. Hic alii *apud Solem* legunt, id est, delubro Solis.

Atheniensis Clisthenes] Hujus Clisthenis meminit *Herodotus* lib. V. quem Athenis ejectum cum piacularibus fuisse a Cleomene prodit. Meminit et *Aristoteles* III. Politicon. Ab eo Remp. Atheniensem, expulsis tyrannis, optime constitutam fuisse scribit Isocrates in Areopagitico.

Junoni Samiae] Religiosissime Sami colebatur Juno. Maro [Aen. I, 20.]

Posthabita coluisse Samo.

De aede Junonis quae Sami Dorica erat, Theodorus volumen ediderat.

Ne placare] Muneribus, re divina, sacris: nam sacris placamus Deos, et eorum pacem exposcimus.

Platonem audiant] *Plato* lib. IV. de Leg. [pag. 601.] *Τῷ δὲ κακῷ τἀναντία πέφυκεν· ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχήν ὅγε κακός, καθαρὸς δ' ὅγ' ἐναντίος· παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθόν, οὔτε θεόν ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι.* Id est, *Improbo autem contra accidit: animo siquidem impurus est improbus, purus contrarius: ab improbo autem et impio nec virum bonum, nec Deum unquam se donari velle aequum est.* Hic igitur sacrificia impiorum improbat, atque adeo eos a sacris arcet, ne muneribus et sacrificiis sperent se Deum corrumpere posse et placatum reddere. [Cf. insuper Platon. de Republ. III. p. 390. Steph. p. 115. Bekkeri et ad eum Astii Commentar. p. 444. *Cr.*]

Diligentia] Ut caute et diligenter vota redderent, quorum rei essent ex sponsione qua se Deo obligassent.

Violatae religionis] Nam violati juris poenam constituit in lege, id est, ut hic interpretatur, violatae religionis, quando lex tota de religionis jure concepta est. Non enim sontibus et impiis, qui poenas hominum judiciis non dederint, impune scelus in Deos fore docet: nam fraudis et impietatis cruciatu semper vexabuntur.

Sceleratorum] Impiorum. Scelus enim saepe in impietate ponitur.

Plenae Tragoediae] Ajax Oileus ob temeratum fanum Minervae poenas luit morte, et Ajax Telamonius ad Trojam

militaturus Dearum spreto auxilio impiam superbiam capitalem sensit.

Supra hominis] Vereor tamen ne insolentius me efferre videar in hac re, et supra hominem me extollere, qui in mea causa violatam religionem impiis noxae fuisse commemoraturus sum, et meam pietatem Diis cordi fuisse ex nobili et glorioso reditu ostensurus.

Apud eos] Sic libri veteres habent: quod est, apud Deos, de quorum violata religione agit, et quos paulo ante appellavit, cum dixit, *Ne placare impii audeant Deos.* Hic alii emendant *apud Deos.* Qui apud Deos loquitur, verum dissimulare non debet; arrogantiae metu. Mihi etiam placet Aemari Ranconeti viri clarissimi emendatio, ut *apud vos* legatur, quemadmodum supra dixit, *Quoniam et sermo et locus familiaris est.* [*Apud vos* placet etiam Cannegietero de Notis p. 337. *Cr.*]

Gratum] Deprecatur Deorum invidiam, quae insolentes sequi solet. Sic Graeci deprecandae causa invidiae dicere solent, *Τὴν Ἀδραστείαν προσκυνῶ·* nam olim opinio erat Deos infensos esse iis qui se efferrent, quique insolescerent: arrogantiaeque vindex *Ἀδράστεια* et *Νέμεσις* censebatur.

CAP. XVII. *Discessu*] Exilium dicere non vult, sed discessum appellat.

Jura polluta] Istud oratorie dicit. Nec enim Clodius tam impie in omnes religiones commisit.

Lares familiares] Sunt enim etiam Lares publici. *Tertullianus* Lares familiares *domesticos Deos* interpretatur. Ejus verba sunt [Apol. cap. XIII.] *Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis.* Illis lararium erat sacrum et focus. Non erant autem Lares alii Dii quam publici, sed simulachra erant, verbi gratia, Jovis et Saturni, aliorumque Deorum, quae domi venerabantur, ut ex *Tertulliano* apparet.

Exaedificatum] Non tantum inchoatum est, verum etiam absolutum. *Plautus* Trinumo [Act. I. Sc. II, 95.]

Qui exaedificaret suam inchoatam ignaviam.

Templum Licentiae] *Plutarchus* in Cicerone [pag. 877.] *Ὁ δὲ Κλώδιος ἐξελάσας τὸν Κικέρωνα κατέπρησε μὲν αὐτοῦ τὰς ἐπαύλεις, κατέπρησε δὲ τὴν οἰκίαν, καὶ τῷ τόπῳ ναὸν ἐλευθερίας ἐπῳκοδόμησε. At Clodius Ciceronis, quem exterminarat, et villas inflammavit, et aedes incendit, illicque Libertati templum construxit.* Cujus Deae nomen *Licentiae* vocabulo hic foedat: ut pro domo [cap. 51.] *Tu in civis domo simulachrum non Libertatis publicae, sed Licentiae collocasti.*

Nominari] Nihil attinet nominari Clodium, verbi gra-

tia, aut Gabinium. [»*Circumspicite celeriter animo.* Cannegieter l. l.: In vulgatis est: *circumspicit haec celeriter animus.* Rescribo: *circumspicite haec celeriter animis.*« *Cr.*]

Illam custodem urbis] Ex his quae *Plutarchus* [in Cicer. pag. 876.] scripsit, locus est hic declarandus: *Ταῦτα ἔδοξε Κικέρωνι, καὶ τὸ μὲν ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, ὃ πολὺν χρόνον ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας ἱδρυμένον ἐτίμα διαφερόντως, εἰς Καπιτώλιον κομίσας ἀνέθηκεν ἐπιγράψας, Ἀθηνᾷ Ῥώμης φύλακι.* Id est, *Ea Ciceroni probabantur: ac protinus Palladis simulachrum quod jamdiu domi locatum supra modum colebat, in Capitolium delatum dicavit, subscripsitque, Palladi Romae custodi.* Palladis enim consilio et ope conservatam a se urbem oppressa Catilinae conjuratione saepe Cicero dixerat: idque in poematis etiam celebrarat, Deaeque se charum scripserat. *Sallustius* [Declam. in Cicer. §. 14.] *Quem Minerva artes omnes edocuit: Jupiter Opt. Max. in consilium Deorum admisit.* Custodis urbis Minervae, sic ad Attic. meminit [lib. VII. Epist. 3.] *Tamen illa quam scribis custos urbis, me praeclarae inscriptionis memorem esse cogeret. Iulius Obsequens* [de Prodig. cap. 128.] *Turbinis vi simulachrum, quod M. Cicero ante cellam Minervae pridie quam plebiscito in exilium iret, posuerat, dissipatum membris pronum jacuit, fractis humeris, brachiis, capite, dirum ipsi Ciceroni portendit.*

Patris domum] In templum Jovis Capitolini, ubi etiam cella erat Junoni et Minervae.

Judicia] Cum ab exilio revocati sumus. [*Judicia senatus, Italiae, gentium denique omnium, conservatae patriae consecuti sumus.* De hoc genitivorum usu annotatis adjice C. Fr. Heinrichii animadvers. in Ciceron. orat. pro Flacco Supplement. ined. p. 95. sq. Aliud exemplum geminatorum Genitivorum est in libr. I. cap. 28. de Republica: »Jam Atheniensium populi potestatem omnium rerum.« *Cr.*]

Prostratae] Jura religionum polluta, vexati nostri Lares familiares, eversa nostra domo et prostrata.

Distracti] A suis disjuncti gregalibus suaque conjurata societate, in exilium videlicet missi, ut Gabinius, quem Caesar postea restituit.

Vita cruciati] Quos sua vita suique mores cruciarint et ulti sint, cum fraudum cruciatu et angore conscientiae vexarentur: id autem de Clodio intelligit.

Justis exequiarum] Id ob Clodii cadaver ait, quod sine imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, semiustulatum, dilaniandum prope canibus relictum est: ut in oratione pro Milone scribit.

Evadere] Id est, *evenire.* Alium saepenumero eventum et exitum videmus.

Opinionibus] Morte, dolore corporis, offensione judicii miserias aestimantis.

Offensione] Condemnatione. Sic *offensio praelii* pro lege Manilia, est amissio victoriae, quam Graeci vocant ἧτταν.

Humana] In homines expetere solere, hominibus accidere solere. Nam humana interdum dicuntur, quae hominibus eveniunt, et in hominem cadunt, ut cum Cicero *humana ferenda esse* dicit.

Sceleris] Impietatis; ut supra *sceleratus* impius erat. Genus pro specie est.

Ardentes] *Ardere cupiditate* rectissime dicitur, non perinde *ardere metu:* sed interdum sic auctores loquuntur, ut verbum quod pluribus accommodandum est, opposite proximo conveniat, non item reliquis. In libro scripto est, *Tum cupiditatum metu tum conscientia.* Fortasse legendum, *Tum cupiditatum aestu tum conscientia:* mox enim de metu scribet, *Quid agerent omnes modo timentes;* ut hic de metu frustra scribatur.

Eos eventus] Offensiones judiciorum, mortem, cruciatum, damna.

Quid agerent omnes] Quidquid increpuerat pertimescentes, et ab omnibus sibi metuentes: modo vicissim mutata mente ne Deos quidem formidantes: tanta in iis mentis perturbatio et consternatio erat.

Judicia] Judicium de violata religione Bonae Deae significat, quo corruptis judicibus Clodius absolutus fuerat. Hic legendum existimo, *corruptela hominum non Deorum.* Corrupit enim homines Clodius, non Deos, cum angore conscientiae, fraudis cruciatu, cupiditatis et metus perturbatione, quae poena divina est, semper vexatus sit. *Corrupta* tamen eundem sensum efficeret. [*Judicia perrupta ab iisdem — non Deorum* Cannegieter de Notis p. 337.: »Fuit forte: *judicia pec. rupta.* Valerius exponit *pecunia.*« *Cr.*]

Jam et non] Puto, *jam me, et non* legendum esse.

Poenam erui] Vetus haec scriptura est. Legendum censeo, *tantum ponam erui;* id est, tantum dicam educi et colligi duplicem poenam esse divinam. [Cannegieter l. l.: »Locum corruptissimum sic sano: *Tantum ponam, metui duplicem poenam esse divinam, quod* (aut *quae*) *constaret et ex vexandis vivorum animis, et ex f. m.* (*fati munere*, id est, morte, interpretor ex Magnone) *mortuorum, ut* .... Hoc tantum dicam, timeri, duplicem esse poenam impiorum

divinam, eamque constare et apparere ex eo, quod vivorum etiam eorum vexetur conscientia, tum deinde ex eorum interitu et morte, ita ut impiorum exitium non comprobetur tantum universorum hominum judicio, sed et laetentur ob id omnes, liberari terram monstris istiusmodi. « *Cr.*]

Vexandis] Quod et in vivis animi crucientur conscientia maleficiorum et furiis: et apud inferos poenas eos pendere fama sit.

Eorum exitium] Ut judicent et gaudeant vivi, perditos et sceleratos exitiis omnibus et meritis poenis a Diis affici.

Cap. XVIII. *Ut focus domiciliorum*] Sic ex veteribus libris et ex Platone emendavi, cum ante legeretur *sacrum domicilium*. Nam focus sacer est Laribus et Vestae. Platonis verba sunt lib. xii. de Leg. [p. 691.] *Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε τῆς οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν.*

Invidiosa res] Quae ad invidendum finitimos impellit populos, et ad bellum spe praedae nonnunquam inferendum: Sed et cives et exteros ad spolianda fana et diripienda. *Strabo* de templo Delphico [lib. ix. pag. 644.] Ἐπίφθονος δ' ὢν ὁ πλοῦτος, δυσφύλακτός ἐστι, κἂν ἱερὸς ᾖ. Id est, *Invidiosae divitiae difficilem habent custodiam etiam sacrae.* Itaque opes oraculi Delphici Phocenses depopulati depeculatique sunt. Apud Platonem *in aliis urbibus* legitur.

Ebur] Ex quo pulcherrima fieri solebant in Graecia simulachra Deorum et fanorum ornamenta.

Ex inani] Ex inanimo corpore elephantis: id enim hic est *inane*. *Ovidius* [Amor. lib. III. Eleg. ix, 6.]

Ardet in extructo corpus inane rogo.

Alii hic *Inanimo* legunt. Nos veteres libros secuti sumus, quorum auctoritati plurimum merito deferimus.

Castum] Quicquid enim ex cadavere est, funestum et inquinatum censebant. Sic ne lana quidem Pythagoras vestiebatur.

Jam aes] Aliena igitur a fanis sunt, in quibus Deorum pacem petimus.

Ligneum] Signum e materia parabili et prompta, qualis lignea et lapidea.

Quodque] Ex Platone *quod qui* legendum est. *Qui* enim pro *Quis* saepe dicitur, *Vau* et *S*. sequente. [*Quod quis* rescribit etiam Cannegieter l. l. *Cr.*]

Delubris] Sunt enim etiam privata quaedam delubra et sacella.

Albus] Albus enim color faustus est, infecta omnia sunt impura. Sic cum rem divinam faciebant, albati erant, et diebus festis. Proinde scripsit *Ovidius* [Fast. I, 80.]

Et populus festo concolor ipse suo est.
[Cf. Inscriptt. graecc. ed. Osann. Sylloge II. p. 83. *Cr.*]

Tum in textili] Ut in tela quae dicabitur, aut panno.

Bellicis] Nam pingi solebant clypei variis argumentis, et signa militaria.

Et formae] Ἀγάλματα Plato. *Formas* igitur appellat imagines in tabulis pictis.

Exempli] Hujusmodi sint, hujus generis.

Sed ego caetera] Assentior Platoni, terram non esse consecrandam: caetera de quibus cavet non tam restricte praefinio.

Vitiis] Quae tantam severitatem ferre nullo modo possent.

Vel temporum] Cum harum rerum hodie major copia suppetat, ut facilior sit comparatio minusque sumptuosa.

Ferroque subjiciendam] Vomere arandam et ligone pastinandam. Nam si receptum sit terram sacram esse, eam ferro violare non audebunt nisi ante susceptis sacris piacularibus. Sic Athenienses in sepulturis solum frugibus expiatum vivis reddebant. Jam agri sacri non colebantur, Amphictyones gravissime Locros mulctarunt, quod agrum sacrum coluissent. [*Et de jure manium.* Id est περὶ τῶν ὁσίων. Nam τὰ ὅσια sunt *jus manium*: τὰ νόμιμα et frequentius etiam τὰ νομιζόμενα proprie pertinent ad sepulturam et sunt quae Romanis *justa* dicuntur. Vide laudata a Wyttenbachio in Platonis Phaedon. p. 293. *Cr.*]

Ita credo] Sane quidem ita existimo: sed tamen non meliore sum memoria qui commemini. Animum enim advertit meum conjunctio utriusque juris, non bonitas memoriae.

Ad Pontificium] Pontificium jus ad religionem pertinet. Jus civile ad res et rationes singulorum. Sacra autem privata cum conjuncta sint cum pecunia et haereditate, proinde etiam ad jus civile pertinent. Sic jura Deorum manium ad jus civile etiam pertinent, non tantum ad Pontificium propter jura sepulchrorum et alia quaedam.

Responsa] Juris consultorum et Pontificum. Multa de his responderunt consulti jurisconsulti et pontifices: multa etiam scriptis mandarunt.

In omni sermone] In hac tota de Legibus disputatione.

Civile nostrum] Romanum.

Sed ita] Nec tamen ut Jurisconsulti id verbose faciam, persequendo partes et species varias et multiplices: sed catenus complectar ut intelligi possit, quo ex capite, et ex qua universa sententia vis juris qua de re cunque agetur, accersi debeat, quod proprium est methodi: ut in sacris privatis caput erit, ut iis ea sint adjuncta ad quos morte patris

familias pecunia pervenerit. *Locus* enim est hic caput universum, et sententia universa.

Quaeque ars] *Quaeque pars* fortasse legendum est, quae quidem sententia est clarissimi viri *Aemari Ranconeti*, cui suffragatur vetus scriptura, *Quaeque pars*. Pars autem est species et casus ut jurisconsulti loquuntur.

Qui domo ingenio] Haec vetus scriptura est, sed legendum censeam, *qui modo ingenio possit moveri*. Sumptum est ab animi agitatione, ex quo tardos appellamus parum ingeniosos. *Cicero* lib. I. de Orat. [cap, 25.] *Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent*. Sensus est, qui aliquid ingenii habeat. [Cannegieter de Notis p. 338.: »*Qui paulum modo ingenio possit moveri*. Praeferam legi *moderato ingenio*.« Mox corrigit *cum sciat*. Hoc dudum receperunt editores: de illo ipse viderit. *Cr.*]

Causa] Causae in foro tractantur ab oratoribus: consultationes a jurisconsultis explicantur.

Capite] A qua sententia, et a quo loco, et ut ita loquar, a qua maxima.

Cap. XIX. [*Sed jurisconsulti*] Codd. Vi. et Pa. *sed jurisconsultus*. Tum Cod. Va. *sive erroris causa ostendendi*. Cod. Pa. pro *ignoratione docendi* habet *in oratione docendi*. Cod. Va. mox *dispartiuntur*. Cod. Vi. *dispertitur*. In seqq. pro *et iidem juris*. Codd. Va. et Vi. habent *et fidem juris*. Paullo inferius Codd. Va. et Pa. firmant lectionem *at*, *inquit*, pro *saepe*, *inquit*. Pro *ad pontificem* Cod. Va. habet *ad pontifices*. *Mr.* — Ceterum de argumento hujus loci cf. Dirksenii Versuche zur Kritik u. Auslegung der Quellen des Römischen Rechts p. 225. *Cr.*]

Ignoratione docendi] Ignoratione Dialectices confuse docebant, ut apud eos Juris civilis usus potius quam ars esset. Ita ex docendi ratione Servium Sulpitium multo superioribus praestantiorem fuisse in Bruto docet.

In una cognitione] Jurisconsultos reprehendit, qui persaepe rem simplicem, et quae uno capite comprehendi potest, quo hodie etiam tenentur errore, in infinita dividunt, et per singula, speciesque varias artem docent, quod etiam eis objicit lib. III. de Oratore. *Video enim*, inquit, *in Catonis et Bruti libris nominatim fere referri quid alicui de jure viro aut mulieri responderint*, *credo*, *ut putaremus*, *in hominibus*, *non in re*, *consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse*.

Scaevolae faciunt] Duo Scaevolae fuerunt Pontifices.

Publius Mutius pater, et Quintus Mutius Publii filius, cui Cicero operam dedit.

Saepe, inquit Publii] Cum facillimum sit jus privatorum sacrorum, si Pontifices veteres sequaris, adjunctione Juris civilis id est a Scaevolis conturbatum et prope labefactatum. Ex quo conficit non esse magnopere necessarium jus civile Pontifici, cum tamen sine jure civili Scaevolae negarent huic loco satisfieri posse.

Aut ullo] Puto legendum *aut luminum.* Jura enim parietum, aquarum, stillicidiorum, luminum conjuncta sunt. Illud vero *omnino* non satis assequor, praesertim cum sequatur, *Ergo quod cum religione conjunctum est.* [Cannegieter de Notis p. 338. »*Ullo omnino.* Temere faciunt, qui mutanda haec esse censent. Nullum omnino jus civile pontificibus scire necesse esse probat auctor, nisi illud unice, quod conjunctum est cum religione.« *Cr.*]

Conjunctum est] Ergo juris illius civilis cognitio tantum ad Pontifices pertinet, quod cum sacris et religione conjunctum est: qua de re sic in Bruto Cicero scribit: *Cum ex eo jus nostrum Pontificium, qua ex parte cum jure civili conjunctum esset, vellem cognoscere.*

De sacris] Enumerat quae cum jure civili conjuncta sint, quae sane nec magna nec difficilia sunt.

[*De sacris, credo*] Cod. Va. *de sacris ordo.* Paullo superius Cod. Pa. habet *si ergo quod;* et in Cod. Vi. omittuntur verba *quod cum religione conjunctum est. Mr.*]

De feriis] Ut de feriis privatis et familiaribus.

[*De sepulcris*] Cod. Pa. *et de sepulcris.* In seqq. Cod. Vi. omittit *conserventur.* Tum Cod. Pa. pro *probantur* habet *prodantur.* Pro *consecuta sunt* est *assecuta sunt* in Cod. Vi. In Cod. Va. legitur *iis est ea adjuncta. Mr.*]

Tanta] Cur tam magnam putamus hanc juris civilis cum pontificio conjunctionem, cum in his fere quae enumeravi, quae sane magna non sunt, versetur: et si quid praeterea est, perparva sit?

Cum caetera] Praeter sacra, vota, ferias, sepulchra. Hic quidam *certe* legunt hoc sensu, Haec quae enumeravi tanta facere non debetis, cum certe perparva sint: quod tamen non probo.

De sacris] De sacris privatis hoc loco disserit, quae pecuniam sequebantur, nec hominum morte interibant, sed haeredibus iisve ad quos pecunia pervenisset, adjuncta erant. Ad ea sacra pertinere illud *Plauti* arbitror in captivis. [Act. I. Sc. IV, 8.]

Sine sacris haereditatem sum adeptus effertissimam.

Et in Trinumo [Act. II. Sc. iv, 83.]

Coena haec annona est, sine sacris haereditas.

Qui locus patet] Quam vel vota, vel sepulchra, vel feriae.

Sententia] Caput generale, universumque jus.

Pecunia venerit] Pecunia hic bona tam moventia, quam soli significat, ut apud Jurisconsultos.

Hoc uno posito] Hoc posito, quod auctoritate Pontificum secutum est, et vim legis interpretatur, sacra privata perpetua sancientis. Idque, ut opinor, etiam positum in legibus duodecim Tabularum fuerat, cum secutam deinde Pontificum auctoritatem dicat, qui legem interpretati sunt, sacris cum pecunia conjungendis.

[*Hoc uno posito*] Codd. Va. Vi. Pa. *haec posita.* Cod. Pa. *disciplinae. sacra satis innumerabilia.* Inepta glossa alieno etiam loco in contextum recepta. *Mr.*]

Quaeruntur enim] A Jurisconsultis. Sic supra in bonis et veteribus libris, *Qui vetantur dubitare qua sit mente futurus Deus.* Alii *quaerunt* hic legendum censent.

[*Adstringantur*] Cod. Pa. *adstringuntur.* Mox deest *enim* ante *persona* in Cod. Vi.; in eodem scribitur *ad judicem* pro *ad vicem*: et in Codd. Va. et Pa. *proprius* pro *propius. Mr.* — »*Quaeruntur enim, qui adstringantur sacris.* Cannegieter l. l.: Rectius fortasse *quaerunt ii enim*, puta, Jurisconsulti.« — Istud *ii* certe non desideramus. *Quaerunt* autem dudum voluerat Davisius, probaverat Ernestus. Caeterum ad argumentum haec Ciceroniana Plauto in Captiv. IV. 1, 8. adhibuerunt Taubmannus et Lindemannus. *Cr.*]

Haeredum] Legitimorum, scriptorum, nuncupatorum. Iustissimum est haeredes astringi sacris.

Ad vicem] Ad locum et munus, ut eadem prope persona videatur.

Morte testamentove] Ut donatione aut legato. Licebat autem ex duodecim tabul. quantum quis vellet legare.

[*Deinde qui*] Cod. Va. *Deinde cum morte testamento tantundem capiat, quantum ad omnes heredes.* Cod. Vi. *Deinde quo morte testamentoque tantum accipiat, quantum heredes. Mr.*]

Id quoque ordine] Id quoque recte a Jurisconsultis dicitur, ut quod de haerede dixerunt.

Usu ceperit] Anno vel biennio possederit, cum emisset, aut ex alia causa dominium quaesisset.

[*Plurimum possidendo*] Cod. Va. *plurimum possideto.* Vocem posteriorem omittit Cod. Vi. et pro *usu ceperit* Cod. Pa. habet *accepit.* Tum Cod. Va. *quarto quid sit nemo.*

Cod. Vi. *accepit* pro *ceperit.* Pro *ut si qui ei* Cod. Va. habet *ut si is qui ei*, Cod. Vi. *ut is qui ei.* Cod. P. *ut vel si is qui ei;* pro *debuerit* Cod. Vi. *debuit*, idem *solvit* pro *solverit.* Lectionem *proinde* tuetur Cod. Pa. *Mr.* — Cannegieter l. l.: »Aut post *ut* subintelligo *si*, aut *repono: ut si qui*, hoc est, *quis.*« *Cr.*]

De Creditoribus] Si obaerati cujuspiam, qui sacro obnoxius sit, bona creditoribus addicta fuerint, qui ex bonis plurimum habuerit, sacris adstringetur. Sed et debitorum bona ut venirent petere a praetore creditores solebant, cui auctioni praeficiebant eum qui magister dicebatur.

Proinde habeatur] Id est, sacris obnoxius sit, quibus obstrictus erat ejus creditor.

CAP. XX. *A Scaevola*] Q. Scaevola Pub. filio.

Ab antiquis] Pontificibus, ut Coruncano.

Majorem] Ut qui, verbi gratia, ex donationis causa. Ex his enim qui plurimum ceperint, adstringentur.

Si inde] Omnes qui inde aliquid ceperint, adstringentur sacris.

Pontificem sequamur] Q. Scaevolam, qui se propter juris civilis scientiam melius ista explicare censet quam Pontifices veteres, quibus ignorantiam juris civilis objicit.

Pontifices] Nam supra dixit, Hoc posito haec jura Pontificum auctoritate consecuta sunt, ut, ne morte patris familias sacrorum memoria occiderit, iis essent ea adjuncta ad quos ejusdem morte pecunia venerit. In lege enim tantum erat cautum, ut sacra privata perpetua manerent.

Etiam dant] De suo afferunt, ab antiquis non traditum Pontificibus. [Cannegieter l. l.: ita interpretatur: »*Atque etiam dant hoc Scaevolae* ambo exemplum, jus, puta, civile noscere oportere Pontificem, *quod est partitio*, quae appellatur, quando legata est pars hereditatis, veluti dimidia, tertia, vel quarta, vid. Ulpian. Tit. 24. §. 25.: *ut*, exempli gratia, *si in testamento deducta summa scripta non sit* (addi vides vocem *summa*, quae facile per geminationem inseritur, unica quippe S. denotata) hoc est, si major summa legatario deducta fuerit, veluti, si centum fuerint deducta, vid. cap. 21. seq., *ipsique*, quibus summa illa, centumve deducta fuerint, hoc modo *minus ceperint*, *quam omnibus heredibus relinquatur*, *sacris ne alligentur*, ne onus sacrorum ad hos, quasi heredes, transmittatur. Confer sis caput hoc cum proxime sequenti, neque dubium, credo, remanebit.« — Cum hoc Tullii loco comparandus est *Gajus* in Institutt. Commentt. lib. II. §. 55. *Cr.*]

Quod est partitio] Vel quod ex partitionibus eorum est, docentium non universa nec perpetua sententia, quibus modis quis liberari posset molestia sacrorum: vel potius quod est partitio quaedam bonorum defuncti inter haeredes et legatarios, unde legatarii partiarii vocantur. Ulpianus: *Partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et de damno communicando solent interponi inter haeredem et legatarium partiarium*, id est, cum quo partitus est haeres. *Aemarus Ranconetus* hic legendum censet *partitionis caput* ut mox infra.

Ducta scripta non] Haec veterum librorum est scriptura quam sequor, (quid enim aliud facere possum?) et *deductam* hic deductionem interpretor. Sic *remissam* pro *remissione* dicit Divus *Cyprianus*, et *missam* eodem modo in re divina, pro *missione* usurpamus. Nam quod *Ite missa est* pronuntiamus: quo olim catechumeni dimittebantur, id est quod a Graecis dicebatur ἄφεσις λαοῖς. Sic *intritam* etiam dicebant. Jurisconsulti autem veteres non solum calumnia quadam et calliditate, rationem liberandae sacris pecuniae excogitarant, verum etiam interimendorum sacrorum. *Cicero* pro Muraena [cap. 12.] *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.* Quidam etiam hic non male emendant *deducta centum scripta non sint.* Nam hic quiddam deesse suspicor, cum ex sequentibus sensus sit, ut centum nummos deducant, si in testamento scripta sit ea deductio (quando, ut opinor, ex ingenio Jurisconsultorum jam id solebat addi testamentis, cum aliquem sacris nolebat astrictum esse testator); alterum etiam subsidium erat, si deductio in testamento non esset scripta, ut minus caperet qui liberari vellet, quam relictum esset omnibus haeredibus. Haec Jurisconsulti callide et acute excogitarant.

In donatione] In qua nec deductionem solennem centum nummorum, nec si minus capias, prodesse putant, nisi nominatim donationem paterfamilias approbarit.

Quod paterfamilias] Filius familias sine patris voluntate donare non potest, qua cessante inhibetur donatio: ac ne cuilibet quidem, etsi liberam peculii administrationem habeat peculium donare potest. Itaque si liberationem sacrorum donaverit, eamque rem remiserit, vel cohaeredi futuro, vel legatario quadam donatione, nisi testator id approbarit, ratum non est.

In ejus esse potestate] Filius familias in potestate patris est, et ejus etiam liberi.

Si ad caput referat] Veteres libri, *Qui intelligat, non*

si ad caput referat, hoc sensu, leves quaedam quaestiunculae oriuntur, quas si intelligens sis et ingeniosus, etiam si caput unde earum jus oritur teneas, tamen per te sine Jurisconsultorum ope non facile diluas. Jurisconsulti autem partes et species potius quam caput ponere solent, etiam in iis quae una consultatione et cognitione continentur: sed et a sententia et capite, quod sacra privata continet, hac in re recedebant, ut in proxima quaestione. Alia scriptura est, *quas qui non intelligat si ad caput:* quam lectionem multi malunt sequi. *Caput* vocat sententiam perpetuam, ex qua jus pendet, ut sacrum semper pecuniam sequi. Quod caput qui teneat, in quaestiunculis non haereat. [Cannegieter l. l.: »*Quaestiunculae multae nascuntur*, *quas qui intelligat*, *non si ad caput referat*, *per se ipse facile perspiciat.* Miror equidem interpretes fere omnes lectionum hanc codicum praeferre vulgatae, in qua est: *qui non intelligat*, *modo si* .... Cognosce, quaeso te, finem capitis 18, et judica.« Tu vide annott. ad h. l. *Cr.*]

Veluti si quis] Ut si paterfamilias haeredibus quincuncem legatario septuncem reliquisset: legatarius autem non totum legatum, ne sacris alligaretur, cepisset: sed uncias, verbi gratia, tres praetermisisset, quatuor exegisset: ac deinde is e vita, institutis duobus haeredibus, migrasset, quorum unus rei a testatore praetermissae ratam portionem exegisset, id est sescunciam. Hic utique solus absque cohaerede sacro alligaretur, quoniam addita quatuor unciis, quae ante exactae fuerant, uncia et semuncia, pecunia non minor esset facta, quam omnibus haeredibus esset relicta. Relictae enim eis fuerant tantum V. unciae a testatore: at legatarii haeres quatuor unciis sescunciam addit, quam pro sua parte exigit, ut major pecunia sit quam relicta est omnibus haeredibus.

Superiore exactione] Quam is cujus haeres fuit, fecerat, qui, v. g. quatuor uncias exegerat.

Cavent] Jurisconsultus enim cavere dicitur, cum alicui consulit.

Sine religione] Si legatum tam magnum sit, ut religioni, id est, sacris privatis sit alligatum.

Aes et libram] Testamentum ut ait Justinianus, aut in pace fiebat, quod Calatis comitiis vocabatur: aut cum in praelium essent exituri, quod Procinctum dicebatur: aut per aes et libram id est emancipationem, nimirum imaginariam venditionem, quae fiebat praesentibus quinque testibus, libripende, et eo qui familiae emptor dicebatur. Itidem adoptio per aes et libram interdum fiebat. *Suetonius* in Augusto: *Cajum et Lucium adoptavit domi per assem et libram emptos a patre Agrippa*, *tenerosque adhuc ad curam Reipub. admo-*

vit. Id etiam in nexu et venditione fiebat, et eadem juris solennitate omnia ista etiam solvebantur. Sententia igitur est: Cum libera quondam essent legata, si legatarius plus accepisset quam sine sacrorum obligatione capere posset, cum legata ab haerede praestanda sint, soluto per aes et libram haerede, et stipulatione interposita, jam non ut legata, quum ab haerede non praestentur, sed ut stipulata capiet, et sacrorum onere liberabitur.

Cap. XXI. *Civile adpetatis*] Cujus quadam subtilitate jus Pontificium evertitis: nam cum Pontifices velint cum sacris alligatum esse qui tantundem capiat, quantum omnes haeredes: vos calumniam quandam Juris civilis adhibuistis, et legatarium onere sacrorum liberastis.

Pontificum auctoritate] Nam lex tantum ne sacra intereant cavet, Pontifices ea cum pecunia conjunxerunt: sed cum Scaevolae pecuniam onere sacrorum liberent solertia et calliditate juris civilis, nimirum jus Pontificium evertunt.

Pontifices] Non etiam jurisconsulti.

Hac scientia] Scientia juris civilis jus Pontificium eluditis. Legi fortasse posset *illam*, quod ad auctoritatem referretur.

Scaevolae] Patri Q. Mucii Scaevolae.

Coruncano] T. Coruncanus primus Romae jus profiteri coepit. Hujus nullum scriptum extabat, sed responsa multa, ut auctor est Pomponius.

Qui tantundem caperent] Quae jurisconsulti Scaevolae, qui et Pontifex fuit, sententia fuit, ut ante dixit.

Partitionis caput] Ex partitione Scaevolarum caput cujus paulo ante meminit: vel potius ut ante explicavi, in partiario legatario hoc excogitarunt. Caput enim partitionis dicit, quod ad partiarium legatarium pertinet.

Deducerentur] A testatore, qui cautum esse legatario vellet, ne sacris alligaretur.

Cavere noluisset] Quod si deductionem centum nummorum scribere in testamento noluisset, ad liberandum legatarium, tamen legatario opem Scaevola fert.

Super] Legendum est *superiores*. Pontifices enim superiores censebant si major pars pecuniae legata esset, qui quidpiam cepisset sacris obligari: quae Pontificum auctoritas a Scaevola eluditur. [Cannegieter l. l.: »*Super dicebant, qui quid cepissent, adstringi.* Malo: Sup. en. (hoc est, *super*, vel *supra enim*, id est plus) *dicebant*, Scaevolae, vel Icti, *qui quid cepissent*, quam omnibus heredibus relictum fuerit, sacris *adstringi.* Hac arte ii, qui adstringebantur, *rursus sacris liberantur*, etiam si ceperint legatum, dummodo minus

ceperint.« — Quae h. l. cap. 20. et 21. disputantur iis adhibe Gaii Institutt. Comm. lib. III. 5. 175. *Cr.*]

Et e medio jure] Nam jus civile in nexis et mancipiis libram et aes adhibebat, quod huc Scaevolae transferunt.

Doctum] Hic desunt nonnulla de votis, ut suspicor, cum praesertim ita posuerit, de sacris, de votis, de feriis, de sepulchris: nunc enim de feriis agit.

Doctum hominem] Decimum Brutum intelligit, qui Accii poetae perfamiliaris fuit. *Cicero* pro Archia [cap. XI.] *Decimus quidem Brutus summus vir et imperator, Accii amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum.* Veteres autem extremo anni mense Diis Manibus parentare solebant, qui Februarius erat: verum posteaquam Februarius secundus anni mensis factus est, obtinuit ut eodem tamen mense res divina eis fieret. Verumtamen Brutus instituti veteris memor, non Februarium, sed Decembrem ultimum mensem sequebatur, in Deorum Manium parentationibus. Hunc Ciceronis locum, sic in Problem. attingit *Plutarchus* [pag. 272.] *Διὰ τί τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, Δέκιμος Βροῦτος ὡς Κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ Δεκεμβρίῳ τοῦτο ἔπραττεν;* Id est, *Cur cum caeteri Romani Februario mortuis parentarent, Decimus Brutus, ut Cicero scribit, id Decembri faciebat?*

Veteres Februarium] Qui erat anni ultimus olim mensis, postea secundus est factus. *Ovidius* [Fast. II, 49.]

Qui sequitur Janum veteris fuit ultimus anni,
Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.
Primus erat Jani mensis, quia janua prima est:
Qui sacer est imis Manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuasse viri.

Februario autem parentalia et feralia residebantur, et sepulchris epulae inferebantur: easque ferias nunc significat Cicero quae publicae erant. *Ovidius* [Fast. II, 569.]

Hanc quia justa ferunt dixere Feralia lucem:
Ultima placandis Manibus illa dies.

Hostia autem maxima] Verbi gratia juvenco aut ove. *Virgilius* [Georg. II, 146.]

Hinc albi Clitumne greges et maxima taurus
Victima.

Festus etiam scribit, maximam hostiam ovilli pecoris appellatam fuisse ab antiquis, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Manibus litari potest salsis frugibus et

mica salis, verumtamen maxima hostia parentare, ut ove aut juvenco, pietatis esse Brutus putabat.

Pietatis adjunctum] Quomodo attributa rerum et personarum dicere solemus: ita hoc loco *adjunctum pietatis* dixit pro pietatis adjunctione et adjectione. Sed genus hoc dicendi sane quodam modo insolens est, verum eodem modo scribit Cicero, *Illud, cujus id consequens sit, non posse esse verum.*

Cap. XXII. *Jam tanta est religio*] Quondam gentes ac familiae sua sepulchra habebant. *Caius* lib. xi. Digest. [Tit. vii. leg. 5.] *Familiaria*, inquit, *sepulchra dicuntur, quae quis sibi familiaeque constituit: haereditaria autem, quae sibi haeredibusque suis constituit.* [His et sequentibus adhibe Jo. Cannegieteri Obss. miscell. cap. II. p. 378. sqq. ubi de communi religione veterum quae pertinet ad cadavera, funera et quietem mortuorum agit. *Cr.*]

Extra sacra] Sua enim familiae sacra habebant: eaque certis in locis. Ut supra, *Hic sacra, hic gens.*

Popilia] In Popiliis, qui a Lena cognomento Lenates dicebantur.

Denicales] Sic hunc locum primus omnium quod sciam, restituit *Aemarus Ranconetus* vir clarissimus et eruditissimus. *Denicales*, inquit *Festus*, *feriae colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Gellius* [xvi. 4.] *Nisi harunce quae causa erit, funus familiare, feriae Denicales. Calendaeque, quae non ejus rei causa in eum diem collatae sint.* Sunt autem hae feriae privatae, ut Feralia et Parentalia, de quibus supra egimus, publicae. *Festus:* Privatae feriae *vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, et operationes denicales.*

Nece] Festus a verbo Graeco νεκρὸν deducit.

Quia residentur] Id est, quia feriamur mortuis. Residere enim feriari est, a quiete feriarum ducto vocabulo. *Plautus* Captivis [Act. III. Sc. I, 8.]

Ita venter gutturque resident esuriales ferias.

Sed et *sedere* idem quoque declarat. *Varro* [L. L. lib. v. pag. 46.] *Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi.* Quinetiam possidere ferias, ab eadem est origine *Plautus* in Epidico [Act. III. Sc. iv, 33.]

Tuas possidebit mulier faxo ferias.

[Cannegieter de Notis p. 340: »*Quia residentur mortui.* An legendum? *resident*, id est, quiescunt, aut *residunt*, hoc est, in terram, in sepulcrum immittuntur tum mortui.« *Cr.*]

Quam caeterorum] Denicales non aeque ac caeterorum caelitum quieti dies, feriae nominarentur, nisi Dii manes esset.

Eas in] Sunt enim privatae Denicales feriae nec statae, quae in eos conferendae sunt dies, quibus nec privatae ejusdem familiae feriae sint, nec ullae publicae. [Cannegieter de Notis p. 340: »*Quibus neque ipsius*, gentis puta, feriae sunt: praecessit enim *extra sacra et gentem.*« *Cr.*]

Funestae familiae] *Funesta* familia, funere polluta. *Virgilius* [Aen. VI, 149.]

Praeterea jacet exanimum tibi corpus amici,
Heu nescis, totamque incestat funere classem.

Ea certo sacrificio expiabatur et purgabatur. Humato igitur mortuo et piaculis factis, funesta esse desinit familia.

Lare vervecibus] Vetus liber *sacrificare verberibus:* vitiosa plane scriptura, ut et recepta. Legendum aliquando censui, *farre et verbenis.* Nam farra torrida in februis fuisse scribit Ovidius, et verbenis, ut *Plinius* [H. N. lib. XXV. §. 59.] ait, *Jovis mensa verrebatur, domusque purgabantur et lustrabantur.* Exverras autem significare mihi videtur. Sic vocabatur purgatio domus, ex qua efferebatur mortuus, quae fiebat per everriatorem certo genere scoparum adhibito. Videtur tamen scriptum fuisse, *sacrificii arae verberibus fiat.* Nam ut Luperci obvios verberabant ad urbem purgandam, ita quoque ad familiae purgationem hac caerimonia sacrum forte fiebat. *Asconius* scribit Licinium quendam fuisse de plebe sacrificulum, qui solitus esset familias purgare: quem etiam *Cicero* popam, id est, sacrificulum appellat. [Cannegieter l. l.: »*Quae finis funestae familiae, quod genus sacrificii Lare* (emendo *Lari*) *vervecibus fiat.* Quid vero? dicendumne Lari vervece sacrificatum fuisse olim, quando finis erat familiae, hoc est ultimus ex familia perierat? censeo ampliandum. *Verberibus* esse in Mss. nil mirum est: *habes* pro *aves* fuit in cap. 18. h. l., item in Tusc. Disp. I. 8.« De harum literarum confusione vide Ruhnken. ad Rutil. Lup. II. 7. p. 111. Cramer ad vett. Commentt. Juvenal. Sat. I. 155. p. 68. et Ang. Mai ad Cic. de republica I. 1. fin. Caeterum in verbis *fin funest. famil.* quantopere caecutiat Cannegieterus, non est quod explicem. *Cr.*]

Os rejectum terrae] Usto jam cadavere, lectisque ossibus, interdum os excipiebatur, donec domus purgaretur: intereaque homo inhumatus dicebatur et familia funesta. *Varro* lib. IV. de lingua Latina [pag. 9, 10.] *Terra, ut putant, eadem et humus. Ideo Ennium in terram cadentes dicere*, cubitis pinsabant humum. *Et quod terra sit humus, ideo is humatus mortuus, qui terra obrutus: ab eo, qui Ro-*

manus combustus est, si in sepulchrum ejus objecta gleba non est, aut si os exceptum ad mortui familiam purgandam, donec in purgando, humo non est opertum, ut Pontifices dicunt, quoad inhumatus sit, familia funesta manet. Quinetiam membrum interdum abscindebatur mortuo, ad quod servatum justa fierent reliquo corpore combusto, ut est auctor Festus. *Os* igitur *rejectum terrae*, os est redditum terrae, quod fuerat exceptum, non cum aliis conditum in urna. [Cannegieter l. l.: » *Os rejectum terrae obtegatur.* Possis exponere, os a mari ferisve in terram rejectum: praeferam tamen *terra.* « *Cr.*]

Quaeque in porca contracta] Sic legendum ex veteribus libris. Id est, quibus suscipienda porca sit, quibus non. Porca autem praesa, purgandae familiae causa Cereri immolabatur: sed et praecidanea interdum, cum praesertim dicat Festus, *ita porcam vocari quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non injecisset, quia mos erat eis id facere, priusquam novas fruges gustarent.* Haec quoque Varronis verba sunt [apud *Nonium* in *praecidaneum*] *Quod humatus non sit, haeredi porca praecidanea suscipienda Telluri et Cereri: aliter familia pura non est.*

Incipiat sepulchrum] Non ante incipit sepulchrum esse, quam est injecta gleba, ut mox dicet, nec ante religione tenetur, aut quam corpus ustum est, reliquiaeque conditae.

Apud Xenophontem Cyrus] Sic enim apud *Xenophontem* [Cyrop. lib. VIII. cap. 7.] humari se praecipit Cyrus, *Τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτ' ἐν χρυσῷ, μήτ' ἐν ἀργύρῳ, μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ θῆτε ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε· τί γὰρ τούτου μακαριώτερον τοῦ τῇ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλά, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει.* Id est, *Meum autem corpus, filii, cum e vita migraro, neque in auro, neque in argento, neque alio quopiam loculo condatis, verum terrae quamprimum reddatis; quid enim praestabilius ac beatius, quam cum humo misceri, quae omnia pulchra, omnia bona parit et educat?* Apparet utrumque genus sepulturae Xenophontis aetate in usu fuisse, sed a Xenophonte humationem praeferri. Sic Crito in Phaedone Socratem interrogat, quomodo sepeliri vellet, id est, urine an humari: et Socrates in Phaedone utrumque genus complectitur, cum dicit: *Καὶ μὴ ὁρῶν μου τὸ σῶμα ἢ καιόμενον, ἢ κατορυττόμενον ἀγανακτῇ.* Id est, *Ne aegre ferat Crito corpus meum uri aut humari cernens.* Humationem etiam Cicero ustioni anteponere fere videtur. [Xenophonteo loco adjunge hunc Platonicum in Menexeno p. 237. p. 383.

ed. Bekkeri: *ἀλλ' ὑπὸ μητρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν, καὶ νῦν κεῖσθαι τελευτήσαντας ἐν οἰκείοις τόποις τῆς τεκούσης καὶ θρεψάσης καὶ ὑποδεξαμένης. Cr.*]

Operimento] A matre terra operitur.

Ad Fontis aras] In Janiculo Numa, *Livio*, *Plutarcho* et *Plinio* testibus, cum suis libris in arcis lapideis sepultus est. Illic aut ad Fontem arae quaedam, ut opinor, erant; ut apud *Ciceronem* lib. II. de Divin. Fontis delubrum est. *Itaque et Fontis*, inquit, *delubrum Marso ex Corsica dedicavit:* aut cum Numa ad portam Capenam, qua Camoenarum fons et lucus erat, cum Aegeria colloqui solitus esset. Qua de re sic scribit *Juvenalis* [Satir. III, 11.]

Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam:
Hic ubi nocturnae Numa constituebat amicae.
Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
Judaeis, quorum cophinus foenumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere jussa est
Arbor, et ejectis mendicat sylva camoenis.

In memoriam ejus rei prope sepulchrum ejus in Janiculo arae fonti excitatae et sacratae fuerant. Fortasse legi posset, quod *ad Fontes erat.* Non enim jam erat aetate Ciceronis, sed multo ante refossum sepulchrum fuerat a scriba agrum suum in Janiculo repastinante: sed haec conjectura est. Vetus etiam scriptura contemnenda non est, *Quod procul a fontis ara.* [Cannegieter l. l. legi vult: *quod haud procul a Fontis ara est. Cr.*]

C. Marii] *Plinius* [H. N. lib. VII. §. 55.] *Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. Et tamen multae familiae priscos servavere ritus; sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus: idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere.* [Vid. supra Davisii annot. cujus tamen conjecturae in hoc Plinii loco refragatur Drakenborchius ad Livium XXIII. 6. p. 708. *Cr.*] Sed nec apud Romanos infantes pueri, quibus nondum dentes erant, cremabantur. Plinius: *Infans priusquam ei gignantur dentes non cremabatur.* [Vide *Plinium* H. N. lib. VII. §. 15.] *Juvenalis* [Satir. XV, 139.]

— Vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi.

Cadavera etiam fulmine icta, humo injecta condebantur, eaque cremari nefas erat.

Reliquias] Sic loquitur quia ustus fuerat Marius, non humatus.

Anienem] *Lucanus* [lib. I, 582.]

Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas
Agricolae fracto Marium videre sepulchro.

Quam si tam sapiens] Id est, quam incitatus fuisset, si tam sapiens fuisset, quam fuit vehemens.

Suo corpori posset] Ut *cave facias* pro *cave ne facias* dicitur: sic *timens accidere posset*, pro *timens ne accidere posset*, hic dixit. *Posse* legendum censet vir clarissimus *Aemarus Ranconetus*: quomodo *Varro* dixit, *Ambigebat Q. Mutius, eum expiari ut impium non posse.*

Primus e Patritiis] Erant enim et Cornelii plebeii.

Declarat etenim Ennius] Probat *Ennii* versu, gentem Corneliam solitam esse humari, et Africano, quem *humo conditum et situm* dixit. Unde *Siticines* dicebantur, *qui apud sitos, id est, vita functos et sepultos canebant*, ut *Gellius* ait [lib. xx. cap. 2.]. Itaque quod Cicero subjicit, *Nec tamen eorum ante sepulchrum est, quam justa facta et corpus incensum est;* suspectum habeo, quando nec incenso corpore adhuc sepulchrum est, et de iis qui non cremabantur disserit. Vetus scriptura est, *Et corpus cesus est*, altera, *Orsus est.* Fortasse legendum est *corpus cessum est*, id est, cessione quadam sepulchri factum, et sepulchro relictum: tum enim sepulchrum esse incipit, locusque religiosus efficitur: aut aetate Ciceronis etiam siti dicebantur quomodocunque sepulti. [Cannegieter l. l.: rescribit: *corpus incensum* (id est crematum) *inest. Cr.*]

Hic est ille situs] Epigrammata scripserat in Africanum Ennius: ex uno hoc affertur a *Seneca* [Epist. cviii.]

quoi nemo civi' neque hostis
Quivit pro factis reddere oprae pretium

Hac particula versum eum, cujus hic principium ponit, absolverat, ut opinor, Ennius,

Hic est ille situs, cui nemo civis nec hostis:

ex altero, in quo Africanus ipse loquens inducebatur,

Ab sole exoriente supra Maeotis paludes,
Nemo est, qui factis me exuperare queat.

Et illud item ex eodem, ut arbitror,

Si fas caedendo caelestia scandere cuiquam est,
Mi soli caeli maxima porta patet.

[Leg. ut in melioribus libris,

Si fas endo plagas caelestum *escendere cuiquam est.*

Vide *Senecam* Epist. cviii. et *Gronovium* Observ. in Script. Eccles. cap. xvii. pag. 182. *Davies.*] Africanus etiam illud de se apud *Ciceronem* loquitur,

Desine Roma tuos hostes —
Namque tibi monumenta mei peperere labores.

[Ad verba Ennii: *Hic est ille situs* vid. C. W. Küstneri Chrestomathiam Juris Enniani Lips. 1762. p. 17. *Cr.*]

Et quod nunc communiter] Nam *sepultus*, *Plinio* teste [lib. VII. §. 55.] *quoquomodo conditus dicitur: humatus vero, humo contectus:* nunc tamen *Cicero* ait omnes quoquomodo sepultos, humatos communiter dici.

Ponitur ut humati] *Penitus humati* scriptum erat; emendavi *ponitur ut humati.* Quomodocunque sepulti sint, humati hodie dicuntur, etiam si ante usti. [»*In omnibus sepultis penitus* Cannegieter l. l.: in omnibus omnino quoquo modo sepultis, sive crematis, sive humatis.« De usu verborum *humare* et *sepelire* adde quae Ruhnkenius monuit in Praefat. ad Schelleri Lexicon, nunc in Opuscull. Tom. II. p. 73. ed. Lugd. Bat. alter. ubi etiam Bergmannus Ejusdem annot. in Terent. Andr. I. 1. vs. 101. laudavit. *Cr.*]

Priusquam in os injecta] Os illud intelligit quod ad familiam purgandam excipiebatur. Injectio autem glebae sepulturae genus est sine ustione, quod terra injecta fiebat tam praesente cadavere quam absente. *Virgilius*,

Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice.

Graeci *χῶμα ἐπιβάλλειν*, et *χοῦν ἐπαμήσασθαι* dicunt. Veteres libri, *In eos injecta*, non malo etiam sensu. Cum igitur ossi excepto gleba injiciatur, ex eo intelligimus sine ustione olim solita funerari cadavera: et os illud servabatur ad usurpationem veteris sepulturae.

Et sepulchrum vocatur] *Et gleba vocatur*, in veteri libro. Nam ex injecta gleba hoc genus sepulturae *gleba* vocabatur, ut opinor.

Religiosa] Religiosum sepulchrum dicitur, et religiosus locus est, in quo mortuus humatus aut sepultus est.

Itaque in eo] Justis factis, conditis reliquiis, et injecta in os gleba, locus religiosus esse incipit, et familia pura: qui autem cadaveri justa non fecisset, aut non humasset, porcam suscipere cogebatur, ut diximus. Qui ergo in navi mortuus est, dein in profundum projectus, cum ille prorsus conditus sit et sepultus, familiam funestam non esse putabat Mutius: contra censebat, si os esset supra terram, et denicales ferias triduum habendas, et porcam immolandam: at eum qui in mari mortuus sit, sepultum censet, nec porcam aut ferias suscipiendas putat. Haec igitur Scaevolae decreta confirmant eos esse sepultos, qui usti non sint. Nam injectioni glebae respondere censet Mucius operimentum aquae.

Non extare porcam] Veteris libri excusa scriptura est. Legendum censeo, *Familiam puram, quod os supra terram non extra porcam haeredi esset.* Os supra terram necessitatem affert immolandae porcae ad purgationem familiae: at tum os non est supra terram, cum totum cadaver in mare projectum sit: ut proinde pura haeredi familia sit sine porca. Ita ratio erit ex contrario. Aut legendum est, *Quod os supra terram non est; extra porcam haeredi esse*, id est, Sine immolatione porcae familiam puram esse. Cum multis locis miserum in modum lacer et deformis est his in libris Cicero, tum hoc vel maxime loco, cui medicinam adhibere perdifficile est. *Si extra portam* legas, ut in veteri, intelliges id ex consuetudine veterum, qui nec sepeliebant, nec urebant in urbe.

[*Non exstaret, porcam*] Ut uno eoque luculento exemplo appareat, quantopere inter se differant tres Turnebi Commentarii, age hic duorum priorum notas ad h. l. adponamus. Ita autem T. in comm. primo: »Legendum: *decrevit* »*P. Mutius familiam puram* (*quod os supra terram non* »*extaret*) *citra porcam haeredi esse.*« In comm. autem secundo: »Vetus liber: *non extare portam.* Legendum censeo: »*familiam puram, quod os supra terram non extra portam,* »*haeredi esse.* Nam extra portam excipiebatur os, ad quod »familia purgabatur. In urbe enim non sepeliebantur. Alii »*non extra porcam haeredi esse* legunt.« *Mr.* Cannegieter l. l.: »Facili interpunctionis verborumque mutatione sic restituo: *familiam puram:* sc. manere, nec incipere sepulcrum esse, aut locum religiosum, siquidem corpus non est illatum. *Quod os supra terram non exstaret, porcam heredi dandam esse contractam*, ob id tamen, quod terra non contegeretur cadaver in mare projecti, obligari heredem porcam immolare contractam, eam accipe, quam Festus appellat *praecidaneam.* Vocabulum *dandam*, quod per siglam olim scribi solebat, teste Diacono, praecedens *heredi* absumpsit. Pro *pati* denique substituo *peti.*« Infelix aucupium siglarum, nec felicior conjectura! Tu vide Ernesti et Goerenzi annot. ad h. l. De formula *porco femina* et similibus cf. C. W. *Küstneri* Chrestomathiam Juris Enniani p. 2. *Cr.*]

Contra censet] Si os supra terram sit: ut si os ex mortuo servatum sit, aut pars aliqua. Hic autem pro *contra censet* quidam *Cotta censet* legunt, quibus nullo modo assentior. Sed et quidam legunt, *Quod os supra terram non extaret, porcam haeredi esse;* quam scripturam probarem, si sensum absolveret, aut voluntati Scaevolae consentanea esset, qui, ut opinor, existimavit non suscipiendam ei por-

cam, cujus familia pura esset, cum porca ad purgationem familiae immolari soleret.

Porco femina] Antiquo more. Sic *lupum feminam* Ennium dixisse scribit Quintilianus [I, 6.] et *Cato* scribit, *Porco femina priusquam hasce fruges condant.*

Cap. XXIII. *In legibus*] In duodecim tabulis.

Jus sepulchrorum] Ne violentur, ne usucapiantur, et reliqua.

Hominem mortuum] Veterum sepulchra in agris erant, et Ulpiano teste, *D. Adrianus aureorum quadraginta poenam statuit in eum, qui in civitate sepulchrum fecisset, eamque fisco inferri jussit.* Julius quoque Paulus lib. Sent. I. ita scribit, *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Haec autem xii. tabularum lex a Solone sumpta est.

Vel propter] Cum propter alia id ita cautum arbitror, ne funestarentur sacra civitatis: tum vel maxime propter ignis periculum a rogis. Quidam hic legunt *Credo videlicet.*

In urbe sepulti] Initio quisque in suis aedibus sepeliebatur: hanc ob causam Lares coluerunt. Id deinde lege xii. tabul. prohibitum fuit, quae vetuit ne quis in urbe sepeliretur. Cineres tamen virorum triumphalium, imperatorum, summorum ducum, virginum Vestalium in foro condi licebat. *Plutarchus* in Quaestionibus Romanis etiam jus fuisse hominis triumphalis ossa in urbem inferri, et sepeliri ait: quod idem imperatoribus eximiis et viris praestantissimis concessum fuisse scribit: eorumque etiam posteros jus idem usurpasse, ut in foro sepelirentur. Ita sepultum Valerium, et solutum legibus fuisse Fabricium, eorumque posteros id ita tenuisse, ut illato in forum cadaveri facem supponerent: deinde extra urbem efferrent, satis habentes sine invidia in speciem id sibi vindicare. [Cannegieter l. l.: »*Quid, qui post XII.* Rescribo: *quid? quod*« *Cr.*]

Publicolae] Hi ante tempora decemvirorum fuere, qui duodecim tabulas scripserunt.

Tuberto] P. Posthumius Tubertus fuit, qui primo consulatu collega Valerii Publicolae fuit: secundo collegam habuit Agrippam Menenium Lanatum, ut scribit *Dionysius.*

Soluti] Quibus gratia legis facta est, quibusque permissum est adversus legem ut in urbe sepelirentur.

In loco publico] Ut in urbe. Ulpianus Digest. de religione et sumptu funerum [lib. xi. Tit. vii. leg viii. 2.] *Si in locum publicis usibus destinatum intulerit quis mortuum, Praetor in eum judicium dat.* etc. Quod ostendit in

loco publico sepelire non licuisse, sepulchra enim juris privati sunt.

Cum lamina] Nam ex ara et lamina locum esse publicum conjecerunt et sacrum. Nam et lamella aerea assimilis stellae locis inaugurandis praefigebatur, et subsilles quaedam erant lamellae sacrificiis necessariae.

Exarata] Id factum est ut ostenderetur locum religione non teneri; quod nefas fuisset, si locus religiosus fuisset. Qui locum in quo cineres patris erant ararat, in eum dictum esse mordaciter legimus, Id esse sepulchrum patris colere.

Mina Honoris] Puto *lamina Honoris.* [Cannegieter l. l.: »*Domina Honoris.* Parum inter se differunt siglae vocum *domina*, *dona*, *domus.* An potius? *dicata memoriae Honoris.*« Attigit hunc locum nuper *Gasp. Garatonius* in curis secundis ad Ciceronis orat. pro Plancio p. 104: neque tamen de horum verborum lectione monuit, de qua vide Moseri annot. *Cr.*]

Locum publicum] Locus ubi quis humatus est, religiosus fiebat: at locus publicus privata religione obligari non debet.

Minuendi sumptus] Quae ad minuendum sumptum pertinent, ut supra, *Quantae salutis sint foederum religiones:* aut subaudiendum causa, more Graeco.

Hoc plus ne facito] Id ad minuendam pompam impensasque funeris in lege XII. tabul. positum est. Id est, ne plus in funere quam quod a me cavetur facias. *Hoc plus ne facito rogum*, quidam legunt, male, ut opinor.

Rogum ascia ne polito] Ascia dolabrae genus poliendis lignis aptum. Ne autem ex politis fiat lignis pyra lex cavet. Sic ἀσκέπαρνον θᾶκον dixit *Sophocles*, impolitum sedile, non exasciatum, ascia non politum. Alii de sepulchris intelligunt, nec, ut opinor, recte. Nam quibusdam in locis hodieque sepulchra sub ascia dedicata visuntur, hac inscriptione,

VIVI SIBI PONEND. CURAVER.
ET SUB ASCIA DEDICAVERUNT.

Solebant et rogi a quibusdam pingi. *Plinius* [H. N. lib. XXXV. §. 31.] *Nequis miretur et rogos pingi.* [*Rogum ascia ne polito.* Cannegieter de Notis p. 341: »Ascia est instrumentum fabrile, quo calx macerata dolatur, ceu constat ex Vitruvio lib. 7. cap. 2. Figura ejus repraesentatur a Grutero in Corpore Inscr. p. 518. nr. 4. et alibi. Frequentissima est in inscriptionibus monumentorum, Gallorum praecipue, formula P. C. E. T. S. A. D., hoc est, *poni curavit, et sub ascia dedicavit.* V. Reines. p. 652. num. 5. p. 662. n. 34. p. 770. n. 167, 168 et 169. ne dicam de Grutero aliisque. Dispu-

tatum multis inter Jurisconsultos, Grammaticos, antiquitatum studiosos, quae sit verborum significatio. Reinesius d. pag. 662. n. 34. explicat, *marmorariis, quorum ascia et dolabra λαξευτικὰ organa, faciendum curavit, hoc est, ab inchoato opus curavit.* Peculiari tractatu de eodem egit F. C. Conradi in *Parergis* p. 72. sqq. qui, enarratis ordine singulorum sententiis, sibi videri ait, significare ea, *monumentum sub tutela et cultura fabricae, ut sartum tectum praestetur, constituere.* Ego interpretor: *consummatum ac plane perfectum dedicare.* Ascia admota, dealbatoque opere, nihil quidquam amplius restat, sed perfecta sunt omnia. Hinc *consummatum opus sub ascia* vocatur in Inscriptione apud Reines. Classi 6. Inscr. 112. Confer Guther. *de Iure Manium* lib. 2. cap. 28.« *Cr.*]

Tribus riciniis] Ricinium, inquit *Festus*, omne vestimentum quadratum. Hi qui Duodecim interpretati sunt, dixere togam qua mulieres utebantur, praetextam clavo purpureo. Ricinium autem dictum putat, quod eo uterentur duplici, ab eo quod dimidiam partem retrorsum jaciebant, a rejiciendo. Solon quoque mulieres cum tribus duntaxat vestibus ad pompam funebrem exire voluit: nimirum ut lamentatio et sumptus tolleretur. *Plutarchi* verba sunt, *Οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν.* Proinde locum hunc de vestimentis muliebribus intelligo: cui interpretationi suffragatur *Varro* apud *Nonium* his verbis, *Ut dum supra terram essent, riciniis lugerent, funere ipso, pullis palliis amictae.* Rursus Varro: *Et cum mulieres in adversis rebus ac luctibus omnem vestitum delicatiorem et luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumant.* Sunt igitur *ricinia* vestimenta mulierum lugubria. *Recinium* multi scribunt, quibus astipulatur etymologia *Festi.*

Et vinculis purpurae] Vetus liber *et vincla purpurae.* Putavi aliquando legendum, *Et tunicula purpurea*, qua cadavera, ut opinor, cum efferebantur, vestiebantur. *Livius* [XXXIV, 7.] *Purpura viri utemur, magistratibus in coloniis municipiisque togae praetextae habendae jus est: nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui.* Alioqui *vincla* fascias intelligemus. Quid si *et clavis purpurae?* praesertim cum clavo purpureo praetextum ricinium fuisse scribat *Festus.* Hoc omnino verius puto.

Decem tibicinibus] In nobilium olim funeribus tuba, in pauperum et plebeiorum tibia canebant. M. tamen Aemilius Lepidus princeps Senatus, ut sine linteis, sine purpura et tibicine funus sibi fieret, filiis praecepit. Decem autem

in funere plures non erant. *Ovidius* lib. vi. Fastorum [vs. 663.]

Adde quod Aedilis pompam qui funeris irent
Artifices solos jusserat esse decem.

Ita *Ovidius* hanc legem Aedilibus attribuere videtur, quae tamen Decemviralis erat. [»*Extenuato igitur sumptu*, *tribus riciniis*, *et vinculis purpurae*, *at decem tibicinibus*, *tollit etiam lamentationem.* Malim *demtis tibicinibus*, id est deminuto eorum numero. *Purpurae vincula* interpretor, limbos purpureos.« Canneg. l. l. *Cr.*]

Genas ne radunto] Id est, ne lanianto, ne laceranto. Solon, inquit Plutarchus [in Solone pag. 90.] *Ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν.* Id est, *Lacerationes plangentium sustulit.* Plinius lib. xi. [§. 58.] *Infra oculos malae homini tantum*, *quas prisci genas vocabant*, *XII. tab. interdicto radi a feminis eas vetante.* Olim autem ante rogum humanus sanguis effundebatur, vel captivorum, ut apud *Homerum* in rogo Patrocli: vel gladiatorum, unde Bustuarii gladiatores a Romanis vocati; quorum si copia deesset, feminae genas laniantes. cruorem effundebant: quod lex vetat, quae ait, *Mulier faciem ne carpito.* Nam sic a quibusdam verba legis concipiuntur, male tamen ut reor.

Neve lessum] *Cicero* II. Tusc. [cap. 22.] *Et hic nimirum est fletus*, *quem XII. tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt.* Lessus autem ejulationem significat, voxque est fictitia per onomatopoeiam. *Plautus* [Trucul. Act. iv. Sc. II, 18.]

Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.

Lessum autem *habere*, ea dicitur forma, qua *ferias habere*, *habere comitia*, ut cum hera familiae lamentationem toti imperat, aut praeficam adhibet, quae et ipsa lamentetur, et caeteris det modum plangendi.

Sex. Aelius] XII. Tabul. interpres, qui Actiones composuit, et librum populo dedit, qui appellatur jus Aelianum: scripsit et librum Tripertita inscriptum, in quo juris incunabula docet. Eum Ennius *Catum* vocat.

Acilius] Citatur a Festo ut juris interpres. *Cicero* de Senectute Acilium scribit *Sapientem* appellatum fuisse, quia prudens in jure civili habebatur. In altero manuscripto legitur *Attilius.* P. Attilium Pomponius juris interpretem nominat. *Acilium* tamen hic malim.

Laelius] Scribendum *L. Aelius*, cognomento Stilo et Praeconius, grammaticus optimus, Varronis magister, cujus meminit *Festus*, *Tranquillus*, *Varro.*

Vox ipsa] Vocis ipsius fictio et onomatopoeia.

E natura] Id est, secundum naturam.

CAP. XXIV. *Funebria*] Vetus liber. *Funeribus a quibus.*

Homini mortuo] Lex praecipit, ut quo in loco quis ustus fuerit, ibidem statim sepeliatur, quod Bustum appellat Festus: ut cum alibi quis uritur, alibi sepelitur, Ustrinam: aut ut ossa lecta sine exequiis terrae mandentur. Id autem vetat ne duplicentur impensae, si usto cadavere ossa legantur, deinde aliis exequiis sepeliantur. Excipit tamen eos qui vel peregre, vel militiae perierunt, ac usti sunt: quorum reliquias majorum sepulchris inferri pium est.

Quo post funus] Legat ut in urna condat, non ut alias exequias paret.

De unctura] Tollit uncturam qua cadavera a pollinctorum familia, ex quo servilem eam appellat, ungebantur. Nam et a jurisconsulto scribitur, *Si Libitinarius servum pollinctorem habuerit.* Lex tamen XII. Tab. non observabatur, praesertim cum tam saepe *pollinctorum* Plautus meminerit. [Cannegieter l. l. p. 342: »*Quibus servilis unctura*, an *quod?*« *Cr.*]

Circumpotatio] Convivium funebre interpretantur, quod Graeci περίδειπνον et τάφον vocant, et Latini, ut quidam censent, silicernium. In eo, ut opinor, invitatio quaedam in orbem fiebat obba. *Tertullianus* [Apol. cap. 13.] *Quo differt ab epulo Jovis silicernium? a simpulo obba? ab aruspice pollinctor?* Coenam funeris vocat *Persius* [Satir. VI, 33.]

— Sed coenam funeris haeres
Negliget iratus.

Quem tamen locum etiam exponunt de epulis quae rogo inferebantur: de quibus *Plinius* ita scribit [H. N. lib. x. §. 12.] *Notatam in iis rapacissimam et semper famelicam alitem nihil esculenti unquam rapere e funerum ferculis.* Sed et nono die sacrificium fiebat novendiale, conviviumque dabatur, eoque die parentalia concludebantur. Sed circumpotatio dicebatur fortasse, quod, antequam cadaver efferretur, ut ordo verborum Ciceronis indicat, in orbem biberetur, quod Graeci περισοβεῖν τὴν κύλικα dicebant. Sed et feralibus ad sepulchra epulae ferebantur, quae erant publicae feriae, ut diximus.

Ne sumptuosa respersio] Unguentis rogum aspergebant, aliisque liquoribus, ut vino; vinum olim quoque respersum dicebatur, quo sepulchrum respergebatur. Lex etiam XII. tabular. inquit *Plinius*, erat *Vino rogum ne respergito*, quae hic a Cicerone significatur. Festus quoque ait, XII. tab. cautum fuisse, *ne murrhata potio mortuo injiceretur.* [Vid. *Dirksen.* Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der XII Tafel Fragmente Cap. 18. Tab.

X. fr. 6. Numae Regis lex laudatur Plinio H. N. lib. XIV. cap. 12.: *Vino Rogum Ne Respergito;* de quo vid. ejusdem *Dirksenii* Versuche zur Kritik u. Auslegung der Quellen d. Röm. Rechts p. 320. sq. *Cr.*]

Longae coronae] Quae sepulchris imponebantur, ut docet *Plinius*, et in funere ferebantur. Ejus verba sunt, *Et jam tunc coronae Deorum honos erant, et Larum publicorum privatorumque ac sepulchrorum, ac manium. Longas* lemniscatas et taenias habentes interpretantur. Ego autem *longas*, magnas et grandes. Majores enim fiebant quam quibus uti in consuetudine solebant. Sic magnae erant donaticae, quibus victores in ludis donabantur, quae magnificentiae causa institutae erant supra modum aptum capitibus, qua amplitudine fiebant cum Lares ornabantur. Sed et Aesculapio magnas coronas fieri solitas scribit *Aristides.* Ejus verba sunt, Ἐδόκουν στέφανον πέμπειν τῷ θεῷ τῶν μακρῶν, οἷοί εἰσιν οὓς ἰδίᾳ τῷ Ἀσκληπιῷ κομίζουσι. *Videbar coronam mittere Deo longam, quales Aesculapio offerunt.*

Acerrae] Acerrae, auctore Pompejo, arae erant ante mortuum poni solitae, in quibus odores incendebant: quanquam alii arculam thurariam interpretantur. [Canneg. l. l.: »*Ne sumtuosa respersio, ne longae coronae, nec acerrae praetereantur.* Unum dico, nihil quidquam mutare me, nisi quod pro *nec acerrae* mallem *neve acerrae.* Expono: Verba legis, hoc, si sensum perspexeris, jubentis, ne *sumtuosa fiat respersio, ne multae coronae, neve acerrae*, praetereantur a nobis silentio.« *Cr.*]

Illa jam significatio] Lex quae civicam coronam aut obsidionalem imponi permittit ei, qui eam sit virtute meritus, significat satis ornamenta virtutis non ad vivos tantum, sed etiam ad mortuos pertinere. Hanc tamen legem de Coronis ludicro circensium quaesitis Plinius interpretatur, cujus haec verba sunt, *Semper tamen auctoritas vel ludicro quaesitarum fuit. Namque ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant, et servos suos quoque mittebant. Inde illa XII. tabul. lex:* qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutis ne arguitor: *quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusque ejus, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita.* [Canneg. l. l.: »*Quod coronam.* Vellem *quare.*« Ego nollem. *Cr.*]

Ut uni plura] Vel funera plura uni fierent: vel, quod existimo, in funera plura fierent quam oporteret et jus sineret, sicut supra scriptum est, *Hoc plus ne facito.*

Lectique plures] Interdum plures in funere lecti sterne-

bantur, ut major esset pompa. *Servius* lib. V. Aeneid. [vs. 4.] ait, quondam populum honoris causa in funere gestasse faces, ac postea funebres lectos. Hinc adeo in funere Syllae sexies mille, in funere Marcelli quadringentos praelatos in pompa lectos legimus. Libri veteres *Inferrentur* habent: excusi multi *Sternerentur.*

Quoi auro] Quidam sibi dentes eburneos inserebant, et auro vinciebant. Martialis:

Sic dentata sibi videtur Aegle
Emptis ossibus Indicoque cornu.

Lucianus: *Τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους.* Id est, *Quae quatuor modo reliquos dentes haberet, eosque auro vinctos.*

Ast im] *Im* antiquo more eum dicit. Nam plane ineptum est quod quidem hic *asticum* locum Athenis fuisse comminiscuntur.

Se fraude] Antiquo more, pro sine fraude. *Se*, Pompejus inquit, *pro sine inveniuntur posuisse antiqui.* Alii *sine fraude* legunt, integro sermone et usitatiore.

Privatorum aedificiis] Proprius quae rogum aut bustum adjici propter ignis periculum non permittit.

Bustumve] Id est sepulchrum. Infra, *Si quis bustum: nam id puto appellari τύμβον.*

Veretur acerbum] Grave et calamitosum. Sic *acerbum* non raro usurpatur.

Quod autem forum] *Eorum* vetus liber. *Forum* tamen legendum est ex Festo Pompejo. *Forum enim*, inquit, *antiqui appellabant, quod nunc vestibulum dici solet.* Lex igitur vetat, ne vel sepulchrum, vel sepulchri forum, id est vestibulum, usucapiatur.

In more] Non in lege, sed in consuetudine.

Funus ut] Indictivum funus est, quod per praeconem indicitur. Erant siquidem simpludearia funera, quibus neutrum genus interesset ludorum: et indictiva, quibus adhibebantur non solum ludi, sed etiam desultores, quae maxima erant. Varro, *Itaque ex aedibus efferri indictivo funere praeco eos dicit, qui a tabernis efferuntur.* Ad indictivum funus respexit Cicero, cum ita pro Domo scripsit, *Qui etiam de meipso, cum tua rogatione funere elatam remp. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant: quod de me cive ac de repub. bene merito tulisses, funestum funus te indixisse reip. quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.*

Si quid ludorum] Si ludi sint, ut ad eos populus conveniat.

Domusque funeris] *Dominusque funeris* Manutius legit, cui assentior. *Cicero* in Vatinium sic *dominum epuli* dixit [cap. 13.] *Cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arrius, albatus esset. Nonius* etiam *Marcellus* dominum dicit interdum esse convivatorem, et ut dicit, convivii exhibitorem: quo sensu et dominium usurpari ex Lucilio ostendit,

Primum dominia atque sodalitia omnia tolluntur.

Accenso] Ministri sunt magistratuum accensi, qui populum vocabant, ab *acciendo* vocati ut alii censent, quod initio ad censum populum vocarent. *Varro* [lib. V. L.L. pag. 62.] *Qui exercitum imperaturus erit accenso dicit hoc, Calphurni voca inlicium omnes Quirites huc ad me: accensus dicit sic, omnes Quirites inclicium visite huc ad judices.*

Lictoribus] Ad prehendendum, tenendum, abducendum, plectendum lictoribus utebantur magistratus qui lictores habebant. Conceditur domino funeris lictor, ut in multitudine coercere possit insolentiores et ferociores. Nam qui ludos faciebant propemodum in magistratu quodam constituti videbantur: hisque jus praetextae ferendae erat, ut magistratibus. *Cicero* in Pisonem [cap. IV.] *Sex. Clodium qui nunquam antea praetextatus fuisset, ludos facere et praetextatum volitare passus es.*

Honoratorum virorum] Laudationes funebres significat, quibus clari et honorati pro rostris ornabantur in funere: qui etiam honos feminis jam tribuebatur Ciceronis aetate. [Canneg. l. l.: »*Easque etiam cantu ad tibicinem prosequatur.* Scribo *cantus ac tibicines prosequantur.* Non sunt autem haec legis Decemviralis verba, sed in more sic positum fuit.« *Cr.*]

Naeniae] Naenia carmen est quod in funere laudandi gratia cantabatur ab hominibus ad tibiam. Varro, *Ibi a muliere, quae optima voce esset, perquam laudari, deinde naeniam cantari solitam ad tibias et fides. Horatius* [lib. II. Od. 1.]

Ceae retractes munera Naeniae.

Est et Naenia apud *Arnobium* [lib. VII. pag. 288.] *intestini porrectio, per quam proluvies editur succis perexsiccata vitalibus.* Erat etiam Dea, cujus templum erat extra viminalem portam. Ortum vocabulum est, ut ait *Festus*, a dictione *νέατον* id est extremum, vel quod *νήτη* sit chordarum ultima.

Graeci cantus lugubres] Lugubres cantus a Graecis *ἰάλεμοι* vocantur, non Naeniae, quod sciam, quae dictio mere Latina est [Fallitur *Turnebus*, est enim a Graeco *νηνίατος*. Vide *G. J. Vossium* in Etymologico. *Davies.*]. Veteres libri

habent *Gracchos cantus lugubres nominantur.* Legendum puto *Graccho*, ut C. Gracchum hoc usum esse verbo significet.

CAP. XXV. *Sed credo*] Veterum librorum scriptura valde inquinata est: ea est, *Sed recedo*, *quaero*. Recepta tamen scriptura idoneum sensum habet meliorque mihi videtur.

C. Figuli] Cujus sepulchrum magnificentissimum et amplissimum erat. *Valerius* [lib. IX. cap. III, 2.] Figulum bis consulem fuisse scribit, cujus filius jurisconsultus cum in petitione consulatus repulsam tulisset, postridie consulentes cives de jure dimisit, dicens, *consulere scitis, Consulem facere nescitis.* Cajus autem Marcius Figulus Consul fuerat cum P. Cornelio Scipione Nasica. Iterum consul factus, quod cum collega vitio esset creatus, magistratu abdicare se coactus est.

A Deorum] A defunctorum funeribus et exequiis. Eos enim Deos manes vocabant.

Legum scriptoribus] Ut a Platone et a Demetrio Phalereo. Solon enim de eo nihil caverat.

Jam illo more] Quo tum regebatur civitas nondum scriptis legibus.

A Cecrope] Cecrops natione Aegyptius Athenas venit, illicque regnavit. Biformem fuisse in fabulis relatum est. Is, ut *Arnobius* ex Antiocho refert. Athenis in Minervio sepultus fuit: ac mos humandi ab illo ad Draconem et Solonem qui leges Atheniensibus scripserunt permansit. Atque ut refert *Aelianus* [V. H. VII. 19.] corpora humare Athenienses solebant in occasum conversa, quo argumento contra Megarenses Lacedaemoniis judicibus Solonem usum refert. *Thucydidis* aetate cadavera cremabant Athenienses: sic enim lib. II. scribit, Ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας, οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον.

Hoc jus terra] Ista ratio sepulturae. Sic emendavi ex libris veteribus cum pro *hoc jus* in excusis esset *corpus*. Quod si cui probatur non magnopere repugnabo.

Quam cum proximi] Abest nescio quid, rem videlicet aut sepulturam, nisi *quod* legas. aut pro *fecerant jecerant*, quod verius puto, idque est ἐπιβάλλειν γῆν, id est, jacere vel injicere terram.

Obducta] Terra cadaver erat opertum.

Obserebatur] Frugum satu expiatum solum profanum reddebatur, ne qua religio inesset. Jaciebantur et fruges interdum honoris causa, ut Valerius ostendit de Curtio ita scribens [Lib. V. cap. VI, 2.] *Super quam universi cives ho-*

noris gratia certatim fruges injecerunt. Livius [vii, 6.] *Donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas.*

De mortui] Graeci solebant mortuos in convivio funebri laudare etiam qui improbi fuerant. Hinc apud eos proverbium est, *Οὐκ ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ*. Id est, *Ne in funebri quidem coena lauderis.* Prisci tamen Athenienses falsis laudibus tum mortuos non solebant ornare, ut *Cicero* ait.

Cum quid] Vetus haec scriptura est. Puto legendum, *cum quid veri erat praedicabatur. Nam me..tiri nefas habebatur. At justa, conjecta erant*, id est, justa exequiarum et funeris minimi sumptus erant et caerimoniae. Nam conjici dicuntur, quae utcunque tumultuaria fiunt opera, sine ordine. *Cicero* pro Roscio, *Haec sunt conjecta illae in ordinem confectae.* Inde conjectanea. Tum igitur non erat magna pompa funebris, sed ut Phalereus scribit, a quo ista sumit, *postea funera sumptuosa et lamentabilia esse coeperunt.* [Cannegieter de Notis p. 342.: »*At justa conjecta erant.* Vehementer hic falluntur interpretes. Contorta, ideoque non verisimilis, est Clerici emendatio Vol. 2. p. 157. de Arte Crit. Auctoritate librorum veterum subnixus, corrigo: *at justa conjectura erat.* Mortui laudes praedicare licuit, mentiri vero nefas habitum, conjecturas de eo addere jura permiserunt, veluti, si diuturniorem vitam fata concessissent defuncto, virum futurum fuisse maximum, alia.« *Cr.*]

In decimam tabulam] Libri veteres in undecimam tabulam: duodecim enim erant.

Expressa verbis] Expressa ad verbum ista, *Mulieres genas* etc. [Canneg.: l. l.: »An *verbis his?*« *Cr.*]

Cap. XXVI. *De sepulchris*] Apud Jurisconsultos sepulchri violati actio infamiam irrogat. Si quis autem corpora extraxerit, aut ossa eruerit, summo supplicio afficitur.

Nihil est apud] Nam de sepulchrorum modo nihil cavit.

Alienum inferat] Cadaver.

Bustum] Bustum dicitur ubi corpus ustum et sepultum est. Ut autem *bustum* ab *urendo*, item *τύμβος* a *τύφεσθαι*, quod est uri, deducitur: quanquam utrumque etiam pro sepulchro simpliciter dicitur. Sic a Catullo bustum usurpatur,

Cum teres excelso coacervatum aggere bustum.

Festus. *Nunc busta sepulchra vocamus.*

Monimentum] Quicquid mortui causa factum est, etsi ibi sepultus non est. *Monimentum*, inquit Festus, *est quod et mortui causa aedificatum est, et quicquid ob memoriam alicujus factum est, ut fana, porticus, scripta carmina. Sed monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen*

significat ibi sepultum. Hic quidam *bustum* ad usta cadavera referunt, *monimentum* ad sepulta. Saepe etiam monumentum a sepulchro nihil differt ut hic fortasse.

Columnam] Quae erigitur in monumentis et sepulchris.

Ceramico] Ceramici duo erant Athenis: unus in urbe, alter extra urbem, ubi bello interfectos publice sepeliebant, et orationes funebres dicebant. Erant autem illic hinc inde columellae super eos qui publice sepulti fuerant excitatae cum inscriptionibus, quae ubi quisque periisset indicabant. [Consule de his sepulcris *Dodwelli* Britanni Itinerar. Graeciae I. 2. cap. 13. *Cr.*]

Opere tectorio] Opus tectorium est inductio quaedam ad poliendum, ut et albarium opus.

Hermas hos quos vocant] Athenienses. Hermae autem sunt Mercurii statuae truncae, quae etiam sepulchris imponebantur. Earum statuarum plurimus erat Athenis usus. Sic quoque dicuntur, ut quidam censent, lapides quadrati qui sepulchris imponebantur, quod aeque non probo. [Canneg. l. l.: »*Hermas hos*, forte melius *huic.*« *Cr.*]

Publicis sepulturis] Qui bello occubuerant Athenis publice in Ceramico funerabantur, laudabanturque ab eo cui negotii hoc mandatum esset: ut Pericli apud *Thucydidem*, et postea Demostheni, cujus etiam *ἐπιτάφιος λόγος* adhuc extat. [Canneg. l. l.: »*Habet enim luctum concursus hominum.* Possis reponere: *favet enim luctui.*« Possis utique, modo velis Tullianam elegantiam delere. *Cr.*]

Pittacus] Qui in septem sapientibus est numeratus. Leges autem, ut refert *Laertius*, Mitylenaeis scripsit, in quibus hoc, quod Cicero scribit, cavit.

Increbruisse] Sic vetus et optimus liber. Dicitur autem ab increbesco increbui, ab increbresco increbrui.

E Repub.] Versatus in reip. administratione: non e schola tantum, sed etiam e repub. *Cicero* pro Rabirio Posthumo [cap. IX.] *Demetrium et* ex repub. *Athenis, quam optime gesserat, et ex doctrina nobilem et clarum, qui Phalereus vocitatus est.* Est igitur hic *civis e Rep.* perinde ac si diceretur vir politicus. [Vim phraseos non expressit *Turnebus:* nam *civis e Rep.* est civis Reip. utilis: id enim *e Rep.* dicitur esse, quod ei utilitatem parit. *Cicero* de Orat. II, 28. *Multas etiam* e Republica *seditiones saepe esse factas, ut cum Reges essent exacti* etc. Idem Philipp. III. cap. 15. *Colonias Provinciae Galliae recte atque ordine* exque Rep. *fecisse et facere.* Sic passim loquuntur optimi scriptores. Vide *Corn. Nepotem* in Attico cap. VI. *Davies.* Canneg. l. l.: »*Civis e republica maxime.* Legam potius: in rep. maximus« Haec ille. Ego non legam. *Cr.*]

Jussit efferri] Minor ut esset celebritas et pompa in tenebris. Efferebantur autem extra urbem cadavera, cum in urbe sepelire non liceret.

Novis] Quae postea fierent: nam in posterum lex sancitur.

Columellam] Columellae in sepulchris excitabantur: στήλας Graeci et στηλίδας vocant. Mensae, lapides quadrati sunt in mensae formam. Sic *Plutarchus* ait, in Isocratis sepulchro τράπεζαν γενέσθαι ἔχουσαν ποιητάς τε καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ. Id est, *Mensam fuisse in qua poetae essent, et ejus magistri. Labellum* dicit, quod Graeci πύελον vocant, lapidem in parvi labri formam concavum. [*Aut mensam, aut labellum.* Canneg. l. l.: »Lapis hic est in labri formam concavus. Imaginem ejus exhibet Guther de jure Man. p. 334. Quid, si *tabellam* scribamus, et interpretemur, *mensam, id est, tabellam?* Marcellinus in vita Thucydidis narrat ἴκριον, hoc est lignum, sive tabulam, positam fuisse super ipsius sepulchrum: hoc autem inanis et honorarii tumuli patrium signum, et solenne Atticum haberi, in iis qui peregre obiissent, neque Athenis essent sepulti. Ipse Auctor lib. 3. cap. 13. *villas*, refert, *signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis.*« — De constructione *super tumulum* cf. Ruddimanni Institt. Grammaticae Latinae ed. Stallbaum, Part. II. p 324. not. 7. *Cr.*]

Cap. XXVII. *Videamus Platonem*] Interpretes eos ἐξηγητὰς Plato vocat. Quae *justa* dicit, Plato θεῖα νόμιμα appellare videtur. Locus autem quem citat, est in xii. legum, unde quae sequuntur sumpsit omnia.

Quem nos morem] Nam et apud nos Pontifices religionis interpretes ista decernunt.

Ex agro culto] Quae *Plato* dixit ἐργάσιμα, interpretatus est *agrum cultum*, vel qui coli possit. [Ita reapse a multis Atheniensibus factum esse arguunt hujuscemodi monimentorum reliquiae, quas docte descripsit *Dodwell* in Itiner. Graec. I. 2. cap. 13. *Cr.*]

Compleatur] In ea potissimum homines sepeliantur.

Quam quod quinque] Ex *Platone* legendum est, *Quam quod quinque homines quinque diebus.* Extruere sepulchrum dicit, quod Plato scripsit χῶμα χώννυσθαι.

Excitari] Excitantur columellae, imponuntur mensae et labella: etsi apud *Platonem* discrimen istud non est, qui tantum λίθινα ἐπιστήματα dicit.

Longos] *Isidorus* non omnino malus auctor, ita hac de re scribit [Orig. lib. 1. cap. 38.] *Hexametros Latinos primum*

fecisse se Ennius tradit, *eosque* longos *vocat. Gellius* lib. XVIII. cap. ult. *In* longis *versibus qui Hexametri vocantur* etc.

A quinque minis] Hominibus primae classis impendi sepeliendis quinque minas permittit Plato: secundae classis, tres: tertiae classis, duas: quartae, unam.

Eadem illa] Qua etiam in Phaedone et aliis locis disserit multis.

Perge caetera] Explicare scilicet.

Hoc praesertim] Solstitiali, qui longissimus est. Ut enim Plato uno die peroravit omnem de Legibus disputationem, ita uno die absolvam.

IN

M. TULLII CICERONIS LIBRUM TERTIUM DE LEGIBUS ARGUMENTUM HADRIANI TURNEBI.

CONSTITUTO religionum jure, deinceps civitatis gubernatores rectoresque describit. Nam quum nihil reipub. ἀναρχία sit exitialius, quae florentissimas nationes, imperiaque potentissima interdum subvertit; secundum Deos nihil prius ducere legislator debet, quam ut recte ac ordine magistratuum descriptionem componat. Primum ergo in legis exordio magistratum definit, eique cives ut pareant hortatur. Deinde legem de magistratuum descriptione, potestate, imperio sancit. Subjungit, ut libro secundo, ejus interpretationem et aequitatem, quod legislatorem Plato facere jubet. Postremo praeparationem addit ad libros sequentes, qui desiderantur.

HADRIANI TURNEBI
COMMENTARIUS
IN
CICERONIS
DE
LEGIBUS
LIB. III.

Cap. I. *Sequar igitur*] Instituto Platonis legi prooemium praetexam, ut libro secundo feci. *Divinum* autem dicere saepe Latini solent, eximium virum et praestantem, et qui laudem humana majorem meretur.

Etiam nostri illi] Epicureos significat, qui caeteros philosophos prae uno Epicuro contemnebant: solumque eum germanae philosophiae inventorem praedicabant, atque illud frequentabant,

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen,
Qui primus potuisti, illustrans commoda vitae,
Te sequimur Graiae gentis decus.

Elegantia] Quae nulla in aliis Epicureis est. Elegantia cultus est vitae et ornatus hoc loco bonis artibus et humanioribus literis informatae. In Epicuri philosophia fortasse gravitas quaedam inest, incompta tamen et inelegans: in Platone praeter gravitatem etiam elegantia, consentanea elegantiae et humanitati Attici.

Cum humanitate] Harum virtutum disparium difficilis erat in eodem conjunctio et societas. Eandem etiam laudem Bruto tribuit. *Quid enim*, inquit, *tam distans quam a severitate comitas? quis tamen unquam te aut sanctior est habitus, aut dulcior?* [»Sane gaudeo quod te interpellavi« De *quod*, h. l. eventum significante, monuit Ruddimann. in Inst. Grammat. Lat. Part. II. p. 352. ed. Stallbaum. *Cr.*]

Tui testimonium] Cum me recte facere dixisti, quod Platonem legerem. [Male. *Davies.*]

Legem ipsam] Quam de magistratibus rogaturi sumus.

Et sui generis] Quae propriae laudes sint leges hujus de magistratibus, non communes, quaeque in alias leges non conveniant.

Ut praesit] Eodem fere modo Aristoteles lib. iv. Politic. [cap. 15.] *Ἀρχὰς* definit, ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τε περί τινων, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο· τὸ γὰρ ἐπιτάττειν ἀρχικώτερόν ἐστι. *Magistratus sunt quibus est permissa potestas de aliquibus rebus consulendi, judicandi, jubendi, hujusque vel maxime, nam jubere imperiosum magis est.*

Ut enim magistratibus] Haec magistratus descriptio ex Platone ducta est [lib. iv. Legg.]. Is enim ait, *Τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους, νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα, οὔτι καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα· ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε πόλει καὶ τοὐναντίον· ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἂν ἀρχόμενος ᾖ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὁρῶ τῇ τοιαύτῃ ἑτοίμην οὖσαν· ἐν ᾗ δὲ ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν καὶ πάνθ' ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γιγνόμενα καθορῶ.* Id est. *Qui autem magistratus dicuntur, nunc legum ministros vocavi, non ut nominum innovator essem, sed quod omnium maxime in hoc civitatis salutem aut contra damnum verti putem. Nam in qua urbe obnoxia et infirma lex est, labem illi propinquam provideo: in qua vero lex magistratuum domina, magistratus autem servi legis sunt, salutem illi, et quaecunque unquam civitatibus dii bona elargiti sunt, prospicio.* Placet huc etiam *Ciceronis* de lege verba ex oratione pro Cluentio [cap. 53.] adscribere. *Mens*, inquit, *et animus, et consilium, et sententia civitatis posita in legibus est. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege, suis partibus et nervis, ac sanguine et membris uti non potest. Legum ministri, magistratus: legum interpretes, judices. Legum denique idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.*

Magistratum] Imitatum esse prope censeas Ciceronem Simonidis sententiam de poesi quam Plutarchus his verbis refert: *Πλὴν ὁ Σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσηγόρευε, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν.* Id est. *Veruntamen Simonides picturam poesin mutam appellabat, poesin picturam loquentem.*

Conditionemque naturae] Quod humanae leges ex quadam pactione et conditione inter homines primum videntur natae: idcirco naturae legem, naturae conditionem appellat.

Est autem *conditio* pactio et conventio, id est, *συνθήκη*. *Cicero* in Topicis [cap. xxi.] *Ut si quaeratur a naturane jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione.*

Quam imperium] Omnia enim unde imperium abest, pereunt. Hinc Sophocleum illud [in Antigone vs. 684.]

Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν,
Αὕτη πόλεις ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
Οἴκους τίθησιν, ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς
Τροπὰς καταῤῥήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

Anarchia etenim haud pestilentius est malum,
Haec perdit urbes, atque profligat domos
Vastasque reddit, et in tumultu Martio
Fugitiva vertit terga: sed parentium
Incolume servat corpus obedientia.

Sine quo nec domus] Nullus consistere coetus, nullaque societas potest. Gradatim a familia ad communem Deorum et hominum civitatem mundum ascendit.

Nam et hic Deo] Deo praepotenti paret mundus, ejusque supremae legi.

Cap. II. *Citeriora*] Propinquiora et propius nos attingentia, id est, terris tanquam viciniora: quod de caelesti descriptione et Deo egisset, quae paulo longinquiora sunt et remotiora. Sic in libris de Repub. *Quare si placet deduc orationem tuam de caelo ad haec citima.* [Vel potius *cituma.* Fragmentum, a Nonio (in voc. *cituma* et *deductum*) servatum, in libri primi cap. 21. initio nuper reposuit Angel. Majus p. 62. ed. Stuttg. et Tubing. Caeterum illud ipsum *deduc* vel *deducere* — *ad haec cituma* in loco de Re Publica Goerenzium, si quid video, avocare debebat a sua conjectura: »atque ut *citeriora videamus*« Haud absurde autem conferas cum citumis Italorum *qua giù*, ut in his Petrarchae: — — »Natura volse Mostrar *qua giù* quanto *la sù* potea.« *Cr.*]

Quod genus imperii] *Initio rerum Imperii summa penes reges*, ut docet *Trogus*, *fuit:* assentitur et *Aristoteles* lib. *πολιτικῶν* I. *Αἰσυμνήτας* autem, qui suffragio eligerentur, primos fuisse reges significare Cicero videtur: aut, quod multo verius, quales Heroicis erant temporibus, quos beneficia ad honoris fastigium provehebant. Eundem locum sic lib. II. Offic. [cap. 12.] Cicero tractat. *Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros, justitiae fruendae causa videntur olim bene mo-*

rati reges constituti. Nam cum premeretur initio multitudo ab iis qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute praestantem, qui cum prohiberet injuria tenuiores, aequitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat. Deinceps regna posteris per manus a patribus tradita sunt.

Ad justissimos] Qui jus aequabile inter omnes conservarent, et prudentia in rerum delectu valerent. *Cicero* lib. II. Offic. [cap. 12.] *Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur.*

Deinceps] Cum initio suffragiis reges essent delecti, postea ad posteros haereditarium transmisere regnum. [Cannegieter de Notis p. 342.: »*Deinde etiam deinceps posteris prodebatur.* Corrigo: *defunctorum imperium deinceps posteris a patribus dabatur.* Erroris causa est, quod, Magnone teste, iisdem siglis scripta fuerunt olim vocabula *defunctus* et *deinde*. *P.* autem et *Patres* notat et *pro.*« — Haec nemini probatum iri confido, qui aera dignoscere calleat lupinis. Venio ad proxima: — »quod *et* in his *etiam* — manet.« De *et etiam* cf. Schützii Doctrinam Particularum Lat. Ling. §. 236. Part. I. p. 174., ibiq. Cic. epistt. famm. IX. 25. Verr. IV. 47. et praecipue ad Attic. XVI. 16.: »Mi Plance rogo te, *et etiam* oro (und sogar)«. Adde *Lindemann.* ad Plauti Trinum. Prolog. vs. 6. *Cr.*]

Non ii nemini] Habent enim, qui regi non parent, verbi gratia, magistratus annuos, ut Coss.

Liberis populis] Liberis scilicet populis, non regnis leges dat his libris.

Civitatis statim] Qui temperatione ea constabat, ut in Senatu auctoritas esset, in populo majestas.

Prudentia] Prudentia in consulendo est et providendo; diligentia in agendo magistratumque gerendo.

Descriptione] Temperatio et moderatio civitatis ex magistratuum descriptione efficitur: nam absque ea foret, perturbatio esset in civitate et confusio: omnia in civitate essent intemperata et immoderata. Ex iis quoque intelligitur quod genus sit Reip. [Sententiam haud dissimilem habent haec de Re Publica lib. I. cap. 31. init.: »et talis est quaeque res publica, qualis ejus aut natura aut voluntas qui illam regit.« *Cr.*]

Obtemperandi modus] Ne superbe imperent, cum et ante paruerint, et privati sint propediem futuri: et ut eis cives

modeste pareant, cum parem honorem adepturi sint: quod initio statim legum sancit, cum ista imperia praecipit, quibus cives modeste et sine recusatione pareant.

Nam et] Sic et divinus *Plato* [lib. VI. de Legg. pag. 618.] *Δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διανοεῖσθαι περὶ ἁπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου, καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον, ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι· πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις, ὡς ταύτην τοῖς θεοῖς οὖσαν δουλείαν· ἔπειτα τοῖς πρεσβυτέροις τε καὶ ἐντίμως βεβιωκόσιν. Enimvero omnes de omnibus ita cogitare hominibus oportet: eum qui non servierit, dignum laude dominum nunquam fore, ac magis cuipiam gloriandum quod bene servierit, quam quod bene imperarit: primum legibus quasi idem hoc sit, quod Deo servire: deinde senioribus, et his qui honeste vitam egerint. Aristoteles* Politic. III. [cap. IV.] *Ἀλλὰ μὴν ἐπαινεῖταί γε τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, καὶ πολίτου δοκίμου ἡ ἀρετή ἐστι τὸ δύνασθαι καὶ ἄρχειν, καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. Veruntamen illud utique laudatur, posse et imperare et parere, ac civis est virtus spectati, posse honeste imperare et parere.* Iason ergo qui apud Tragicos sese sine imperio vivere posse negat, ablegandus est.

Ut Charondas] Charondae de colendis magistratibus verba hodieque apud *Stobaeum* extant [Serm. XLII. pag. 290.] Ea adscribam. *Χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν, καθάπερ πατρικήν, εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους.* Id est, *Erga magistratus perinde ac erga parentes benevolentiam servare oportet obtemperando et colendo.*

Titanum e genere] Titanum e genere Plato eos censet, qui adversentur magistratibus, ut Titanes olim caelestibus et immortalibus diis adversati sunt: quo significat eos qui magistratibus adversantur, impios esse et *θεομάχους*. Locus est apud *Platonem* lib. III. de Legg. *Τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐπιδείκνυσι καὶ μιμουμένοις.* Id est, *Priscam illam Titanicam naturam prae se ferentibus et imitantibus.* Id de perfidis Plato dicit et impiis, qui fidem et jusjurandum, et Deos negligunt, qui quidem ad eam impietatem et scelus viam sibi munierunt magistratuum contemptione, legum despicientia, parentum negligentia.

CAP. III. *Justa imperia*] Hoc caput magistratibus imperandi, et civibus obtemperandi modum praescribit. Justa sunt imperia magistratuum quae conjuncta sunt cum legibus. Contrarium est illud Sallustii: *Sunt qui ita dicunt, imperia ejus injusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati.*

Magistratus nec] Magistratus aut vocationem habent. ut Coss. caeterique qui imperium habent: aut prehensionem,

ut trib. pl. et qui viatorem habent: aut nec vocationem nec prehensionem, ut quaestor et caeteri, quibus nec est lictor nec viator. Haec lex de magistratibus iis intelligenda, quibus jus est coercendi. Quod ait, *Verberibusve coerceto*, id abrogatum lege Porcia fuit, qua exilium damnatis permittebatur, ac verberasse aut necasse civem, impium censebatur. *Sallustius* [Catil. cap. 51.] *Sed per Deos immortales, cur non in sententiam addidisti, ut prius verberibus in eas animadverteretur? an quia lex Porcia vetat? aut aliae leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubent?* Pro *et noxium* in libro veteri *et innoxium* legitur; male ut arbitror.

[*Magistratus*] Cod. Va. *magistratibus*. Codd. Va. Vi. et Pa. *et innoxium*. *Mr.*]

Multa] Pecunia.

Ni par majorve] Collega aut major potestas prohibere et intercedere potest, et ad populum provocatio lege Valeria obtinuit, ne quod esset imperium sine provocatione.

[*Ni par majorve*] Codd. Va. et Pa. *impar majorve*. Tum Cod. Vi. *paulo sive* pro *populusve*, et *prohibet* pro *prohibessit*. Mox idem cum Cod. Va. *provocatio est*. *Mr.*]

Prohibessit] Id est, prohibuerit, antique: ut mox, *judicassit* pro judicaverit, et *irrogassit* pro irrogaverit.

Judicassit] Condemnaverit, ut apud *Livium* [1, 26.] *Perduellionem tibi judico*. Et alio loco [lib. XXVI. cap. 3.] *Quoad pecuniae vel capitis judicassit privato*. Magistratus autem, ut, verbi gratia, tribuni, cum capitis aut pecuniae anquirebant, cum mulctam aut poenam irrogabant, prodicta die ter ante accusabant, deinde ex provocatione mulcta certabatur apud populum.

[*Inrogassitve*] Cod. Pa. *interrogassit ve, ne per populum*. *Mr.*]

Multae poenae] Integro sermone dixit, prisce: quod imminuto dicitur *multae certatio*, cum a multa nomen habeat pecunia, quam magistratus, ut inquit Varro, dicit ut exigatur. Quomodo etiam *Valerius* [lib. 1. cap. 1, 9.] dixit *arma ancilia*. Aut multam in pecunia intelligit, poenam in supplicio: ut poena ad judicium, multa ad irrogationem pertineat, quod verius puto.

Certatio] Cum magistratus ut tribunus pl. multam dixisset, illa postea apud populum disceptabatur, et ejus suffragiis vel confirmabatur vel abrogabatur, idque multae certatio dicebatur. *Livius* [XXV, 4.] *Confestim Carvilii trib. pl. omissa multae certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt.* [Cannegieter de Notis p. 342.: »*Cum magistratus* —

certatio esto. Accipio: ad populum liceat provocare, atque apud eum de mulcta imposita poenave irrogata certare. « *Cr.*]

Militiae ab eo] Exercitui praeerat aut Consul, aut Dictator, aut Praetor, aut Proconsul, quibus tum citra provocationem concedebatur imperium.

[*Provocatio ne esto*] Cod. Vi. *provocatio certo.* Cod. Pa. *provocatio esto.* Pergit Cod. Va. *quodque is, qui bellum gerat, ipse rassit.* Cod. Vi. *quod his qui.* Cod. Pa. *quodque is, qui bellum imperassit. Mr.*]

Minores magistratus] Minores magistratus sunt, qui minoribus auspiciis creabantur: cujusmodi erant quaestores, tribuni militum et Triumviri monetales, Quatuor viri curatores viarum, Decemviri litibus judicandis, Triumviri capitales. *Plera* dixit antique. Pacuvius: *Plera pars pessundatur.*

[*Minores magistratus*] Codd. Va. Vi. *minoris mag.* Tum Cod. Pa. *periti juris;* Cod. Vi. *jussi erant. Mr.* — Cannegieter l. l.: »*Minores magistratus plures in plera sunto.* Nil muto. *In ple Ra* expono in *plebe Romana.* Probus auctor est *ple* significasse olim *plebem*, Diaconus testatur *Ra* pro *Romana* scriptum fuisse. Partim hos ex patriciis, partim ex plebejo ordine eligi vult legislator, plures tamen fore ex plebe.« *Cr.*]

Partiti juris] Nam iis qui cum imperio sunt, et exercitui praesunt, universum jus et potestas tribuitur. *Jus* hoc loco munus est, ut et hoc libro tertio [cap. xx.] *Sic animadverto plerosque in magistratibus ignoratione juris sui tantum sapere quantum apparitores velint;* id est, muneris et Officii sui.

Eorumque tribuni sunto] Id est, ex minoribus magistratus. Tribuni significantur militares, qui vel in exercitu creabantur, ac Rufuli dicebantur: vel Romae, et Comitiati appellabantur.

Domi pecuniam publicam] Minores magistratus multis praeficiuntur muneribus: quidam custodiae pecuniae publicae, qui Quaestores dicebantur. Quaestores enim aerario et pecuniae publicae praeerant, ut Pomponius scribit, qui hac lege significantur. *Dio* de minoribus magistratibus ita scribit [lib. LIV. pag. 540.] *Isti viginti viri e* XXVI. *viris sunt, triumviri capitales, et triumviri auro, aere, argento flando, feriundo: et quatuor viri curatores viarum urbis: et decemviri qui hastam centumviralem cogebant. Nam duumviri curatores viarum extra urbem, et quatuor viri. qui in Campaniam mittebantur, sublati erant.*

[*Pecuniam publicam*] Cod. Va. *pecunias publicas. Mr.*]

Capitalia vindicanto] Triumviros capitales significat, qui

et vincula servabant, et in sontes animadvertebant: ut servos, fures, peregrinos, infimae sortis homines. De quibus sic *Sallustius* scribit, *In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere.* Et *Plautus* [Amph. Act. 1. Sc. 1, 3.]

Quid faciam, nunc si treviri me in carcerem compegerint?

Aes, argentum, aurumve] Hi triumviri erant, qui argento, auro, aeri flando, feriundo praeerant, de quibus sic Cicero ad Trebatium [Fam. VII, 13.] *Treviros vites censeo: audio capitales esse, mallem auro, aere, argento essent.*

[*Aes, argentum aurumve*] Cod. Vi. *aes argentumque et aurum ne publ.* Pro *coeratores* Cod. Va. *curationes. Mr.*]

Lites contractas] Ut decemviri qui hastam centumviralem cogebant, et judiciis centumviralibus praeerant. *Pomponius* [Digg. lib. I. Tit. II, 29.] *Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hastae praeesset, decemviri litibus judicandis constituti sunt.* Quos equidem miror a quibusdam non numerari in magistratibus: qui *Dionis* et *Pomponii* auctoritate refelluntur.

Quodcunque] Quicquid eis aliud Senatus injunxerit agunto. Libri duo scripti habent *Quod quodcunque. Creverit* autem est decreverit, antiquo more.

Curatores] Aediles opera publica et ludos curabant, et annonae praeerant.

Ludorumque] *Cicero* in Verrem [lib. v. cap. 14.] *Nunc sum designatus aedilis: habeo rationem quid a populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum caerimonia Cereri, Libero Liberaeque faciendos: mihi Floram matrem populi Romani plebique Romanae ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione, Jovi, Junoni, Minervaeque esse faciundos: mihi sacrarum aedium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam.* Ludos autem solennes dicit quia funebrium et votivorum curatores non erant. Annui enim et solennes non erant, ut ludi Florales, Megalenses, Romani.

Ad honoris] Nam aedilitas, primus erat curulis magistratus et patricius.

[*Primus adscensus*] Cod. Pa. *assensus.* Pro *aevitates* id. cum Codd. Va. Vi. *civitates. Mr.*]

Censores populi aevitates] *Aevitates*, id est, aetates juniorum et seniorum prisco vocabulo. Nam censores aetatem quae militaris esset, quae magistratibus gerendis apta foret, vel suffragiis ferendis, vel publicis muneribus et civi-

libus obeundis censebant: certi enim his rebus anni praefiniebantur. Sed et cives, in juniores et seniores per centurias dividebant.

Soboles] Prolem etiam annotabant cujusque et servos censumque, ut describerentur munia et tributa et pro facultatibus aequabiliter tolerarentur. Atque *dicare in censu* erat in censum pro suis deferre. *Cicero* pro Flacco [cap. 32.] *Ad haec praedia in censu dicavisti.* Quomodo et Varro utitur. Et quae bona censui obnoxia erant et nostra, censui censendo dicebantur. *Cicero* [pro Flacco cap. 32.] *Illud quaero, sintne ista praedia censui censendo?*

Templa] Nam censores sarta tecta exigebant.

Vectigalia] Censores vectigalia locare solebant.

Populi partes] Pop. Rom. in quatuor urbanas tribus, et 31. rusticas descriptus erat. Omnesque pop. Rom. partes in has triginta quinque tribus distributae erant.

Exin pecunias] Non solum in tribus populum describant verum etiam in classes ex censu: classesque rursus in centurias juniorum et seniorum ex aetate: quod a Servio Tullio primum institutum est. Ipsae autem tribus in classes erant et centurias descriptae, nam in una tribu erant, verbi gratia, homines omnium classium et centuriarum: et in ordines, senatorium, equestrem, ordinem publicanorum, libertinorum, reliquos.

[*Exin pecunias*] Verba *exin pecunias* usque ad *prolem describunto* desunt in Cod. Va. Codd. Vi. et Pa. habent *exinde pecunias civitates ordine partiunto*; tum *prolem scribunto. Mr.*]

Peditumque] Prolem eorum quos locaverunt in classibus, quae in equites peditesque dividebantur.

Caelibes esse] Plato a tricesimo anno ad tricesimum quintum uxorem ducendam ait: quod si quis neglexerit, eum pecunia mulctandum et ignominia notandum censet. Lycurgus quoque probro notat eum qui uxorem ducere noluerit. Quin apud Romanos poena in caelibatum constituta erat. Nam uxorium pependisse dicebatur, qui, quod uxorem non habuisset, aes populo dederat. Sed et Augustus legem de maritandis ordinibus tulit, et orationem Metellus habuerat. Lex quam nunc sancit Cicero, Romaeque observabatur, antiquata est, ut *Sozomenus* scribit, et abrogata a Constantino Imperatore.

Probrum in Senatu] Famosos senatores et probrosos e Senatu ejiciebant.

[*Probrum*] Cod. Pa. *probosum*, ex glossa pro *probrosum*. Post *bini sunto* Cod. Va. addit *dictator unus esto. Mr.*]

Eaque potestas] Nam saepe censoria potestas Romae intermissa est, quod ne fiat nunc lege cavet.

[*Juris disceptator*] Cod. Vi. *Ruris sic disceptator, qui res privatas judicet.* Cod. Va. *qui private judicet*, Cod. Pa. *quia privata jud.* Verba *praetor esto* desunt in Cod. Vi.; sed in Cod. Pa. haec omnia: *is juris civilis custos esto*; quae in Cod. Vi. scribuntur: *juris autem civilis auctor aliquis esto*; et pro *pari* Codd. Va. et Pa. *parento. Mr.*]

Juris civilis custos] Praetor urbanus jus dicebat, edicta proponebat, quibus siquid in jure non satis cautum esset, supplebat, quaedam mutabat, abrogabat, novabat, emendabat, explicabat: saepe etiam recuperatores dabat et judices. Juris autem disceptator, est judex. Mox pro *Qui* privata *judicet* in libris scriptis est *Qui* privato *judicet*, id est, civi.

Quotcumque Senatus] Id ait, quia praetorum numerus certus non erat. Nam capta Sicilia, Sardinia, Hispania, Gallia Narbonensi, auctus est praetorum numerus: constitutisque quaestionibus publicis, Sylla quatuor adjecit, Julius Caesar duos: quorum numerum mox Augustus, deinde Claudius auxit. [Cannegieter l. l.: »*Hunc potestate pari quocunque senatus creverit.* Substituo: *huic potestate pari quotcunque*« Plane ita Ernesti in recentiore editione, quod fugit Cannegieterum. *Cr.*]

Regio imperio] *Livius* [VIII, 32.] *Quaero*, inquit, *de te Quinte Fabi, cum summum imperium dictatoris sit, pareantque ei Consules, regia potestas, praetoresque iisdem auspiciis quibus consules creati* etc. [Polybius VI. 11. Vol. II. p. 479. Schwgh. ὅτε μὲν γὰρ εἰς τὴν τῶν ὑπάτων ἀτενίσαιμεν ἐξουσίαν, τελείως μοναρχικὸν ἐφαίνετ' εἶναι καὶ βασιλικόν. Quae Polybii alumnus Scipio Aemilianus repetit apud Ciceronem de Republ. II. 32: »atque uti consules potestatem haberent tempore duntaxat annuam, genere ipso ac jure regiam.« Eam rem attigit etiam *Gibbon* in Hist. inclinat. et lapsus Romani Imperii. Vol. I. cap. 3. p. 163. ed. vernac. Lips. Wenckii. *Cr.*]

Iique praeeundo] Consules vocatos fuisse praetores *Festus* ita indicat: *Praetoria porta in castris appellatur, qua exercitus in praelium educitur: quia initio praetores erant qui nunc consules, et ii bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur praetorium. Sallustius* in homine praetorio consulare imperium dixit [Catil. cap. 55.], sed is ante consul fuerat, et probri causa Senatu motus, ut ordinem recuperaret, praeturam alteram gerebat. Ejus verba sunt, *Ita ille patricius ex gente clarissima Corneliorum qui consulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factis-*

que suis exitum vitae invenit. Judices autem eos et praetores esse dictos probat item *Livius* lib. III. ab urb. cond. [cap. 55.] his verbis. *Judicem enim Cos. appellari: quae refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum consulem judicem, sed praetorem appellari mos erat. Varro* [L. L. lib. v. pag. 62.] *Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices*, id est, consules.

[*Appellantor*] Codd. Va. Vi. Pa. *appellanto.* In seqq. Cod. Vi. *ni postquam interfuerint:* idem cum Codd. Va. et Pa. rursus *civitatem* pro *aevitatem. Mr.*]

Salus populi suprema] Aut quod in summis Reip. periculis negotium consuli mandabatur, ut videret ne quid Respub. detrimenti caperet, quo versiculo supremum imminere discrimen significabatur: (Sallustius: *Itaque quod plerunque in atroci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam consules ne quid Respub. detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives, domi militiaeque summum imperium atque judicium summum habere. Aliter sine populi jussu nulli earum rerum consuli jus est*) aut quod nihil antiquius quam salutem civitatis habere debet. Prior sensus verior est.

Eum magistratum] Fabius Maximus legem tulerat, ne intra decem annos eandem potestatem quis gereret. Sed et plebiscito id cautum fuerat. *Livius* [VII, 42.] *Item aliis plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet. Livius* iterum [X. 13.] *Legem recitari jussit, qua intra decem annos eundem Coss. refici non liceret.* Proinde secundum consulatum ante tempus C. Marium *Plutarchus* adeptum esse scribit.

Aevitatem] Aevitas hic est aetas. Interdum senectus, ut in XII. Tab. *Si morbus* aevitasque *vitium esset.* Aetas consularis quadragesimus tertius erat annus, praetoria biennio ante, aedilitia etiam biennio ante praetoriam. [Tu adde *Joann. Bosscham* ad Plauti Capt. IV. 1. 13, qui hinc Comico restituit *aeviternum* suffragante Lindemanno. *Cr.*]

Annali lege] Annalis lex aetatem qua magistratus peti possent praefiniebat. Eam *Ovidius* in Fastis [x, 65.] significat, cum ait,

Jura dabat populo senior finitaque certis
Legibus, est aetas unde petatur honos.

Eam tulit, ut scribit *Livius* [XL, 44.] Julius trib. pleb. Unde Annalis ipse, familiaque vocari cepit. Dicitur et *annaria lex*, ut *Festus* scribit.

Civium estunto] Veteres libri, *Civium escuntones ne*, puto legendum esse, *Et seditiones* vel potius *et conciones.*

[*Civium escunt*] Cod. Va. *esset.* Cod. Pa. *escunto.* Tum Cod. Va. pergit *ex tanto ne amplius*, vera lectione (*oenus*) ejecta, cum prius vocabulum vel male repetitum, vel male explicitum (*extant*) fuisset. In Cod. Vi. est *onus, ne amplius.* Pro *duo consules* Codd. Va. et Pa. *duos consules. Mr.* — Cannegieter ad vocem *oenus* comparat *coerator*, *oesus poeniri* cap. seq. itemque *oetier* ap. Festum in v. *publica pondera. Cr.*]

Ave sinistra] Sinistrae aves prosperae sunt et auspicatae: nam sinistrum quasi sinistimum dicitur, nimirum auspicium quod sinat: sinunt autem aves hae plerumque quae ab ortu, quae pars mundi sinistra in auspiciis est, volant. *Varro* [lib. vi. L. L. pag. 80.] *Quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur: a quo dicitur comitia aliudve quid sit avi sinistra quae nunc est. Cicero* [De Divin. lib. II. cap. 39.] *Quanquam non ignoro quae bona sint, sinistra nos dicere. Sed certe nostri sinistrum nominaverunt, externique dextrum, quia plerumque id melius videbatur.* Sinistra igitur avis est prosperior, etiam si a dextra volet. Nam quaedam a dextra ratum faciebant. *Cicero* [de Div. II, 38.] *Cur autem aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint.*

Duo consules] *Suidas* de Dictatore, Ὅς, inquit, παρὰ Ῥωμαίοις καὶ δισύπατος καλεῖται. Id est, *Qui apud Romanos duplex consul vocatur.* Dictatorem ob eas tantum causas dici vult Cicero, quas enumerat, cum eum tamen Romae creatum aliquando etiam legamus ludorum causa, comitiorum, clavi figendi, et feriarum. Dictator autem dicebatur, quod pro imperio dictaret et imperaret quae ex usu essent Reipub. Suidas: Ὅς καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν κληθείη ἂν εἰσηγητὴς τῶν λυσιτελῶν. Id est, *Qui Graeca lingua dici possit auctor eorum quae ex usu sint.*

Populi magister esto] *Magister equitum*, inquit *Varro* [lib. iv. L. L. pag. 22.] dicitur, *quod summa potestas ejus in equites et accensos, ut est summa in populum dictatoris: a quo is quoque magister populi est appellatus. Seneca* [Epist. cviii.] *Praeterea notat eum quem nos dictatorem dicimus, et in historiis ita nominari legimus, apud antiquos* magistrum populi *vocatum. Hodieque id extat in auguralibus libris, et testimonium est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est.*

Equitem cumque] Parem sancit magistri equitum potestatem imperio praetorio. Nam quod est comparatus consuli

praetor, id est dictatori magister equitum; qui ut ait *Polybius* [III, 87.] *γίνεται οἱονεὶ διάδοχος Δικτάτωρος ἐν τοῖς ἐκείνου περισπάσμοις.* Id est, *Tanquam Vicarius dictatoris in dictatoris negotiis et impedimentis.* Jus autem ut praetor dicebat. Cicero de Antonio magistro equitum: *Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid haeriditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? Cumque* vel dixit vetuste ut Horatius,

Mihi cumque salve Rite vocanti.

Sic apud Plautum quoque usurpatum reperias. Vel conjungendum est *cum* verbo *Habeto*, ut sit tanquam *Cohabeto:* ut apud Horatium esse potest *convocanti;* quod verius puto. Hic omittendum non videtur, in veteribus libris *aequitatem cumque* legi, non *equitem.* Quam lectionem non probo.

[*Equitem cumque qui regat*] Codd. Va. et Pa. *Equitatem quicunque regat.* Cod. Vi. *Equitatum cumque qui regat.* Vocem *juris* ante *disceptator* omittit Cod. Va. *Mr.* Canneg. l. l.: conjicit: *equitum turmas quiqui regat, habetor pari jure cum eo. Cr.*]

Ast quando consulis] Significari puto, nec consulari unquam imperio, nec dictatoris potestate tolli reliquos debere magistratus, ne forte id sibi juris sumant; contra quam Romae fieri solebat, ubi dictatore creato, reliqui cessabant, praeter tribunos plebis, magistratus. *Polybius* de Dictatore [lib. III. cap. 87.] *Οὗ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων.* Id est, *Quo creato statim Romae omnes magistratu abeunt praeter Trib. pl.* Sententia est, cum vel consules, vel dictatores civitati praesunt, aliorum magistratuum imperia ne tollant neu abrogent, ut soli rerum potiantur.

[*Ast quando* [*consul is*] *est magister populi*] Codd. Va. Vi. Pa. *ast quando consul is est magistratusve populi, nec reliqui. Mr.*]

Auspicia patrum] Auspicia quibus ad magistratus auspicato creandos opus erat, patritiorum, non plebis erant: eaque duplicia, aut majora, aut minora. *Livius* lib. VI. [cap. 41.] *Penes quos igitur sunt auspicia more majorum? nempe penes patres. Nam plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur: nobis adeo propria sunt auspicia: ut non solum quos populus creat patricios magistratus, non aliter quam auspicato creet: sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspicato interregem prodamus, et privatim auspicia habeamus, quae isti ne in magistratibus quidem habent.* Iterum: *Irent, crearent consules ex plebe, transferrent auspicia quo nefas esset: potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis, num etiam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse?*

Olliqne ex se produnto] Hic *comitiatu*, ut apud Gellium est, *comitiis*, quamquam libri veteres *comitatu* habent locis omnibus. Haec autem lex de interrege intelligenda est, qui non populi suffragio, sed patrum decreto auspicato prodebatur, ut comitia haberet, et magistratus crearet. Interregem Graeci scriptores, qui res Romanas attigerunt, *μεσοβασιλέα* vocaverunt: de quo apud *Suidam* scribitur.

[*Auspicia* etc.] Cod. Va. *auspitia patrum sumpto, ollisque ex re produnto.* Tum id. *comitiis*, Codd. Vi. et Pa. *comitatu* pro *comitiatu*; pro *rite* Cod. Va. *recte*. In seqq. Cod. Vi. *senatus creavit, populusve jussit. Mr.*]

Imperia] Imperia sunt cum quis praeest exercitui: potestates, cum quis a populo negocio alicui praeficitur. Sic *Festus*. Sit igitur hic imperium in iis qui exercitus habent, potestas etiam in aliis magistratibus. Nam potestas plerumque magistratus. *Cicero* de Inventione: *Privatus, an cum potestate sit*, id est, an sit in magistratu.

Jussit] Id est, *Jusserit*, more antiquo, ut jam saepe.

Justa] Justa bella sunt, quae et pia dicebantur, quae indicebantur rebus repetitis, non ex libidine sumebantur, qua de re nonnihil diximus lib. II. Cum autem justa bella suscepta sunt, sunt etiam juste gerenda, non perfidiose, non foedifrage, non acerbe, non ad internecionem, sed ita ut jus feciale postulabat. De justis bellis etiam hic adscribam quod a Cicerone scribitur lib. I. Offic. [cap. xi.] *Ac belli quidem aequitas sanctissime feciali Pop. Rom. jure perscripta est, ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit quam indictum.*

[*Duella* etc.] Codd. Va. Vi. Pa. *bella justa.* Codd. Va. et Pa. *sed et servos* pro *se et serv.* Pro *populi sui gloriam* in Cod. Vi. est *pupilli singula*, errore ex male intellectis scripturae compendiis orto. *Mr.*]

Et servos] Servorum enim suorum culpam praestare debet magistratus, si socios ac provinciales spolient, aut eorum per servos fortunas et bona ipsi diripiant. Haec lex ad judicium pecuniarum repetundarum pertinet. Hic quidam legendum censent *Se et suos.*

Rei suae ergo] Liberas tollit legationes, de quibus paulo post pluribus disseret.

Plebes quos] Tribunorum collegium denario numero constabat: hi aut intercedebant, aut plebiscita rogabant; quibus initio patres non tenebantur. Postea tamen Q. Hortensius legem tulit, ut eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.

[*Plebes quos pro se*] Cod. Pa. *plebs pro se quos contra vim.* Cod. Va. *plebs quos pro se contrarium.* Cod. Vi. *quodque id* pro *quodque ii.* In seqq. Cod. Pa. *sancti quoque sunto* pro *sanctique sunto. Mr.*]

Creassit] Id est, *Creaverit*, antiquo more.

Sancti sunto] Sacrosancta et inviolata tribunicia potestas erat. *Livius* [III, 55.] *Ipsis quoque trib. ut sacrosancti viderentur, cujus rei prope jam memoria aboleverat, relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis, renovarunt: et tum religione inviolatos eos, tum legem etiam fecerunt sanciendo, ut qui tribunis pleb. aedilibus, judicibus, decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad aedem Cereris Liberi Liberaeque venum irent.*

Neve plebem orbam] Marcus Duellius legem rogavit, ut qui plebem sine tribunis reliquissent, quique magistratum sine provocatione creassent, tergo ac capite punirentur. Id sancitur ne nimia sit consulum potestas quibus opponuntur tribuni.

Omnes magistratus] Tribuit haec lex omnibus magistratibus auspicium, id est, ut auspicari possint, servareque de caelo ad vitianda aliorum comitia, legesque et conciones turbulentas impediendas, populique judicia. Hoc auspicium sustulerat Lex Clodia, qua cavebatur, ne quis per eos dies, quibus cum populo quis ageret, de caelo servaret. Quid autem sit *servare de caelo*, quod in orationibus Ciceronis frequens est, nec intelligitur satis, ex Dione hic explicabo. Is enim dicit [lib. XXXVIII. pagg. 66, 67.] *Auspicium illud quo de caelo servabatur, omnium maximum fuisse, semelque uno die usurpari tantum solitum esse, cum aliis auspiciis eodem die saepius opera daretur: cumque alia auspicia vel addicerent, vel abdicerent; istud tale fuisse ut semper comitia Po. impediret, sive secunda signa darentur, sive dira. Itaque qui impedire comitia volebant, proscribere solebant, se eo die quo haberi debebant, de caelo servaturos esse.* Hanc divinationem vocat Dio τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μαντείαν. Cicero *servare de caelo* dicere solet. Hujus autem legis hanc esse sententiam apparet ex Ciceronis interpretatione, cujus verba sunt, *Auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impediant more.*

Judiciumque] Ut homines ad judicium populi vocare possint, et eis ad populum diem dicere. Sic hanc legem interpretatur Cicero, cujus verba sunt, *Judicia, ut esset populi potestas, ad quam provocaretur.* [Cannegieter de Notis p. 343: »*Ex quois.* Vel restitue, vel explica *queis*, hoc est *quibus.*« *Cr.*]

Quis Senatus] Hac lege tollitur cooptatio censoria, et senatoris dignitas, beneficium populi, non censorum efficitur, cum ex his qui vel in honoribus sunt, vel honores gesserunt senatus efficiatur. Nam Romae olim censores Senatum legebant, et Senatores cooptabant.

[*Exque his senatus esto*] Cod. Va. *ex quo is sen. esto.* Cod. Pa. *Exque iis sen. esto.* Quod sequitur, *rata*, deest in Cod. Va. *Mr.*]

Ast ni potestas] Veteres libri *est potestas:* male, ut existimo.

[*Ast si potestas*] Cod. Va. *Et si pot.* Cod. Pa. *ast potestas.* Iidem Codd. *prohibet* pro *prohibessit;* posterior *major ut* pro *majorve.*]

Par majorve] Intercedendi, ne senatusconsultum fieret, jus erat iis solis qui eadem aut majore potestate erant quam qui senatusconsultum facere vellent, nec eo secius tamen perscribebatur auctoritas, nec ea tamen senatusconsultum erat justum et legitimum. Caelius ad Ciceronem [lib. VIII. Fam. Ep. 8.] *Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri.* Et mox: *Si quis huic S. C. intercessisset, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re placere ad hunc ordinem referri.* Nunc autem hac lege praescribitur Senatus consultorum conservatio. Romae senatusconsulta ad aerarium delata servabantur.

[*Vitio vacato.*] Cod.Va. *is ordo initio caeteris semper esto.* Cod. Pa. *vitio vocatio.* Idem in seqq. *cum suffragio eo sciscentur. Mr.*]

Creatio magistratuum] Haec lex de suffragiis tabellaria est, tueturque suffragiorum libertatem in mandandis magistratibus, judicando de reo, legibus jubendis et vetandis. [Hinc Gibbon in Hist. Inclin. et Laps. Imper. Rom. I. cap. 6. p. 270. ed. Lips. efficere studet creationem magistratuum inde ab initio rerum Romanarum penes populum fuisse. *Cr.*]

Cum suffragio consciscentur.] Sic libri veteres. Estque *consciscere* hac in re verbum priscum. *Livius* [lib. I. cap. 32.]: *Puro pioque duello quaerendas censeo: itaque consentio consciscoque.* Legendum autem existimo *cum consciscentur, suffragia optimatibus.*

Cap. IV. *Ast quid erit quod*] *Coerarius* quid hic significet, ut plane fatear, ignoro: sed ex vestigiis veteris scripturae legendum existimo, *Ast quid erit quod extra magistratus* coeratore *usus sit qui coeret populus creato eique jus coerandi dato. Coeratorem* autem prisci curatorem, et *coerare* curare dicebant. Itaque in veteribus inscriptionibus

reperitur, *De suo coeraverunt*, pro curaverunt. Sententia legis est, Si extra magistratus aliqua curatione opus sit, curatorem populus creato. Sic, ut appellat *Varro* [lib. IV. L. L. pag. 6.] *Viocuri*, id est curatores viarum, creabantur. Sic I. ad Attic. Epist. 1. *Thermus est curator viae Flaminiae.* Id adeo cavet, quia saepe Senatus istas curationes mandare solitus erat, ut curam rei frumentariae mandavit Pompeio. *Ast* hic valet *at si*, *quod si:* est et interdum, ut *Pompeius* ait, *At*, interdum *Aut.*

[*Ast si quid erit*] Codd. Va. Vi. *aut quid erit.* Cod. Pa. *at quid erit.* Tum Codd. Va. Vi. Pa. *quo errario hesus sit*, *qui cohercet populus creato*, *eique jus cohercendi dato.* Vocem *quem* post *eique* omittit Cod. Va., in eodem abest *ergo* post *rogandorum.* Nostram scriptionem *idem ad plebem* firmat Cod. Va. *Mr.*]

Cum populo] *Agere cum populo*, inquit *Gellius* [XIII, 15.] *est rogare quid populum*, *quod suffragiis suis vel vetet vel jubeat.* Agere cum patribus est ad senatum referre. More majorum Dictator, Cos. Trib. pleb. Interrex et Praefectus urbis, duntaxat cum patribus agere poterant.

Rogandorum] Rogare est rogatis suffragiis creare. *Cicero* de Div. [I, 17.] *Nonne et augurum et aruspicum comprobat disciplinam? qui cum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomoerium transgressus esset, comitia rogandis consulibus habuit.* Mox *Quos sibi plebes rogassit*, id est, creaverit.

Iidem ad plebem] De Senatus decretis saepe ad plebem (nam populum convocare non poterant) trib. ferre solebat, sed et alii quoque magistratus ad populum. Caelius de senatusconsulto [lib. VIII. Fam. Epist. 8.] *Si quid de ea re ad populum plebemve opus esset, ut Servius Sulpitius, M. Marcellus Coss. praet. trib. que pleb. quibus eorum videretur, ad Pop. plebemve referrent, quod ii non tulissent, uti quicunque deinceps essent, ad Pop. plebemve ferrent.* Asconius. *Itaque in omnibus senatusconsultis, quibus aliquem solvi legibus placebat, adjici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur.* Sed hic censeam liberum permitti jus ferendarum rogationum ad plebem tribunis plebis. Quod jus eis ademerat Sylla, imminuta tribunitia potestate.

[*Quod oesus erit*] Codd. Va. Vi. *cesus*, Cod. Pa.. *cresus.* Pro. *agentur* idem *agerentur. Mr.*]

Modica sunto] Non turbulenta, non seditiosa, sed quieta, modesta, sedata: lexque haec de actore sancitur.

Senatori qui nec] *Nec* pro *non* antiquo more. Sic *furtum nec manifestum*, et *nec opinato* usurpantur, et apud

Plautum *nec recte dicere.* Caeterum ei qui in senatum non venisset cum adesse deberet, mulcta dicebatur, et pignora capiebantur. Exempla sunt apud Ciceronem.

Loco] Loco dicit rogatus, modo non infinitus. Ut aliqui qui dicendo diem eximere solebant, quadam potius ambitione quam reipub. utilitate. Quo autem loco quis Cal. Jan. rogatus sententiam fuerat, toto anno dicebat. *Tranquillus* [in Julio cap. xxi.]: *Ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam coepit, cum Crassum soleret: essetque consuetudo ut quem ordinem interrogandi sententias Cos. Cal. Januariis instituisset, cum toto anno conservaret.*

[*Loco senator et modo orato*] Haec desunt in Codd. Pa. et Va. Pro. *vis in populo* Codd. Vi. et Pa. *jus in pop.*; pro *actoris* Cod. Va. *auctoris. Mr.* Canneg. l. l. explicat: »Senator loco opportuno dato, rogatus scilicet, et modo adhibito, ita, ut ne infinitus sit, orato.« *Cr.*]

Vis in populo] Si quando cum populo agetur, nihil per vim agatur, et plus valeat magistratus intercessio, eique pareatur.

Par majorve] Quibus est intercedendi jus.

Turbassitur] Id est, si quid dum cum populo agetur, magistratu intercedente, turbatum fuerit, fraus actoris esto. Nam *turbassitur* praeteritum antiquum est a *turbassit* prisco praeterito activo formatum, ut a *jussit* (quod est *jusserit*) *jussitur* apud *Catonem.* Ejus haec verba sunt [de R. R. cap. xiv.] *Parietes omnes, uti* jussitur, *calce et cementes;* id est, ut jussum fuerit.

[*Intercessor — civis esto*] Haec omnia desunt in Cod. Va. Idem pro *auguri* habet *augurio. Mr.* »*Ast qui turbassitur.* Canneg. l. l: Exhiberi debuerat *quid turbassitur.* Si quid turbatum fuerit. Actori autem turbae ac seditionis culpa praestanda, quoniam licet ei, orta seditione, concilium dimittere. Quod si actor instando seditionem promovet, ei imputatur. Vid. cap. 19.« *Cr.*]

Qui agent] Tripudio solistimo auspicabantur aut de caelo, ante quam cum populo agerent. Idque de noctu faciebant. *Varro* [L. L. lib. v. pag. 61.] *Ubi noctu in templum, censor auspicaverit, atque de caelo nunciatum erit, praeconi sic imperato.* Sic militiae plerumque augurabantur, et propter ducis tabernaculum augurale erat ubi augurari et auspicari solebant. *Tacitus* [Annal. II, 13.] *Nocte coepta egressus augurali.* Agentibus autem cum populo praesto augur erat, et magistratus aliquem in auspicio esse jubebat.

Promulgata] Lex jure lata non erat, quae non ante promulgata fuisset trinundino.

Proposita in] Potestas ut esset populo cognoscendi otiose.

[*Proposita in*] Vocem *in* non habet Cod. Va.; idem cum Codd. Vi. et Pa. habet *aerario*, non *aere*. Vocem *simul* non habet Cod. Vi.; in Codd. Va. et Pa. est *semel* *Mr.* — Cannegieter l. l.: »*In aerario*. Mutandum puto in *populo Romano cognita*. Hoc certum est, scribendi compendia, quibus utraque vox notabatur olim, haud plurimum inter se differre. Non ante agi licuit, quam roganda lex per certum temporis spatium, provulgata, proposita, ac sic inter populum Romanum cognita fuisset. Haec ille. Quod in loco corrupto ipse tentavi: *intentâ coera*: de hac locutione bonis scriptoribus frequentata: *intenta cura* vid. Ruhnken. ad Vellej. Patercul. II. 45. 3. p. 228. ibiq. laudatos interpretes ad Livium XXV. 9. *Cr.*]

In aerario] Ante in aede Cereris, postea in aerario leges servari coeperunt, ubi Cicero eas propositas esse vult, potestas ut sit populo cognoscendi.

Agunto] Cum populo. *Cicero* hac de re pro Flacco [cap. VII.] sic scribit, *Nullam enim illi nostri sapientissimi et sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. Quae sanciret plebs, aut quae populus juberet, summota concione, distributis partibus tributim, et centuriatim descriptis ordinibus, classibus, aetatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata et cognita, juberi vetarique voluerunt.*

Nec plus quam] De multis rebus conjunctis una rogatione ad populum ferri non poterat. *Cicero* pro Domo [cap. XX.] *Quae est alia vis, quae sententia Caeciliae legis et Didiae, nisi haec, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repudiare?* Id autem, ut opinor, erat per Saturam ferre. *Festus: In sanctione legum adscribitur*, Neve per Saturam obrogato aut derogato.

Rem populum] Rem in concione docento.

[*Rem populum*] Cod. Va. *rem publicam.* Idem *civitatis* pro *comitiatum.* *Mr.*]

Doceri] Sic Maniliam legem Cicero suasit: sic privati data a magistratu concione pro rostris populum docebant. *Cicero* lib. IV. ad Atticum [Epist. II.] *Cum subito ille in concionem ascendit quam Appius ei dedit.* Et in Vatin. [cap. X.] *In illo inquam augurato templo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendae causa, caeteri trib. pleb. principes civitatis producere consueverunt.* Ac qui leges ferebant, latores: qui suadebant in concione, auctores dicebantur: ut infra [cap. XV.] *Itaque isti rationi neque lator quis-*

quam est inventus, neque auctor bonus. Proinde in Vatinium scripsit Cicero [cap. x.] *Auctoritatis exquirendae causa.*

Privilegia] Leges sunt in privos, id est, singulos homines latae. *Cicero* pro Domo [cap. xvii.] *Vetant leges sacratae, vetant* xii. *tab. leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium.*

De capite civis] Hujus legis Cicero in oratione pro Sext. [cap. xxx.] sic meminit. *Cur, cum de capite civis et de bonis proscripti ferretur, cum et Sacratis legibus, et xii. tabul. sancitum esset, neve privilegium irrogari, neve de capite civis nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum?* Maxima autem comitia centuriata appellat: partes populi, classes et centurias. Haec lex est de judicio populi.

Donum] Haec lex et ambitum et sordidam magistratuum avaritiam tollit. Igitur ad ambitum et pecunias repetundas pertinet. Quin et Cincius muneralem legem tulerat, qua caverat, ne cui liceret munus accipere.

Quod quis] Si quis quid horum violarit, transilierit, contraque fecerit. *Cicero* lib. I. de Divinatione [cap. v.] *Credo, ne communia jura migrare videatur.*

[*Quod quis*] Cod. Va. *quisquis;* idem mox pro *noxiae poena par esto* habet *novae poenae parento,* Codd. Vi. et Pa. *noxiae poenae parento. Mr.*]

Censores fide legem] Censores hac lege constituuntur Νομοφύλακες. Quod addit, *privati ad eos acta referunto;* morem antiquum significat, quo qui magistratu abierant, apud magistratum privati, magistratus gesti rationem reddebant: quod εὐθύνεσθαι Graeci dicunt.

Fide] Scripti libri *Censoris fide* habent. Legendum censeam *Censorum fide*, ut legum custodia censorum fidei commissa sit: id est, ut leges a Censoribus custodiantur. Qui etiam sensus erit, si *Censoris fide* legas.

[*Censores fide legem custodiunto*] Codd. Va. Vi. Pa. *Censoris legem fidem custodiunto. privata ad eos acta referunto.* Codd. Vi. et Pa. *ne eo* pro *nec eo. Mr.* — *Censores fide*, hoc est, fideliter, *legem custodiunto* vult etiam Canneg. rescribi; qui idem conferri jubet cap. 20. sq. *Cr.*]

Nec eo magis] Cum rationes retulerint et de ipsis censores praejudicarint, nihilominus liceat eos in judicium vocare et apud magistratus accusare.

Lex recitata est] Ut in concione primum a praecone solebat lex, scriba subjiciente, recitari, mox docendo suaderi, postremo tabella populo dari, cum in suffragium mitte-

batur, ab eo qui legem ferebat, populumque discedere jubebat; quod verbum, inquit *Asconius*, significabat, ut in suam quisque tribum discederet, in qua suffragium erat laturus: ita hic legum rogationes imitatur. Caeterum lege recitata privati dicebant, qui legem suadebant, deinde sitella deferebatur ad tribuum sortitionem, quo in suffragium ordine mitterentur: sitella delata aequabantur sortes, quae ducendae erant in sortitione tribuum, mox sortitio fiebat, postremo populus in suffragium ibat.

Tabellam] Nam qui legem ferebat, tabellam dari populo jubebat.

CAP. V. [Cannegieter de Notis p. 343: »*Discerem* (sic pro *Disce rem*). An *Discede jam?*« *Cr.*]

Nostrae civitatis] Qualis fere descriptio magistratuum Romanorum: nonnihil tamen immutavit, ut cum legationes liberas sustulit, cum reliquis magistratibus suum jus creato dictatore reliquit, cum legum custodiam censorum fidei commisit, cum censoriam potestatem, quae aliquando Romae sublata est, semper esse voluit.

Quam Scipio] In libris de Rep. civitatem Romanam inter secundum et tertium Punicum bellum legibus et institutis optime moratam temperatamque fuisse docuerat, ut ex summis, mediis, et infimis ordinibus tanquam sonis moderata ratione civitas concineret. Temperatio autem illa et moderatio Reipub. Romanae perdiligenter explicatur a *Polybio* lib. VI. historiarum.

Temperationem] Moderatam quandam Reip. mixturam. Non enim simplex erat, sed ex omnibus temperata generibus. [Cannegieter de Notis p. 343: »Praestet forte: *temperatio nostrae reipublicae,*« — Siccine vero? Hoc pacto primum jugulabis elegantiam loci, quae inest in *Attractione* quam Grammatici appellant. Deinde haec verba: *quam maxime probat temperationem reipublicae* universe sunt accipienda de omni republica. Scipio enim *in libris* (*scil. de re publica*) in quavis re publica instituenda ac temperanda maxime probaverat *hanc*, id est, Romanam; sive Scipio professus erat, nullum omnino rem publicam tam sapienter temperatam esse quam Romanam. Cicero de Republ. I. 21: »sed etiam quod memineram persaepe te (Scipionem dicit) — docere, optimum longe statum civitatis esse eum, quem majores nostri nobis reliquissent.« *Cr.*]

Quod cujusque Reip.] Nam ex iis qui praesunt rerump. genera cognoscimus, ut tyrannidem, monarchiam, oligarchiam, aristocratiam, democratiam.

Novandum] Mutandum et innovandum.

Descriptio] Ordinatio, constitutio, et compositio magistratuum.

Doctissimis] A philosophis.

Jura attingam] Sic lib. II. *Et ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cunque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo quoad potero ejus ipsius generis jus civile nostrum.* Igitur Romana jura et instituta cum philosophorum disputatione miscebit, ut mox, in Consule et tribuno.

Theophrasto] De Theophrasto sic lib. v. de Finibus [cap. 4.] scribit, *Omnium fere civitatum non Graeciae solum, sed etiam Barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas: a Theophrasto leges etiam cognovimus. Quumque uterque eorum docuisset qualem in rep. principem esse conveniret, pluribus praeterea cum scripsisset, qui esset optimus reip. status: hoc amplius Theophrastus, quae essent in rep. inclinationes rerum, et momenta temporum, quibus esset moderandum utcunque res postularet.*

A Dione] Legendum puto, *A Diogene Stoico*, qui Babylonius vocatus est, cujus Antipater discipulus fuit, ut Antipatri Panaetius. *Cicero* lib. II. de Divinatione [cap. 43.] *Quibus etiam Diogenes Stoicus concedit aliquid ut praedicere possint duntaxat quali quisque natura.* Et tertio Offic. [cap. 12.] *In hujusmodi causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno et gravi Stoico.*

Cap. VI. *A Stoicis*] Quorum philosophia omnis a Rebuspub. abhorrere videbatur, quod civem nullum nisi sapientem putarent, nullam civitatem nisi e sapientum coetu constantem.

Verbo tenus] Veteres Stoici de Repub. verbo disserebant: quam enim fingebant nulla erat, ac ne esse quidem poterat. [Adde iis quae ad h. l. in annott. posui haec e Cic. de re publ. III. 4 . . . . »fuisse sapientiam: tamen hoc in ratione utriusque generis interfuit, quod illi verbis et artibus aluerunt naturae principia, hi institutis et legibus.« Cf. ibid. I. 24. fin. *Cr.*]

Ab hac familia] A Peripateticis et Academicis, ut ait *Cicero* lib. IV. de Finibus, copiose tractatus est locus civilis, quem πολιτικὸν dicimus. Lib. III. quoque de Orat. eos appellatos esse dicit philosophos πολιτικούς. Igitur ab iis philosophis Academicis et Peripateticis ista profecta sunt. *Ab hac* dixit, quod paulo ante Theophrasti mentionem fecisset. Non deest qui legendum censeat, *Ad hanc familiam.* [Cannegieter de Notis p. 343. »*Ab hac familia.* Retinendum puto: intelligo familiam eorum, quam mox indicat,

quorum quasi unam facit domum, ex qua successu temporis, alter alterum insecuti, prodierunt viri praeclari. Quo eodem refero *habitavit.* « *Cr.*]

Heraclides] Hic ex Heraclea Ponti urbe fuit, Platonis discipulus et familiaris, a quo etiam profectionem in Siciliam parante, scholis est praefectus. Hic draconem cicuravit adeo, ut et una vescentem, et in eodem cubili recubantem haberet. Ejus hodieque quoddam breviarium extat de quibusdam rebuspub.

Dicaearchus] Ex Messana urbe Siciliae fuit, Aristotelis auditor, Philosophus, Rhetor et Geometres. De Spartanorum Repub. ac legibus scripsit. Scripsit et *τριπολιτικὸν* de Rep. Corinthiorum, Pelinaeorum et Atheniensium.

Abundavit] *Habitavit* V. L. id est, plurimum scripsit his de rebus, plurimum disseruit, quod Graeci dicunt *ἐνεφιλοχώρησε*, vel *ἐφιλοχώρησεν*. Eodem modo dixit *Cicero* in Orat. ad Brutum, *Alioqui quonam modo ille in bonis haerebit et* habitabit *suis?* Non est dissimile illud *Plauti*,

Majorem partem in ore habitas meo.

Itaque *Habitavit* malim quam *Abundavit.*

Ab umbraculis] Budaeus ductum a *σκιαμαχία*, id est, umbratili pugna existimat. Sententia est, Civilem doctrinam et disputationes de Repub. non solum sub tecto scholisque philosophorum exercuit, verum et ad justum praelium descendit, ac disciplinam civilem e schola et otio philosophico in concertationes forenses et Reip. gerendae contentiones Demetrius Phalereus produxit. Nam remp. Atheniensem non solum diu administravit, verum etiam emendavit et ordinavit. Qua de re commentarios etiam, ut *Strabo* [lib. IX. pag. 609.] refert, reliquerat, in quibus fortasse et hoc quod hic Cicero scribit, disputabat, et illud quod lib. II. de sepulturis commemoravit, scripserat. Ductum potius censeam a Gymnasiorum ambulationibus, quae arborum umbraculis erant opacae, ut in Academia et Lyceo. Nam lib. V. de Legibus ita umbraculum Cicero usurparat, cujus, auctore *Macrobio* [lib. VI. cap. 4.] haec verba sunt, *Eaque quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur.* [Cannegieter l. l.: » *Ex umbraculis.* Accipe privatas disputationes, inter eruditos institutas, in ambulationibus, in porticibus. « Attigit hunc locum *G. L. Mahne in Epistolis Sodalium Socraticorum Philomathiae* p. 237. cf. ibid. p. 18. sq. quibus locis vocum *umbra*, *umbraculum umbraticus* veram vim accurate explicat. Cf. item *Bergmann.* in Praefatione ad Ruhnkenii Opuscull. p. XIX. ad. Leidens. alter. *Cr.*]

In solem] Ut in agmine milites solem et pulverem patiuntur: sed et qui se in campo exercent.

Non nimis] Non admodum: paucos commemorare possumus qui et in reipub. administratione, et philosophiae doctrina excelluerint.

Ut et doctrinae] Cicero libenter et prope impudenter laudem captat: quamquam hic minus immodeste id facit, quam in Officiis ubi prae se Demetrium contemnit.

Cap. VII. *Aliquem*] Te M. Tulli.

Intelligo placuisse] Nam ante tribunitiam potestatem consules plane regium imperium habebant Romae.

Quare nec Ephori] Theopompus Lacedaemoniorum rex potestati regum Ephoros opposuit, eosdem propemodum ac qui Romae tribuni erant. Quo nomine expostulanti uxori querentique quod regalem potestatem liberis imminutam esset relicturus, Sane quidem, inquit, verum securiorem et diuturniorem. Ephororum autem potestas eo progressa est, ut etiam regem capitis comdemnarent, sed eam tamen ut nimis tyrannicam postea Cleomenes sustulit, et regibus pristinam potestatem restituit. Quinque numero erant: nomen habent, *διὰ τὸ ἐφορᾷν.* De his vide Aristot. lib. II. de Repub.

Quod in jure positum] Nam consul regio imperio est, eique magistratus omnes praeter tribunum parent. Jus dicit imperium, dominium, potestatem magistratus consularis.

Ne id quod fuerat] Ne regia potestas, quae urbe exacta est, in Coss. remaneret.

Privatis consuli] Nam privati adversus vim Coss. saepe tribunos appellabant, idque est quod in lege posuit, *Plebes quos pro se contra vim auxilii ergo decem creassit.*

Jus multitudinis] Nam tribunitia potestate effectum est, ut aliquando Romae majores essent plebis quam senatus opes. *Sallustius* [Catil. cap. 38.] *Nam postquam Cn. Pompeio et M. Crasso Coss. tribunitia potestas restituta est, homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus aetas animusque ferox erat, coepere senatum criminando exagitare plebem.* Quintus autem natura ferocior et acerbior, optimatiumque et nobilitatis fautor, tribunatui infestus est et iniquus.

Gravitas] Auctoritas senatus.

Ius illud] Consulare imperium, consularis dominatus, qui omni ex parte regius esset, si ei tribuni parerent.

Temperatio] Moderatio, quae est quaesita opposita Coss. potestate tribunitia.

Conversa lex in omnes] Ante tribunitiam potestatem optimates, ut qui solo consules fierent, et consulem sui ordinis fautorem haberent, legibus superiores regnabant, ple-

bes illis obnoxia agitabat: creatis vero tribunis nimia illorum potentia imminuta est aequatis opibus utriusque partis: omnesque teneri legibus coeperunt, cum Tribunitiae rogationes, plebisque scita pro lege essent. Tum igitur demum dici debuit quod a *Livio* scribitur, *Imperia legum potentiora fuisse quam hominum.* Deinceps autem multa deesse, perfacile est ex lege colligere.

CAP. VIII. *Jam illud apertum*] Liberas reprehendit legationes, quas senatores plerumque impetrabant. Eas fere petebant quibus in provincia negocium esset, ut illic et gratia majore, et potestate, et sumptu minore res suas persequerentur: erant autem magno sumptui et oneri provincialibus. *Cicero* in Rullum [Orat. I. cap. 3.] *Haereditatum obeundarum causa quibus vos legationes dedistis, qui et privati et privatum ad negocium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate praediti, tamen auditis profecto quam graves eorum adventus sociis vestris esse soleant.* Liberae legationes dicebantur, quod ab urbe abesse liceret, et ubicunque quis vellet, libere esse.

Legari] Legatum mitti.

Haereditates] Homines enim provinciales aliquando testamento Senatorem Romanum aliqua ex parte haeredem scribebant. Sic in Minutii Basilii falso testamento haeredes adscripti sunt Crassus et Hortensius.

Syngraphas persequuntur] Nomina appellant, et usuras exigunt ex syngraphis. *Syngrapha* autem est quam appellamus vulgo in Gallia obligationem. Dixit et *Syngraphum* masculino genere *Plautus* [Asin. Act. IV, Sc. I, I.]

Agedum istum ostende quem conscripsti syngraphum.

Quid reapse] Id est re ipsa. *Seneca* in Epist. [CVIII.] *Eosdem libros cum Grammaticus explicuit, primum verbum reapse dici a Cicerone in commentarium refert.* Superiora sunt hominum vitia, haec quae nunc commemoro, rei ipsius, id est, liberae, legationis.

Procuratione senator] Cum esse aliqua administratio et procuratio publicorum negociorum potius quam privatorum senatori debeat. Senatorem dicit, quod senatoribus hae legationes concedebantur, non ad remp. sed privatam gerendam.

Quod quidem genus] Cicero liberas legationes in Consulatu repressit, et annuas fecit: postea lex Julia etiam quinquennales indulsit. *Cicero* ad Atticum [XV, II.] *Habent, ut opinor, liberae legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi potest: bella est autem hujus juris quinquennii licentia.*

Levissimus tribunus] Metellus nepos, ut opinor; aut Bestia, aut alius Tribunus.

Sed jam, si placet] Jlocaliter dictum. Nostra, inquit, oratio a negociis magistratibusque provincialibus ad res urbanas, et magistratus Romanos revertatur: aliorsum vertit qui respondet, atqui Legati, quos de provincia invitos tua lex avellit, non libenter in urbem redibunt, relicto quaestu provinciali. Nam provinciarum cupiditate Romani ardebant, et adesa re, effusisque ac perditis fortunis, unum multis hoc subsidium erat, adeptio provinciae, quam spoliarent et diriperent: et Gabinius cum foris esset (foris autem esse dicebantur, qui, quod solvendo non essent, flagitanti creditori non esse domi dicebantur) et egeret, unam in provincia rerum suarum spem collocarat. *Cicero* in Pisonem: *Egere, foris esse Gabinium; sine provincia stare non posse.* Itaque ut scribit *Tacitus* [Annal. I, 2.] *Statum reipub.* ad imperatorem Augustum translatum provinciae *non tulerant iniquo animo, suspecto senatus populique imperio, ob certamina potentium, et avaritiam magistratuum, invalido legum auxilio.*

Si parebunt] Quae jubent ut sociis pareant, se et suos contineant, populi sui gloriam augeant, quae muneris sunt laboriosi et permolesti, non quaestus neque lucri.

Inter arma civium] Plebs propter nexos ob aes alienum, cum in montem sacrum trans Anienem tria ab urbe millia passuum secessisset, reconciliari non potuit, nisi datis Tribunis. Piso in Aventinum secessionem fuisse factam dicit, quem Cicero sequitur. Creati sunt tribuni lege sacrata. Legem autem sacrarunt, sanctissime per sacra jurando, omnique execratione caput suum diris devovendo, si contra legem et potestatem tribunitiam facerent. Inde sacrata lex nomen habet, et Tribuni sacrosancti censebantur.

Deinde cum esset] Non tam de secunda Tribunorum pleb. constitutione fortasse loquitur, quae ob scelus Appii decemviri occupato a plebe primum Aventino, deinde monte sacro, facta fuit, ac missis legatis, et interposita fide publica, datisque decem Tribunis, plebs in gratiam patribus rediit: quam de prima, in qua cito legatum creatum fuisse dicit, alludens nisi me fallit animus ad legatos qui temporibus Reip. flagitantibus plerumque subito aliquo decreto mittebantur, ut tum subito creati sunt tribuni. Quis tamen istam scripturam veram praestare ausit, cum in altero manuscripto codice (duos enim habui) repererim *octo legatus?* Si locus est in depravatis conjecturae, neque aliquid tentare nefas est, mihi ista sedulo rimanti, animumque varie versanti, venit in mentem legi posse ex vestigiis scripturae, et historiae fide, *Deinde*

cum esset Stolo Gajus. Nam Cajus Licinius Stolo tribunus plebis auctor fuit ut consulum utique alter ex plebe fieret: quod hic conqueritur Quintus.

Ex duodecim tabulis] Ad quoddam XII. tab. caput allusum est, in quo de pueris agebatur, qui depravatis et deformibus membris nascuntur: eos enim insignes et insignitos Latini vocabant. *Plautus* Milite [Act. III. Sc. 1, 127.]

Ea mihi insignitos pueros pariat postea,
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut brochum.

Cum autem monstrosos partus interfici Romulus voluisset, caverant, ut reor, Decemviri ne parentes in deformes partus, atque adeo ad deformitatem insignes saevirent.

Multoque taetrior] Vetus scriptura varia est *multoque cretior*, et *multoque tretior*; unde *tetrior* factum putem, quod non improbo: mihi tamen ista consideranti in mentem venit scriptum fuisse, *multo concretior et foedior natus est*, ut concretus deformem, turpem, foedatum, contaminatum et inquinatum significet, velut in illo Ciceronis versu [qui extat de Divinat. lib. 1. cap. XI.]

Cum claram speciem concreto lumine luna,
Abdidit.

[Cannegieter de Notis p. 343.: »*Deinde cum esset cito legatus, tanquam ex XII tabulis, insignis ad deformitatem puer, brevi tempore creatus, multoque tetrior et foedior natus est.* Monstrosos partus educari noluisse Decemviros novimus. Varia sunt, quae, ut deformi lectioni substituerent meliorem, remedia excogitarunt alii. Quidni et nostram conferamus conjecturam? Sic muto: *deinde, cum esset cito leto dandus, tanquam ex XII tabulis, insignis ad deformitatem puer, brevi tempore cretus* (addit vulgata *nescio quo pacto* post *tempore*, quae si retinenda sunt, orta ex veteri codice, malim omnino *nescio quo pacto servatus*) *multo quidem tetrior et foedior natus est. Natus* accipe factus, sin hoc nolis, scribe *natura est*, hoc est, natura ejus facta est.« Ego potius Ernestum Goerenziumque audiendos censeo. *Cr.*]

CAP. IX. *Quem enim ille Trib. pleb.*] Omnes improbi Tribuni pl. ab eo propemodum editi dici possunt, qui patres omni honore spoliavit, communicato plebi consulatu, cum suis factis et exemplis eos ad audendum impulisse videatur. Is fuit Licinius Stolo. [Cannegieter l. l.: »*Quem enim ille non edidit?* Fuit forte: *quod enim ille monstrum edidit?*« Sed *quae — non* est in libris mscrr. Vid. supra annott. *Cr.*]

Qui primum] Non intelligit Canuleium, qui legem de promiscuis patrum plebisque nuptiis tulit, quod XII. tab. veta-

batur: sed Licinium Stolonem qui non multis post annis Tribunus fuit, ac rogationem tulit, ut etiam ex corpore plebis consules fierent: quod offensis patrum animis magna tandem contentione obtinuerunt. *Florus* [lib. 1. cap. 26.] *Quartam seditionem excitavit honorum cupido. ut de plebe quoque magistratus crearentur. Fabius Ambustus duarum pater alteram Sulpitio patricii sanguinis dederat, alteram plebejo Stoloni. Quodam tempore, quod lictoriae virgae sonum ignotum penatibus suis expaverat, a sorore satis impotenter irrisa, injuriam non tulit. Itaque nactus tribunatum, honorum et magistratuum consortium quamvis invito senatui extorsit.*

Impio] Quia auspiciorum religio quae patrum erat, contaminari videbatur communicato cum plebe consulatu: aut promiscuis nuptiis sacra gentium polluebantur, si de Canulejo intelligeretur, quod mihi non placet. [Canneg. l. l.: »*Ut impio dignum fuit.* Quid impio dignum, nisi poena et supplicium? An *ut imperium divisum fuit?* id est, postquam potestas populi, et honores ad plebem, plebejumque ordinem etiam translata sunt.« *Cr.*]

Principum] Id est, senatus.

Atque ut C. Flaminium] C. Flaminius trib. plebis legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit. Is consul ad Thrasymenum exercitu ab Annibale deleto occubuit. C. non Cn. a *Polybio*, *Cicerone*, *Livio* vocatur. Itaque hic scribendum censeo.

Juris] Auctoritatis, potestatis.

Bonis viris] Optimatibus, senatoribus. Infra, *Ea a nobili homine lata L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, dissidente a bonis*, id est, a Senatu.

C. Curiatus] L. Cornelium Nasicam, cui Serapioni cognomen fuit, et D. Junium Brutum Curiatius trib. plebis, quod non impetraret, ut sibi denos quos vellet milites eximeret, in carcerem mitti jussit. Ab aliis non *Curiatus*, sed *Curiatius* appellatur, quod verius puto.

Ruinis et emissitiis] Cum genera telorum significare videatur quibus digladiarentur, pro *ruinis runis* esse legendum aliquando putavi. Est enim runa genus teli. Unde Ennius, *Runata recedit*, dixit. *Ruinis* tamen retineo, pro exitiis et eversione, praesertim cum ruinarum etiam ruderibus homines inter se dimicare possint. Mox legitur, *Et iissisiis* in veteribus libris, ex quo factum *emissitiis:* forte legendum *ruinis et iis sicis.* Intelligit autem leges Agrarias et frumentarias C. Gracchi, quibus contentiones et pugnae inter plebem et optimates natae sunt.

Domo] Nam gens una multas domos habet.

Gentes sibi] Jura gentilitatis significat, quae violavit Clodius, cum ex genere patritio in adoptionem C. Fontejo homini plebejo juniori major natu lege Curiata se dedit, cum de caelo tamen a Bibulo servatum esset, ut vitio sit adoptatus et contra leges. Porro magistratus plebeios hi duntaxat gerere poterant, qui ex plebe erant.

In tenebris] In dissensione civium et dissidio magistratuum.

Licuisset tribuno] Cum lex Curiata qua adoptatus est, lata sit vitio, nulloque jure vel Pontificio vel civili sit adoptatus.

Vehementer Syllam] Cornel. Sylla dictator Tribunorum plebis potestatem minuit, et legum ferendarum illis jus ademit: intercessionem reliquit: prohibuitque, ne his qui Trib. fuissent, alios postea magistratus gerere liceret.

Pompejumque nostrum] Pompejus ex Hispania reversus, et Cos. cum Crasso creatus, tribunitiam potestatem plebi restituit.

Reprehendere libet] Propter Pompejum amicum nostrum: cujus ego nullum factum reprehendere possum.

CAP. X. *In omni re accusanda*] Res omnis aestimanda est ex bonorum et malorum compensatione, utra praeponderent: non enim temere quicquam reperias cui non insit aliquid mali. Itaque praetermissis bonis malorum commemoratio et enumeratio iniqua est.

Potestate] Tribunitia. Aliud autem est tribunatus, aliud tribunitia potestas. Tribunatum Sylla reliquerat, tribunitiam potestatem sustulerat: et imperatores postea Romani tribunitiam potestatem sumpserunt, tribunatum non sumpserunt.

Quod est]. Civitatis salus ex ordinum concordia.

Ducem quod habet] Ut tribunum pleb. vindicem libertatis, et patronum plebis.

Suo periculo] Si quas actiones suscipiat seditiosas, intelligit sibi id periculosum fore.

Incenditur] Tribunitia potestas interdum inflammatur vehementius et furiosius in senatum: tamen si unus e decem sana mente sit, ejus intercessio furentes aliorum conatus represserit.

Collegium] Decem erant tribuni, qui omnes ut insana et furiosa mente essent vix fieri poterat.

Quin per ipsum Tiberium] Tiberius Gracchus cum invitis equitibus ac Senatoribus legem Agrariam ferret, M. Octavio collegae causam adversae partis defendenti, potestatem lege lata abrogavit. Hanc historiam et *Plutarchus* in

Graeco refert, et *Cicero* lib. I. de Natura Deorum attingit his verbis, *Ut igitur T. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem sitellam, tum eum motum animo dico esse inanem.* Observatum autem *Julius Obsequens* [de Prodig. cap. 130.] ait, *Neminem qui magistratum collegae abrogavisset, annum supervixisse.* Ex his Brutus fuit, Tib. Gracchus, P. Tarquinius. Pro *nectus*, quod in veteribus libris est; *vetitus* quidam legunt: estque hypophora. [*non solum nectus, sed etiam sublatus successor fuerat:* Canneg. l. l.: »Legendum admonuit Florus: *non solum injecta manus, sed* . . . . Audi ipsum lib. 3. cap. 14. nr. 5. »»Sed, ubi intercedentem legibus suis Cnaeum Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus potestatis, *injecta manu*, depulit Rostris, adeoque praesenti metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratu cogeretur.«« Imo vero plebiscito magistratum abrogasse collegae suo Gracchum constat. *Sublatum* igitur interpretor, potestate depulsum.« *Cr.*]

Verum etiam sublatus] Abrogata potestate, nectus erit tanquam peremptus et prohibitus. Sic *Enecas* comici non raro usurpant pro molestus es et crucias. Non solum peremit intercessionem Gracchus, cum intercedenti collegae non paruit: verum etiam sustulit intercessorem, ei abrogata tribunitia potestate.

Perculit] Evertit, subvertit. Sic apud *Plautum* Epidico. *Perii*, austrum *perculi:* vel cum aspiratione, *Haustrum perculi*, id est, everti vas haustorium aquae plenum. Haec lectio librorum est vetustissimorum, quam lex carminis confirmat, et interpretatio ea quam adscripsi, quam homini hujus memoriae doctissimo Domino *Gulielmo Pelisserio* Montispessuli episcopo acceptam fero. *Austrum* autem veteres *Haustrum* dicebant, aspirate et tenuiter. [Melius apud Plautum Epidico Act. IV. Sc. II, 22. hodie legitur, *plaustrum perculi.* Ac sic olim legit *Festus.* Eum vide in *Plaustrum perculi. Davies.*]

Sapientia majori] Legendum puto, *Sed tu sapientiam majorum in hoc vide.* [Ita plane Cannegieter de Notis p. 344. Turnebo non nominato. *Cr.*]

Inventum est temperamentum] Inventa moderatio est et temperatio, qua se credidit plebs parem esse senatui. Opposita enim consulibus tribunitia potestate, imperium consulum regium moderatione quadam temperatum est.

Civitatis salus] In illa aequatione quae seditionem omnem restinxit, concordiam peperit. [Canneg. l. l.: »*Quamvis enumeres multos licet*, si sic exponas, licet enumeres

quantumvis multos, cetera quoque per se credo evadent manifestissima. « *Cr.*]

Nullos in omni] Perniciosum Trib. plebis nulla unquam aetate prope reperias fuisse: sed levem, aut non bonum possis, quales Gracchi et Saturnini fuerunt: et ut hoc sit in ista potestate mali, hoc boni quaesitum est, quod de senatus invidia detractum est. Nam ante tribunitiam potestatem invidiosa erat senatus potentia. [*Invidia quidem summus ordo caret:* Canneg. de Notis p. 344.: » repete ex praecedentibus: *concessa plebi a Patribus ista potestate.* « *Cr.*]

Re, non verbo] Datis trib. qui plebis libertatem tuerentur.

Multis praeclarissimis] Multis est obnoxius maximis tribunatus, ut pareat Senatui. Nam de intercessione tribunorum saepe statim referebatur, gravesque in eos et acres sententiae dicebantur. *Caesar* [lib. 1. B. C. cap. 2.] *Refertur confestim de intercessione tribunorum. Dicuntur sententiae graves.* Et senatusconsultis eorum actiones populares saepe prohibebantur. *Sallustius* [Catil. cap. 51.] *Nec quis de his postea ad Senatum referat, neve cum populo agat. Qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra rempub. et salutem omnium facturum.* Vel potius dicit, tribunatum honestissimis et praeclarissimis viris plerumque mandari solitum, et senatus bonorumque studiosis, auctoritatique principum parentibus. Principes sunt senatores, in quibus unus etiam a Senatoribus primus lectus, Princeps Senatus dicebatur. Augustus hoc nomen ut moderatissimum (neque enim regem se dicere et ferre ausus est) sumpsit. *Tacitus* [Annal. lib. I. cap. 1.] *Qui cuncta discordiis civilibus fessa nomine principis sub imperium accepit.* Posterior sententia vera est. [Canneg. l. l.: » *Ut multis praeclarissimis adduceretur.* Exstitisse conjicio: *ut multis pc. l.:* haec cum *priscis legibus*, secundum Magnonem, essent explicanda, librarius perperam dedit *praeclarissimis.* Malo deinde cum aliis *adduceretur.* « Illud arridet: hoc non item. *Cr.*]

CAP. XI. *Cum tribunatu*] Nam Cicero nunquam plebis libertatem aut commoda oppugnavit, quae trib. tueri debent. nec ut in oppressorem libertatis Ciceronem plebs coorta est et concitata, sed servitia et vincula.

Vincula soluta sunt] Clodius, ut Ciceronem urbe expelleret, carceres refregit, custodias, servos, gladiatores, omnesque sicarios adversus eum armavit. In hanc sententiam hac de re saepe loquitur Cicero, cum intelligendum sit colluvionem et fecem urbis a Clodio in eum incitatam fuisse. *Vincula* autem vinctos per Metonymiam intelligit, qui in cu-

stodia habebantur. Sic *servitia* pro servis mox usurpat: sic *custodiae* dici solent: sic *crimina* quodam loco [Annal. I, 55.] *Tacitus* usurpavit. Sic,

Carcer vix carcere dignus,

dixit Lucilius.

Terrore militari] Erat enim ad portas cum imperio et exercitu Caesar: cujus arma Ciceroni Clodius intentabat.

Peste] Id est, Clodio.

Gravissimo tempore] Cum omnia commoveri viderentur, et proscriptio, caedes, direptio denunciaretur. Tempus enim hic significat conditionem illam reip. et statum turbulentum, qui tum erat.

Fructum tulisset] Salva esse patria diu non potuisset, quam cons. servaveram.

Exitus rei] Cum tantis postea omnium ordinum studiis revocatus sum, ea res indicavit cum gravissimo tempore mihi certamen fuisse non cum plebe.

Pepulisset tribunitia] *Pepulisset: si tribunus aliquis in me populum*, legendum existimavi.

Gracchus in Laenatem] P. Popilius Laenas cum Praetor Tib. Gracchi amicos in exilium egisset, vi C. Gracchi expulsus, postea L. Bestiae rogatione restitutus est. Citatur a *Festo* oratio Gracchi in Laenatem.

Saturninus in Metellum] Apuleius Saturninus cum legem Agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, qui in eam jurare noluerat, diem dixit: cum autem ab optimatibus Metellus defenderetur, ne tamen seditionis auctor esset, in exilium abiit.

Non tamen philosophi] Quorum de ferendo exilio extant scholae: et qui animi aegritudines philosophiae monitis aequo animo ferre docent.

Qui urbe pulsi] Ut Aristides et Themistocles.

Deberi] Ejus tanquam solutionem differri non posse intellexit, sed repraesentandam esse sensit. Sic *deberi* supra dixit, II. 3. *Et tibi horum deberi nihil potest*. [Canneg. l. l.: »Restituenda omnino scriptura Mss. *deleri*. Excusat quodammodo Tullius factum Pompeii, quem Clodii furori, qui Tribunus plebis, coacta servili manu, ex civitate ejecerat patriae patrem ac vindicem, obsistere potuisse, ac debuisse, existimabat Quintus, quippe in consulatum Pompeii inciderat ista seditio.« De sententia loci consentio cum Cannegietero: de lectione dissentio. Mox ad verba: *perniciose populari civi non relinquere* idem vir doctus: »Audaciore forsitan, sed, puto, necessaria correctione sic repono: *pernicie sine populi*

ac civitatis non adimendam relinquere. Meliora, nec invidebo, edoceant sagaciores.« Meliora vero. *Cr.*]

Dici admodum] In dialogis qui respondet, cum disputanti assentitur, dicere *admodum* solet, ut una re pertractata alio transiri possit. Proinde tu frater *admodum* dicito, mihique assentitor. Sciebat autem pertinacem Quintum, et ab eo tribunitiam potestatem saepe vituperari audierat. [Canneg. l. l.: »Admodum. An *ad modum?* hoc est, breviter, modice. Ipsum consule Auctorem cap. 18. seq. Sermonem alio transferre, ac mutare cupiebat Cicero, ne longior esset in re memoria gravi, de Viro, quo de secus sentire, nedum dicere, nefas habebat.« Tu vero consule Ruhnkenii observationem, quam in annot. posuimus. *Cr.*]

CAP. XII. *Haud equidem assentior*] *Admodum* non dicam nec assentior, tu tamen ad reliqua perge.

Nunc] Non me his rationibus de vetere mea sententia deduxisti, in eaque adhuc persevero.

Judicia] Non comitia: (etsi comitiis populus de candidatis judicat. *Cicero* in Rullum [Orat. II. cap. xi.] *Ita cum majores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus judicare*) sed potestas diem ad populum dicendi.

Ut esset] Ad populum provocat magistratus, cum ad populi judicium aliquem vocat, cum ad populum diem dicit. Quo hic sensu *Provocare* accipiendum censeo.

Auspicia] Haberi comitia rogandis magistratibus, nisi auspicato non possunt, adversaque auspicia diem dirimunt et moram objiciunt. Sed auspicia hic in aliam sententiam dicit, ut omnibus comitialibus, fastisque diebus, liceat magistratibus de caelo servare, quod semper comitia impediebat, aut saltem in auspicio esse. Minor tamen magistratus majore habente comitia de caelo servare vetabatur. Sed neque censores consulibus aut praetoribus turbabant aut retinebant auspicia: verum censores inter se, praetoresque et consules inter se vitiabant et obtinebant.

Inutiles comitiatus] Conventus et comitia. Sic Messala [apud *Agellium* XIII, 15.] *Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et concionem avocare potest.* Libri veteres *comitatus* habent.

Auspiciis] Cum servatum est de caelo et obnunciatum.

Popularem] Emendavi *populare est*, cum *popularem* legeretur. Caput enim hoc legis populare est, cum dignitas senatoria beneficium populi efficiatur. [Canneg. l. l.: »*Popularem sane:* pro uno ex populo, plebejo, accepit forte vocem Gebhardus, qui defendit lectionem propositam. At vero, si et hac significatione intelligamus, mutilus est ac de-

bilis locus. *M.* saepissime abundare alibi demonstravimus. Si retinere velis, exponere possis *populare mihi* est vel videtur. Caeterum de notione *τοῦ popularis* vid. Auctores ab Delrio citatos ad Terent. Phorm. I, 1. 1.« Sed *mihi* friget. *Cr.*]

Cooptatione censoria] Censores, quaestores, equites illustres, et viros insignes in senatum cooptabant. Hanc cooptationem lege Cicero tollit, cum ex magistratibus senatum efficit. Nam cooptatio dicebatur, cum sine suffragio populi, vel sacerdotes sacerdotem, vel Pontifices Pontificem, vel censores Senatorem legebant. Cooptatio enim est, cum collegae simul optant et eligunt.

Temperatio] Moderatio et temperamentum popularis legis et tanquam quaedam emendatio. [*Auctoritas. Sequitur enim, ejus decreta sunto.* Canneg. l. l.: »Restituo: auctoritas. *Rata, sequitur enim, ejus* .... sic enim est in lege, V. cap. 3. Syllabae postremae vocabuli *auctoritas* absumserunt *rata.*« Sed similius veri, vocem *rata* ab extremis vocabuli *decreta* haustam esse. Quid quaeris? Dudum e Codd. veram lectionem restituit Davisius; ut mirari subeat, ad istiusmodi medelam confugere potuisse Cannegieterum. *Cr.*]

Decreta rata] Nam senatusconsulta partem juris civilis constituebant, eisque plebs ac Quirites, ut patres plebiscitis lege Hortensia, tenebantur.

Dominus sit publici] Ut esse debet.

Quodque is creverit] Ejusque decreta rata sint. *Creverit* autem pro decreverit dixit antiquo more.

Ordines reliqui] Inferiores ordines senatus consilio, qui princeps est ordo, remp. gubernari velint.

Temperatione] Temperamento et moderatione.

Potestas in populo] De potestate populi et senatus auctoritate, vide *Budaei* annotationes. Cicero autem in libris de Repub. *Rempublicam* definiebat *rem esse populi*, quam illic ex Aristocratiae et Democratiae temperamento, qualis antiqua Romanorum fuit, optimam existimabat.

Censorem quaerat] Istam legem ostendit nihil egere Quintus interpretatione Ciceronis, sed censoris animadversione et notatione opus esse, ut probrosi ordine moveantur, honesti retineantur. Ista enim est censoris interpretatio, quid sit esse senatum aliis specimen. Quos enim ordine removerit Censor, ostendet aliis specimen non fuisse, quos retinuerit in senatu, ostendit fuisse. *Quaerit* etiam legi potest. Emendavi, *Lex est et late patet*, ex veteribus libris: cum in aliis codicibus legatur *Sed et altera.*

Tuus totus] Etsi tu ei ordini charissimus es.

Consulatus tui] Nam in consulatu Cicero senatus potentiam defenderat et constituerat: et cum senatu equestrem ordinem conjunxerat. Infra, *Eamque optimam Rempub. duco, quam hic Consul constituerat, quae sit in potestate optimorum.*

Pace tua] Quia non libenter eos vituperari audimus, qui nobis bene volunt.

Defatigare] Tantum abest ut animadversionibus censoriis corrigi possit, ut omnes judices defatigaturus sit.

CAP. XIII. *Diei*] Aestivi et solstitialis.

Istum de educatione] Multa de hac re *Plato* in libb. de Rep. et de Leg. disserit, et *Aristoteles* in Politicis. Sunt enim educatione et disciplina animi ad virtutem informandi, neque sine disciplina fructus est ullus bonarum legum. Lex enim a vitiis deterret, disciplina ad virtutem instituit. Ex hoc autem loco perspicuum est libros aliquot *Ciceronis* desiderari. [Eundem de educatione et disciplina locum a Scipione in libris de Republica postulat Tubero II. 38. Cui ibidem libro quarto fecisse videtur satis; qui tamen locus et ipse maximam partem injurià temporum interiit. Cf. Ang. Mai. in annot. crit. ad Rempubl. IV. 2. *Cr.*]

Specimen esto] Virtutis exemplum et probitatis.

Continentia] Hic continentia cupiditati et aviditati contraria est, cum manus nostras ab alieno continemus.

L. Lucullus] Magnificas habuit duas villas Lucullus, Neapolitanam et Tusculanam. Auctor *Plutarchus.* Gabinius Trib. pleb. pictam in concione saepe ostendit Tusculanam villam Luculli, ad invidiam Lucullo conflandam.

Superiorem] Supra villam suam: inferiorem, infra villam.

Libertinum] Libertini olim non tantum erant qui ex justa servitute manumissi fuerant, verum etiam ab illis oriundi. Tranquillus, *Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Caecum censorem generis sui proauctorem libertinorum filios in senatum adlegisse docuit: ignarus temporibus Appii et deinceps aliquandiu, libertinos dictos non ipsos qui manumitterentur, sed ex his ingenuos procreatos.* Libertini tamen Ciceronis aetate erant qui ex justa servitute manumissi fuerant. [Ceterum hunc locum de Luculli Tusculano adhibuit Horatii Epod. I. 29. sq. »Nec ut superni villa candens Tusculi Circaea tangat moenia« Carolus Fea, quem vid. p. 211. ed. Bothii. *Cr.*]

Signis et tabulis] Statuis et pictis tabulis, raptis partim ex foris locisque publicis urbium; partim ex delubris, quibus ista consecrata fuerant. Quod quidem cupiditatis est, quae est aviditas et rapacitas.

Eisdem tenerentur] Libri vet. *cupiditatis ejusdem tenerentur* habent: quomodo teneri furti dicimus. Sic apud Plautum cum genitivo casu jungitur.

Cap. XIV. *Imitatores*] *Juvenalis* eodem modo dixit [Satir. xiv, 31.]

— Velocius ac citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos auctoribus.

Replicare] Revolvere et explicare memoriam temporum et historiam. Est *replicare* quod plicatum erat explicare, ut librum. Cicero pro Sylla cap. 9. *Ut ne replices annalium memoriam ex domesticis imaginibus invenies.*

Qualescunque summi civitatis] Atqui sententia haec Platonis est, vel Cicerone teste, cujus haec verba sunt [Fam. lib. I. Epist. 9.] *Erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus*, quales in Republica principes essent, tales reliquos solere esse cives. *Plato* autem sic scribit [de Legg. lib. iv. pag. 598.] Μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ, μηδὲ νῦνγε ἄλλῃ γίγνεσθαι, μηδ' αὖθίς ποτε γενήσεσθαι. Id est, *Ne quis vobis o amici persuadeat aliter unquam ocius et facilius mutaturam leges civitatem, quam principum auspicio et exemplo: nec vos nunc secus fieri, aut in posterum aliquando futurum putetis.* [Hunc locum ita laudat Ruddimannus in Institutt. Grammaticae Latinae ed. Stallbaum II. p. 27.: »*Quales sunt* summi civitatis viri, *talis est civitas*« non credo quod in ullo codice sic legerit, sed quod memoriter laudarit locum eumque simpliciter ad suam regulam Relativorum et Redditivorum, quae dicit, adhibuerit. *Cr.*]

Concipiunt] Vitiis imbuuntur, vitia comprehendunt.

Infundunt] Exemplo reliquos cives inficiunt et corrumpunt.

Dilatata] Nam de toto ordine senatorio pronunciata est.

Coangustari] Etiam istud in paucis principibus verum est, non tantum in toto ordine.

In illis libris] In libris de Republica.

Populo libera] Libera sunt quando non voce, sed tabella feruntur. Optimatibus sunt nota hac lege, quia quibusdam tabellae ostenduntur, cum legibus Romanis id tamen vetitum esset.

Cap. XV. *Aut lege aut*] Lex est quod pop. Rom. senatorio magistratu, ut consule rogante constituebat. Rogatio autem latius patet quam lex, et plebiscitum etiam significat:

nimirum quod plebs plebeio magistratu, ut tribuno interrogante, sciscebat.

Clam an palam] Cum voce suffragia feruntur, auctoritas optimatium eorumque qui magistratibus functi sunt, plus valet, cum pauperiores et tenuiores eorum sententiae palam refragari non ausint: at cum tabella suffragia feruntur, sine ullo metu libere populus suffragari potest. *Sallustius* idem in Senatu fieri vult [Ep. II. de Rep. Ordin. cap. XI.] *Igitur*, inquit, *duabus rebus confirmari posse senatum puto, si numero auctus, per tabellam sententiam feret. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat.* Tiberius quadam in causa sententiam palam ferre voluit, ut necessitas aliis ejusdem sententiae sequendae esset. *Tacitus* [Annal. 1, 74.] *Ad quod exarsit adeo, ut rupta taciturnitate proclamaret, se quoque in ea causa laturum sententiam palam et juratum, quo caeteris eadem necessitas fieret.*

Dissentiam] Ut jam feci in tribunitia potestate. Fautor nobilitatis et optimatium Quintus erat. [*Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio.* Praepositio in relativà enuntiatione omissa, Graecorum more, ut de N. D. I. 12. p. 55. ed. Moseri et nostr. *quae sunt iidem in erratis fere, quibus ea.* De qua omissione consule Heindorf. ad Platon. Phaedon, §. 57. p. 91. et Stallbaum ad Phileb. §. 20. p. 34. *Cr.*]

Obtineri an possit] Tantum enim in Rep. contendendum est, quantum obtineri possit. Frustra autem nitendo nihil praeter odium quaerere, dementiae sit.

Tabellariam legem] Nam ea lege convaluit jus et libertas multitudinis: cum autem suffragia voce ferebantur, auctoritas optimatium multum poterat et gratia. *Cicero* pro Plancio [cap. VI.] *Populo grata est tabella, quae frontes operit, hominum mentes tegit, datque eam libertatem, ut quod velint faciant.*

Vocis quam tabellae] Graviora de reis judicia populi erant cum voce, quam cum tabella suffragium ferebatur: non enim ista condemnandi libidine, optimatium et nobilitatis verecundia, populus utebatur, et post tabellariam legem magnificum erat vocis suffragium potius quam tabellae. *Cicero* in Rullum [Orat. II. cap. 2.] *Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam indicem tacitae libertatis, sed vocem vivam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis.* Nam interdum populus candidatum, qui de Repub. optime meritus esset, magno certatim studio et effusa laetitia vel consulem, vel aedilem, vel praetorem voce declarabat.

Nimia libido] Qua nimirum abutebantur, populo voce suffragium ferente, ut proinde populus flagitare coeperit legem Tabellariam, ut libere suffragium ferret.

Non latebra] Non occultandum tabella suffragium.

Neque lator] Lator qui legem fert ut Trib. Auctor cujus suasu consilioque facit, quique legem ad populum suadet: ut lator Cassius, auctor Scipio fuit.

Cap. XVI. *Gabinia est*] Lex Gabinia tabellam duntaxat in magistratibus creandis dabat. Cassia vero cautum erat, ut populus cum judicaret, nisi in Perduellionis crimine, in vocem reliquit, tabella sententiam ferret. Carboniana legem lationi et abrogationi tabellam dedit. Caeliana, Perduellionis judicio, quod a Cassio exceptum fuerat. *Cicero* de amicitia [cap. XII.] *Videtis in tabella jam ante quanta sit facta labes: primo Gabinia lege, biennio autem post Cassia. Videre jam videor populum a Senatu disjunctum, et multitudinis arbitrio res maximas agi.*

Biennio post] Cassius Longinus Trib. pleb. Lepido et Mancino Coss. legem tulit, ut populus non voce, sed tabella suffragium ferret, quae diu sancta et incorrupta mansit.

Pace familiae dixerim] Quae severa semper fuit et a populari levitate aliena. *Cicero* in Verrem [Act. 1. cap. 10.] *L. Cassius ex familia tum ad caeteras res, tum ad judicandum severissima.*

Ramusculos] Quamcunque gloriolam et famam popularitate quadam captante.

Carbonis est tertia] C. Carbo, qui hanc legem tulit, perpetua in populari ratione levitate fuit. Ideoque morte voluntaria se a severitate judicum vendicavit. Is et Trib. pleb. seditiosus fuit, et P. Africano vim attulisse existimatus est, et L. Crasso accusante cantharidas sumpsisse dicitur.

Ne reditus quidem] Ad optimates, a quibus in Tribunatu dissenserat, reditus, cum Opimium defendit. *Cicero* de Oratore [II, 40.] *Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt: simulasse te, et aliud quid quaesisse perspicuum est, quod T. Gracchi mortem saepe in concionibus deplorasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod eam legem in tribunatu tulisti, quod semper a bonis dissensisti.*

A bonis] A senatoribus qui judicabant. Nam desperatione causae cantharidas sumpsisse dicitur.

Perduellionis] Ulpianus, *Qui perduellionis*, inquit, *reus est, hostili animo adversus Rempub. vel principem animatus est.* Nam perduellis hostis vocatur: estque perduellio atrocissimum genus laesae majestatis apud Ulpianum. Olim in

atrocissimis facinoribus poni solebat, ut in Horatio, interfecta sorore, perduellionis et hostilitatis crimen fuit. Idque est quod *Livius* ait [lib. I. cap. 26.] *Lex horrendi carminis erat, Duumviri perduellionem judicent*, gravitatem facinoris nomine significante hostili paene manu perpetrati. Sic a nonnullis in Manlii causa *Livius* ait scriptum esse duumviros creatos fuisse qui capitis anquirerent: paucaque omnino sunt hujus generis judicia facta. Ciceronis aetate crimen perduellionis erat, cum quis contra libertatem populi quid fecerat, cum contra legem Porciam, quae caedi et securi feriri cives non sinebat, quis civem virgis ceciderat, aut interfecerat, aut tribunum plebis patronum et vindicem libertatis violarat aut interfecerat. Sic in Posthumi causa ob atrocitatem facti, occiso sacrosancto Tribuno, judicium perduellionis fuit. Hoc judicium jam inde a regibus Duumviri exercebant, quos post reges exactos populus creabat, quandocunque tale crimen incidebat, non praetor sortiebatur, ut ait *Dio*: quod contra morem patriae factum *Dio* dicit in Rabirii causa. A Duumviris autem provocatio erat ad populum. Ac Cicero pro Posthumo judicium illud Duumvirum non tam rejicit, ut obsoletum et contra morem patriae, quam quod neget, ubi senatus decrevit ut consules videant ne quid respub. detrimenti capiat, esse locum ei judicio. De perduellione ita scribit *Sosipater:* Per *pro* perquam, valde, *ut* Perduellio *perquam duellio et plusquam hostis, ut Rabirius qui perduellionem fecisse dicebatur, id est, contra remp. sensisse: quod judicii genus in eadem oratione M. Tullius ab Horatio sumptum ait, dictumque quod per tempus belli sit factum, cum is in sororem suam gladio usus esset.*

Docuitque] Ex veteribus libris in quibus [*C. Populum* legitur, emendavi *C. Popilium*, quem ut apud populum atrocissimo judicio perduellionis opprimeret, et tabellariam legem tulit, et multa alia in tribunatu improbe et seditiose fecit Caelius. [Cannegieter de Notis p. 344: « *Docuitque — reipublicae.* Magis quidem mihi se probat vulgata, quam haec aliorum conjectura, temere in textum recepta. Ita libri veteres: *Doluitque*, ob id puta, quia ita se gesserat, istudque fecerat, *quoad vixit: sed ut opprimeret Coelius populum* (muto *Popilium*) *nocuit* et reip. « Vides Cannegieterum non inspexisse Turnebi Commentarium; quod etiam aliis in locis videas, quos propterea omisimus. *Cr.*]

Popilium] C. Popilius in exilium actus Nuceriae civem se dicavit, ut scribit Cicero pro Cornelio Balbo.

Avus] M. Cicero M. Ciceronis oratoris avus, cujus lib. II. de Orat. [cap. 66.] mentio est his verbis, *Ut illud M.*

Cicero senex hujus viri optimi nostri familiaris pater, nostros homines similes esse Syrorum venalium, ut quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimum.

Mario Gratidio] Veteres libri *M. Gratidio*, ut in Bruto, *Doctus autem Graecis literis propinquus noster factus ad dicendum M. Gratidius M. Antonii perfamiliaris.* Vocabatur autem M. Marius Gratidius, vel, ut in vetere libro, Gratidius. [Hinc intelligitur, per haec municipia, pariter atque Romae, in comitiis populi leges fuisse latas. Plura de his Savignyus exposuit in opere: Geschichte des Roemischen Rechts im Mittelalter. I. cap. II. p. 17. *Cr.*]

Excitabat enim] Hoc speciem aenigmatis et proverbii habet: significat autem patrem Gratidium turbellas in parva et municipali rep. excitasse, filium vero in maxima rep. Romana, maximos tumultus. Simpulum, auctore *Festo*, vas parvum est, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur: unde et mulieres rebus divinis deditae Simpulatrices vocantur. Sic vocatur tanquam simplum, ut quod nunc templum dicimus, veteribus tempulum erat: unde apud Plautum Aulularia scribitur,

Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo,

pro extemplo. Itaque forte simpularia funera dici debent, quae simpludearia apud Festum scribuntur. Varro a sumendo deducit simpulum. Perottus idem poculi genus putat Sympinium, et mulieres reb. divinis deditas Sympinatrices appellat: ita, ut opinor, in Festo legens, ac etymon Graecum sequens: apud Nonium Simpuvium scribitur. Cicero de Repub. *Oratio extat Laelii, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum Diis immortalibus grata sint Samiaeque, ut is scribit, capedines.* Nam sic locum hunc legit V. C. Aemarus Ranconetus. Simpuvium quoque a *Plinio* et *Juvenale* vocatur. Varro autem simpulum ait *vas esse minutatim fundens, in cujus locum successerit in conviviis ἐπίχυσις. Unde*, inquit, *veteres res minutas nulliusque precii* Simpularias *appellabant.*

Marius] Marcus Marius Gratidianus M. Marii Gratidii filius a Fimbrià postea adoptatus, in praetura, re nummaria constituta, tam charus populo fuit, ut omnibus vicis ei statuae ponerentur, et thure cereisque coleretur. Ei Catilina Sylla urbe potito caput secuit et per urbem circumtulit. Gratidianus igitur fuit in rep. gerenda levis et popularis.

Aegaeo] In vasto mari, id est, in rep. Romana, non municipali ut ejus pater. Nam Aegaeum in mediterraneo mari vastissimum est: hinc illud Horatii, *Aegaeum nauta secet mare.* Et *Cicero* de Finibus [III, 14.] *Et ut interit*

magnitudine maris Aegaei stilla muriae. Mare autem illud Aegaeum atrox et saevum tempestatibus erat. Philostratus: *Φασὶ γὰρ ἡμᾶς ἀφήσειν ἐς τὸν Αἰγαῖον αὐτόν· δεινὴ δὲ, οἶμαι, ἡ θάλαττα.* Id est, *Dicunt enim nos in Aegaeum mare vela facturos: atrox autem est, ut reor, illud mare.*

Ac nostro quidem] Nam Aegaeum mare Graecum est. Tyrrhenum, Romanum. Allusum est ad mediterraneum mare quod nostrum dicitur. Mela, *Id omne qua venit quaque dispergitur uno vocabulo nostrum mare dicitur.* [Lib. I, 1.]. Quidam exordium alterius conversionis esse volunt, leguntque, *Ac nostro quidam cum res esset.* Legendum tamen puto, *Quae cum res*, non ut obtinuit, *qui cum res.* In mari autem nostro quod ait, id est, Tyrrheno et infero, allegorice Rempub. intelligit.

Scaurus] Qui postea princeps senatus fuit.

Municipali] In rep. Romana potius quam in Arpinati rep.

Recognoscimus] Non recensemus, non enumeramus. Non percensemus, inquit, nec enumeramus quas leges P. Romanus habeat, sed optimas leges constituere conamur.

Nam Cassiae] Adjuvante Scipione Aemiliano illam tabellariam legem Cassius tulerat. Cicero in Bruto [cap. 25.] *Tum L. Cassius multum potuit non eloquentia, sed dicendo tamen, homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis: cujus quidem legi tabellariae M. Antius Briso Trib. pleb. diu restitit, M. Lepido Cos. adjuvante. Eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod ejus auctoritate de sententia deductus Briso putabatur.*

Tuus] Qui in tuis de Rep. libris loquitur.

Si tabellariam] Praestandum tibi factum tuum fuerit, si his libris legem de suffragiis per tabellam ferendis scripseris.

CAP. XVII. *Quam hic consul*] *Cicero* lib. I. ad Atticum [Ep. 16.] *Reip. statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium consensione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus videbatur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum scito esse de manibus uno hoc judicio.* Proinde consulatum suum *Aristocratiam* videtur etiam appellare in epistolis ad Atticum [I, 14.] *Totum hunc*, inquit, *locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, pingere soleo de flamma, de ferro.*

Optimorum] Id est, senatus.

Vos quidem ut] Legem tabellariam non tabella, sed voce antiquastis. Tabellae dabantur in suffragio ferendo, in quibus vel *Uti rogas* scriptum erat: vel *antiquo.* Vel potius.

vos non expectato populi suffragio, non expectatis comitiis legem meam antiquastis: idque verius puto.

In illis libris Scipio] Etsi in libris de rep. legem tabellariam defendit a Cassio latam, non tamen tantum libertatis populo largior, quantum Africanus: sed tabellas suffragiorum et libertatem relinquo, dum populus eas bonis ostendat.

Postea latae] Post leges tabellarias. V. g. ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.

Ne quis inspiciat] Hae leges cautum esse volebant suffragiorum libertati. Alterius ergo tabellam inspicere non licebat, nec alterum rogare ut suffragaretur cuipiam, nec appellare et convenire ista de re. Hae leges, ut tabellariae, latae sunt adversus ambitionem et gratiam optimatium.

Pontes etiam] C. Marius Trib. plebis legem de suffragiis, ut Plutarchus ait, repugnante Cotta Coss. et pleraque nobilitate tulit: ea pontes angustos faciebat, ne quis illic praeter eum qui suffragium ferret consistere posset ad appellandum rogandumque. Suffragia porro per pontem ferri solita, ex proverbio, *Sexagenarios de ponte dejici*, notum est. Hinc et senes depontani dicebantur, quod a suffragiis, et negotiis publicis liberi erant. Huc pertinet illud de Caepione [ad Herenn. I, 12.] *Pontes disturbat, cistas dejicit.*

Sin valuerint tamen] Quod nostrae perfecto efficient, ut nihil istis opus sit, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.

Vindicem libertatis] Quae cum quasi in libertatem afferat et vindicet libere suffragaturum: ad usurpationem libertatis populus tabellam habeat.

Quo populo] Iis enim ostendent, quibus gratum facere velint, et quibus suum suffragium probatum esse cupiant. Ita populi libertas in gratificando bonis posita erit: libertas enim est in tabella, quae bonis ostendetur. *In quo* legitur in libris scriptis, non *in qua*: quam scripturam sequor.

Eoque nunc fit illud] Ita nunc lege mea in reis judicandis minus multi tabella condemnabuntur quam condemnabantur voce, quoniam Quintus modo querebatur populum tabella abuti ad condemnationem bonorum.

Licere] Jus esse satis est libere tabella damnandi.

Reliqua voluntas] De reliquo libenter populus gratificabitur bonis, modo tabellae jus habeat, cum eam ostendere bonis cogatur.

Quid optimi viri] Justissima Ciceronis est lex, quae tabellarium plebi suffragium permittit, sed esse notum optimatibus vult, cum praesertim in comitiis quaerere inter se

soleant homines qui in suffragium eunt, quid optimi viri sentiant. Quod quidem ab iis fit, cum largitio in comitiis non versatur, nec corrupti sunt, sed comitia quieta et tranquilla sunt sine ullo ambitu: tum enim bonorum suffragium populus incorruptus libenter sequitur, et quaerit quid boni sentiant, et cui faveant.

Species libertatis] Non vera libertas, sed ejus quaedam assimulatio et ludibrium hac lege tabellaria constituitur, cum suffragium bonis ostendatur.

Contentionis causa] Nam propter paucorum ambitionem tabellam libertatis vindicem magna contentione et rixa populus flagitaverat.

Cap. XVIII. *Modica sunto*] Ne quis cum populo et cum patribus agens seditiones excitet oratione aut turbas.

Actor] Id est totum in actore positum, qui non solum verbis animos afficit et mentes regit, verum etiam prope vultum format et fingit eorum quibuscum agit.

Moderatur] Regit.

Quod in senatu] Modica et sedata esse, quae cum patribus agentur, non est difficile: quae cum populo agentur est difficilius.

Non ad actorem] Quia senator qui audit, non ita se comparat, ut populi more ex ore dicentis pendeat, et ab eo habitum animi et affectum sumat, sed ex sua sententia et prudentia spectari et existimari vult, qui de eo de quo relatum est quid sentiat dicere cupit. Legitur etiam *spectare.* [Cannegieter de Notis p. 344: »*Est enim senator is, cujus* . . . . Rectius exhibent alii *Senatoris*, *cujus*, Pari modo Callistratus in L. 19. §. 1. D. de *Off. Praes: Id enim non est constantis, et recti judicis, cujus animi motum vultus detegit.* Emendandum censet Auctor Obss. miscell. Amst. Vol. p. 426: *si cujus:* quem non est quod sequamur.« *Cr.*]

Rogatus] Rogatus sententiam a Cos. vel, ab eo qui senatum habet.

Modo] Nam multi interdum modum non tenebant, praesertim cum liceret ei, qui rogatus sententiam esset, ut ante quicquid vellet alterius rei diceret, et quoad vellet.

In sententia] Ut in deliberationibus senatus.

Peccante senatu] Quorundam ambitio nonnunquam eblanditur Senatusconsulta improba corruptis senatorum sententiis: quod cum futurum videmus, ne Senatusconsultum fiat, diem dicendo tollere debemus. Dicitur et diem eximere dicendo. Cicero [ad Quintum Fratrem II, 1.] *Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere coepit.* Vel potius dicit, quod et verius puto, nonnullos per ambitionem cum minime necesse est,

neque senatus peccat, tamen dicendo diem eximere. Nam ambitio interdum studium quoddam est et quaedam voluntas et cupiditas elatior. Sallustius [Fragm. Hist. III, 3.] *Hyemem in castris, non per oppida, neque ex ambitione mea egi.* [Canneg. l. l. p. 345: »*Aut peccante Senatu, quod fit ambitione saepissime, nullo magistratu adjuvante.* Levissima adhibita emendatione sic interpretor: *Aut a peccante senatu*, tum, quando peccaverit Senatus, qui peccat saepissime ambitione, *cum nullo mag. adj.*« — Haec ille. Cui ego repono illud: Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria! Nec verba *nisi — diem tolli utile est* ad senatum pertinent, sed ad senatorem. Senator enim, qui diem orando eximit, tollere diem dicitur. *Cr.*]

Noster Cato est] Ut cum Caesar ex Hispania reversus, ut liceret sibi consulatum per alium petere postulabat, Cato diem orando sustulit. Sunt et alia exempla apud *Plutarchum.*

Cato est] Superstite Catone ante bella civilia haec scripta sunt.

Est senatori] Veteres libri ab excusis discrepant cum in eis legatur, *Vesti senatoris:* puto, *Id est senatori necessarium.*

Nosse rempub.] Ut de ea in senatus deliberationibus sententiam dicere possit.

Quid habeat militum] Haec sunt fere quae in artibus rhetores deliberaturo de rep. cognoscenda praecipiunt.

Socios] Inter socios et amicos interest: quidam tamen iidem et Socii et amici erant Pop. Rom.

Parere jubet] Intercessionem excitato tumultu et seditione non tollere, sed ei placide parere.

Concedi male] *Concedi malae* veteres libri habent, ut supra: *Deinde vi opprimi in bona causa est melius quam malae cedere.* Sententia est, satius est pati bonam actionem et rogationem impediri ab intercessore, quam concedi et permitti aliquid seditioni populi et turbis; quam turbas et tumultum excitari in concione.

Cap. xix. *Fraudem*] Culpam et poenam actoris esse, si tumultus oriatur.

Cum decrevisset] In sententia dixisset Crassus.

Carbonis seditione] Veteres libri *Cn.* habent, non *Caii.* Crassus Caium Carbonem adolescentulus perculit, qui seditiosus in Trib. fuerat, rogationemque tulerat, ut eundem Trib. quoties vellet, fieri liceret. Cn. Carbo quem Lilybaei Pompeius occidit, civis improbissimus fuit. Cn. itaque Carbonem intelligo, qui, ut *Valerius* scribit lib. III. cap. vii., infestissimus L. Crasso oratori fuit. Ne *Caium* legamus,

tempus facit. C. Claudius cum M. Perpenna consul fuit paulo ante bellum Marsicum.

Concilium] Coetum plebis et conventum: nam comitia totius populi sunt. Sic Cornelius, ut *Asconius* scribit, statim dimisit concilium. Ejus verba sunt, *Et cum illos consul, qui sibi manum intentabant, prehendi a lictore jussisset, fracti ejus fasces cuncti, lapidesque etiam ex ultima concione in cons. jacti: quo tumultu Cornelius perturbatus, concilium dimisit.* Nam qui cum populo agit, ipse etiam concilium dimittit.

Qui permovet] Quod concilium coetumque plebis moveri coeptum qui permovet, seditionem et vim quaerit. [Canneg. l. l.: »*Permovet*, instando operam dat, ut continuetur, aut *promovet*, ut augeatur ac crescat.« Rectius Turnebus et Goerenz. *Cr.*]

Cum agi] Quia intercessio impedit actionem. Est autem intercessum.

Salutaris] Optimus civis.

Subvenerit] Intercedendo. [Canneg. l. l.: »*Sunt deinde posita deinceps.* Eloquentiae principe non digna oratio. Scriptum fortasse fuit: *Sunt de iisdem posita deinceps*, actores accipe, de quibus mox egerat. In lege est: *qui agent, auspicia servanto.*« Alterutram particulam deleverunt etiam librarii, videlicet isti, qui inscii essent orationis Tullianae, nec tenerent differentiam, quae intercedit inter *deinde* et *deinceps*. *Cr.*]

Auspicia servanto] Qui agent.

Maximis reipub. temporibus] Ut impetum populi injustum auspiciis interpretandis reprimat, et inutiles comitiatus probabili mora impediat. Huc pertinet quae scripsit lib. II. *Quid majus est, si de jure quaerimus, quam posse a summis imperiis et summis potestatibus comitiatus et concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur* alio die *dixerit? Quid magnificentius, quam posse decernere ut magistratu se abdicent consules? Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare.*

Consiliarium] Sic familiares appellamus, qui et nobis consilia dant, et nostrorum sunt consiliorum participes: ut augur Jovis, qui auspicia et auguria mittit, consilia novit.

Administrum] Administer enim augur auspiciorum est et signorum quae Jupiter mittit, ea interpretando. [Cannegieter l. l.: »*Esse debere.* Minime necessarium est suppleri *se*, siquidem in sequentibus pronomen hoc additur, tum

deinde, quia saepissime illud omittitur ab scriptoribus optimis.« Ego in alia omnia discedo. *Cr.*]

Ut sibi] Consiliarios et administros esse datos.

Quos in auspicio] Auguralis locutio qua utebantur augures cum aliquem auspicari jubebant. *Cicero* lib. II. de Divin. [cap. 34.] *Q. Fabi te mihi in auspicio esse volo.* Respondet, *Audivi.* Nam qui auspicatur, is in auspicio est. *Cicero*, *Jurabo Cn. nostrum collegam Balbi*, *Antii mihi narrasse in auspicio fuisse.* Ita in agendo cum auspicabantur, augur aliquem adhibebat, qui in auspicio esset.

Caelique partes] Caeli plagas in anticum, posticum, dextrum, laevum, distributas. [Canneg. l. l.: »*De quibus saepe opem referre possit.* Non inepte profecto substituunt nonnulli *rei publicae ferre.* Puto tamen vindicari posse lectionem priorem, dummodo *re ferre* exponas *recte ferre:* qua eadem ope et alia loca adjuvimus. Intelligo: per quas res saepe haud parum utilitatis adferre ac procurare laudabiliter possit.« Commodius vulgatam explicuit Goerenz. *Cr.*]

Promulgatione] Legum.

De singulis] Cum populo.

Privatis magistratibusve] In suadenda aut dissuadenda rogatione.

Maximo comitiatu] Maximis comitiis quae centuriata vocantur.

Nondum inventis seditiosis] Locus iste misere contaminatus est et prope desperatus. Veteres libb. *Nondum nitis:* sed et mox *negotialis* habent. *Inventis* optime emendatum reor, cum alio loco similem scripturam repererim, ubi pro certo *inventis* erat legendum: pro *negotialis* quid scribendum sit equidem nescio. Veniebat in mentem *negotiolis*, quod non omnino alienum est, ut dicat tanta diligentia majores fuisse, ut nihil in litibus scribendis praetermiserint, sed omnibus etiam minimis negotiis providerint et prospexerint. Commendat hic majorum prudentiam, qui etsi nondum quisquam usque adeo furiosus tribunus extiterat qui civem ex urbe, ut postea Clodius Ciceronem, manu facta ejicere tentaret, tamen quasi eo proruptūram aliquando magistratuum audaciam providerent, legibus ne id fieret, longe ante caverunt. Quod sequitur, in V. L. *Scitum est jussum*, puto *scitum esse et jussum* esse legendum: ut pro Balbo [c. 18.] *Scita ac jussa nostra comprobat.* Legit Budaeus, *Cum legis haec vis sit*, *jussum et scitum in omnes*, *ferri de singulis*, *nisi* etc. Alii libri, *satum est jussum.* [Canneg. l. l.: »*Vetat*, *nondum initis seditiosis tribunis plebis. Negotialis quidem admirandam tantum majores in posterum pro-*

vidisse. Contaminatissima haec esse nullus temere dubitet: num recte emendarint alii, non mei est res arbitrii. Ego sic repono ac distinguo: *vetat. Nondum notis seditiosis tribunis plebis*, *ne gentibus aliis quidem*, *admirandum* est, tantum .... « — Codicis Brux. lectio favet potius conjecturae Puteani: *ne cogitatis quidem.* Vid. supra Annott. *Cr.*]

In privatos homines] Ut Clodius Ciceroni privilegium irrogavit, cum ita tulit, *Velitis jubeatis Quirites*, *ut M. Tullius in civitate ne sit.* Id et sacratis legibus et XII. Tab. erat vetitum. *Cicero* pro Domo [cap. 17.] *Vetant leges sacratae*, *vetant* XII. *Tab. leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium.* Libo tribunus pleb. rogationem in Sergium Galbam privilegii similem etiam tulit, ut *Cicero* in Bruto scribit.

Privilegium] Privilegia quoque Ulpianus tollere videtur, qui in T. de Legibus, *Jura*, inquit, *non in singulas personas*, *sed generaliter constituuntur.* Et *Demosthenes* in Orat. contra Timocratem, *Μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι*, *ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις*, *ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων*, *οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.* Id est, *Ne legem privi hominis ergo ferre*, *nisi et eandem in omnes Athenienses liceto*, *non minus sex hominum millibus suffragio clam lato sciscentibus.* Est autem privilegium Ciceroni, cum in aliquem privatum rogatio fertur. Receptum tamen videtur fuisse Ciceronis aetate ferri privilegia, quod nunc prohibet. Nam et in Clodium privilegium latum fuit, si in Opertum Bonae Deae accessisset. [Canneg. l. l.: » *Cum legis haec vis sit*, *scitum est jussum in omnes.* Lego: *sit*, *ut scitum esset jussum in omnes.* « — Adversatur Consecutio Temporum isti rationi. *Cr.*]

Ferri] Hoc ad judicia populi pertinet, ne de capite civis, nisi centuriatis comitiis, agatur: ne quis apud populum, nisi centuriatis comitiis, rei capitalis reus fiat.

Ex censu] Nam descriptio classium ex censu facta est.

Ordinibus] Senatus, equitum, tribunorum aerariorum, scribarum, libertinorum etc.

Aetatibus] Nam classes in centurias juniorum et seniorum divisae erant.

Fuse in tribus] Quam tributis comitiis, in quibus ordinum, census, aetatum confusio est, cum ex urbis et regionis partibus, quae tribus vocantur, comitia habeantur.

Ingenii] Vir eloquentissimus.

L. Cotta dicebat] *Cicero* pro Sextio [cap. 34.] *Cum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit id quod dignissimum repub. fuit*, *nihil de me actum esse jure*, *nihil more*

majorum, nihil legibus, non posse quenquam de civitate tolli sine judicio: de capite non modo ferri, sed ne judicari quidem posse, nisi centuriatis comitiis.

Neque tributa] Cum tributis comitiis a colluvione plebeculae, atque adeo servitii et latronum Cicero pulsus sit.

Nobis opus esse lege] Reditum meum lege non esse muniendum, nec me revocandum esse lege lata.

Legibus] Secundum leges. [Cannegieter l. l.: »*Nihil omnino actum esse de nobis .... nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus.* Ipso jure nullum, nullius momenti aut valoris judicandum esse, id quod de se actum fuerat, judicat Cicero, nullamque adeo caussam videri satis idoneam, quampropter ad revocandum restituendumque se exsulem, lege opus esset: quippe cum nulla unquam lege ejectus fuisset, non jure ac legibus, hoc est, jussu populi universi, in comitiis centuriatis, sed furore potius Clodii, qui, incitatis servitiis, adjuncto etiam terrore militari, hoc effecit, ut cedere maluerit Cicero, quam civitatem, haud ita pridem a se liberatam, praesenti exponere periculo. Pro *tributa capitis comitia* praeferam, *tributa civitatis comitia.* Pro *privilegii* reponendum *privilegia*, nullus dubito.« — Huic conjecturae suffragatur codex meus Uffenb. qui item *privilegia*; neque tamen me commovet, ut *privilegii* respuam. Illud mirari subit in mentem venire potuisse Cannegietero, ut *civitatis* pro *capitis* suaderet. Itane oblitus erat eorum, quae supra in ipsâ legis formulâ a Tullio scripta sunt? (III. 4. extrem.): »Privilegia ne irroganto, de *capite* civis, nisi per *maximum comitiatum*, ollosque, quos Censores in partibus populi locassint, ne ferunto.« Neque vero hanc legem a Cicerone inventam sed e XII Tabulis desumptam esse, uti in centuriatis tantummodo *comitiis* (h. e. in *comitiatu* maximo) de capite civis quaereretur, arguunt ea, quae supra in annott. posuimus. — De constructione: *plectatur capite* vid. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 168. *Cr.*]

Patroni] *Latrones* emendavi: sic *parum* in veteribus libris scriptum erat pro *Larum*. Servilibus autem armis saepe se pulsum dicit, et constituto in foro latrocinio.

Cap. XX. *De vi*] Hoc nec est in scripto libro, nec in lege extat. Nam post caput de privilegiis et judicio populi, mox sequitur, *Donum ne capiunto*, quod ad pecunias captas pertinet, ut *Neve danto* ad ambitum. Proinde *De vi* expungendum est.

Noxiae] Id est, vis capite puniatur: avaritia captarum cuniarum mulcta: ambitus ignominia.

Vis capite] Si quis agendo cum populo seditionem excitaverit, vel potius si quis manum fecerit, homines armatos coegerit, cum telo fuerit hominis occidendi causa, domum oppugnaverit, aliquem adortus fuerit, aut interfecerit.

Avaritia] Si quis magistratus pecuniam ceperit.

Honoris cupiditas] Ambitus.

Extremae leges] De censoribus.

Quas apparitores] Qui leges cum eis opus magistratibus est, a librariis petunt: quanquam ipsi quoque librarii ex apparitoribus sunt. *Cicero* in Antonium [x, 2.] *litteras Bruti recte et ordine scriptas videri: quod quid est aliud, quam librarium Bruti laudare?* Librarii autem leges describebant. *Cicero* in Rullum [Orat. II. cap. 5.] *Concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me adferunt.*

Νομοφύλακες] *Νομοφύλακες*, inquit Pollux, *ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ, τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν, ἔνια διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει.* Id est, *Nomophylaces*, id est custodes legum, *strophio candido redimiti sunt, in concionibus praesidibus assident, intercedentes siquid quod e rep. non sit, sciscatur.* Hi numero XII. erant, legumque custodiam habebant, ac magistratus omnia ex legum praescripto agere cogebant, hominumque facta ad leges revocabant. Sic Rhadamanthus in urbe, Talos in agris, ut scribit Plato, Minois *νομοφύλακες* fuerunt. De Nomophylacibus sic *Columella* lib. XII. [cap. 3.] scribit. *Quod etiam in bene moratis civitatibus semper est observatum, quarum primoribus atque optimatibus non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos cives creassent, quos Graeci νομοφύλακας appellant. Horum erat officium eos qui legibus parerent laudibus prosequi, nec minus honoribus: eos autem qui non parerent, poena mulctare.*

Majores nostros] *Livius* lib. IV. [cap. 8.] de censura, *Cui scribarum ministerium, custodiaeque et tabularum cura, cui arbitrium formulae censendi subjiceretur.*

Censores] Censoriae animadversiones et notae non vere judicia, sed praejudicia quaedam erant. Itaque qui notatus fuerit, postea in judicium hac lege vocatur, ubi nisi condemnetur, animadversio tamen ignominiosa sit. *Cicero* item lib. IV. de Rep. sic scribit, [apud *Nonium* in *ignominia*] *Censoris judicium nihil fere damnato adfert praeter ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.*

Publice constitutis] Quemadmodum publice constituebatur Athenis qui in publicis sepulturis diceret: ita quoque

qui eos accusaret qui magistratum gessissent in reddendis rationibus. Accusabantur autem apud collegium λογιστῶν, populusque accusatores constituebat. Sed graves, ut censet Cicero, esse non possunt, nisi voluntate ad accusandum descendant. Solebat id plerumque Athenis fieri, ut publice accusatores constituerentur, quod *Demosthenes* in Aristogitonem sic ostendit: *Ἐγὼ γὰρ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὁρῶν ὑμᾶς καταττάττοντάς με καὶ προχειριζομένους ἐπὶ τὴν τούτου κατηγορίαν, ἠχθόμην.* Id est, *Equidem cum viderem me in concionibus a vobis constitui et deligi ad hunc accusandum, moleste ferebam. Valerius* [lib. III. cap. VIII, 4. ext.] *Athenis Ephialtes accusare publice jussus, et inter caeteros Demostrati nomen deferre coactus est. Budaeus* tamen censet hic Ciceronem dicere voluntarios accusatores Athenis fuisse. Apud Logistas autem triginta diebus rationes et acta rerum in magistratu gestarum magistratu deposito reddebantur: et *ἀλογίου δίκη* dicebatur, cum quis in judicium vocabatur, quod magistratu finito rationes non retulisset.

Voluntarii] Qui sponte ad accusandum descendit, gravior est accusator, quam qui publice constituitur.

Legi] Qua judicium constituitur.

Quid tibi sit deinde] De jure et potestate et munere cujusque magistratus, quod est ex jure populi Romani.

A librariis] Ut leges sint quas librarii magistratuum apparitores velint, cum publice nulla earum custodia sit. Non publice conservari, sed conscribi solitas a librariis leg. et ab illis peti, ex oratione quoque II. in Rullum loco quem modo citavi, notum est, *Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur: concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt.*

Quantum apparitores] A quibus munus sui magistratus, rationem et officium discunt: haec enim hic *Juris* verbo censentur.

Sacrorum alienatione] Libro secundo hunc locum tractavit.

Potestate tum] Quidam *potestatum jure* legunt, id est, magistratuum.

M. Junius] Hujus commentarios, qui ut reor de jure et potestate magistratuum erant, citat Varro his verbis [lib. V. L. L. pag. 64.] *Hoc modo inveni in M. Junii commentariis.* Hic est qui Gracchanus, ut opinor, nominabatur. *Plinius* [lib. XXXIII. §. 9.] *Junius certe qui ab ejus amicitia Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc equites vocant.*

Sodalis] Cui familiaritas et sodalitas cum Attici patre intercedebat, nisi quis sodalem dici putat propter amicitiam Gracchi. Illud alterum verius puto.

Cogitare per nos] Cum de jure naturae disserimus, ut fere tribus superioribus libris fecimus multis locis, quid e natura sit ipsi ex inchoatis intelligentiis per nos cogitare debemus: cum de jure populi Rom. agitur, ut proximo libro, in quo de jure et potestate magistratuum disseram, quae scripta et tradita invenimus, litteris mandanda sunt. [Cannegieter de Notis p. 346.: » *At de jure naturae cogitare per nos, atque dicere debemus: de jure populi Romani, quae relicta sunt et tradita.* Ita, Turnebo auctore, fuit mutatum: sic exhibet vulgata: *at de jure naturae cogitari per nos et quae dicere debemus* ..... Emendo: *at de jure naturae cogitare per nos* debemus, *et* (vel potius *at*) *quaedam dicere debemus de jure populi Romani*, ea puta, *quae relicta sunt* a nobis, ac nondum exposita, *et tradita* ab aliis. « Haec ille. At nemini, credo, non lenior videbitur Turnebi emendatio; nec interpretatio placet. Tu vide supra annotationes. *Cr.*]

ADR. TURNEBI

A P O L O G I A

adversus quorundam calumnias,

ad librum primum

CICERONIS DE LEGIBUS.

Apud Hieronymum Commelinum

M. D. XCVI.

LANCILOTO CARLO,

REGIENSI EPISCOPO,

ADRIANUS TURNEBUS

S. P. D.

Quidam me apud illustrissimum principem tuum, antistes amplissime, accusarunt, et multorum criminum subscriptionem in me ediderunt: ego vero et innocentia fretus, et advocatione tua, cujus mihi patrocinium non defuturum pollicitus sum, non de exulando, sed de respondendo cogitavi. Cum autem soleant patroni causam a reis cognoscere, quod facere coram non potui, ut causam tibi exponerem, commentarium tibi confeci, quo ad omnia respondi. Ei si, quae ex interioribus tuis literis depromere plerumque soles, addideris, magna victoriae fiducia accedet. Equidem et tuo praesidio et bonitate causae fretus, non recuso, quominus causa dicta, in consilium judices mittantur. Vale.

ADRIANI TURNEBI
APOLOGIA

adversus quorundam calumnias, ad librum primum

CICERONIS DE LEGIBUS.

CICERO LIB. I.

De Legibus Stoicosne imitatus est.

Cum scripsissem mihi videri disputationem libri I. de Legib. a Stoicis esse profectam, in multorum reprehensiones incidi, magna contentione contra me declamantium, et quaedam perstringendi mei causa scribentium. Nunc videamus, satisne illis justa reprehendendae nostrae sententiae, nobis ejus affirmandae et defendendae causa esse videatur. Nam necesse profecto est alterutros in magno errore versari, ac mihi vel illis idem usu venire, quod ebriis, qui e triclinio perditis sensibus sublimes auferuntur, nec ubi locorum sint, sentiunt. Primum eorum argumenta refellam, deinde mea constituam. Ajunt a Cicerone scribi lib. 3. de legibus, nihil a veteribus Stoicis ad hunc usum popularem et civilem de repub. esse disputatum. Quod equidem fateor: sed istud nihil ad id de quo nunc agitur, apertaque calumnia est: praesertim cum illic dicat Cicero, locum de magistratibus a Stoicis veteribus non esse tractatum, nec de illa legis disputatione, quam lib. I. explicat, id scribat. Quis autem tam impudens erit, qui de legibus eos scripsisse neget, cum Chrysippus in lib. de legibus a jureconsultis et Plutarcho citetur? quid quod illa de lege disputatio minime popularis est, ut fatetur ipse Cicero? Quod si veteres Stoici huic loco defuissent, quod certe falsum est, tamen a recentioribus, ut Diogene Stoico et Panaetio, ista praetermissa non fuerant: eos autem qui minus hic, quaeso, sequi potuit quam Panaetium in Officiis?

Calumnia adversariorum.

p. 4.

Calumnia et error.

Illud etiam afferunt, Quintum lib. 2. dicere, sibi videri fratrem Platonis orationem imitari: quod et alienum est, et ab ipsis male intellectum. Etenim qui genus dicendi imitatur, non protinus idem rem et sententiam sequitur. Mihi autem nunquam venit in mentem dicere, lib. primo Ciceronem orationem Stoicorum imitari, quorum dicendi genus improbabat: sed eorum sententias ab ipso Latine expressas esse. Genus autem orationis quaerere in attributionibus illis locorum et personarum, hominum est nec intelligentium, nec eruditorum. Nam ut ea in re sit aliquid imitationis, tamen ad orationis genus non pertinet.

Error adversariorum.

Error adversariorum.

Jam quod interpretantur Quintum dicere, Ciceronem in aliis rebus et sententiis versari, quod leges ipsas a Romanis institutis et moribus sumserit, eum divinum faciunt, qui de eo, de quo nullam adhuc syllabam audierat, auguretur. Cum enim ista loquitur Quintus, nondum legem Marcus ediderat. Nunc ita mea constituam, ut initio eorum firmamento utar, qui a me dissentiunt. Qui enim clarius et illustrius docere possum, lib. I. disputationem a Platone non esse profectam, quam si locum illum proferam? *Q. Habeo vero frater, et in hoc admodum delector, quod in aliis rebus, aliisque sententiis versaris, atque ille. Nihil enim tam dissimile est, quam vel ea, quae ante dixisti, vel hoc ipsum legis exordium.* Ubi igitur potest consistere Platonis imitatio, cum tantam dissimilitudinem Quintus esse dicat? In quibus autem est ea dissimilitudo? In iis, inquit Quintus, quae ante dixisti. In quo vel plane caecus sum, vel disputatio de lege significatur. Id cum tam dilucide et diserte dicatur, tamen sententiam convellentes, de sequentibus intelligunt. Satisne igitur argumenti in illa Quinti sententia erat, cur existimarem, a Platone non esse profectam illam de lege disputationem? Sed nec Platonicos, nec Aristotelicos est imitatus; quî potest id probari? nempe ex eo, quod libro primo scribit: *Verum philosophorum more non veterum quidem illorum, sed eorum, qui quasi officinas sapientiae instruxerunt, quae fuse olim disputabantur et libere, ea nunc articulatim distincteque dicuntur.* Hic quos imitetur significat in hujus scholae capitibus, negatque se veterum more disputare philosophorum, sed aliorum instituto. Veteres autem quos alios accipere possumus, quam Peripateticos et Academicos veteres? Nolo interpretationi meae fidem habeas, audi Ciceronem in Academica prima ad Varronem de Peripateticorum et Academicorum phi-

Platonem non imitatur Cicero.

Error adversariorum.

Error adversariorum.

p. 5.

Locus explicatus.

Veteres philosophi, qui.

losophia sic loquentem: *Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit in una virtute positam beatam vitam, nec tamen beatissimam.* Viden' ab eo antiquos philosophos appellari, quos hîc veteres dicit? Cur autem, obsecro, antiquos eos appellat? an non quia nova Stoicorum postea secta succreverit? Zeno enim relicta veteri disciplina, multa in philosophia novavit: cui mox se Arcesilas opposuit. Alii etiam Stoicorum disciplinam Academiae veteris correctionem existimabant, ut ait Cicero. Sed et hoc libro, qui sint veteres, ostenditur, cum ita scribitur de Peripateticis et Academicis: *Quippe cum antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo juvaremur in vita.* Iterum: *Nunc vero cum decus, quod antiqui summum bonum esse dixerant.* Id etiam satis apparet ex eo, quod de dialectica in oratore ad Brutum scribit his verbis: *Nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi, et postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. Ergo eum censeo, qui eloquentiae laude dicatur, non esse earum rerum omnino rudem: sed vel illa antiqua, vel hac Chrysippi disciplina institutus, etc.* Satisne intelligitur quos veteres philosophos, quos novos appellet? Ex his, ut opinor, perspicuum est, Ciceronem sibi non proposuisse nec Platonis, nec Academicorum veterum, nec Peripateticorum lib. primo imitationem. Academiam autem novam exoratam et placatam esse cupit, quanquam submovere non audet. Contra Epicureos hic etiam disserit aperte. Quos igitur tandem philosophos sequitur, cum a doctissimorum hominum disputationibus, ut dicit, ista sumat? nullos praeter Stoicos esse reliquos video. Solitos autem esse Stoicos articulatim et distincte de schola quaque disserere, ex lib. 2. de Natura Deorum intelligas licet. *Omnino,* inquit, *dividunt nostri totam istam de diis immortalibus quaestionem in partes quatuor: primum docent esse deos: deinde, quales sint: tum mundum ab iis administrari: postremo consulere eos rebus humanis.* Ut igitur illic quaestionem de natura deorum certis capitibus et sententiis complexus est Stoicus Balbus: ita quoque hîc Cicero more novorum philosophorum, id est, Stoicorum certa suppellectile legis officinam instruxit. Ciceronem etiam animadverto sumere omnia prope solere ex Stoicorum et Academicorum novorum disputationibus: ex reliquis, pauca quaedam aspergere. Ea enim vel ejus aetate, vel paulo ante, philosophiae genera potissimum percrebuerant. Accedebat tertia Epicureorum secta, quam semper exagi-

Novi philosophi, qui.

Articulatim et distincte disserere. p. 6.

tat. Itaque si libri illorum philosophorum hodie extarent, plurima ex illis ad verbum descripta a Cicerone agnosceremus: quorum multa tamen etiam nunc vestigia in auctoribus reperimus. Postremo cum omnis libri primi sermo in definitione legis constituenda occupatus sit, si legis definitionem esse Stoicam vinco, valde pertinax sit, qui a Platone sumtam esse putet. Istud quidem in commentario a me satis probatum est ex Laertio, Areo Didymo, ex Chrysippi definitione, quam jurisconsulti afferunt: nunc id etiam ex ipso Cicerone docebo. Is igitur ita scribit libro primo de Natura Deorum: *Zeno autem, ut jam ad vestros, Balbe, veniam, naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria.* Confer haec et quae primo libro de Legibus disseruntur, intelliges ab eodem fonte utraque manasse. Rursus Cicero eodem libro de Chrysippo: *Idemque etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Jovem dicit esse.* Idem disserit libro primo de Legibus et initio libri secundi. Quem locupletiorem quaerimus auctorem in Ciceronis interpretatione ipso Cicerone? Ergo bene operam ponunt, qui undique haec ex Platone investigare conantur, quae alia profecto in sylva erant indaganda et captanda: qui ea secutum Ciceronem volunt, de quibus nihil cogitabat: qui multa etiam prorsus aliena ex Platone huc adhibent. Sed me reprimam, nam hic aliorum vulnera tangere non decrevi, sed calumniam depellere. Satis in praesentia hac de re, quanquam in sequentibus etiam nonnulla disserentur.

Definitionem legis Stoicam esse.

p 7.

De Rep. Romana.

Scripsi remp. Romanam ex populi potestate et senatus auctoritate temperatam fuisse: in quo reprehendor ab hominibus, regium quoddam genus, timocraticum, et aristocraticum in repub. Romana fuisse contendentibus. Magnas hominibus objiciunt statim initio tenebras, cum sic in oratione latina graece loquuntur, ut ipsi potius interprete egere videantur. Sed tamen cur a me hic potius peccatum est, quam a Cicerone, cujus verba usurpavi? Sic enim scribit lib. 3. de Legibus: *Nam ita se res habet, ut, si senatus dominus sit publici consilii, quodque is decreverit, defendant omnes: et si ordines reliqui principis ordinis consilio remp. gubernari velint, possit ex temperatione juris, cum potestas in populo, auctoritas in senatu sit, teneri ille moderatus et concors civita-*

Reprehenditur Cicero, non ego.

tis status. Si qua igitur ea in re culpa haeret, eam ipse praestet Cicero, qui me in hanc fraudem impulit. Quamquam nulla est, sed in illis ignorantia, qui haec reprehendunt. Ipsi illi Romani, cum senatui populoque Romano aliquid placere dicebant, in sua scilicet Republ. peregrini et hospites erant: nec enim consulis, id est, regis, mentionem faciebant. Sciant igitur me Romane locutum, et senatus auctoritate populique potestate rempub. Romanam complexum esse. Quid quod cum senatum dicimus, etiam consulem et reliquos magistratus intelligimus? Istis autem hominibus consul senator esse non videtur, qui tamen aperte refelluntur Ciceronis auctoritate sic lib. 3. scribentis de magistratibus: *E quîs senatus esto.* Cicero aedilis designatus a Mamertinis tecto non invitatus senatorem pop. Rom. publice hospitio non invitatum queritur. Quid opus est in re nota morari? Quem autem Polybii locum proferunt, cum non ignoravi, sed citavi lib. 3.; tamen scriptorum Romanorum more loqui malui. Nec officit locus de repub. ubi ex mediis, imis, summis ordinibus moderatio civitatis concinit. Consulatus enim ordinis nomen non erat, sed consules senatorii erant ordinis: nec id Cicero de populo, senatu, et consule intellexit, ut male interpretantur, sed de omnibus quotquot erant in rep. ordinibus. erant enim multi, verbi gratia, scribarum, aratorum, pecuariorum, mercatorum, publicanorum, libertinorum, ingenuorum, divitum, pauperum, plebis denique et senatus. Omnes ii aut medii, aut imi, aut summi: ut in modis et numeris quiddam medium, imum, summum est, quibus omnium vocum varietates et intervalla definiuntur, ut hîc ordinum omnium discrimina, alioqui necesse est fateantur, cum plebs ordinis imi nomen sit, senatum et consules medios ordines et summos esse, sed horum uter summus, uter medius dicant velim. Senatus Ciceroni summus est ordo et princeps, lib. 3. de Leg. et principes cum dicebant, Senatum intelligebant. Cicero: *Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus.* Ergo medius erit consulatus, quod existimare non videntur, cum regium sit consulum imperium. Quod si consulatus in ordinibus numeratur, cur non numeratur praetura? cur non tribunatus? Ad haec si a Senatu separatur consul, separari a plebe tribunus debebit. Ita non e tribus, sed quatuor imperiis respublica constabit. Quid? cum Cicero scribit, *si ordines reliqui principis ordinis consilio rempub. gubernari velint?* cum

Error adversariorum.

Error adversariorum.

Ordines. p. 8.

Principes qui.

principem ordinem senatum appellet, reliquosne ordines, consules et plebem intelligit? equidem neminem esse tam amentem puto, qui id dicat. Atqui istorum ratio eam interpretationem approbet et suscipiat necesse est. Quanquam autem multi erant ordines, tamen respub. duorum imperio continebatur, plebis et senatus, qua de re sic Sallustius scribit: *In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut a majoribus accepi, in patres et plebem: antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxima in plebe.* Et alio loco: *Namque (uti paucis verum absolvam) post illa tempora quicunque remp. agitavere, sub honestis nominibus, alii sicuti jura populi defenderent, pars, quo senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes pro sua potentia certabant.* Satin docui in illis duabus partibus summam reipub. fuisse? an cujusquam praeterea scriptoris auctoritas in re tam nota desiderari potest? Quod autem adversarii adferunt ex Fabio inchoasse quaedam Ciceronem de jure civili, id non de libris de Legibus, sed potius de libro, quem inscripserat de Jure civili in artem redigendo intelligendum est, cujus meminit Gell. lib. I.

Partes reipub. Romanae.

Error adversariorum.

p. 9.

Mariana.

Plutarchus nullam arborem nominat. Quid? non potuit eam serere poëta? deinde ista quae prodigiosa sunt fidemque superant, historici breviter referunt, et plerumque refellunt: at poëtae hos locos de industria quaerunt et ornant. In altero augurio Cicero nullam quercum nominat: sed ante fortasse nominarat, et inde aquila fortasse evolarat, ac in arboris trunco se collocarat, et Marium egressum urbe etiam Arpini Cicero forte constituerat, quamquam aliter traditur. Sed nihil praeter conjecturam habemus: recte qui conjecerit, vatem eum perhibebo optimum. Denique neutrum sit. Quidni enim potuerit tertium augurium Mario evenire? sed si Cicero tot auguria suo poëmati intexuit (nec enim verisimile est ab eo praetermissum illud de pullis aquilae, insigne praesertim), verendum est, ne ut inepti olim pictoris cupressus, ita hujus poëtae auguria aquilarum irrideantur, praesertim cum opusculum esset.

Et a nonnullis.

Error adversariorum.

Hic, ut verum fatear, causa reprehendendi mei fuit, sed reprehensoribus nulla est erroris venia. Quis enim defendat Ciceronem dicere mentiendum de Mario non

esse, quod Arpinum Romae vicinum sit? nam nec ita vicinum erat: et longe alia sententia est, nihilque ei deest. Si enim non placet vel severitas, ut in libris scriptis legitur, sic lege: *Et a nonnullis, quod et in recenti memoria, et in Arpinati homine, veritas a te postulatur,* hoc sensu: nonnulli veritatem historiae a te in hoc etiam poëmate exigunt, ut in recenti memoria, in qua figmentis locus esse non debuerit, ut in veteribus rebus et ab aetate nostra remotis, et in Arpinati homine, cuius res ignorare non potueris, Arpinas cum sis. Quod si vel *severitas* legas, unde est illud depravatum, *sed veritas:* idem fere sensus erit, ut dicat nonnullos a Cicerone in Mario exigere severitatem fidei historicae. Longe autem animo falluntur, qui putent, Platonicae orationis genus Ciceronem imitatum, quia Orithyiae meminerit, cum perspicue haec omnia labantur ad historiam, de qua mox disputare aliquid constituerat.

Locus restitutus.

Error adversariorum. p. 10.

Jucundius.

Haec lectio veterum est librorum, quam loco movere nolui: *nudius* tamen non solum legi, verum etiam explicavi. In quo igitur reprehendor? equidem nunc reprehendendum me putarem, si eam lectionem dissimulassem, cum sensum idoneum habeat. Nemo enim tum erat, qui ignoraret annales maximos exiliter et tenuiter scriptos esse: quod ut confessum et notum hic tacere potuit, jucunditatem tamen fortasse non tacuit. Illa enim annalium confectio exornationem historiae non profitebatur, sed delectationem tamen maximam lectoribus afferebat ex cognitione vetustatis, maiorum more, vita, verbis priscis. Tale quiddam de XII. Tabulis, et pontificum libris scribit in dialogo de Oratore: *Mira quaedam in cognoscendo suavitas et delectatio. Nam si quem aliena studia delectent, plurima est in omni jure civili, et in pontificum libris, et in XII. Tabulis antiquitatis effigies, quod et verborum prisca vetustas cognoscitur, et actionum quaedam genera majorum consuetudinem vitamque declarant.* Cum autem paulo post libri ab hominibus doctissimis hujus memoriae emendati, *belli*, non *bello* habeant, et in libris scriptis ita reperiatur, et Clodium Asellionemque minime Cicero dicat cum Caelio comparandos, nihil causae fuit, cur de hoc Ciceronem contumeliose potius loqui facerent, quam de illis, qui ad antiquorum et languorem atque inscitiam scripserant.

Error adversariorum.

Subseciva.

Cum ita in libris manu scriptis reperissem, et hujus lectionis hominem huius aetatis doctissimum approbatorem et adstipulatorem haberem, vel potius auctorem, extitere, qui publice docerent, verbum esse commentitium et a me fictum contra grammaticorum praeceptiones, quae postularent *sùbsectivum:* credo, quod *porrum sectivum* legissent. Iidem etiam mendacii me accusabant, quod ex Frontino attuleram, apud eum esse negantes. Sed, p. 11. diis gratia, locum tandem invenere, et in commentarium retulere. Discipulus est prioris posterior dies. Liberati sunt magna erroris parte, lucemque dispicere aliquam coeperunt. Sed ne penitus sententiam tamen mutasse viderentur, verbose et pertinaciter *succisivum* defendere coeperunt, et a recentioribus, ut Frontino et Urbico, *subsicivum*, quia negare non poterant Latinum esse, innovatum esse impudenter finxerunt. His tamen auctoribus ac assignationibus agrorum ductam metaphoram crediderunt, quod ante oppugnarant. Mirum autem mihi videtur Frontinum ab iis in recentioribus numerari, Suetonium in veteribus: cum Frontinus sub Augusto Nerva aquaeductuum curator fuerit, Suetonius Adriani imperatoris epistolarum magister: ut cum Tranquilli locus de agris loquatur, et ille, ut volunt, aetate Frontini sermo esset, in Tranquillo *subsecivum* fortasse legendum sit: quam conjecturam adjuvat Gellius, qui Adriano imperatore vixit, cuius in noctibus Atticis, quas Iodocus Badius edidit anno domini 1517, ter *subsicivum* legitur per translationem, nec fere aliter scribi solet in veteribus libris manu scriptis: quae quidem hominibus indoctis erroris causa fuit. Nam quae esset huius vocabuli origo cum ignorarent, literas trajecere et *subsicivum* primum fecere, mox etiam *succisivum*, quod *subcisivum* eorum aures offenderet. Id ut merito suspicemur, causam attulit Badius, qui in posterioribus editionibus ab hominibus istorum similibus persuasus, vocabulum depravavit, et *succisivum* edidit. Verum ita se res habet: Veteres *subsico* et *subseco* dicebant: hinc *subsecivum* et *subsicivum*. Similis imperitia locum Plauti in Rudente vitiavit. Nam cum legatur in optimis libris: *Quin tu in paludem is, exicasque arundinem*, id est, *execas*, mutarunt nullo sensu, alii *exagitas*, alii *exigis*. In eandem aetatem Plinium aggrego, ut qui Tito imperatore incendio Vesuvii perierit, ut eum eodem sermone usum censeamus. Ipsum etiam Quintilianum qui Domitiani aetate vixit. Sed

Error adversariorum.

Unde natus error.

Locus Plauti.

quae tandem causa vocabuli novandi fuisset, cedo? cum nec res tum nova esset, et suum, ut vis, vocabulum haberet: quae duae causae in artibus fere verba nova gignere solent. Cum autem illis in locis, quos adversarii afferunt, homines doctissimi *subsecivum* reperе-rint, idque scriptis testatum reliquerint, ego bis hoc in libro invenerim, semel plana scriptura, iterum ab hominibus istorum similibus erasa syllaba *si*, et supra scripta *ci*, si postliminio veterem scripturam restitui doctorum huius aetatis approbatione, Frontini auctoritate, Gellii, Siculi Flacci, Aggeni testimonio fretus estne diligentia mea hìc vituperanda, an potius istorum inscitia damnanda? per me *succisivum* dicatur licet: non tamen ab assignatione, qua in re *subsecivum* dicitur, unde *subseciva tempora* per translationem, quae justis negotiis supersunt: aut auctorem producant, qui in eo *succisivum* dixerit. Sed tamen, ut dixi, vocem non damno (est enim fortasse latina) omnibus tamen illis in locis *subsecivum* malim, quod ab insigni aliqua re translationem esse ductam putem, quam in bonis auctoribus reperiam. Denique quae isti afferunt, controversa sunt omnia, cum alia ab hominibus doctis in veteribus libris scriptura reperiatur: quae dicimus, certa, testata, ab istis probata. Sed solent isti pertinacissime falsa vocabula tueri, et Ciceroni adfingere, ut et hoc loco *succisivum*, et in oratione in Vatinium coenum, quod, sat scio, nunquam ex ore Ciceronis exiit. Natus est error quod libri scripti partim *cacos* habent, partim *coecos*, ut fortasse *cocos* legendum sit, cum sordidum quiddam et humile Vatinio objiciat. Caeterum cum vacationem aetatis dicit, ad sexagenarios retulit, qui in senatum non citabantur, vacationemque habebant, a qua aetate non longe aberat. Seneca, *Lex a quinquagesimo anno militem non cogit, a sexagesimo senatorem non citat.* Cornelius Nepos, *Incidit Caesarianum civile bellum: cum haberet annos sexaginta, usus est aetatis vacatione, neque quoquam se movit ex urbe.*

p. 12.

Error adversariorum.

Vacatio aetatis.

Spatia.

Locum ex Oratore Ciceronis attuli, quem ad illustrandam hujus vocabuli significationem nihil attinere censent: ego pertinere contendo. Nam quamquam tropus est, tamen in eo satis lucet prima significatio. Quid enim sequitur? *Illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum.* Satin' aperte, satin' dilucide am-

Spatia et ambulationes academiae. bulationum spatia significantur? Quid quod allusum est ad ipsas Academiae ambulationes, de quibus sic Plinius? *Celebratae sunt primum in ambulatione Academiae Athe-*
p. 13. *nis cubitorum 36, unius radice ramos antecedente.* Crediderunt temere vocem istam Ciceronem jecisse, captato tropo, cui res subjecta non esset. In illis autem spatiorum umbraculis arboribus opacorum Academici plerumque inambulantes, de philosophia commentabantur. Infra, *deduxitque in Academiam perpauculis passibus*: et in poëmate, *inque Academia umbrifera*, scribitur propter ambulationum, ut opinor, arbores, aut ut Horatius dixit, sylvas Academi. Sed ut hic falso sum accusatus, ita cer-
Error adversariorum. tum eis crimen objiciam. Velim enim mihi dicant, quis eos docuerit Q. Mutium augurem, P. Scaevolae pontificis filium fuisse? Q. enim Mutius, P. filius, augur non erat, sed pontifex. Cicero lib. 2. de Legibus de Publio et P. filio: *Quam magnum illud Scevolae faciunt, pontifices ambo et iidem juris peritissimi?* Duo erant eodem tempore Quinti Mutii Romae, augur et pontifex. Utrumque nominat Cicero in oratione pro Rabirio, perduellionis reo. Sed de eorum erroribus dicere non constitui: alias locus erit. Hic interim dicam mihi legendum videri paulo post, *Quam est munus eorum, qui consuluntur,*
Loci tres restituti. *cum est populo necessarium?* et, *Praestare populum,* quod in libris scriptis reperitur, probabiliorem habere melioremque sententiam hujusmodi, in iis, de quibus populum temueri voluerunt, et quae in usu sunt. Mox, *Id autem cognitum est in usu necessarium* legendum censeo, hoc sensu, jus civile quod jurisconsulti tractant, usus vitae necessarium docuit. Huc aliquot verba de suo quidam inculcant, sane inconsiderate.

Lex est ratio summa.

Legis definitio Stoica. Quidni vero cum Cicerone affirmem haec a Stoicis esse depromta? definitionem Zenonis et Chrysippi ex libro I. de Natura Deorum modo protuli, quae istos, ut opinor, ignorantiae condemnat: nesciunt profecto in quo et quatenus Cicero Platonem imitetur. Audiant etiam, quid Plutarchus scribat hac de re, de Stoicorum sententia, *εἰ οὐκ ἄλλο τι νόμος ἐστὶν, ἢ ὁ τοῦ σοφοῦ λόγος,* dicitne nihil aliud legem esse, quam sapientis rationem?
p. 14. quod hic toties clamat Cicero. Iterum de Chrysippo, *τούτων οἴεται Χρύσιππος οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα παρὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον εἶναι, καὶ νόμον, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν*, id est, *horum nihil nec magnum, nec parvum cen-*

set Chrysippus evenire praeter Iovis rationem, legem, justitiam, providentiam: quae omnia, ut opinor, idem declarant. An non, obsecro, satis intelligitur, unde ista hauserit Cicero? Ego vero non tantum legis definitionem esse Stoicam hic confirmo, verumetiam virtutis.

Virtutis definitio Stoica.

Quomodo enim definitur hoc libro? hunc in modum: *Est enim virtus perfecta ratio.* Sed scio, hoc clamabunt esse Peripateticorum et Academicorum; sed Ciceronem audiant de Zenone sic scribentem: *Cumque superiores non omnem virtutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura, aut more perfectas, hic omnes in ratione ponebat.* Hinc expedire se non poterunt: hic tenentur.

Stoica Academici usurpant.

Objicient ab Academicis etiam virtutem rationis absolutionem definiri. Ego Academicos dicam Antiocho auctore, qui eorum et Stoicorum sectam conciliare tentavit, et utrorumque decreta conturbavit, Stoica quaedam usurpasse. *Erat enim* inquit Cicero, *Antiochus, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus.* Magnis vero in tenebris versantur, quod in hac legis definitione, quid natura sit, nesciunt: cum sit deus, qui mundum universum regit, ut libro secundo ex Plutarcho et Cicerone dilucide docui:

Natura quid, et error adversariorum.

idque satis declarat lib. 2. definitio, in qua nomen dei ponitur, ut hic naturae: *Ita principem illam legem et ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei.* Id etiam docet Diogenes Laertius, qui communem legem dicit esse de Zenonis sententia, Iovem ipsum: quod et de Chrysippo Cicero lib. I. de Natura deorum dixit: sed et Plutarchus id confirmat de Stoicis his verbis, ὅτι δὲ ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος εἱμαρμένη, καὶ πρόνοια, καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθεν, id est. *communem autem naturam, et communem naturae rationem, fatum, providentiam, Iovem esse, ne Antipodas quidem latet.* Quod si ista essent a Platone petenda, cur, obsecro, libro primo de Natura deorum Cicero Zenoni et Chrysippo tribuit? hinc apparet, quantum isti in literis videant, quanta suffusione laborent. Censent autem, imitaturum Ciceronem Stoicos nunquam fuisse. Cur igitur eos imitatur in Officiis? in Tusculanis quaest., in Paradoxis, in libris de Natura deorum, de Divinatione, cur nullus ejus de philosophia liber extat, in quo non plurima Stoicae sint disciplinae vestigia impressa? Tres celeberrimae erant philosophorum sectae vel Ciceronis aetate, vel paulo ante eam: Stoicorum, Academicorum novorum, et Epicureorum. Hinc omnia prope de philosophia hau-

p. 15.

rit, ex aliis pauca quaedam aspergit. Itaque eorum vocabula potius Latine interpretatur, quam vel Platonis, vel Aristotelis. Hujus rei fidem faciunt Dialectica, quae usurpat, in quibus Platonicum aut Aristotelicum nihil prope agnoscas. Stoica omnia. Existimabunt autem homines docti utrumne accommodatiora sint, quae ad hunc locum scripsi, an quae illi magna profecto industria ex Platone conquisierunt, ab istis alieniora. Jam quae mox de ratione sequuntur, mere Stoica sunt omnia. Audi enim Ciceronem libro secundo de Natura deorum Stoice disserentem, qui locus etiam ad legis definitionem pertinet. *Atqui necesse est, cum sint dii, si modo sint, ut profecto sunt, animantes esse: nec solum animantes esse, sed etiam rationis compotes: inter seque quasi civili conciliatione et societate conjunctos, unum mundum, ut communem rempub. atque urbem aliquam, regentes. Sequitur, ut eadem sit in iis, quae humano in genere, ratio, eadem veritas utrobique sit, eademque lex, quae est recti praeceptio, pravi depulsio, ex quo intelligitur prudentiam quoque et mentem a diis ad homines pervenisse.* Audi, quae alio loco ejusdem libri scribit, et Stoica agnosces: *Nec autem est mente et ratione melius; ergo haec mundo deesse non possunt.* Eadem hic sunt omnia, ut nemo negare possit, ejusdem esse disciplinae. Rationem in homine perfectam non esse, sed adolescere, et perfici attende. *Nec vero hominis natura perfecta est, et efficitur tamen in ea virtus.* Denique secundum de Natura deorum legant, errorem suum agnoscent. Recta etiam ratio, quam hic Cicero tantopere celebrat, res plane Stoica est. Diogenes Laërtius, φύσει τε τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ μὴ θέσει, ὡς καὶ τὸν νόμον, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον. Id est, *Natura, non instituto, jus esse, ut et legem, et rectam rationem.* Quod et Plutarchi et aliorum testimoniis etiam confirmare possem. Jam vero, quod paulo post ait, deos et homines ejusdem civitatis habendos esse, perspicue docui esse Stoicum, et ex Ario Didymo, cujus locum protuli, et ex eo, quod citavi ex libro secundo de Natura deorum. Quin etiam, quod infra ait, hominem totius mundi quasi unius urbis civem esse, Stoicum plane est, in eoque Stoici non nunquam irridebantur. Cicero libro quarto de Finibus, [3, 7.]. *At quanta conantur? mundum hunc omnem oppidum esse nostrum! incendit igitur eos, qui audiunt. Vides quantam rem agas: ut Circeis qui habitet, hunc omnem mundum suum municipium esse existimet.* Tractatur idem locus in tertio de

Quae hic Cicero de ratione disserit, Stoica sunt.

Ratio perficitur.

Recta ratio.

p. 16.

Stoicum est mundum esse deorum et hominum civitatem.

Stoicum est hominem esse mundi civem.

Finibus, et a Seneca Stoico hunc in modum: *Ideo magno animo nos non unius urbis moenibus clusimus, sed in totius orbis commercium emisimus, patriamque nobis mundum professi sumus, ut liceret latiorem campum virtuti dare.* Etsi autem idem Socrates dixit, quod in commentario meo retuli, tamen satis apparet hic Ciceronem non hominis dictum, sed certum philosophiae locum esse secutum. Haec autem in Platone quaerere, est, ut Comicus ait, venari apros in medio mari. Sorites autem, quem annotant, eos admonere profecto debuit, nescio quid Stoicum fortasse latere, cum Stoici eo genere argumentationis tantopere tenerentur, et suis interdum armis a novis Academicis oppugnarentur. Itaque Cicero scribit soritem et pseudomenon, Stoicos plagas contra se texuisse.

Imperiis et potestatibus.

Hic reprehendor: secutus tamen sum et Ciceronem et Pompejum. Cicero libro tertio de Legibus: *Imperia, potestates, legationes cum senatus creverit, populusve jussit, ex urbe exeunto.* Pompejus: *Imperia sunt, cum quis praeest exercitui: potestates, cum quis negocio a populo praeficitur.* Itaque mitti cum imperio, mitti cum potestate saepe legimus. Haec non sunt, ut arbitror, aliena: nec ignoravi has voces magistratum significare; cum praesertim numen et imperium dei tanquam magistratus interpreter, ultimamque legem Jovis praepotentis, cui parent dii reliqui, et homines. Hic porro etiam locum Stoicum attingit, deorum et hominum caussa mundum esse factum. Valde autem errant, qui hic sapientiam et legem idem esse putent, quod secus est. Dicit enim in sapiente; de quo Stoici disserere solebant, perfectam esse rationem, non in aliis hominibus.

Error adversariorum. p. 17.

Quandam maturitatem.

Materiam hic nostri censores legunt, repugnantibus libris veteribus, et Lactantii auctoritate, quam protuli. Sic etiam loqui Ciceronem docui: *Cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet?* alio loco: *Ab eoque Luna illuminata graviditates et partus afferat, maturitatesque gignendi.* Alio loco: *Maturitates, temporum varietates, mutationesque cognovimus.* Significat autem, statim initio mundi non eum fuisse rerum habitum, ut maturum et tempestivum esset homines gigni, sed longinquis et perpetuis conversionibus maturitatem ejus rei

Error adversariorum.

Error adversariorum. exstitisse. Hic etiam, si diis placet, Platonis somniant imitationem. Inepte profecto. Res enim in Timaeo alia tota est. Hoc autem Stoicum plane est. Qui potest id ostendi? nempe ex eo, quod Censorinus scribit, cujus verba proferam: *Zeno Cittieus, Stoicae sectae conditor, principium humano generi ex novo mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo adminiculo divini ignis, id est, dei providentia genitos.* Sed et Stoici animum nostrum mundi, quem animatum et deum ponunt, ἀπόσπασμα, id est partem ex eo carptam et delibatam esse volunt. Cotta quoque, qui in libris de Natura deorum contra Epicureum et Stoicum disserit, Epicureum refutans, sic ad Stoicorum sententiam alludit: *Semina deorum decidisse de caelo putamus in terras, et sic homines patrum similes extitisse? Vellem diceretis, deorum cognationem agnoscerem non invitus.* Quis enim, praeter istos, nescit, sentire Stoicos longis temporum intervallis exustiones mundi evenire, ac tum solum Jovem esse, omni rerum natura ad tempus deleta? Id si quis ignorat, ex Seneca discat: *Qualis est Jovis cum resoluto mundo et diis in unum confusis, paulisper cessante natura, acquiescit sibi cogitationibus suis traditus.* Idque est quod Chrysippus apud Plutarchum dicit, Jovem semper crescere, quoad in se omnia consumserit. Post autem illam exustionem, redintegrato et instaurato mundo, perennibus coeli conversionibus Cicero ait Stoicos tradidisse, maturitatem quandam extitisse serendi humani generis.

De creatione hominum Zenonis sententia.

Locus de natura deorum explicatus.

Error adversariorum. p. 18. Nunc maxime vellem me docerent isti, qui tam diligenter Platonem evolverunt, ubinam apud eum legerint hominum materiam, id est corpora, esse coelestem: deinde ubinam Plato dicat, quod hic Cicero scribit, humanum genus in terras esse sparsum et satum? Apud Platonem quidem deus animos in terram alios, alios in lunam, alios in reliquas mundi partes spargens quasi serit, daemones corpora fingunt, ceterum humanum genus, ut hic nullo modo seritur, sed fingitur: Jam quae deinceps disputat, Ad hominum commoditates et usus procreata esse omnia, Stoica profecto esse intelliget, qui secundum de Natura deorum legerit. Sed et libro primo Epicureus sic in Stoicum disputat, *An haec fere, ut dicitis, hominum causa a deo constituta sunt?* Quum autem virtutem eandem in homine esse dicit et deo, utique Stoice loquitur, ut ex Proculo docui, qui, nisi me fallit animus, Platonem legerat. Id etiam satis apud Plutarchum

Stoica.

Stoicum, hominis et dei eandem virtutem esse.

Chrysippus declarat, ὥσπερ τῷ Διῒ προσήκει σεμνύνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τε καὶ τῷ βίῳ, καὶ μέγα φρονεῖν, καὶ εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ὑψαυχεῖν καὶ κομᾷν, καὶ μεγαληγορεῖν, ἀξίως βιοῦντι μεγαληγορίας, οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς πᾶσι ταῦτα προσήκει, κατ' οὐδὲν προεχομένοις ὑπὸ τοῦ Διός, id est, *quemadmodum Jovem gloriari decet in se suaque vita, et magnos spiritus gerere, atque si ita dicendum est, cervices tollere, et se efferre, et magnifice loqui, qui vitam magnificentia verborum et praedicatione dignam agat: ita quoque bonis omnibus est faciendum, cum ab Jove nihil quicquam superentur.* Viden' facultate et absolutione parem et eandem in bonis et Jove virtutem a Stoicis existimari, contra quam sentiant Academici? Nec, quod afferunt, rationis absolutionem definitionem esse virtutis Academicam, verum est. Nam etsi hoc scriptum a Cicerone est lib. 5. de Finibus, tamen ab eo idcirco relatum est, quia Peripatetici et Academici jam a Stoicis, auctore Antiocho, ut dixi, multa mutuabantur, et pro suis usurpabant, in quo a suis interdum decretis recedebant, ut hoc loco. Nunquam enim virtutes omnes in ratione ponendas esse putaverunt illarum familiarum auctores, sed Zeno Stoicae sectae conditor. Cicero: *Cumque superiores non omnem virtutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura aut more perfectas,* hic omnes in ratione ponebat. Nec vero tantum virtutes in ratione collocabat, verum etiam perturbationes, quibus vacare bestias dicebat, quod consilii et rationis expertes essent, ut in illis perturbationis aliquid simile videretur, perturbatio tamen non esset. Cicero: *Itaque in hominibus solum existunt: atque bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt.* Quae autem sequuntur deinceps, esse Stoica intelliget, qui librum secundum de Natura deorum legerit, unde est illud, *Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, quaeque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt. Est enim mundus quasi communis deorum et hominum domus, aut urbs utrorumque. Soli enim ratione utentes jure ac lege vivunt.* Deinde paulo post: *Terra vero foeta frugibus et vario leguminum genere, quae cum maxima largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa gignere videtur?* Librum denique lege: animadvertes omnia istis congruere, et ab eadem esse doctrina. Cum autem Cicero virtutem perfectam et ad summum perductam definit, tam Stoicus est, quam qui maxime. Nam dei naturam perfectam Stoici censent, hominis in-

Error adversariorum.

p. 19.

Error adversariorum. choatam; quae si perfecta sit, eadem, qua deus, virtute praedita sit. Hinc illud, *Nec vero hominis natura perfecta est, et efficitur tamen in homine virtus.* Caeterum maxime vellem locum mihi apud Platonem indicarent, Communes intelligentiae insitae praeceptiones. ubi Plato intelligentiam πρόληψιν vocet. Quod vocabulum profecto Platonis aetate recentius est. Ista autem a Platone petere, est fontes Nili quaerere. Quis enim tam expers est literarum Graecarum, quin ista sciat esse Stoica? Stoici enim omnis prope cognitionis et philosophiae fundamentum putaverunt communes intelligentias, id est, κοινὰς ἐννοίας, et quod idem est, *insitas praeceptiones*, id est ἐμφύτους προλήψεις, ut ipsi vocabant. extatque Plutarchi liber contra Stoicos de Communibus Intelligentiis, in quo disserit eos a suis principiis aberrasse, et contra communes intelligentias philosophatos Error adversariorum. esse, eosque suo sibi gladio jugulat. Illa autem Platonis recordatis tota dissimilis est, quam non hic, sed Tusculana prima imitatur. Quod si quis apud Platonem κοινὴν ἔννοιαν aut πρόληψιν ostendere possit, nil causae dicam, quin hic Cicero Platonem imitetur. *Κοιναὶ ἔννοιαι* reperiuntur apud Aristotelis interpretes, sed id a Stoicis manavit. Nec si quid simile est vel apud Aristotelem, vel p. 20. apud Platonem, protinus eos imitatur; cum quos sequatur, verba quae interpretatur, satis ostendant. Quod si hic Platonis sequitur recordationem, aperte secum pugnat. Non enim debuit humanum genus in terram satum inducere, sed animorum migrationem in corpora referre, quae animi principium et finem excludit, cum superior sementis principium noverit. Nam ubi Plato de recordatione disserit, ortus et interitus expertem animum aperte ostendit.

Πρόληψιν autem Stoicum esse verbum docet Laërtius in vita Zenonis. Eo etiam Epicurei utebantur, ut scribit Cicero et Laërtius: primusque omnium, ut Cicero scribit libro primo de Natura deorum, hoc vocabulum Epicurus usurpavit.

Vultus.

Hic in quo obsecro me reprehendis? primum non mihi, sed nonnullis videri dico, Graecis vocabulum non deesse: deinde Pollucis auctoritatem profero et Servii: postremo dico in vocabulo Latino notationem inesse, quae oris habitum significet, indicem animi et voluntatis. Haec, nisi me fallit animus, extra culpam sunt. Quod autem leniter reprehendis, quia protomen os dixerim, da

melius si potes, quamquam id exemplo Plinii feci ita scribentis, *Facies homini tantum, caeteris os aut rostra.*

Si vultum dixissem, quanto magis reprehendisses? atqui patrocinium non deesset nec exemplum:

Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Illud etiam ejusdem poëtae multo insolentius:

Mene salis placidi vultum fluctusque quietos
Ignorare jubes?

Sed si vultum esse πρόσωπον defendere vellem, auctoritas credo deesset: Narra mihi, Xantippene Socratis uxor, Latine sciebat? opinor non dices. Atqui ejus hoc verbum refert Tusculana tertia Cicero: *Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur, Xantippe praedicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem semper se vidisse exeuntem illum domo, et revertentem.* Nunc interrogo te, quomodo istud graece dici potest: tibi molestus non ero, ex auctoribus graecis depromam. *Ἔλεγεν ἡ Ξανθίππη μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν κατασχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος ἀεὶ θεᾶσθαι.* Videsne Ciceronem πρόσωπον vertisse vultum? At quanto hic verius te accusare possum, qui vultum non habitum oris, sed partem faciei esse dicas, quae oculos, supercilia, frontem complectitur? Non enim si Fabius, quem producis, de tribus istis tantum partibus agit, idcirco in iis est totus vultus, sed in iis maxima ejus vis et moderatio.

Πρόσωπον vultum Cicero vertit.

Error adversariorum.

p. 21.

Jam locus ex oratione in Pisonem, quem profers, perspicue contra te facit. Cum enim totum denique vultum dicit, significat totum in oculis, fronte, superciliis non esse. Isto exemplo contendet alius, oculos in vultu non esse, quia hic sribat Cicero de oculis et de vultu: et libro tertio de Oratore dicat, *Imago animi vultus est, indices oculi:* alius et frontem et oculos in vultus parte numerari non debere praedicabit, quod Cicero scribat in libro de Fato, *mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.* Quod profecto hominum esset male auctores interpretantium. Amabo te, cum ista scribit Terentius:

Error adversariorum.

— et vultu Sosia
Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra,

vultne modestiam et venustatem puellarum significare in fronte, superciliis, oculis tantum esse? non opinor, dices. Quid Virgilius, cum dicit

— non vultus, non color unus,

mutationem frontis, oculorum, superciliorum dicit, an

totius oris habitum esse mutatum? Tranquillus cum scribit imperatorem Vespasianum fuisse *vultu nitentis* (tenere enim me non potui, quin hoc etiam adscriberem, etsi illepidius); verumtamen cum id scribit intelligitne de fronte, superciliis, oculis? Cur hic igitur tam flagitiosa et iniqua calumnia, non solum declamationum, verumetiam commentariorum vexatus sum?

Principium.

Equidem hic improba calumnia circumvenior. Non enim hominem principium esse dixi: liber in medio est, quem testificor: sed ad hunc, ut opinor, locum accommodate, illam hominis originem divinam, illam societatem rationis et communionem cum diis immortalibus,
p. 22. fontem et originem hujus de lege disputationis esse. Nam ex illa societate rationis et conciliatione nascitur juris inter deos et homines communio, cuius nulla nobis cum belluis est societas, quia rationis sunt expertes. Hinc illud de Finibus: *Et quomodo hominum inter homines juris vincula esse putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis.* Praeclare enim Chrysippus, *Caetera nata esse causa hominum et Deorum: eos autem communitatis et societatis suae: ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria.* Plutarchus etiam de Stoicorum sententia scripsit: *Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα οἰκεῖόν ἐστι*: cuius rei magna religio objicitur Platonico migrationem animorum etiam in pecudum corpora affirmanti, ut ei cum bestiis juris societas intercedat. Ita fit ut apte et accommodate juris et legis principium interpretatus sim, divinum hominis ortum a deo sati, et ornamentum ratione decorati, quae ei cum diis communis est. Hoc enim jacit fundamentum reliquae disputationis, id est, totius de lege orationis in sequentibus. Quid enim ante dixit? *Nunc juris principia videamus:* et paulo post: *Visne ergo ipsius juris ortum a fonte repetamus:* alio loco: *Natura enim juris nobis explicanda est, eaque ab hominis repetenda natura.* Ergo hic fons est, haec origo juris. Stoici enim a communi natura et Jove, quicum nobis est communis ratio, justitiae primordia ducebant. Chrysippus in tertio de Natura Deorum: *Οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδ' ἄλλην γένεσιν, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διός, καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως. ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομεν ἐρεῖν τι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν*, id est: *Non enim inveniri potest aliud principium justitiae, nec alia origo.*

Origo juris juxta Stoicos.

quam ab Jove et communi natura. Hinc enim rerum talium primordium ducendum est, si quid de bonis et malis dicere paramus. Sed et bonorum ortum a mundi descriptione et administratione ducebant, ipsaque communi natura. Chrysippus: *Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως οὐδ' οἰκειότερον ἐπελθεῖν περὶ τὸν τῶν ἀγαθῶν λόγον καὶ κακῶν, οὐδ' ἐπὶ τὰς ἀρετὰς, οὐδ' ἐπὶ εὐδαιμονίαν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς κοινῆς φύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως,* id est: *Non enim aliter, neque commodius ad bonorum et malorum rationem perveniri potest, nec ad virtutes, nec ad felicitatem, quam a communi natura et mundi administratione.*

Igitur ab hujus generis principio nunc suam disputationem repetit. Nunc interpretationem adversariorum videamus. Hominem volunt esse principium, id est finem reliquarum rerum.

p. 25.

Error adversariorum.

Primum de vocabulo, mox de re. Nego Ciceronem solere finem principium appellare. In libris de Finibus tot modis τέλος explicat: finem, extremum, ultimum, summum dicit, nunquam, quod sciam, principium; nec injuria. Principium enim et finis contraria sunt. Cicero de Natura Deorum: *Quid est cuius principium aliquod sit, nihil sit extremum?* Pro Cluentio, *Principiis cognitis — multo facilius extrema intelligetis.* Pro Coelio, *Cujus criminis ego neque principium invenire, neque exitum evolvere possum.* Isti tamen caput pedes faciunt, radicem cacumen.

Error adversariorum.

Male autem Ciceronem intelligunt. Non enim dicit hominem esse principium reliquarum rerum, ut male construunt, sed divinum hominis ortum et ornamentum, hoc modo: quoniam deus hominem generavit et ornavit, quod principium reliquarum rerum esse voluit.

Error adversariorum.

Ne reliquas quidem res intelligunt. Vide quot uno in loco flagitia. Accipiunt enim omnia, quae hominum causa procreata sunt, cum insequentem de jure orationem intelligat. Veruntamen est quod gaudeam: tandem aliquando hic Stoici sunt:

Adversarii imprudentes Stoici sunt.

eorum enim sententiam ex libro secundo de Natura Deorum proferunt. *Hominum causa tantum molitionem esse factam.* Id quoque in libris de Finibus, ut modo citavi, Chrysippus dicebat. Scribitur etiam in Officiis: *Atque placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint.* Haec si Platonica sunt, cur Cicero neque in libris de Finibus, nec in Officiis Platonem appellat, sed Chrysippum et Stoicos nominat? Longe aliam procreandarum rerum causam Plato in Timaeo affert. Ergo hujus loci sententia est, Cum ratione

homines cum diis consociati sint, in qua notio juris inest, eaque ratio sit in diis perfecta, in hominibus inchoata (ne istud hic disserere cogar, quod ad προκοπὴν pertinet) perspicuum sit, rationem absolvi posse, atque in ea jus et legem perfici. Hic autem de Platonis imitatione
Error adversariorum. p. 28. nugari, insanire est. Non enim carptim hinc et inde sumit, sed ordinem et seriem perpetuae cujusdam disputationis sequitur, novorum philosophorum instituto, qui haec articulatim et distincte disserebant. Itaque proximum caput, nos ad justitiam esse natos, mox etiam, quod sequitur, natura non opinione constare jus, Stoica, non Platonica sunt. Etsi enim Plato disserit in libris de Republica, justitiam naturae hominis congruere, tamen, uti dixi, nec carptim ista hinc et inde sumit Cicero, et rationes, quibus hoc probat, non sunt Platonis, sed Stoicorum. Vis enim argumenti posita est in hominum conjunctione et societate: qui locus sic de Finibus a Stoico Catone tractatur, *Sic inter nos ad civilem communitatem conjuncti et consociati sumus:* quod ni ita se haberet, nec justitiae ullus esset, nec bonitati locus, etc. In Officiis etiam naturam scribit hominem vi rationis conciliare homini ad orationis et vitae societatem, impellereque ut hominum coetus celebrare et obire velit, idque principium justitiae esse. Quae autem etiam huc congerit omnia, ex libris de Finibus perspicuum est Stoica esse, non Platonica, nec Aristotelica. Sed et quod parem, id est, eandem ingenii facultatem probat in omnibus ex sensibus et inchoatis intelligentiis, plane Stoicum esse docui ex Laërtio. Nos porro ad justitiam natos esse, id ipsum est, quod ait in Officiis, *Homines hominum causa esse generatos:* et quod supra dicebat, *Cuius muneris colendi*
Error adversariorum. *et efficiendi causa nati sumus:* non, ut male interpretantur, ut vivamus secundum naturam. Nam etsi is bonorum finis est, tamen quum id Cicero dixit, ad hunc locum perspicue respexit.
Error adversariorum. Inductio autem illa longior affectuum in bonis libris plana et dilucida est, nihilque fortasse mendosum habet. Nec paulo post dicit, homines universos deos habere velle, sed omnes superstitione
Error adversariorum. eadem laborare. Nam de pravitatibus loquitur. Deos autem habere religionis, non superstionis existimabat.

Quibus ex rebus.

Hic permirum mihi videtur, quod quidam a me dissentiant. Nam cum ex hominum conjunctione probaverit, nos ad justitiam esse natos (quod quidem est, nostris

animis natura insitam esse justitiam) nisi fallor nunc ait eam naturae impulsionem adjuvari disciplina, et philosophiae doctrina. Natura enim inchoata est, et aliquo eget p. 29. adjumento ut absolvatur. Id de lege naturali intelligunt, male, ut opinor. Nam etsi lex emendatrix est vitiorum, commendatrixque virtutum, et ab ea vivendi doctrina ducitur, quod toties disputat, tamen aliud spectavit, quod non disserit, ratione vivendi et disciplina meliores effici. Toties Seneca philosophiae praecepta esse necessaria disserit: et infra Cicero praedicat inchoatas intelligentias philosophia duce illustrari. Philosophia autem moralis, quae doctrina vitae est, virtutum semina et igniculos, id est adumbratas virtutis intelligentias, confirmat et auget. Mox autem, quorsum ad justitiam nati simus quaerit. Nempe ut communitatem quandam vitae alii aliis participantes colamus: quod in officiis dixit, *Ut homines ipsi inter se alii aliis prodesse possint.* Haec autem Stoica esse perspiciunt omnes, qui Officia, qui tertium de Finibus legerunt. Quod autem sequitur, *Esse naturam*, dicit pro esse naturale, ut libro tertio de Finibus, *Jus autem, quod ita dici, appellarique possit, id esse naturam.* Itaque mox hic opponit consuetudinem. Si *natura esse* legatur, attingetur illa Graecorum in hac re locutio, ὅτι δίκαιόν ἐστι φύσει, id est, jus esse natura. Quod de igniculis dicit, Stoicum est, ut ex Tusculana Igniculi. tertia patet, qui locus etiam confirmat superiorem meam explanationem, naturam egere adminiculis doctrinae. *Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque duce vitae cursum conficere possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem et doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat.* Igniculi autem virtutis sunt, ut modo dicebam, *inchoatae virtutis intelligentiae* ac nimirum vertit, quod Stoici ζώπυρον, et ἔναυσμα et σπινθῆρα dicebant. In commentario autem meo cum citatur Terentius, est error, qui in calce corrigitur, quoniam hoc etiam quidam reprehendendum sibi putaverunt.

Socrates.

Quam nervos contendunt nonnulli, ut ex voce Socratis haec esse Platonica doceant: in quo mendacii Q. Ciceronem insimulant, qui in aliis rebus et sententiis Ciceronem versari dicit. Vox una imitationem non facit,

non magis quam hirundo una ver: alioqui sit Pythagoricus, quando Pythagorae hic meminit. Graeca quae hic interserunt nonnulli, in nullis bonis libris reperiuntur: nec, ut puto, hic Cicero bilinguis esse voluit: et potuit hic alia fortasse vox Pythagorae adscribi, ut ea, quam ex Officiis attuli. Quae autem sequuntur de amicitia, tam perspicue indicat Cicero esse Stoica, ut in eorum Paradoxis numeret. Id enim est, quod scribit quibusdam incredibile videri, sit autem necessarium. Hic locus de sapientis amicitia attingitur a Plutarcho contra Stoicos in libro περὶ κοινῶν ἐννοιῶν, et a Cicerone libro tertio de Finibus: *Quanquam autem in amicitia alii dicant, aeque charam esse sapienti rationem amici ac suam, alii autem sibi cuique chariorem suam, tum id quoque posteriores fatentur, alienum esse a justitia, ad quam nati esse videamur, detrahere quid de aliquo quod sibi assumat.* Ita cum dissentirent inter se Stoici, priorem rationem ut veriorem Cicero sequitur. Apertius autem id Cicero indicat libro primo de Natura Deorum. *Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur: censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos.* De hujusmodi autem sapiente Plato et Aristoteles non admodum disserere videntur: sed Stoici assidue, qui ex omni aevo sapientes fuisse duos pronunciarunt, Ulyssem et Herculem. Idem Diogenes Laërtius ostendit sic scribens in Zenone: *Λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις διὰ τὴν ὁμοιότητα· φασὶ δὲ αὐτοῖς κοινωνίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ τὸν βίον χρωμένων ἡμῶν τοῖς φίλοις ὡς ἑαυτοῖς, δι' αὐτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται,* id est: *Praedicant et amicitiam in solis bonis esse propter similitudinem. Dicunt autem eis societatem et communionem esse rerum ad vitam pertinentium, cum utamur amicis, ut nobis: et per se optandum amicum pronuntiant.*

Error adversariorum.

Philosophorum more.

Cum antea docuerim, Ciceronem antiquam philosophiam appellare, Peripateticam et Academicam: novam Stoicam, quae eis succreverit, et cum Academiae novae nomen in hanc conjecturam inducere reprehensores nostros potuerit; equidem miror quid sit, quod a me hic dissentiant: Loci sententiam obscuram esse fatentur, et interpretationi diffidunt suae: nec injuria. Quis enim de Thalete, Heraclito, Democrito, Anaxagora, id accipiendum censeat, qui sapiat? quos de rerum natura scripsisse, de philosophia morali nihil reliquisse, ac ne disputasse

Error adversariorum.

Error adversariorum.

quidem constat. Ejus enim primus auctor et parens Socrates appellatur. Cum autem putant, argumentum esse de sententiis philosophorum, et recentiores habita judiciorum alienorum ratione disputasse dicunt: cum officinas sapientiae instruere interpretantur, distincte quaque de re varias opiniones proposito suo vel contrarias refellere, vel consentaneas assumere, similes caecis videntur, manibus iter praetentantibus, subinde tamen offendentibus. Quis enim non videt ex Attici assensione, jura et leges a natura non esse sejungenda: profitetur tamen se, jus natura esse, quod satis jam constabat, separatim esse probaturum. Quid enim subjicit? *Nec enim*, inquit, *satis fieri censent huic loco, nisi separatim hoc ipsum, jus natura esse, disputetur* (Sic enim legere malim, quam *naturae*, quia Graece dicitur, ὅτι δίκαιόν ἐστι φύσει, ἀλλ'οὐ θέσει). Id autem se facere praedicat, quod ea principia quae disputationi sequenti praemunit, confirmatiora et exploratiora futura sint, si id separatim doceat. Nec tamen ait, se omnibus philosophorum disciplinis ista approbare velle. Epicureos enim negligit: Academicos novos, qui contra Stoicorum decreta disputare solebant, exorat, ut sileant. Solitos autem esse Academicos novos contra has Stoicorum rationes disserere, ex primo de Natura deorum intelligitur, ubi ita de Stoicis Cicero loquitur: *Sunt autem alii philosophi, et ii quidem magni atque nobiles, qui deorum mente et ratione omnem mundum administrari et regi censeant. Neque vero id solum, sed etiam ab eisdem hominum vitae consuli et provideri. Nam et fruges, et reliqua, quae terra pariat, et tempestates, ac temporum varietates, caelique mutationes, quibus omnia, quae terra gignat, maturata pubescant, a diis immortalibus tribui humano generi putant, multaque, quae dicentur in his libris, colligunt: quae talia sunt, ut ea ipsa dii immortales ad usum hominum fabricati paene videantur. Contra quos Carneades ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem.* Ita digitum ad fontem nobis intendit, si ejus verba audire, quam pertinaciter altercari malimus.

Error adversariorum.

Quum autem adversarii nostri ajunt, a Cicerone Epicureos hic ut delicatos et ignaros despici: Academicos ut acres disputatores formidari, Ciceronis sententiam non assequuntur. Ait enim se non laborare, ut juris principia, quae posuit, probentur Epicureis, qui minime eis assentiebantur, qui voluptatis causa omnia faciebant, nec de republica disputabant, nec homini cor-

dato ad eam accedendum putabant. Plutarchus, *Ἐπίκουρος δὲ καὶ Μητρόδωρος τοῦτο ποιοῦσι, τοὺς μὲν συνήθεις ἀποτρέποντες τοῦ τὰ κοινὰ πράττειν, τοῖς δὲ πράττουσιν ἀπεχθανόμενοι.* id est, *Epicurus autem et Metrodorus id faciunt, qui familiares a Repub. gerenda deterrent, et eam administrantibus infesti sunt.* Epicuri verba sunt, *ὁ σοφὸς οὐ πολιτεύσεται.* id est, *sapiens Rempub. non capesset.* Academicos autem, qui omnia ista solebant, Stoicorum decreta de juris origine evertere, exorat ut sileant, ut ex loco quem modo citavi, perspici potest. Atque is hujus loci sensus est, ad quem nunquam adversarii nostri aspirarunt. Officinas autem sapientiae instruere est, tanquam certo quodam et suo instrumento scholam quamque philosophiae et disputationem quasi officinam collocupletare. Quod faciebant Stoici, qui certa capita, ut supra docui, cuique disputationi attribuebant. Itaque jus natura esse, quanquam ex his, quae dicta sunt, satis constat, tamen ut instructa sit haec quaestio toto suo instrumento, etiam ab eo disseritur separatim.

Officinas sapientiae instruere quid.

Interrex.

Quid hic adversarii criminantur, cum sententiam meam sequantur? Nam quamquam duas interpretationes posui, tamen mihi potior visa est, quam tuentur, legemque interregis Flacci retuli. Est quod gaudeam, eos, quum reprehendere volunt, laudatores esse. Sed tamen, si quid hic in me haerere culpae putant, et eo nomine me sibi debere, fidem non accusabunt: cum foenore persolvam. Velim enim mihi dicant, quum Cicero paulo ante dicit, *Judicia quondam nusquam fuisse*, idne intelligit de aurea aetate, ut ipsi exponunt? atqui aurea aetate nihil delinquebatur, ut judiciis opus non esset: hic autem Cicero significat non crimina, sed judicia defuisse: ut plane explicatio illa falsa sit. Sic igitur habeant, olim in imperio Romano prope judicia publica exerceri solita non esse: postea, legibus latis de quaestionibus, facta esse. Quoddam autem aliquando Romae tale tempus fuisse ex Bruto intelligi potest, ubi ita scribitur: *Hic optimus illis temporibus est patronus habitus, eoque forum tenente plura fieri judicia coeperunt. Nam et quaestiones perpetuae hoc adolescente constitutae sunt, quae antea nullae fuerant. L. enim Piso trib. pleb. legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio coss. tulit*, etc. Caeterum locus Festi de suffimentis a me relatus, non ita accipiendus est quasi alia etiam expiatio-

Error adversariorum.

nis genera Romani non habuerint, ut adversarii intelligunt: nam et a funere redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus suffitio vocabatur: et suffimenta alia a Juvenale memorantur, Error adversariorum.

— *Cuperent lustrari, si qua darentur*
Sulphura cum taedis, et si foret humida laurus,

et a Propertio,

Dein, quemcumque locum externae tetigere puellae,
Suffiit, et pura limina tersit aqua.

Totum autem hunc locum equidem miror non animadvertisse adversarios nostros contra Epicureos esse disputatum, qui improbos metu judicii et mali, a scelerata deterreri vita dicebant, atque jus in opinione et utilitate ponebant: proinde sic in Epicurum scribitur libro secundo de finibus: *In magnis interdum versatur angustiis, ut hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus.* Iterum, *sunt enim levia et perinfirma quae dicebantur a te, cum animi conscientia improbos excruciari, tum etiam poenae timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum aut imbecillo animo fingi, non bonum illum virum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet, omniaque reformidet: sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte sine teste, sine ullo conscio fallat.* Disputat etiam Chrysippus apud Plutarchum, si voluptas in bonis numeretur, non solum justitiam, sed omnes etiam virtutes interituras: unde sequetur eversio juris: nec vero Cicero se facere Epicureis injuriam censet, cum eos ab hac de Rep. quaestione removet, quod et a Repub. abhorreant, nec de ea philosophari soleant.

Quum autem illius suffimenta dicit, Epicurum, ut opinor, intelligit, qui se praedicabat homines mortis et deorum metu tanquam expiasse, id est, liberasse: qua in re se nihil egere dicit ejus suffimentis, id est, monitis, quum meliora habeat. Sic enim scribit in Tusculanis, *Quae quidem cogitans soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturae cognitionem admirantur, ejusque inventori ac principi gratias agunt, eumque venerantur ut deum. Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno, et diurno et nocturno metu.* Eaque fortasse causa hujus loci mutilandi fuit, quod nescio quid de inferis et religione au-

dacius hic Cicero loquebatur: ut infra quoque locus de pudicitia imminutus esse videtur, propterea quod obscoenius aliquid fortasse dixerat. Mox quod non satis attenderam, sed multo minus animadverterunt obtrectatores nostri, quibus *quam* duarum particularum vicem gerit, *Quam quod:* dicit homines non tam luere poenas judiciis, ut propterea angore conscientiae vexari et agitari debeant, quod Epicurei dicebant, ut aliunde quam a judicii et legum metu, illa conscientiae tanta formido nascatur: legendumque, *ut eos agitent insectenturque.* .

Locus explicatus.

Ut iidem dicunt.

Error adversariorum.

Obsoletum profecto fuisset et frigidum contra Thrasymachum disputare, tot autem Epicureos, qui Italiam totam et Graeciam referserant, praetermittere, quorum sententia est, ab utilitate jus ortum esse: Horatius,

Atque ipsa utilitas justi prope mater et aequi.

Contra eorum sententiam sic Stoici disserebant: *Minime vero probatur, huic disciplinae de qua loquor, aut amicitiam, aut justitiam propter utilitates adscisci aut probari. Eaedem enim voluptates poterunt eas labefactare atque pervertere, etenim nec justitiae, nec amicitiae omnino esse poterunt, nisi ipsae per se expetantur.* Diogenes Laertius sic Epicuri de justitia sententiam explicat, quam in Ciceronis verbis agnosces. *Οὐκ ἦν τι δικαιοσύνη καθ' ἑαυτὸ, ἀλλ' ἐν ταῖς μετ' ἀλλήλων συστροφαῖς καθ' ὁπηλίκους δήποτε ἀεὶ τόπους συνθήκη τις ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν ἢ βλάπτεσθαι. ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὴν κακὸν, ἀλλ' ἐν τῷ καθ' ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς.* Id est: *Nihil per se justitia est, verum in mutuo coetu quantocumque in loco conditio quaedam et foedus initum est, ne quis laederet, ne quis laederetur. Injustitia non est suapte vi malum, sed ex suspicionis metu, si quis non lateat talium facinorum vindices. Reliqua quoque deinceps argumenta Stoica sunt, ut docui in commentario.*

p. 31.

Sed perturbat nos.

Error adversariorum.

Quidni vero hic Epicureos nominem? quum praesertim contra eos solerent Stoici hoc loco disputare: Jura a natura, non ab opinione, nec utilitate profecta esse? Epicureos autem certam sensuum fidem censuisse, eos existimasse incorrupte et integre judicare, quis inficiabitur? Hunc autem locum esse Stoicum de seminibus virtutum et eorum corruptela, tertia Tusculana docet.

Epicurei etiam, ut hoc scias, hic contra Stoicos disputabant, ut ex Horatio intelligi potest.

Jura inventa metu injusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi,
Nec natura potest justo secernere iniquum
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.

Quin etiam haec in Epicureos disputari, sequentia clarissime ostendunt.

Philosophorum.

Hic rursus a me quidam dissentiunt. Thrasymachum enim et Calliclem intelligunt, quos, ut opinor, philosophos nec vocasset Cicero, nec vocandos putasset, et nimis serum erat contra eos disputare. Sed in viam tandem aliquando redeunt: Epicureos enim, quod ante negarant pertinaciter, adjiciunt, quos solos ista oratio petit. Disserit enim Torquatus libro primo de Finibus, per se non optabiles esse virtutes, sed quod voluptatum et utilitatum sint efficientes. Justitiam vero etiam coli, quod nemini nocendo tranquillet animos, efficiatque ne maleficiorum conscientia, vitae infamia, legum poena, civium odio angamur: qui locus, ni fallor, nunc tractatur; isti haec apud Platonem piscantur. Sic amicitiam ab inopia et imbecillitate profectam praedicabant Epicurei, quod eum quaereremus amicum, qui praesidio et adjumento nobis esset. Ita hanc amicitiam lib. primo de Natura deorum, mercaturam utilitatum suarum Cicero vocat contra Epicureos disserens: et in Laelio contra eandem sententiam disputat: Seneca etiam epist. 9. *amicitiam, quam Epicurei describunt, negociationem esse* dicit *quae ad commodum accedit, quae, quid consequutura sit, spectat.* Illicque de Stoicorum sententia amicitiam per se expetendam esse tradit. Cave igitur hos secteris, qui nubes et inania captant, et hinc inde a Platone emendicant, quae serie perpetua disputationis hujus et scholae suis instructae capitibus a Stoicis Cicero duxerat.

Error adversariorum.

p. 32.

Per insignes.

Non ignoravi a signo ductum esse vocabulum, quod insimulas, et in bonum malumque accipi, sed quod agebatur dixi, insignes appellari vitiosi et depravati corporis, a nota et signo corporis: latius tamen multo patere id non ignoravi, ita ut crederem, mihi persuasit Plautus:

— *Ea mihi insignitos pueros pariat postea:*

Insignes pueri.

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut brochum.

et libro tertio de Legibus cum scribitur tanquam ex duodecim tabulis, *insignis ad deformitatem puer*, apparet, insignes pueros in duodecim pro vitiosis et deformibus dictos fuisse. Nec vero a quolibet signo insignis deformitas et pravitas dicitur, sed ab ipso corporis vitio, ab ipsa pravitate. Quid igitur hic erravi, si non universam vim vocabuli pueris notam indicavi, sed abstrusiorem, quae latebat, erui? Insignes enim deformitates dicuntur vitio et signo corporis notabiles: et cum dicitur insignis latro, aut homo omnibus notis turpitudinis insignis, ab illis corporis vitiis ad animum translatio fit: quod ne adversarii quidem nostri intellexisse videntur.

Videtisne.

pag. 33. Error adversariorum. Septimum deinceps adversarii nostri putant argumentum esse de fine bonorum: in quo errant. Nec enim hujus est loci disputationis, sed connexione quadam et serie eo Cicero prolabitur. Itaque dicit paulo post, nihil ad hunc locum hanc de bonorum malorumque finibus dissensionem pertinere. Solebant autem Stoici in philosophia sua ordinem rerum et aptam connexamque seriem commendare, sicque aliud ex alio aptum sequi dicere, ut nihil compositius, nihil coagmentatius, nihil compactius inveniri posse praedicarent. Cicero lib. tertio de Finibus: *Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non si unam literam moveris, labent omnia? nec tamen quicquam est, quod moveri possit*, et libro quarto, *Ut enim sit apud illos, id quod est a te laudatum, ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta et connexa*, etc. Quae quidem perspicue ostendunt ista Stoica fuisse. Seriem autem illam et ordinem disputationum significavit libro secundo

Locus de Oratore. de Oratore, cum ista scripsit: *Hisce autem ipsis de rebus ut ita loquatur, ut ii, qui jura, qui leges, qui civitates constituerunt, simpliciter et splendide, sine ulla serie disputationum, et sine jejuna concertatione verborum.*

Error adversariorum. Existimare autem hic Ciceronem argumentari legem secundum naturam esse, quod finis bonorum sit secundum naturam vivere, hominum est digressiones ignorantium, et eloquentiae philosophiaeque professionem dedecorantium. L. autem Gellius, cujus paulo post meminit, consul fuerat cum Qu. Lentulo, an. ab urbe condita 681.: proinde pro Sestio vir clarissimus appellatur et fortissimus consul. Itaque in Graeciam mitti ex consulatu potuit,

aut aliquot annis post consulatum. Quod paulo post sequitur, sic in libris manu exaratis, et excusis ad veterum exemplarium fidem, legitur: *Hic, nisi quod honestum esset, putarit bonum.* In quo *nisi* pro *non nisi* vel *solum* accipitur, ut apud Columellam. *Quo magis etiam propter hos casus nisi validissima, quae non comprehendatur hieme, novaque progenie repleatur numerus:* id est *solum*, vel *non nisi validissima.* Alii de suo addiderunt nihil, eodem plane sensu, et magis usitato genere dicendi. Nisi pro non nisi.

Inter quinque pedes. p. 34.

Etsi quodammodo ad exemplum legis Solonis istud erat inscriptum in XII Tab., ut ait Cajus, tamen alia res erat, relinquebaturque finis quinque pedum inter agros confines: ac de fine controversia erat, cum intra quinque pedes agebatur, ut Frontinus scribit: nec spatium quod intra quinque pedes erat, usu capi poterat, sed quod inter quinque pedes erat, id est ager inter limites. Etenim quemadmodum, cum dicimus inter haec, et inter os et offam, medium tempus intelligimus, et veteres cum dicebant inter hostiam caesam et exta porrecta, interjectum tempus significabant, ita quoque cum voluerunt inter quinque pedes esse usucapionem, finem usu capi noluerunt, agrum inter quinque pedes, id est, inter limites clausum, usu capi voluerunt. Recte igitur obtrectatores nostri hic legunt, si modo sunt, ac non typographus, quod dixeram in veteribus libris reperiri; malueram tamen jurisconsulto Alciato fidem habere: sed locum tamen non intelligunt. Cum autem *inter quinque pedes* scribit, agrum significari satis apparet ex eo, quod subjicit, *Depasci veterem possessionem Academiae non sinemus*, id est Academiae agro velut usu capto frui Zenonem: non, ut volunt adversarii, comsumi. Qui enim aliquid possidet, eo suum potest inmittere pecus, in alienum non potest. Quod autem mox interpretantur legem Mamiliam observatam non fuisse, sed alias observatas Ciceronis aetate, errant. Nam etiam Frontini seculo in usu erat, et hic de ea Cicero ut recepta et usitata loquitur. Error adversariorum. Error adversariorum.

Actionem legis Mamiliae sic complexus est Frontinus: *Controversia est finitimae conditionis, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos, sive quae alia signa secundum legem Mamiliam intra quinque pedes agetur.* Erant autem legis Mamiliae plura, ut reor, capita, ad agrorum et coloniarum conditiones pertinentia. Quae de

ea et aliis aliquot in libro vetere repererim, subscribam, ut hominibus antiquitatis amantibus consulam.

p. 55.

LEX MAMILIA, ROSCIA,

Peducea, *Aliena*, *Favia* KL. III.

Quae colonia hac lege deducta, quodve municipium, praefectura, forum, conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non extabit, in eo loco is, cujus is ager erit, terminum restituendum curato, utque recte factum esse velit, idque magistratus, qui in eo colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo, juri dicundo praeerit, facito ut fiat. KL. III. Qui milites decumani, qui hac lege deducti erunt, quaecunque fossae, limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus assignatus erit, ne quis eos limites decumanos, ne obseptos, neve quid in eis immolitum, neve quid ibi positum habeto, neve eos arato, neve eas fossas obturato, neve quis sepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit, in res singulas, quotiescunque fecerit, KL. IIII. colonis municipibusve ejus in quorum agro id factum erit, dare damnas esto: pecuniae qui volet petitio hac lege esto KL. V. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, praefecturam, fora, conciliabula constituerit, in eo agro, qui ager intra fines ejus coloniae, municipii, fori, conciliabuli, praefecturae erit, limites decumanique ut fiant, terminatique statuantur curato: quique fines ita statuerit, si fines eorum sunt, dumne extra agrum colonicum territorium fines ducat: quique termini hac lege statuti erunt, ne quisquam eos ejicito, neve commoveto sciens, dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, in terminos singulos, quos ejecerit, locove moverit sciens, dolo malo XXV. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto: deque ea re curatoris, qui hac lege erit, jurisdictio reciperatorumque datio addictio esto: cum curator hac lege non erit, tunc quicunque magistratus in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo, juri dicundo praeerit, ejus magistratus de ea re jurisdictio, judicisque datio addictio esto: inque eam rem is, qui hac lege judicium dederit, testibus publice duntaxat in res singulas X, denunciandi potestatem facito, ita ut e repu-
p. 56. blica fideque sua videbitur, et si is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve

Dare damnas id scriptum fuerat notis.

bonis ejus, primo quoque die exigito, ejusque pecuniae, quod receptum erit, partem dimidiam ei, cujus Junius opera maxime condemnatus erat, partem dimidiam in publicum redigito: ex quo loco terminus aberit, si quis in eum locum terminum restituere volet, sine sua fraude liceto facere, neve dare quid cui is ob eam rem hac lege damnas esto.

Pegerit.

Cum apud Priscianum legissem, pango pegi facere et pepigi, et in eo legissem auctoritatem Pacuvii, *Tonsillam pegi laevo in littore*, quam in libris scriptis lectionem reperi, damnare nolui: praesertim cum legum et juris Ciceronem usurpare verba viderem: quae plerumque antiquiora sunt. Est autem pangere, figere, ponere: quid autem ad hunc locum pertineat *paciscor* adversarii viderint. Error adversariorum.

Vita modica.

Equidem non dubito, quin interpretatio mea longe verissima sit, adversariorum ineptissima. Quod autem vita res ad vitam degendam necessarias significet, et fortunae commoda, discere ex Cicerone potuerunt, sic in Academica prima scribente, *constituebantque, extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura, et animo, et corpore, et vita.* Viden' hic vitam res externas et fortunae emolumenta significare? Iterum, *Vitae autem* (nam id erat tertium) *adjuncta esse dicebant, quae ad virtutis usum valerent.* Quis enim nescit fortunae bona ad virtutis usum valere, quae tanquam instrumenta sunt rerum agendarum et officiorum? Sed cur modicam ait, fortasse rogabis: dicis enim temperatam esse, ejusque rei explicationem adfers, quod sequitur, *eam esse virtuti aptam:* in quo valde erras. Ita enim non dirimeretur controversia, sed foveretur: et Stoicus, ut vis, in hac definitione esset, cum quaerat terminos, quos pegerit Socrates. Sed ita se res habet. Utraque definitio verbis alia est, sententia una et eadem. Vitam autem modicam dicit, modicam rerum externarum suppeditationem et naturalem, significans sine divitiis, sine opibus, sine gloria et honoribus homines beatos esse posse, quod haec naturalia non sint. Cicero in Academica prima: *Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt: caetera autem pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, ut divitias, ut*

Vita interdum res externas significat.

Error adversariorum.

p. 57

opes, *ut gloriam*, *ut gratiam.* Idque est, quod mox dicit, *apta virtute perfrui*, quod est: virtute perfrui bonis modice suppeditata, ut docui in commentario ad primam Academicam, quod in hoc de legibus loco non satis intellexeram. Simile est illud Horatii:

Aptus quid interdum.

— Et avitus apto
Cum lare fundus.

Et illud Catulli:

Aptis sarcinulis et expeditis.

Significat enim, ut opinor, Horatius parvum et concinnum larem: Catullus curtam et adstrictam sarcinam. Cic. *Ita porro verbis aptus et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba rebus illustrentur.* Significat enim brevem esse Thucydidem, et adstrictum, minimeque verbis redundantem. Itaque non debet legi *Apta virtuti,* sed ut in omnibus bonis libris, *Apta virtute.* Mox etiam valde peccas, dum sensum amittere mavis, quam syllogismum, qui censeas, octavum esse argumentum ad probandum, legem esse naturalem, quia sit philosophia naturalis: quod a vero longissime abest. Cicero enim huic de lege disputationi accessionem et perorationem addit laudationem philosophiae, id est, amoris sapientiae, a qua sapientia lex (est enim ea sapientis ratio) orta est: quod sperat, ut ait, amplissima fore ea, de quibus aget, si fuerit philosophia, unde illa manant, amplissima. Mox etiam peccas, qui Hortensium appelles collegam Valerii, quum is fuerit M. Horatius, quod ab omnibus uno ore dicitur. Hortensius dictator te fefellit, qui idem etiam tulit. Plinius, *Q. Hortensius dictator*, *quum plebs secessisset in Janiculum*, *legem in Esculeto tulit*, *ut quod ea jussisset*, *omnes Quirites teneret.* Id etiam a Gellio relatum est. Lex, quam Arsa Terentillus promulgavit, alia erat, neque huc pertinet. Nec mox dicit legem nihil aliud, quam philosophiam esse, sed a lege duci vivendi doctrinam, ipsam autem a sapientia: quae causa philosophiae hic laudandae et ornandae fuit. Nec hic lex, philosophia et sapientia idem sunt, ut male interpretaris. Nec hic docet philosophiam esse naturalem, quod in ratiocinatione assumi vis, sed laudem philosophiae instituit, in qua etiam juris quaedam principia attingit, quae supra, quum de origine hominis dissereret, posuit. Vides, quoties hic erres. Nec idem est *enodata intelligentia* et *inchoata*, ut tu vis. Inchoata enim est prima illa et rudis intelligen-

Error adversariorum. Error adversariorum. Error adversariorum. Error adversariorum. Error adversariorum. p. 58. Error adversariorum.

tia animis impressa, quae non satis explicata est: ea postea cum usu vitae, praeceptis philosophiae, definitionibus evolvitur: (est enim involuta) tum tanquam enodata dicitur. Hinc illud Ciceronis: *Ea est insita et ante praecepta cujusque formae cognitio enodationis indigens.* Definit enim πρόληψιν et ἔννοιαν, quae est inchoata intelligentia, nondum tamen enodata, ut perspicue declarat. Nam si natura nobis intelligentias enodaret, doctrina nihil esset opus, essemusque natura philosophi sine praeceptione ulla: nec fundamentum haberemus scientiae, sed scientiam ipsam adepti essemus. In eam autem fraudem te induxit vitiosa et mendosa scriptura, quam secutus es. *Necessarias enim intelligentias enodavit,* legisti. Id adeo docere te potuit verbum, quo hic utitur. Ut enim absoluta pictura non est, quae tantum adumbrata est, sed quae suis est coloribus perpolita, eodem quoque, ut reor, modo inchoatae intelligentiae absolutae nondum sunt, sed tanquam primordia quaedam sunt cognitionis primis lineamentis picta, quae postea philosophia duce absolvuntur et illustrantur, ut ait. Itaque *Quibus illustratis* legendum est, ut in bonis libris, non illustratus: propterea, quod natura nobis insitae sunt communes intelligentiae, quae duce philosophia postea illustrantur. Caeterum quum ista velis esse Platonica, maxime vellem doceres ubi inchoatas et communes intelligentias Plato vocet, ut ego ex Stoicis ista proferre possum. Quum autem statim legis, *Societatem carnis ejecerit,* pro *Societatem charitatis coierit,* satis significat, te quid Cicero intelligat, nullo modo suspicari. Mox quum dialecticam, ut vis, ex judicio definiat, suspicari potuisti, id eum Stoicorum instituto fecisse, qui artem inveniendi nullam existimabant: sed et cum sepimentum mox dicit, equidem delector, quod nescio quid Stoicum agnoscere videris, ut et paulo post in distinctione rhetorices et dialectices: etsi gravissime fers distinctionem illam a tuis decretis abhorrere: quae si non haberes semper in ore, et auribus hominum inculcares, profecto jaceres. Sed mihi hic decretum non est, in te inquirere, tantum purgare me volui, quanquam id facere non potui, quin nonnulla tua attingerem flagitia in oculos incurrentia: quae si praetermisissem, non tam te homines nihil vidisse, quam me caecum fuisse clamassent. Sunt in meis commentariis, fateor, nonnulla animadversione et censura digna: ac si quando mihi otium sit, ea fortassis emendabo. Ab istis autem emendari ferendum non est,

Error adversariorum.

Error adversariorum.

Error adversariorum.

p. 59.

qui ulceribus scatert. Proverbium graecum est, *Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων*, quod in nullos melius, quam in istos convenire potest. Obtrectatorum autem istorum reprehensio me posthac diligentiorem et cautiorem reddet, ut et eos fortasse ista calumniae depulsio, aequiores. Hoc unum addam, Qui paratus est in alium scribere, videat, ne quid in se scribi ab alio possit.

FINIS.

Index Rerum et Verborum *)

A.

A fonte i. e. a capite I, 6. 547.
A Jove Musarum primordia II, 3. 173. sq. 608.
Ab scribit Cicero post vocem in *a* desinentem III, 16. 447.
Abesse ab aliquo dicendum I, 2. 15.
Abstractum pro concreto I, 2. 20.
Abuti nomine, quid? I, 16. 110.
Academici nihil magnopere affirmant I, 6. 547.
Academia antiqua I, 20. 586.
Accensi, qui? II, 24. 687.
Accipere legem II, 6. 189.
Acerrae II, 24. 348. Exc. XI. p. 507. 685.
Addere et *adhibere* confusa II, 10. 231.
Addicere et *adducere* confusa III, 10. 429.
Admodum, formula adsentiendi III, 11. 434. 726.
Ad plebem ferre III, 4. 710.
Adparere i. q. *praesto esse* II, 8. 213.
Adsciscere pro *etiam sciscere* II, 8. 210.
Adscribere aliquem sententiae alterius I, 6. 50.
Adstringi sacris II, 19. 307. II, 20. 311. cf. Excurs. IX. et X. p. 501 — 506.
Adumbratus explicatur I, 22. 594.
Advocati et *Oratores*, quid inter eos intersit I, 3. 27.
Aediles III, 3. 381. sq. Exc. XII. p. 508.
Aegeum mare pro R. P. Rom. III, 16. 733.
Aegyptii canem et felem consecrarunt I, 11. 563.
Aelius, L. II, 23. 344. sq. 683.
Aemilius Scaurus III, 16. 450.
Aes uxorium, quid? III, 3. 383.
Aestus consuetudinis II, 4. 176.
Aetatis vacatio I, 3. 27. et 538.
Aevitas pro *aevo* III, 3. 382. i. q. *aetas* ib. 701. sq. 704.
Agere cum populo, quid? II, 12. 256. sq. 609. 648. 710.
Agnationes familiarum I, 7. 552. *deorum* ib. sq. 555.
Agrum consecrari lex vetat II, 9. 635.
Albus color faustus II, 18. 663. sq.
Alio die, formula augurum II, 12. 256. 648.
Amaltheum II, 2. 172. 608.
Ambitus, quid? III, 17. 454.
Amicitia sancta I. 18. 580.
Amnibus et *manibus* confusa II, 10. 230.
Amphiaraus, vates II, 13. 263.
Anfractus annui II, 8. 622.
Animans genere feminino I, 9. 70.
Animi pendere I, 3. 25 et 537.
Animus ac mens, quid? I, 22. 144.
Annales pontificum maximi non *maximorum* I, 2. 16. 533.
Annalis lex, quid? III, 3. 384. 704.
Anquiro et *inquiro* confusa I, 1. 8. 9.
Ante lucem efferre mortuos II, 26. 366.
Ante oculos pro *perspicuum* I, 18. 116.
Antiochus philosophus I, 21. 131. 587.
Antipater historicus I, 2. 18 et 534.

*) Primus numerus librum, alter caput, tertius paginam indicat.

Antiquare legem III, 17. 452. sq.
Antiquissimum sepulturae genus II, 22. 326. sq.
Antiquus duplici sensu usurpatum II, 16. 280. sq. II, 22. 327.
Apex Tarquinii I, 11. 12. 13. et 531. sq.
Apisci an Ciceroni usitatum? I, 20. 127. cf. 584.
Apparere i. q. parere II, 8. 626.
Apparitores III, 20. 742.
Appius, augur II, 13. 258.
Appulejae leges II, 6. 187. sq.
Aptus explicatur I, 21. 137. 591. 778.
Aratius pro *Arateus* II, 3. 172. sqq.
Arbitri, qui? I, 21. 589.
Arcesilas I, 12. 569.
Ardere cupiditate, metu, conscientia II, 17. 292. 662.
Argumentorum, quibus efficitur, *jus esse a natura constitutum*, enumeratio I, 13. 97. sq.
Aristo Chius I, 13. 568.
Aristophanes II, 15. 273.
Aristoteles III, 6. 405.
Arpinates severitatis priscae tenaces I, 1. 9. et 531.
Arpinatum et *Arpinatium* I, 1. 2.
Arpinum municipium an praefectura? Excurs. II. p. 485.
Articulatim et distincte disserere p. 749.
Aruspices Etrusci II, 9. 629.
Asellio historicus I, 2. 20.
Aspersio aquae II, 10. 637.
Aspernari et *spernere* quid differant? I, 11. 81.
Assentior Ciceroni magis frequentatur, quam *assentio* II, 13. 264.
Asserere in aureo Latinitatis seculo non dicitur pro *affirmare* I, 1. 6.
Ast habet conjungendi vim II, 8. 205. 621. an ponatur pro *at si?* III, 3. 391.
ἀσύνδετον II, 8. 208. III, 18. 460.
Athenarum laus II, 14. 268. sqq.
Atque i. q. statim II, 4. 610.
Atticus Epicureus I, 6. 548.
Attius Navius, vates II, 13. 263. sq. 651.
Auctor et *actor* confusa III, 4. 396. *Auctor legis* III, 15. 447.
Augur an *Jovis consiliarius* dici possit? III, 19. 463.
Augures II, 8. 624. sq.
Augurium salutis II, 8. 625.
Augurium II, 8. 212. Augur publicus III, 4. 396.
Auspicia Patrum III, 3. 389. 706.
Auspicium praemonere II, 8. 212. cf. 625. 739.
Auspicium i. q. jus auspiciorum III, 3. 390. 708.
Aut ironice positum I, 14. 101.
Autem tertio loco positum II, 7. 195.

B.

Bacchanalia sublata II, 15. 654.
Bella disceptare, quid? II, 9. 629.
Bonae deae sacrum II, 9. 218. 631.
Boni viri pro *viri boni* I, 14. 101.
Boni viri i. q. optimates III, 9. 419. conf. III, 17. 453.
Boreas Orithyiam rapit I, 1. 530. sq.
Brutus, D., consul III, 9. 419.
Brutus *doctus homo* II, 21. 672.
Bustum II, 26. 689.

C.

Cadere impersonaliter positum II, 8. 206.
Caelestes qui? II, 8. 620.
Caelibatus non legibus, sed moribus interdictus III, 3. 383. 702.
Caeli fulgura II, 8. 626.
Caeli partes III, 19. 739.
Caetera an *cetera?* I. 3. 25.
Calchas, vates II, 13. 263.
Canescere i. q. inveterare I, 1. 527.
Cantus, quid? II, 15. 655.
Capere sine religione, quid? II, 20. 315.
Capital II, 8. 215.
Capitalia vindicare, quid? III. 3. 700. sq.
Caput partitionis, quid? II. 21. 317.
Caput de decreto Epicuri dictum I, 7. 55. 548.
Carbo, Cn. Papirius III. 19. 461. sq. 737.
Carbo, L. Papirius III, 16. 448. 731.
Cassia lex III, 16. 447. 734.

Casta corpora adhibere II, 10. 229.
Caste adire ad deos II, 10. 228. 618.
Cato major II, 2. 163. Catonis Origines I, 2. 534.
Catus unde? I, 16. 111. 576.
Cavea II, 15. 274. Excurs. VII. p. 497—499. 655.
Cavere quid Jureconsultis significet? I, 5. 42.
Causa i. q. excusatio I, 4. 28. 29. i. q. barbare dicitur *casus* I, 18. 119.
Caute i. q. *diligenter* II, 9. 221. et *juste* ib. 934.
Ceciderat an *cecinerat*? I, 4. 28. 29. an *reciderat* v. *remiserat?* ib. et p. 539.
Cecrops II, 25. 688.
Celeriter animo circumspicere an Cicero scripserit? II, 17. 286. sq.
Censores III, 3. 382. Exc. XII. p. 509. cf. 742.
Ceramicus II, 26. 363. 690.
Ceres more Graeco Romae culta II, 9. 218.
Cernere i. q. spectare I, 18. 120.
Cernere i. q. decernere II, 9. 630.
Certatio, quid? III, 3. 380. 699.
Certe, certene? I, 1. 529. sq.
Cessio quid? I, 3. 26. 27. et 538.
Ceteri sumtus, casu Genitivo II, 25. 356.
Charondas I, 22. 140. 592. II, 6. 191. III, 2. 377. 698.
Chrysippum sequitur Cicero I, 6. 545.
Cicero an fuerit Jureconsultus? I, 4. 31.
Cicero emendatur I, 1. 6. 7. I, 2. 15. I, 2. 21. sq. I, 4. 29. I, 6. 51. I, 7. 52. sq. I, 7. 57. I, 8. 62. I, 8. 67. sq. I, 11. 78. sq. I, 12. 86. I, 17. 111. I, 18. 117. I, 19. 127. I, 20. 129. I, 22. 141. I, 24. 149. I, 24. 152. II, 1. 154. II, 2. 166. (bis) II, 7. 193. II, 10. 227. II, 11. 236. II, 12. 250. sqq. II, 17. 294. II, 19. 304. II, 22. 328. II, 23. 340. III, 3. 392. III, 4. 397. [de Rep. III, 7. 409.] III, 7. 408. III, 9. 419. III, 9. 421. III, 10. 425. III, 11. 434. III, 13. 438. sq. III, 18. 456. III, 19. 464. III, 19. 467.
Cicero an Stoicos in libris de Legibus imitatus sit? p. 747. sqq.
Cicero de suo consulatu scripsit commentarium I, 3. 536.
Cicero in se laudando verbosior II, 16. 283. II, 17. 287.
Cicero nomina odiosa significare potius, quam eloqui solebat II, 17. 287.
Cicero Platonem imitatur I, 1. 1.
Cicero, M. III, 16. 450.
Cicero Arpinas II, 1. 603.
Ciceronis avus III, 16. 732. sq.
Ciceronis clientes II, 6. 615.
Ciceronis consulatus III, 12. 728.
Ciceronis versus Hexameter *κακόφωνος* I, 1. 5. 6.
Cicero tentatur I, 1. 12. I, 2. 16. I, 3. 25. I, 4. 30. I, 4. 31. I, 5. 41. I, 6. 49. I, 7. 56. I, 7. 59. I, 8. 61. (bis) I, 8. 67. I, 8. 68. I, 9. 70. sq. I, 10. 76. I, 11. 80. sq. I, 11. 82. I, 13. 92. I, 15. 104. I, 16. 107. sq. I, 17. 110. I, 19. 123. I, 19. 124. I, 21. 138. I, 22. 140. I, 24. 150. II, 1. 157. II, 2. 162. (bis) II, 5. 181. II, 5. 183. II, 5. 185. II, 6. 193. II, 7. 194. II, 7. 199. II, 11. 235. II, 11. 237. II, 11. 238. II, 11. 246. II, 12. 250. II, 13. 260. II, 14. 266. II, 14. 268. II, 14. 269. II, 15. 272. II, 16. 281. II, 16. 285. II, 17. 286. sq. II, 17. 291. II, 19. 307. II, 22. 333. II, 22. 335. II, 23. 339. sq. II, 24. 353. II, 25. 357. II, 25. 358. II, 25. 360. II, 26. 363. II, 27. 368. sq. II, 27. 369. III, 1. 374. III, 3. 380. III, 3. 386. III, 3. 389. III, 4. 393. III, 4. 397. 712. III, 8. 413. III, 9. 422. III, 11. 430. III, 11. 431. III, 14. 442. III, 15. 446. III, 16. 451. III, 17. 455. III, 18. 457. III, 18. 458. III, 19. 462. III, 19. 463. III, 19. 467. I, 1. 531. I, 8. 555. I, 9. 558. I, 18. 579.
Cicero vindicatur I, 1. 13. 14. I, 4. 29. I, 4. 32. I, 6. 51. I, 7. 53. I, 7. 56. I, 7. 58. I, 7. 59. I, 8. 61. I, 8. 63. I, 8. 64. I, 9. 70. I, 9. 72. I, 9. 73. I, 10. 74. sq. I, 10. 76. I, 10. 77. I, 11. 77. sq. I, 12. 87. I, 12. 88. I, 12. 89. I, 13. 94. I, 14. 98. I, 14. 100. I, 14. 101. sq. I, 15. 104. I,

15. 107. I, 16. 108. I, 17. 111. I, 17. 115. I, 19. 121. I, 19. 122. I, 20. 131. I, 21. 137. II, 1. 157. II, 2. 160. sq. II, 2. 161. sq. II, 2. 167. II, 3. 170. II, 3. 174. II, 4. 178. sq. II, 5. 182. sq. II, 5. 184. II, 5. 186. II, 6. 191. II, 7. 193. II, 7. 197. II, 7. 200. II, 8. 206. II, 8. 207. sq. II, 8. 210. II, 11. 239. II, 11. 245. sq. II, 12. 250. II, 12. 254. II, 12. 255. II, 12. 259. II, 13. 261. II, 13. 265. II, 14. 266. II, 15. 271. II. 16. 284. sq. II, 17. 286. II, 17. 288. II, 17. 289. II, 17. 292. sq. II, 17. 295. II, 18. 297. II, 19. 305. II, 19. 309. II, 21. 316. II, 22. 325. II, 22. 332. II, 22. 335. II, 23. 338. II, 24. 349. II, 24. 350. II, 24. 355. II, 25. 358. sq. II, 26. 364. sq. II, 27. 367. III, 2. 376. III, 3. 379. III, 3. 381. III, 3. 391. III, 8. 412. III, 8. 413. III, 8. 414. III, 9. 417. III, 9. 418. III, 9. 422. III, 11. 430. III, 11. 433. III, 12. 438. III, 14. 442. III, 15. 446. III, 17. 453. III, 17. 454. III, 19. 464. III, 20. 470. III, 20. 475. I, 1. 531. I, 6. 548. I, 20. 584. I, 24. 597.

Circumportatio an circumpotatio? II, 24. 347. sq. 684.

Circumspicere animo II, 17. 286.

Citeriora i. q. propiora, humana III, 2. 374. 696.

Classes civium III, 3. 382.

Claudius, C. consul III, 19. 461.

Clepere et *rapere* II, 9. 220. 633.

Clisthenes, Atheniensis II, 16. 282. 659.

Clitarchus historicus I, 2. 23. et 535.

Clodius historicus I, 2. 19. sq. 534. sq.

Clodius, P., qui sacra bonae deae violavit II, 14. 270.

Clodius domum Ciceronis incendit II, 17. 285. de eodem III, 9. 422.

Cnossus non *Cnosus* scribendum I, 5. 39.

Coaetaneus barbare dicitur pro *aequalis* I, 3. 24.

Coeli partes, in auguriis III, 19. 464.

Coelia lex III, 16. 447. sq.

Coebus pro *cubus* III, 4. 392.

Coeratores III, 3. 381. sq. III, 4. 392. sq. 709. sq.

Cogitatio quid? I, 7. 550.

Cogitur i. q. συνάγεται II, 13. 261.

Color albus decorus deo II, 18. 298. sq.

Columnam violare II, 26. 363.

Columella proprie *columnella* II, 26. 366. 691.

Comitiorum centuriatorum laus, c. *tributorum* reprehensio III, 19. 467. sq.

Comitas I, 11. 563.

Comitia et *comitiatus* quid differant II, 12. 255. 647.

Comitiatus maximus III, 4. 398. 707.

Commissum sacrum II, 9. 218. sq.

Committere pro *peccatum committere* II, 8. 107.

Commoda Stoicorum I, 21. 588.

Communes intelligentiae, κοιναὶ ἔννοιαι I, 16. 575.

Commutare et *immutare* distinguuntur I, 13. 94.

Complecti i. q. breviter attingere I, 10. 73.

Composita verba Cic. saepe *simplicibus* praefert I, 4. 32. II, 10. 230.

Concilium et *consilium* quid differant? II, 12. 255. 647. cf. 738.

Condere leges non dixit Cicero II, 5. 182.

Conficere explicatur III, 12. 436. I, 10. 561.

Confirmata et *conformata* permutantur I, 6. 47.

Confiteri religiones II, 12. 250. 645.

Confusio religionum II, 10. 638.

Conjecturae virorum doctorum, codicibus firmatae I, 4. 35. I, 5. 44. I, 14. 102. I, 15. 105. I, 24. 152. II, 5. 186. II, 12. 256. II, 22. 322. II, 22. 332. II, 25. 356. III, 7. 410. III, 19. 469.

Conjunctivus post Acc. c. Inf. quando ponatur II, 17. 295.

Consciscere i. q. etiam sciscere, confirmare III, 3. 392.

Conscribere leges II, 6. 191.

Consequi pro *sequi* III, 19. 461.

Conservare modum, non *servare* II, 15. 275.

Consiliarius III, 19. 738.
Constare ex II, 17. 295.
Constituere tempus an dicatur pro *consumere tempus* ? I, 10. 73.
Consules antiquitus Praetores et Judices III, 3. 384. 703.
Consultatio, quid? I, 5. 543.
Contemnentes religionis II, 17. 293.
Continere, quid? II, 12. 253. sq. 647.
Contracta jura II, 22. 326. 675.
Contracta porca II, 22. 326. 335.
Contumeliae fanum II, 11. 239. sq.
Convellere, quid? I, 21. 131.
Convenire, quid? I, 20. 128. sq.
Cooptatio, quid? III, 12. 436.
Coruncanius II, 21. 316. sq.
Corneliae gentis ritus proprius II, 22. 328. sq.
Corpus operimento matris obductum i. e. terra obtectum II, 22. 327.
Corpus ingestum pro *humatum* II, 22. 332.
Corona virtute parta II, 24. 348. sq.
Coronae non adhibitae in luctu. II, 25. 360. 685.
Cotta, L. Aurelius III, 19. 468.
Crassi, L. et P. III, 19. 461.
Credere i. q. deponere II, 16. 282. ironico sensu II, 24. 349.
Cretio I, 3. 27.
Crimini duplex est poena divina II, 17. 294. Excurs. VIII, p. 499—501.
Cruciari dedecore II, 17. 289. cf. 661.
Cuicuimodi pro *cujuscunque demum modi* II, 5. p. 186. sq. 613.
Cum — tum et *tum — tum* quid differant I, 11. 79. sq. et II, 17. 292.
Cum, quando cum Indicativo ponatur? II, 3. 174.
Cum — tum, quando prius Conjunctivo jungatur? II, 14. 268.
Cum populo i. q. in comitiis totius populi III, 18. 456.
Cupio, me — putari I, 1. 10.
Curiana villa II, 1. 159. 603.
Curiatius tribunus plebis consules in vincula conjecit III, 9. 419. sq. 721.
Curriculi certamina II, 9. 219. sq. 655.
Cylonium scelus II, 11. 239. sq. 641.
Cyrus apud Xenophontem II, 22. 675.

D.

D (*d*) pro *el* in Codd. itemque pro *cl* I, 2. 22.
Dare se ad I, 4. 539.
De Remo et Romulo proverbium I, 3. 536.
Deberi non posse, quid? III, 11. 433.
Decem erant primo legum tabulae II, 25. 362.
Dedecore cruciari II, 17. 289.
Deducta an pro *deductio*? II, 20. 313.
Defigere in rebus sacris quid? II, 8. 214. 627. sq.
Deinde — deinceps an in una propositione jungi possint? III, 2. 375.
Delectans est an dicatur pro *delectat*? I, 11. 79. 562. sq.
Deligere et *eligere* confusa I, 23. 146.
Delphici Dei sententia I, 22. 141. 593. sq.
Delubra II, 8. 203.
Demetrius Phalereus II, 25. 361. III, 6. 406.
Demere nervos II, 15. 279.
Denicales feriae II, 22. 322. 675.
Dentes auro vincti II, 24. 350. sq.
Deos veteres dixerunt *patres* II, 10. 233.
Depasci, quid? I, 21. 589.
Descriptio i. q. *distributio* II, 12. 254. III, 2. 376. 697. i. q. *ordinatio* et *constitutio* I, 7. 551.
Detestatus significatione passiva II, 11. 241. 642.
Diagondas, Thebanus legislator II, 15. 273.
Dicaearchus III, 6. 406. 716.
Dicere absolute positum I, 4. 32.
Dicere et *ducere* confusa I, 13. 93. I, 23. 148. I, 17. 578.
Dicere et *edicere* confusa II, 10. 226. sq.

Dictator antiquitus *Populi magister* III, 3. 385. sq. Exc. XII. p. 509. sq. cf. I, 15. 573. sq. 705.
Dii domini rerum omnium II, 7. 193.
Dii novi et *advenae* distinguuntur II, 8. 203.
Dii Manes II, 9. 222.
Diogenes Stoicus III, 5. 403. 715.
Discedere, in suffragiis ferendis, quid? III, 4. 400. 713. sq.
Discessum Cicero suum *exilium* vocat II, 17. 285.
Dispartior et *dispertior* II, 19. 304.
Disputatio et *dubitatio* confusa I, 21. 137.
Disputatio, quid? I, 24. 596. sq.
Distribuo convenit voci *tribus* III, 3. 382.
Ditio quid? II, 7. 616.
Divi, qui? II, 9. 223.
Divinatio, quid? II, 13. 259.
Divinissima dona II, 18. 298. sq.
Docere populum III, 4. 712.
Docti homines pro *philosophi* I, 10. 74.
Doctissimi viri, qui? I, 6. 45. sq. 544.
Dominus funeris II, 24. 354. sq. 687.
Domi et militiae II, 12. 258.
Domos pro *domus*, acc. II, 16. 281.
Domum alicujus pro *in domum alicujus* an Cicero dixerit? II. 17. 287.
Donatio II, 20. 312. sq.
Duella pro *bella* III, 3. 388.
Duo pro *duos* III, 13. 440.
Duodecim, subaudita voce *tabulae* II, 23. 338. 341.
Duodecim tabulae I, 5. 41. sq. II, 23. 338. III, 8. 416. III, 19 464.
Duodecim tabulas Romae pueri discebant II, 23. 341. 343.

E.

E re publica esse an dicatur de hominibus II, 26. 365. cf. 690.
Ebur ex inani corpore extractum II, 18. 296. sq. 663.
Effari templa II, 8. 213. sq.
Effici i. e. concludi, consequi, sequi II, 13. 261.
Egeria I, 1. 531.
Elegantia, quid? III, 1. 372. cf. 694.
Eleusinia augusta II, 14. 268.
Emolumenta quid? I, 18. 580.
Endo caelo II, 8. 204. 621.
Enim in Codd. MSS. significatur litera *n.* I, 1. 2.
Enim post *est* I, 12. 87. 565. sq.
Ennii versus II, 22. 330.
Enodare an *enudare?* I, 9. 68. sq. cf. 594. 778.
Ephori Lacedaemone III, 7. 408. 717.
Epicuri κυρίαι δόξαι I, 7. 548. sq. Epicurei notantur I, 12. 568. I, 14. 571. sq.
Epimenides Cres II, 11. 239. sq.
Equi virtus καταχρηστικῶς dicitur I, 16. 575.
Ergo i. q. causâ III, 3. 389.
Erigere hominem quid? I, 9. 558.
Erubescere in aliqua re I, 14. 103.
Escunt pro *sunt* III, 3. 385. sq.
Esse salutis pro *esse saluti* II, 7. 196.
Esse suum II, 7. 198.
Esse cum Genitivo participii fut. pass. et nominis II, 23. 341.
Esquiliae II, 11. 240.
Et in affirmatione pro *sane* II, 3. 173.
Et — neque I, 4. 31.
Et pro *et omnino* II, 8. 214.
Et — etiam an Cicero dixerit? III, 2. 375. cf. 697.
Etrusci aruspices II, 9. 216. 629.
Evanescere Cicero scripsit, non *vanescere* II, 10. 230.
Eumolpidae II, 14. 267. sq. 652.
Euripi, quid? II, 1. 156. sq. 601. sq.
Ex censibus, quid? II, 27. 368.
Excellere, in malam partem I, 19. 125. sq.
Excitare columellas II, 27. 691.
Excogitare et *cogitare* confusa I, 23. 146.
Ἐξελαύνειν πόλεως aegrotis fatale II. 23. 338.
Expetere et *expendere* confusa I, 18. 119.

Ex practura I, 20. 585.
Exprimere i. q. extorquere I, 18. 118. sq. 580.
Exsequiarum justa II, 17. 289. sq.
Extera sacra II, 22. 321.
Exultant theatra II, 15. 277. sq.

F.

Fabius Pictor, historicus I, 2. 534.
Fabricius Luscinus per excellentiam *Fabricius* dictus II, 23. 359.
Fabulae apud Herodotum et Theopompum I, 1. 532. sq.
Fabulae i. q. δράματα I, 14. 571.
Facile pro *manifesto* I, 2. 23.
Faciundum ex Codd. restitutum I, 24. 152.
Familia funesta II, 22. 324. sq. *pura* II, 22. 335. sq. i. q. famuli III, 5. 382.
Familia pro philosophorum schola III, 6. 404.
Fannius historicus I, 2. 17. 18. et 534.
Fatum, Natura, Deus, Providentia Stoicis idem I, 6. p. 546.
Faxit II, 8. 202.
Febris ara II, 11. 241.
Februarius extremus anni mensis II, 21. 320. 672.
Feciales II, 9. 628. sq.
Feriae denicales II, 22. 322.
Feriae et *festa* II, 12. 246.
Feriae antique *fesiae* (ita leg. non *festae*) ib.
Ferro subjicere quid? II, 18. 664.
Fetiales II, 8. 215. sq.
Fetura non *foetura* II, 8. 207.
Fibrenus, fluvius II, 1. 154. 600.
Fide i. q. *fideliter* III, 4. 399. 713.
Fides, de nervis II, 15. 279.
Figulus, C. II, 25. 356. sq. 688.
Finis raro generis feminini apud Ciceronem II, 22. 324.
Finis funestae familiae, quid? II, 22. 324. sq.
Fit Lare verbecibus sacrificium II, 22. 324. sq.
Flagitare, quid sit I, 2. 13, 14.
Flamines II, 8. 209. 623.
Flaminius III, 9. 721.
Fletus in Sipylo III, 16. 450.
Flexiones modorum II, 15. 278.
Fluctus in simpulo excitare III, 16. 449. sq. 733.
Focus domiciliorum II, 18. 296. 624. II, 12. 646. II, 18. 663.
Foederum religiones non *foedera religionis* II, 7. 196.
Fonti ara II, 22. 328. cf. 676.
Formulae judiciorum I, 4. 542.
Fors Fortuna II, 11. 244. sq. 643.
Fortuna comes II, 11. 244. sq. 644.
Fortuna hujusce diei II, 11. 244. sq. 643.
Fortuna respiciens II, 11. 244. sq. 643.
Fortuna primigenia II, 11. 244. sq. 643.
Forum sepulcri, quid? II, 24. 353.
Fraus i. q. damnum III, 4. 396. 737.
Fruges ad sacra facienda II, 8. 622.
Fulvus color I, 1. 529.
Funesta familia II, 22. 324. sq.
Funerum genera II, 24. 686.
Furiarum ardentes taedae I, 14. p. 99. sq. 571.

G.

Gabinia lex III, 16. 447. 731.
Gellii historici I, 2. 19.
Genas radere II, 23. 343. 345. 683.
Genus eodem sensu, quo *gens* I, 8. 63. cf. p. 555. II, 1. 159.
Gleba in os injecta II, 22. 333. sq.
Gracchanus, M. Junius III, 20. 474. sq.
Gracchorum instituta III, 9. 421. cf. Excurs. XIII. p. 510—512. 722. sq.
Graeci mortuos tam cremabant quam humabant II, 25. 358.
Graecismi I, 15. 106. II, 7. 196.
Graecum sacrum, quid? II, 9. 631. sq.
Gratidius, M. III, 16. 449.

H.

Habére luctum, quid? II, 26. 364.
Habere recusationem justam II, 16. 284.

Habere nullo loco i. q. *habere pro nihilo* II, 5. 185.
Habessit II, 8. 202.
Habet quando dicatur pro *se habet* III, 12. 437.
Habitus quid? I, 17. 111.
Haud scio an recte i. e. recte, ut opinor I, 6. p. 545.
Helenus, vates II, 13. 263.
Heraclides Ponticus III, 5. 405. 716.
Hercle scribendum II, 4. 175.
Herculis sacra II, 11. 640.
Heredem testamenti solvere, quid? II, 20. 315.
Hermae II, 26. 364. 690.
Herodotus historiae pater I, 1. 532.
Heroi versus II, 27. 368.
Hoc populo, Ablativi absol. III, 16. 452.
Homo mundi civis p. 758. sq.
Hominis et dei eandem virtutem esse, Stoicum. p. 760. sq.
Hominem numerare aliquem II, 7. 195.
Homines privi III, 19. 466.
Honoris templum II, 11. 243. II, 23. 340.
Horatius Cocles II, 4. 179.
Hostia maxima non i. q. *victima maxima* II, 21. 320. sq.
Hostiae majores II, 12. 249. 645.
Hostiae lactentes II, 12. 249.
Hostiarum feminarum sacrificia diis gratiora II, 23. 337.
Humanitas an ab *humando* dicta? II, 25. 357.
Humati: sepulti II, 22. 332. sq. 678.
Hypallage rarissime admittenda II, 8. 206.
Hysterologiam an Cicero commiserit? I, 22. 142. sq.

I.

Iacchus II, 14. 267. 652.
Iam transitioni inservit II, 7. 193.
Id quod pro *quod* I, 19. 126.
Idaeae matris famuli II. 9. 220. 632. sq.
Idoneus quid significaverit variis temporibus I, 18. 118.
Igniculi I, 12. 564. 767.
Illa pro *haec* I, 3. 23. sq.
Ille ipse et *ipse ille* dicit Cicero promiscue III, 5. 403.
Ille quidem — sed I, 2. 19.
Ille pleonastice ante *quidem* I, 21. 131. sq.
Illi libri pro libris de Re publica III, 5. 401. 403. III, 14. 443. III, 17. 452.
Illuvies Ciceroni non familiare vocabulum II, 10. 229.
Im pro *eum* II, 24. 351. sq. 686.
Immutare et *commutare* distinguuntur I, 13. 94.
Immutatio et *mutatio* differunt II, 15. 276. sq.
Imperfectum quando recte post Praesens ponatur III, 17. 453.
Imperia i. q. imperator III, 3. 389. 707. 698.
Imperia et *potestates* I, 7. 551.
Imprudentia i. q. homines per imprudentiam peccantes II, 15. 273. sq.
Impudentia et *imprudentia* confusa I, 2. 22. II, 14. 270. sq.
Impudentiae fanum II, 11. 239. sq.
Imperfectum post Praesens positum I, 22. 142.
In patribus i. q. in senatu et curia III, 18. 456.
In post *et* repetitum III, 6. 406. sq.
In pro *de* exquisite I, 19. 126.
In omissum ante Relativum III, 15. 445.
In cum Ablativo, ubi Accusativum exspectes II, 14. 268. sq. vice versa III, 17. 452.
Inanis i. q. *inanimus* II, 18. 297.
Incestum II, 9. 221. 634. 637.
Inchoare, quid? I, 16. 575. 594. 778. sq.
Incolumitas quid? II, 5. 612.
Incommoda — res incommodae I, 21. 134.
Inconstantia I, 17. 576.
Incunabula, quid? II. 2. 161. 604.
Indicativus post Acc. c. Inf. quando stare possit? II, 17. 295,
Infamis et *immanis* confusa I, 19. 125.
Infecta II, 8. 214. sq.
Inflare, cavillandi sensu I, 2. 18. et 534.

Ingenia juvenum etc. locus controversus I, 17. 111 — 115. 576. sq.
Ingenium pro *rei natura* I, 8. 66.
Ingenii summa ratio, quid II, 7. 194.
Ingerere corpus II, 22. 331. sq.
Injungere vix Ciceronianum II, 19. 307.
Inlabi in animos dixit Cicero II, 15. 278.
Initia i. q. mysteria II, 14. 269. 631. 653.
Injusta jussa an *injusta jura?* II, 5. 183.
Innocentes magistratus, qui? III, 8. 411.
In os injecta gleba II, 22. 333. sqq.
Inquiro et *anquiro* confusa I, 1. 8. et 531.
In urbe sepelire II, 23. 680.
Inrogare sine accusativo III, 3. 379. sq.
Inscitia, quid? I, 2. 20.
Insignis ad deformitatem puer III, 8. 416.
Insistere i. q. non ambulare I, 5. 543.
Integere Cicero non dixit II, 22. 332.
Intelligentiae communes p. 762.
Intelligentiae obscurae et necessariae I, 9. 69. 557.
Intelligentiae adumbratae I, 22. 143.
Intercalandi ratio II, 12. 248. 644.
Intercessor, qui? III, 18. 460.
Interpretatus, significatione passiva II, 12. 251.
Interpretes veteres legum XII. tabb. II, 23. 344. sq.
Invenire leges II, 5. 182.
Invidiosa res II, 18. 663.
Ipse, hujus pronominis constructio I, 22. 142.
Ire pro *perire* v. *obire* III, 3. 387.
Ironia II, 18. 301.
Irrita II, 8. 214.
Iste ipse dixit Cicero, non *ipse iste* III, 5. 403.
Istud — istuc I, 1. 3. I, 20. 128. 129. I, 21. 132.
Ita pro *valde*, vel elliptice pro *ita, ut me* II, 1. 158. 602.
Ita pro *valde* nonnisi ante Adjectiva aut Adverbia ponitur III, 11. 433.
Ità valde conjunctim ponitur ante Verba III, 11. 433.
Iter sermonis I, 13. 92.
Iucundius, an *jejunius*, an *juncidius?* I, 2. 15. 16. an *injucundius* v. *nudius, incomtius?* I, 2. 17. cf. 753.
Iudicia senatus conservatae patriae consequi II, 17. 287. sq. *perrupta* II, 17. 293.
Iudico i. q. condemno III, 3. 699.
Iudicium i. q. jus accusandi III, 3. 390.
Iunius, M. III, 20. 743.
Iuno Samia II, 16. 282.
Iupiter Stator. Excurs. VI. p. 495 — 497.
Iura in porca contracta II, 22. 326.
Iurgia amovere feriis II, 8. 205. 621.
Jurisconsultorum artificia in sacris privatis. Excurs. X. p. 505. sq.
Iuris est Cicero non dixit II, 23. 337. sq.
Iuris *sacri* cum *civili* conjunctio II, 10. 228.
Iuris origo secundum Stoicos p. 764.
Jus civitatis et *jus civile* quid differant? I, 4. 34. 35.
Jus manium II, 18. 664.
Jus civitatis pro *civitas* I, 4. 34.
Jus ratumque III, 3. 380.
Jusa vetustiores Romani dicebant, non *jura* I, 5. 544.
Iussit antique pro *jusserit* II, 9. 217.
Iussa populorum I, 16. 575.
Iusta exsequiarum II, 17. 289.
Iusta bella III, 3. 707.
Iusta facta II, 22. 331.

K.

κακοφωνία II, 2. 160. II, 6. 191.
κοιναὶ ἔννοιαι p. 762.

L.

Labellum, quid? II, 26. 366.
Labi i. q. *aberrare* I, 19. 127. de moribus dicitur II, 15. 276.

Lacedaemoniorum de *musica* decretum II, 15. 279.
Lacunar, quid? II, 1. 156.
Laenas, P. Popilius, III, 11. 432.
Lamina Honoris an scripserit Cicero? II, 23. 340. 681.
Languefacere II, 15. 275.
Laqueata tecta II, 1. 155 sq. 601.
Lare verbecibus fit sacrificium II, 22. 324. sq. 674. *Lare* Dativus ib.
Larum et *Larium* dicitur II, 8. 204. II, 11. 237. Larum religio II, 11. 639.
Lares familiares vexare II, 17. 285. sq. 620. 660.
Latine an *Latinae* loquentur literae —? I. 1. 3. et p. 527.
Latius et *lautius* confusa II, 1. 159. 603.
Latius patere, quid? II, 19. 306.
Lator legis, qui? III, 15. 731.
Laudabile bonum quid? I, 17. 115. 577.
Laudes honoratorum virorum in funere II, 24. 354. sq. II, 25. 360. sq.
Laus i. q. *virtus* I, 24. 149. II, 8. 205.
Lecti strati II, 24. 685. sq.
Legatio libera I, 3. 26. et 537. sq. 718.
Legationes i. q. legati III, 3. 389.
Legem laudare, quid? III, 1. 372. sq.
Legem ICti ex primis ejus verbis notabant antiquitus II, 3. 171.
Legum custodia III, 20. 470.
Lessus, quid? II, 23. 343. 344. 345. 683.
Leto dati i. q. *mortui*. II, 9. 223. 635.
Letatus et *legatus* permutantur III, 8. 415. sqq. 719.
Levis, quid? III, 8. 413.
Lex quid sit? I, 6. 46. sq. 49. et 545. 609. 611. sqq. 729. 750. 756. sq. unde dicta, ib. p. 47. sq. 546. sq. scitum et jussum in omnes III, 19. 465.
Lex de capite civium lata I, 15. 105.
Lex perpetua II, 15. 273.
Lex magistratus mutus III, 1. 373.
Liberti etiam in servorum numero III, 3. 389.
Libertini qui? III, 13. 728.
Librariolus an *librariola*? I, 2. 21. et 535.
Librarii III, 20. 743.
Licentiae templum Cicero invidiose dicit pro *Libertatis templum* II, 17. 285. sq. 660.
Licet cum duobus Dativis III, 9. 423.
Lictores in funere II. 24. 687.
Liris flumen II, 1. 154. *Lirem* accus. forma II, 3. 170.
Literae quid differant a *studiis* I, 2. 14.
Litium et *litum* II, 12. 246.
Liviae leges II, 6. 188. sq. 614. II, 12. 257. sq. 648.
Liviani modi II, 15. 278. 657.
Loco dicere III, 18. 457. 711.
Locri II. 6. 192. sq. Clientes Ciceronis ib. p. 193.
Locus pro capite v. argumento II. 18. 301. sq.
Longi versus II. 27. 368. 691.
Lucorum religiones II, 8. 204. 620.
Lucus — *lectus* I, 1. 1. et p. 526.
Ludi publici II, 15. 274. Excurs. VII. p. 497 — 499. 632. 655.

M.

Macer historicus I. 1. 19. 20. 21.
Magi Persarum II, 10. 638.
Magister equitum III, 3. 385. sqq.
Magistratus lex loquens III, 1. 373. 695. i. q. *munus* III, 7. 408.
Magistratus majores et minores in militia, qui? III, 3. 380. 700.
Magistratuum creatio III, 3. 709.
Magnus pro Pompejo dicitur II, 3. 168.
Mala Fortuna II, 11. 241.
Malitia, quid? I, 18. 580.
Mamilia lex, non *Manilia* I, 21. 135 589. 776.
Manere pro *exstare* I, 1. 1. 3.
Manium jus II, 18. 664.
Μαντικὴ et *μαντεία* differunt II, 13. 259. sq.
Manu consecrare an commode dicatur? II, 11. 238. 640.
Marcellus, augur II, 13. 258. 649.
Mare pro *mari* casu Ablativo II, 23. 337.
Mariana quercus p. 752.

Marii reliquiae dissipatae II, 22. 329. 676.
Marius, poema Ciceronis I, 1. 1. 2. et p. 526.
Marius Gratidianus III, 16. 450. 733.
Maturitas serendi generis humani I, 8. 553. sq. 759. sq.
Mehercule an *me Hercules?* III, 14. 444.
Melampus, vates. II, 13. 262. sq. 650.
Memoria i. q. *historia* I, 3. 24.
Mentiri de mortuis nefas habebatur II, 25. 360. sq.
Metellus, Q. Caecilius, III, 11. 432.
Μητρωακαὶ ἡμέραι II, 16. 281.
Migrare pro *violare*, III, 4. 399.
Militiae i. e. *in bello* III, 3. 380.
Minerva custos urbis II, 17. 287. 661.
Minus capere, quid? II, 20. 314.
Mna non dixerunt Latini pro *mina* II, 27. 368.
Moderatio vocis I, 9. 559.
Modestia, quid? I, 19. 581.
Modi Liviani et Naeviani II, 15. 278. 657.
Modicus i. q. modestus III, 3. 394. *modica vita* I, 21. 590. sq.
Moenia pro *munia* III, 4. 392.
Mopsus, vates II, 13. 263. 650.
Morte testamentove, quid? II, 19. 308.
Moveri ingenio, quid? II, 19. 302. sq.
Multa an *mulcta?* III, 20. 471.
Multifariam I, 14. 570.
Multiplex plerumque sensu malo I, 7. 56. 549.
Multus i. q. nimius I, 2. 20. 21.
Mundus communis omnium civitas I, 7, 551. cf. p. 758.
Municeps. quid? II, 2. 163. 602. 605.
Munus vel *officium* vel *donum* I, 2. 23.
Musicae vis II, 15. 275.
Musicis legibus mutatis mutantur leges publicae II, 15. 276. sq.

N.

Naeviani modi II, 15. 278. 657.
Nasci pro *oriri* III, 7. 410. III. 19. 465.
Natura feminarum patitur castitatem II, 12. 251 — 253.
Natura rerum II, 4. 611. i. q. Deus II, 5. 613. Natura quid? p. 754.
Natura agri pro *agro* II, 27. 367.
Naturae principia I, 17. 577.
Ne pro *ne quidem* II, 8. 203.
Nec obediens pro *non obediens* III, 2. 379 *nec* pro *non* III, 4. 395.
Nectus an sit i. q. prohibitus? III, 10. 426.
Neniae II, 24. 355. 687.
Nescio an nunquam I, 21. 138. sq.
Nescio quo pacto II, 2. 161.
Neve — sive pro *non modo non — sed ne — quidem* II, 8 203.
Nicephorus Chummus emendatus I, 1. 2.
Nili, quid? II, 1. 156. sq. 601. sq.
Nisi forte, ironice dictum. I. 1. 3.
Nisi si Ciceroni frequens II. 26. 364.
Nitor, de stilo I, 2. 19.
Nocturna mulierum sacrificia II, 9. 218.
Nocturna mysteria displicent Tullio II, 14. 270.
Nomen Substantivum in eadem enunciatione repetitum III. 18. 459.
Nominum in — *io* significatio II, 11. 247.
Νομοφύλακες III, 20. 471. 742.
Non modo — sed ne — quidem pro *non modo non* II, 6. 187. III, 5. 402. *Non modo — sed nulla* pro *non modo non — sed* III, 9. 422.
Non — sed etiam an dicatur? III, 7. 409.
Non solum — sed III, 7. 410. III, 11. 430.
Noxia et *noxa* an et quid differant? III. 4. 399.
Noxius, *nocuus*, *nocivus* an sint Ciceronis? III. 3. 378. sq.
Nulli et *nonnulli* confunduntur III, 10. 428.
Nullus pro *nemo* I, 19. 582. sq.
Numa rex II, 22. 328.
Numen explicatur I, 7. 53.
Numquid — an sibi invicem respondent II, 2. 162.

Nuncia sulva Jovis I, 1. 529.
Nusquam non *nuspiam* I, 15. 105.

O.

Oboedire antiqua scriptio III, 1. 374.
Obstita, quid? II, 9. 217. sq. 631.
Obtemperatio legibus, Graecismus I, 15. 105. sq. 574.
Obtinere, quid? III, 15. 445.
Occepi non dixit Cicero II, 27. 370.
Occupata opera (abl.) I, 3. 24. 26.
Oculi nimis arguti I, 9. 70. 558.
Oculos torquere II, 15. 278.
Oenus pro *unus* III, 3. 385. sq. 705.
Oesus i. q. *usus* III, 4. 392. sq.
Offensio judicii quid? II, 17. 290.
Officinae sapientiae quid? I, 13. 90. 567. 770.
Olea in arce Athenarum I, 1. 4. et 527. sq.
Olli pro *illi* III, 3. 387.
Ollus Quiris leto datus, formula indicendi funeris II, 9, 223.
Omitto, quod v. *quemadmodum* III, 8. 411. sq.
Operimentum II, 22. 327.
Opîs acc. pl. non *opeis*. II, 8. 202.
Optemperare antiqua scriptio III, 2. 377.
Optimatium an optimatum? III, 7. 410.
Opus tectorium II, 26. 363. sq. 690.
Oratio et *ratio* nunnunquam inter se permutantur I, 18. 116.
Oratio i. q. expositio II, 1. 157.
Oratio perpetua I, 24. 597.
Oratores et *Advocati*, quid inter eos intersit I, 3. 27.
Oratores i. q. Legati. II, 9. 629.
Ordo princeps III, 12. 437.
Origines Catonis I, 2. 534.
Orithyia I, 1. 6, 8. et 530. sq.
Os resectum terra obtegitur II, 22. 325. sq.
Ossa legere homini mortuo II, 24. 346. sq. Excurs. XI. p. 506.
Oxymora apud Ciceronem II, 5. 183.

P.

Pace tua, quando dicatur? III, 12. 438.
Palaestra, de stilo I, 2. 19.
Palaestrae in villis II, 3. 607.
Palladis cum *Neptuno* certamen de Athenarum principatu I, 1. 4.
Palma in insula Delo I, 1. 4. et 528.
Panaetius Stoicus III, 6. 404.
Papiria lex III, 16. 447.
Par potestas, quid? III, 3. 379.
Parentare, quid? II, 21. 320. sq.
Parentes pro *propinquis* est cadentis Latinitatis II, 25. 359. sq.
Parietum jus I, 5. 38.
Parricida II, 9. 221.
Partes Reip. Rom. p. 752.
Participari ap. Cic. ἅπαξ λεγόμενον I, 12. 82. 564.
Partim cum Praepositione. II, 17. 288.
Partitio, quid? II, 20. 312.
Passiva et activa infinita juncta I, 21. 136.
Pati an dici possit pro *contaminari* II, 12. 252.
Paci piaculum, quid? II, 23. 237.
Patres non solum patricii sed senatus III, 3. 389.
Patrum delubra, quid? II, 10. 233.
Pavimenta, quid? II, 1. 155. 601.
Peccante senatu, quid? III, 18. 458. sq. 736.
Pegi pro *pepigi* I, 21. 136. 590. 777.
Per aes et libram II, 20. 315. 670.
Percellere quid? III, 10. 723.
Perducere et *producere* permutantur III, 6. 407.
Perduellio, quid? III, 16. 731. sq.
Peregrinae religiones II, 15. 274.
Perfectio i. q. absolutio II, 12. 248.
Pergere cum Accusandi casu II, 27. 369.
Periculum pro *opere* ponitur I, 1. 11, 12.
Perinde et *proinde* confusa II, 19. 310. sq.
Perjuri II, 9, 634.
Permovet, permonet, permanet, praemonet confusa III, 19. 462.

Perparvus et *parvus* confusa I, 20. 130.
Perrupta judicia II, 17. 293.
Persae inflammarunt Graeciae templa II, 10. 233. sq.
Persarum Magi II, 10. 638.
Perspicere et *percipere* confusa I, 19. 125.
Pervigilationes nocturnae II, 15. 273. 654.
Pestis de homine pestifero III, 11. 430.
Phaedrus Epicureus I, 20. 585.
Philosophi veteres, qui? I, 13, 566. 748. novi? 749. cf. 768.
Φρατρία, φράτορες II, 2. 164. sq. Excurs. III, p. 486 — 488.
Piare i. q. expiare II, 9. 631.
Pietas et *probitas* confusa II. 10. 231.
Pietas et *religio* differunt II, 11. 235.
Pietatem adhibere II, 8. 619.
Pietatis aedes II, 8. 621.
Pittacus II, 26. 365.
Placare donis II, 9. 634.
Plato an primus de re publica scripserit? II, 6. 190. laudatur II, 27 366. III, 1. 372. III, 6. 405. I. 5. 542.
Platonis de musica sententia II, 15. 656. sq.
Plebiscita I. 22. 592.
Plebes pro *plebs* III, 3. 389.
Plecti in suo vitio III, 20. 470. sq.
Pluria pro *plura* III, 3. 380.
Poena violatae religionis II, 16. 284.
Poenire pro *punire* III, 4. 392.
Polles, vates II, 13, 262. 649 sq.
Polyidus, vates II, 13. 262.
Pomoerium quid? II, 8. 213.
Pompejus restituit potestatem tribunorum plebis III, 9. 423.
Ponere de nominibus pro *imponere* II, 22. 333.
Pontes apud suffragia III, 17. 454. 735.
Popularis sensu malo III, 17. 452.
Populi salus suprema lex consulibus III, 3. 704.
Popilius Laenas III, 16. 449. 732.
Porca contracta II, 22. 335. 679.
Porcus femina II, 23, 337.
Portenta II, 9. 629.
Postera i. q. *res futurae* II, 8. 211.
Postulatum I, 7. 52.
Potestates i. q. magistratus civiles III, 3. 389.
Potestates et *imperia* I, 7. 551. 759.
Praecidanea, quid? II, 22. 326.
Praeceptiones insitae p. 762.
Praefecturae. Exc. II, p. 485.
Pravitates I, 11. 562. corporis I, 19. 583.
Praejudicare III, 20. 472
Praepositio in relativa enuntiatione omissa III, 15. 730.
Praestare populum I, 4. 35, 36. conf. III, 16. 452. et 541.
Praetorum edicta I, 5. 41.
Praetor juris civilis custos III, 3. 383. Exc. XII. p.510. 703.
Prendere pro prehendere I, 23. 146.
Principes qui? III, 11. 430. cf. 751.
Principia rerum omnium I, 22. 143. sq.
Principia vitae dicuntur mysteria Eleusinia. II, 14. 269.
Priscum et *vetustum* quid differant? III, 9. 419.
Privati, qui magistratu abierunt III, 4. 399.
Privilegia irrogare, quid? III, 4. 398. 740.
Probrum de homine, qui probrose se gerit III, 3. 383. 702.
Proconsul et *pro consule* differunt. I, 20. 585.
Proculus, Julius I, 1. 6. 7. 8.
Procuratio, quid? II, 14. 266. sq. 631.
Prodere (pro *tradere*) posteris III, 2. 375.
Prodigia II, 9. 629.
Proinde et *perinde* confusa II, 19. 310. sq.
Proles III, 3. 382.
Πρόληψις Stoicum verbum. p. 762.
Pronomen relativum, quod ad genus ad sequens neque ad antecedens vocabulum relatum I, 7. 55. sq. p. 58. in loco Cic. de Rep.
Prooemia legum Zaleuci et Charondae II, 7. 675. sq.

Prooemium an habeant libri de Legg. I, 1. 1. 2. Turn. p. 525.
Prooemium legis II, 7. 196. sq. Excurs. V. p. 491 — 495.
Proprior inusitatum I, 8. 66.
Prorsus ita est, formula adsentiendi III, 11. 434.
Proverbium: *de Remo et Romulo narrare* I. 3. 24. sq.
Πρόςωπον, vultus? p. 763.
Providere i. q. *curare*, de rebus sacris. II, 8. 212. sq.
Prudens, qui? I, 21. 587.
Publicae sepulturae, quid? II, 26. 364.
Publicola an *Poplicola*? II, 23, 339.
Publicus sacerdos i. q. Pontifex maxima II, 15. 274.
Pudici erubescunt loqui de pudicitia I, 19. 122. 582.
Purpurae vincla II, 23. 682.
Pythagorae de religione sententia II, 11. 638. sq.
Pythius Apollo II, 16. 658.

Q.

Quaestores. Exc. XII. p. 508. sq.
Quamquam cum Conjunctivo III, 8. 412. sq.
Que particula collectiva I, 1. 5. octies repetita I, 23. 144.
Qui — *hi* in eadem propositione III, 2. 378.
Qui — *cunque*, Tmesi separatum II, 18. 301.
Quidam cum Adjectivis copulatum quam vim habeat I, 7, 549.
Quid est enim et *quid enim est* quomodo differant? I, 12. 87.
Quid enim? quando ponatur. II, 10. 231.
Quid non in interrogatione i. q. nihil non III, 9. 418.
Quintilianus explicatur III, 9. 418.
Quirini nomen explicatur I, 1. 7. cf. p. 530.
Quispiam et *quisquam* permutantur III, 8. 411.
Quod pleonastice positum II, 12. 248.
Quod pro *quantum* II, 3. 169.
Quom pro *quum* I, 23. 595.
Quorsus et *quorsum*, hoc vulgare I, 7. 55.

R.

Rapere et *clepere* II, 9. 220.
Ratio et *oratio* permutantur I, 18. 116.
Ratio i. q. *computatio* II, 8. 208.
Ratione cogere, quid? II, 4. 175. sq.
Rationis societas I, 7, 550.
Ratio recta quid? I, 7, 550. 758.
Ratio perfecta I, 16. 576.
Recusationem habere justam II, 16. 284.
Reddere corpus terrae II, 22. 327.
Reddere vota an id quod *facere vota?* II, 9. 221.
Reddere i. q. exponere III, 5. 403.
Regium imperium antiquissimum III, 2, 374. 696. sq.
Religio et *pietas* differunt II, 11. 235.
Repedare antique pro *redire* III, 3. 389. III. 8. 411.
Reprimere se II, 17. 293. sq.
Replicare memoriam unde dicatur? III, 14. 441. 729.
Res pro *artes* I, 22. 141.
Residentur mortuis feriae denicales II, 22. 322. sq. 673.
Respersio sumtuosa I, 24, 348. 684.
Revocare ad leges III, 20. 472.
Rex, vis vocis III, 7. 408.
Ricinium, quid? II, 23, 342. sq. 682.
Ritus familiae II, 11. 639.
Ritus patrii II, 16. 279. sq.
Rogare pro *creare* III, 4. 394. 710.
Rogare legem II, 6. 189. II, 10. 636.
Rogum ascia polire II, 23. 341. sq. 681.
Roma cum mari Aegeo comparata III, 16. 450.
Romuli augurium in condenda urbe II, 13. 651.
Roscius comoedus I, 4. 538.
Rostrum, quid? II, 3. 169.
Rumusculi III, 16. 731.
Runae III, 9. 420. sq. 721.

S.

S pro *r* antique scriptum I, 2. 16.
Sacerdotes II, 18. 212. 623.
Sabazius II, 15. 273. sq. 654.
Sacra cum pecunia juncta II, 21. 316.
Sacris adstringi II, 19. 309, 311.
Sacra privata II, 9. 222. et p. 501 — 504.
Sacratae leges II, 7. 199. sq. 618.
Sacro commendata II, 9. 220. 632. sq.
Salutis aedes II, 11. 243. 642. sq.
Salutis esse II, 7. 617.
Saecla scribendum I, 6, 547.
Sancire legem, quid? II, 4. 178.
Sancti i. q. sacrosancti III 3. 708.
Saepimentum, περίβολος I, 24. 596.
Sapientium scribendum, non *sapientum* I, 24. 149.
Sapientissimus Graeciae vir II, 15. 276.
Saturninus, tribunus plebis II, 9. 421.
Scabies i. q. titillatio I, 17. 116.
Scaevola, augur I, 1. 3. et 527.
Scaevolae, pontifices II, 19. 304. cf. 539. sq. 665. sq.
Sceleris poena tristis II, 17. 291.
Σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον II, 6. 189, III, 8. 414.
Scindere an habeat vim moeroris II, 15. 279.
Scipio, P., consul III, 9. 419.
Scipio Africanus minor III, 17. 452.
Sciscere legem II, 10. 225.
Scita et *sita* permutantur I, 15. 103. sq.
Se ad Acc. cum Infinit. omissum III, 19. 463.
Se pro *sine* II, 24. 351. 686.
Sed antique pro *se* III, 3, 389.
Sed post parenthesin sermoni interrupto absolvendo additur II, 1. 157. sq.
Semel et *simul* confusa III, 4. 397.
Senator legatus sine procuratione III, 8. 412. sq.
Senatusconsultum de Bacchanalibus II, 15. 272. 654.
Sepulcrorum religio II, 22. 321. 675.
Sepelire in urbe non licet II, 23. 338.
Sepulti: humati II, 22, 332. sq. 678.
Sepulturae genus antiquissimum II, 22. 327.
Serere, de ingenii monumentis I, 1. 2. 3.
Serere mores I, 6. 51. 547.
Servare, quid? II, 19. 309.
Servilis unctura, quid? II, 24. 348. Exc. XI. p. 506. sq.
Servius Sulpicius Rufus I, 5. 43.
Severitas et *veritas* confusa I, 1. 9. 10.
Si in jus vocat. II, 4. 176. sq. Excurs. IV. p. 489. sq. 610.
Si modo ironice affirmat I, 6. 46.
Si nemo sit heres, quid? II, 19. 308.
Sin nonnisi in oppositione ponitur I, 18. 117. pro *si non* III, 17. 454.
Sine fraude, quid? II, 24. 349.
Si qui saepe mutatum in *si quis* II, 19. 310.
Similitudo hominum cum deo ex Stoicorum sententia I, 8. 556.
Sinistrae aves III, 3. 705.
Sisenna historicus I, 2. 22. et 535.
Situs i. q. *conditus* II, 22. 331. 677. sq.
Si verum dicimus, quid? II, 1. 158.
Societas caritatis an *carnis?* I, 23. 144. sq. 595. 779.
Soleis pro *Solenses* II, 16. 282.
Sol atque pulvis III, 6. 406.
Soli, urbs II, 16. 282. 658. sq.
Solium I, 3. 27. et 538.
Sollerter, non *solerter* I, 8. 67.
Solonis gnome III, 2. 377.
Sono supplentur vocabula omissa II, 17. 293.
Sos pro *suos* II, 9. 223. 635.
Spatia, quid, I, 4. 32. et 540. 542. sq. 755. sq.
Specimen i. q. *exemplum* III. 3. 391.
Spernere et *aspernari* quid differant? I, 11. 81.
Spes consecrata a Calatino II, 11. 243. sq. 642. sq.
Spes et *species* permutantur III, 9. 423.
Stare de statuis proprie dicitur II, 11. p. 240.
Stata II, 11. 242. Excurs. VI, p. 495 — 497. 642.

Stipem cogere II, 9. 220. coll. II, 16. 281.
Stipendiarii, qui? III, 18. 459.
Stipulatio, quid? I, 4. 542.
Stirps et *gens* distinguuntur I, 8. 555.
Stlitis pro *lites* III, 3. 381.
Stoica Academici usurpant. p. 757.
Stoici veteres III, 6. 404.
Stoicorum argumenta, quibus *deum esse* probant. II, 4. 616.
Strages edere III, 9. 423.
Studia quid differant a *literis* I, 2. 14.
Stulti apud Stoicos, qui? I, 16. 575.
Suadere legem II, 10. 225. 636.
Subjicere terram pro *subigere* II, 18. 300.
Suboles III, 3. 382.
Subsicivus, *subcisivus* I, 3. 25. et 536. sq. 754. sq.
Substantivum in propositione demonstrativa omissum, in relativa positum III, 5. 400. [cf. Ruddimanni Institutiones Gramm. Lat. II, p. 18. ed. Stallbaum.] et p. 402.
Substantivum repetitum post pronomen relativum I, 1. 5, 6.
Substantivum repetitum post aliquot vocabula, perspicuitatis causa II, 4. 174. sq. [conf. Drakenborch. ad Livium I. 3. 9. p. 52 — 56. Ed. Soc. Würt.] III, 20. 472.
Suffimenta p. 770. sq.
Suffragari, quid? I, 1. 527.
Sulla II, 22. 329. *felix* dictus II, 22. 330. *igni voluit cremari* ib.
Sulpicius, trib. pl. III, 9. 421.
Sumtus extenuare II, 23, 342.
Summus Juppiter II, 4. 179.
Sunii II, 2. 164. sq. Excurs. III, p. 486 — 488. 606.
Suo se et *se suo*, quando alterutrum ponatur? III, 10. 425.
Super pro *supra* v. *insuper* II, 21. 317. sq.
Suus opponitur *rebus publicis* II, 10. 232.
Symphratores II, 2. 164.
Syngrapha, quid? III, 8. 412. 718.

T.

Tabellariae leges III, 15. 446. sq. 730.
Talio, quid? Fragmm. V. p. 479.
Tectorium opus II, 26. 363. sq.
Temperamentum quid? III, 10. 723.
Temperare, in auguriis quid? II, 8. 213.
Temperatio rei publicae III, 5. 401. 714.
Templa effata quid? II, 8. 213. sq. 627.
Templa liberata quid? II, 8. 213. 627.
Temporum subsidia, quid? II, 18. 299.
Tempus rei publicae, quid? II, 13. 264. sq. cf. III. 19. 738.
Teneri alicujus rei an sit Ciceronis? III. 13. 441.
Terra sacra deorum omnium II, 18. 296.
Thale pro *Thalete* dici nequit II, 11. 235.
Thaletis de religione sententia II, 11. 639.
Θανάτῳ διδόναι II, 9. 223.
Theophrastus II, 6. 191. sq. III, 6. 405. 715.
Theopompus historicus I, 1. 532. sq.
Theopompus Lacedaemoniorum rex III, 7. 409.
Theseus II, 2. 164. sq. Excurs. III, p. 486 — 488. 605. sq.
Thyamis Epiri fluvius II, 3. 171.
Tibicines in funeribus II, 23. 342. 344. 682.
Timaeus II, 6. 192. 615.
Timere quando cum Acc. c. Inf. poni possit? II, 22. 331.
Timothei fides II, 15. 278. sq. 658.
Titanum genus III, 2. 378. 698.
Titiae leges II, 6. 187. sq. II, 12. 257. 614.
Tituli sepulcrorum jus abesse jubent a monumentis II, 24. 354.
Tollere diem, quid? III, 18. 458.
Torquatus, A. II. 22. 321. sq.
Toto pectore, proverbium I, 18. 120.
Tralatus an *translatus*? III, 19. 464. sq.
Tria verba *ἀσυνδέτως* conjuncta in oratione commotiore III, 9. 418.

Tribuni plebis III, 3. 389. sq. de eorum potestate III, 8. 414. eorum potestas sublata, mox restituta III. 9. 417. *seditiosi* III, 19. 739. 465. *perniciosi.* Excurs. XIII. p. 510 — 512.
Triginta Atheniensium Tyranni I, 15. 573.
Triumviri capitales III, 3. 381.
Triumviri monetales III. 3. 381.
Tubertus consul II, 23, 339.
Tullii, unde orti? II, 1. 159.
Τύμβος i. q, bustum II, 26. 362. sq.
Turbassitur, quid? III, 4. 395. sq. 711.

V.

Vacuum tempus et *liberum* quid differant? I, 3. 536.
Vanescere non est Ciceronis II, 10. 230.
Vaticinandi genera varia II, 12. 647.
Venire pro *adlegi* II, 3. 170.
Venonius historicus I, 2. 534.
Ventitare, *φοιτᾶν* I, 4. 31. et 540.
Verbex antique scriptum pro *vervex* II, 22. 324. sq.
Verbo tenus III, 6. 404. 715.
Verbum ad praedicatum, non ad subjectum relatum I, 7. 58. sq.
Verbum substantivum quando omittatur III, 7. 408.
Verecundia, unde? I, 19. 121.
Vere dicam pro *dicam quod verum est.* II, 2. 160. sq.
Veritas et *severitas* confusa I. 1. 9 10.
Vero, ab initio positum I, 24. 151. II. 18. 301.
Versari in re difficili III, 15. 444.
Versiculus pro *linea* II, 6. 189.
Versus longi II, 27. 368. 691.
Verum pro *certo et stabili* II, 4. 179. pro *recto et justo* ib.
Vesta II, 12. 250. sq. 645. sq.
Vestales II. 8. 624. 646.
Vicepota II, 11. 242. Exc. VI. p. 495 — 497.
Vicis II, 19. 307. sq.
Victima maxima et *hostia maxima* differunt II, 21. 320. sq.
Vincla purpurae, quid? II, 23, 342. sq. 682.
Vincla prisce pro *vincula* III, 3. 381.
Vindex deus II, 8. 619.
Vineta II, 8. 212.
Violare monumenta vetuit Solon II, 26. 362. sq.
Vir bonus, *vir optimus* ironice posita I, 7. 55. 548. *Viri boni* I, 18. 579.
Virgeta II, 8. 212.
Virgines Vestales II, 8. 209.
Virtus quid Stoicis I, 8. 555. sq. 757.
Vitio vacare III, 3. 391.
Vita interdum res externas significat. p. 777.
Vituperium vox nihili III, 10. 424.
Ulixes sapientissimus vir dictus II, 1. 160. 604.
Umbracula eruditorum III, 6. 406. 716.
— *umus* pro — *imus* insuperlativis usque ad Ciceronem I, 2. 16.
Unctura II, 24. 684.
Unquam quisquam an dicatur? III, 13. 439.
Unum — maxime I, 2. 15.
Unum lignum II, 18. 298.
Vocis contentio I. 4. 539.
Vota reddere II, 9. 221.
Vox pro *dicendi genus* II, 7. 199.
Urere mortuum in urbe non licet. II, 23. 338. II, 24. 352.
Usucapio I, 21. 134. II, 19. 308. Excurs. I, p. 480 — 484. cf. 588. 775.
Ut pro *utut* I, 14. 98. sq.
Utei rogas II, 10. 225. sq. 636.
Utendam eam II, 18. 300.
Vultus an i. q. *πρόςωπον*? I, 9. 71. 558. sq. cf. 762. sqq.


Z.

Zaleucus I, 22. 140. II, 6. 191.
Zeno I, 13. 567. sq. ejus de creatione hominum sententia p. 760.
Zeugma I, 1. 526.

C o r r i g e n d a.

Pag. 1. b. ult. legendum Chumm*us*.
— 2. b. 8. ab ult. *er*aso.
— 8. a. 16. Ascensianae 1. 2.
— 41. b. 22. ab ult. conte*m*tum.
— 44. b. 2. — subaudir*i*.
— 60. a. 11. — dele interr. signum.
— 67. b. l. 9. — quoc*um*.
— 76. a. 15. — judicand*am*.
— 101. b. 10. sententi*ae*.
— 123. b. 11. ab ult. del. *mihi*.
— 128. a. 7. (sic)
— 147. a. 16. post *fuerit* ponenda distinctio minor.
— — — 3. ab ult. et *a* prudentiore.
— 179. a. 1. leg. ut legitur etiam in Edd. *nonnullis, quos Goer. inspexit. In* cod. Cr. cet.
— 246. b. 10. fes*i*as (non festas).
— 261. a. l. 5. ulcus.
— 287. a. l. 24. *quemquam* pro *quendam*.
— 356. a. l. 18. ab ult. *nihili*.
— 362. b. l. 12. — orationis.
— 374. a. l. 14. San*a*.
— 381. a. l. 1. fident*er*.
— 413. a. l. 18. *videbatur*.
— 436. in contextu, lin. 4. populare *id* sane.
— 460. a. ult. *quod*.
— 473. b. 19. pr*o*ba.
— 485. 12. al*ia*.
— 500. 9. lancin*at*.
— 608. 9. *K*elsal.
— 730. 21. ii*s*dem.

Ad pag. 396.


to Rome 72 miles
to Naples 64 miles
Isola
Liris fl.
Garigliano
Villa Ciceronis
S. Domenico
Isola
San Paolo
Ruined bridge
Sora
Paper manufactory
La Torre di Cicerone
Isola Carnello
Fibrenus fl.
Brocco
Arpino
Arpinum
Arpino vecchio
Campoli
Sources of the Fibrenus
La Posta